

GALENI LIBRORVM SEPTIMA CLASSIS

CVRATIVAM METHODVM
tum diffuse tum breuiter descriptam, victus rationem
in morbis acutis, singulorum morborum facile
paranda remedia, priuatam quorundam mor-
borum curationem, chirurgię constitutio-
nem, fracturarum ac luxationum sana-
tionem, fasciarum deniq; & laqueo-
rum & machinamentorum
tractatum continet.

QVINTA HAC NOSTRA EDITIONE,
*non parum ornamenti adepta: hec puribus quam in alijs superio-
ribus editiombus, ad græcorum librorum fidem emendatis.*

Locis etiam Hippocratis nunc primum in margine notatis.

Librorum index sequenti folio continetur.

Τὸ Θεραπευτικόν.



VENETIIS APVD IVNTAS M D LXXVI.

- GALENI De Medendi Methodo libri xiiij, Thoma Linacro interprete, de-
nuo ab Augustino Gadaldino non nullis in locis ad græcorum exemplarium
fidem nuper emendati. fol. 2
- De Arte Curatiua ad Glauconem libri duo, Nicolao Leoniceno interprete: ab
Augustino Gadaldino ad fidem antiquorum græcorum codicum aliquot in
locis castigati. fol. 94
- Post hunc librum collocari debuerat libellus, cui titulus est, Quos, & Quando, & Quibus medica-
mentis purgare conueniat: qui est in Quinta Classe, pagina lxxviiij. qui liber est cap.
xxiiij. libri septimi Oribasij ad Iulianum Imperatorem.
- In lib. Hippocratis de Viçtus ratione in morbis acutis commentarij quatuor,
Ioanne Vasseo Meldensi interprete, ab Augustino Gadaldino plerisq; in lo-
cis ad græcam veritatem emendati. 108
- DE DIÆTA Hippocratis in morbis acutis, nunc primum ab Augustino
Gadaldino translatus. Hic liber in tribus, quos habuimus codicibus græcis
manuscriptis, (neque enim adhuc impressus græce est) admodum corruptus
legitur: ita vt quandoq; vel nullo modo, vel vix sensus elici possit. Eius autem
mentio fit (si tamen is ille est) à Galeno in libro de proprijs libris quarto &
sexto capite. cliij
- De Remedijs paratu facilibus liber, ab Huberto Barlando Philiatro olim tran-
slatus, & multis in locis postea emendatus. 153
- De Remedijs paratu facilibus ad Solonem, Spurius, à Iun. Paulo Crasso conuer-
sus, & nuperrime ab eodem recognitus. 161
- Liber tertius de Remedijs paratu facilibus, Spurius, Iun. Crasso interprete, re-
cognitus. 169
- Documentum de Puerio Epileptico, Nicolao Leonico Thomæo interprete. 179
- In Librum secundum de Natura humana, Victore Trincauellio interprete. 181
- De Incantatione, Adiuratione, & Suspensione liber, Galeno falso ascriptus. græ-
ce non habetur. 181
- De Oculis, Spurius, Demetrio Græco interprete, à varijs mendis expurgatus,
græcum exemplar desideratur. 182
- De Renum affectuum dignotione atque medela, Christophoro Heyl interpre-
te, Spurius, recognitus. 191
- In librum Hippocratis, de Officina medici, seu de ijs, quæ in medicatrina fiunt,
commentarij tres, Vito Vidio Florentino interprete. 197
- In librum Hippocratis de Fracturis commentarij tres, eodem interprete. 223
- In librum Hippocratis de Articulis cōmentarij quatuor, eodem interprete. 251
- De Fascijs, eodem interprete. 293
- Oribasius de Laqueis ex Heracle, eodem interprete. 306
- Oribasius ex Heliodoro de Machinamentis, eodem interprete. 309

Hos sex libros quos Vidius olim conuerterat, nunc idem etiam diligenter recognouit.



GALENI
METHODI MEDENDI IDEST
DE MORBIS CVRANDIS
LIBRI QVATVORDECIM


Thoma Linacro Anglo interprete

Denuo ad Græcorum codicum fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Theſalum ac reliquos Methodicos reprehendit, qui in ſanitate ac Morbo dignoſcendo
plurimum aberrarunt: docetq; Principia methodi, qua Morbus
tum dignoſci, tum curari, debet.

Retardatam ea de cauſa fuiſſe horum librorum editionem, quod ignauiffimi ad bonas artes excolendas,
maiorumq; ſtudia amplexanda, Galeni tempore homines extiterint. CAP. I.



Vanquam & tu ſæpe aliàs, chariffime Hæro, & alij quidam amici me
nunc hortantur, vt ſibi medendi methodum conſcribam: & ego ſanè,
tum vobis in primis gratificari, tum verò poſteros pro viribus iuuare
cupio: ſemper tñ ſum cunctatus, ac diſtuli, idq; multis de cauſis: quas
nunc quoq; ſatiùs (opinor) fuerit prius, q̄ opus ipſum aggrediar, expo-
nere, ſunt enim ad ea, quæ poſt dicentur, ſanè non inuſitates. Earum igi-
tur omnium illa præcipua fuit, quòd fruſtra me ſcripturum timebam,
cum nemo propè dixerim, hac noſtra ætate veritatis inquilitioni lit de-
ditus, ſed pecuniàm, & ciuilem potentiam, & inexplebiles voluptatum
delicias, omnes eoſq; ſuſpiciant, vt, ſiquis ſapientiæ quoduis ſtudium
ſectetur, pro inſano hunc habeant: quippe qui primam ipſam & vere ſapientiam, quæ diuinarum
humanarumq; rerum eſt ſcientia, ne eſſe quidem oino exiſtiment: Medicinam verò, Rhetoricen,
Geometriam, Arithmeticen, Muſicen, ac reliquas id genus artes eſſe quidem autument, cæterum
finem earum ſtudioſe perſequendum minime cenſeant. Me verò ex ijs, qui me vnicè diligere ſunt
viſi, non nulli ſæpe increpant, quòd plus iuſto veritatis ſtudio ſim addiçtus, quali nec mihi ipſi
vſui nec ipſis in tota vita ſim futurus, niſi & ab hoc tanto veritatis indagandæ ſtudio deſiſtam, &
mane ſalutando circumeam, & veſperi apud potentes cœnem: His enim artibus tum amari, tum
amicitiàs conciliari, tñ verò proq; artificibus haberi: nequaquã ex ijs, quæ in propria profeſſione ſunt
conſequuti: Neq; enim eſſe, qui de ea iudicent, vbi omnes totum diem diuerſis ſtudijs tranſigant,
mane quidem omnes ſimul ſalutationibus occupati, poſt autem diſtracti, ad forum quidem & li-
tes non exigua turba: ad ſaltationes autem & aurigas alia maioriam vel alex, vel amoribus, vel bal-
neis, vel ebrietati, vel comellationi, vel demum alicui corporis voluptati deditus ſanè non exiguus
numerus: veſperi verò rurfum omnes ad ſympoſia ſimul collecti: vbi poſt, quam {vino} ſe imple-
uere, non lyra cithara' ue, aut aliud muſicum inſtrumentum in orbem circumfertur, (quod ſicut
olim in eiufmodi congreſſu tetigiſſe honeſtum, ſic contra non tetigiſſe admodum erat turpe) ſed
nec ſermones vlli habentur, quales in ſympoſijs ſagitari ſolere veteres prodiderunt, nec aliud hone-
ſtum quicquam: immo inuicem ſibi propinant, & de magnitudine poculorum certant, vtpote in-
ter quos optimus cenſetur, non qui plurimis inſtrumentis muſicis, aut etiam ſermone philoſophi-
co vti nouit, ſed qui multos, eos que maximos calices exiccauit, adeò, vt mihi mane etiamnum
ebrijs ex his plerique videantur: non nulli verò etiam euidenter adeo vinum olere, quàm ſi modo
hauiffent. Eoq; iure fit, vt, cum ægrotare cœperint, medicos aduocent, non quidem optimos, vt-
pote quos per ſanitatem noſcere nunquam ſtuduerunt, ſed eos, quos maxime familiares habent,
Septima Classis. aaaaaa ij quiq;

ten. rñs. oinet
as. napax-
euis.

quique ipsi maxime adulantur: qui & frigidam dabant, si hanc poposcerint, & lauant, cum iusse Erint, & niuem vinumque porrigent: postremo quicquid iubebitur, mancipiorum ritu facient, contraque veteres illi medici ab Aesculapio oriundi, qui, tanquam Duces militibus, & Reges subditis, imperare agris voluerunt, nequaquam vero Getarum, & Tibiorum, & Phrygum, & Thracum emperitiorum ritu parere, atque obsequi. Itaque, non qui melius artem caller, sed qui adulari aptius nouit, apud istos magis in pretio est: huicque omnia plana peruisa sunt: huic aedium fores patent: hic breui efficitur diues, plurimumque potest: huic discipuli multum a cubiculis, ubi iam fuerint exoleti, traduntur. Quod Thesalus ille intelligens, non solum caetera Roma diuitibus assentabatur, sed etiam artem sex mensibus traditurum se professus, quam plurimos discipulos facile comparauit. Si enim neque Geometriae, neque Astronomia, neque Dialecticae, neque Musicae, nec ullius denique bonarum disciplinarum indigent, qui medici sunt futuri, quemadmodum Thesalus ille generosissimus, promittebat: nec etiam longam experientiam, & operum artis usum desiderant: cui non promptum sit artem aggredi, ceu facile medico futuro? Atque hinc adeo fit, ut nunc etiam futores, & tinctores, & fabri tum materiarii tum ferrarii, proprio magisterio relicto, in medicinae artis opera insiliant. Nam, qui pictoribus & vnguentariis mixturas suas praeparant, etiam de primo loco certant. Atque ob haec ipse medendi methodum scribere sum cunctatus: quam utique & viri veteres inceperunt, & posterorum perficere sunt conati. Atque olim quidem non parua lis erat eorum, qui in Coa atque Cnido habitabant, vtri videlicet inuentorum multitudinem reliquos superarent: quippe geminum hoc genus Aesclepiadarum adhuc in Asia supererat, deficiente nimirum, quod in Rhodo viguerat. Certabant autem cum his honestum illud certamen, quod Hesioidus praedicabat, etiam medici, qui Italiam incolerant, Philistion, Empedocles, Pausanias, & horum sectatores: erantque tres haec certantium inter se nobilium medicorum schola. Plurimos quidem atque optimos discipulos Coa fortuna contulit: ab hoc Cnida: nec tamen in paruo habenda pretio erat, & quae in Italia noscebatur. At horum nemo nec mane potentium fores ipsos salutaturus, nec vesperi coenaturus, frequentabat, sed sicut Hesioidus cecinit,

Nanque alium ditem cernens, cui deest, quod agatur,
Ipse solum vertit tauris, & semina ponit.

Ita & illi inter se perpetuo certabant, non utique de aranda serenda uel terra, (quippe quae, ut Aesclepiadarum genere inferiora, sic Aesrao poetae erant non indecora) sed de Apollinis Aesculapiisque arte tum exercenda, tum vero semper augenda, ac pro viribus perficienda. Nunc vero honestum illud certamen intercidit, aut certe minimum eius inter homines adhuc superest: regnat autem in G

Lis ne te inducat mala deuitare laborem,

Dulce malum alterius cui sit.

Haec enim lis, ut Hesioido etiam diuini poeta cecinit,

Armatur primum tenuis, mox improba caelo

Inserit alta caput, terris uestigia figens.

In Thesalum summa arrogantia atque inscitia hominem, qui se Hippocratem, a quo Academicis, Peripateticis ac Stoicis rationationes de natura mutuari sunt, gloriatum esse superasse. CAP. 2.

Hinc illi ac totius terrarum orbis theatrum in suis ipsius libris constitutus, inibi iudicatur, vinctusque, & contra omnem antiquitatem coronatur, ipseque a se victor declaratur. Haec facit tum in eo libro, quem de Communitatibus scripsit, tum in Synergeticis, quin in reliquis quoque oibus cōtinentiosus esse non desistit, veluti in epistola, quam ad Neronem mittit, his ipsis inter initia verbis usus: Cum nouam sectam condiderim, & quae sola vera sit, propterea, quod, qui ante me medici fuerunt, oēs nihil utile prodiderunt vel ad sanitatem tuendam, vel morbus propulsandos. Pergens autem in epistola, Hippocrates, inquit, noxia praecepta tradidit. Ausus est & Aphorismis eius cum summo decore contradicere. Et, cum ostendat se in Hippocratica disciplina nec a quoquam institutum, nec eius opera sub praepatore legisse, tamen non veretur etiam, talis cum sit, palmam sibi ipsi tribuere. Quo magis aliqua esse mea partes videntur (quancumque alias parum assueui improbos acerbe taxare) aliquid contra hunc ob veterum contumeliam dicere. Quid improbe, quae bona sunt, calumniari tentas, ut multitudini placeas, cum liceret tibi in veritatis contemplatione excellere, si diligens esses, ac veritatis amator? Quid ita ruditas auditorum patrocinio abuteris ad veterum blasphemiam? Num paternae artis socios, impudentissime Thesale, iudices medicorum statues? Istis scilicet iudicibus vinces proculdubio, siue contra Hippocratem, siue contra Dioclem, siue contra Praxagoram, siue contra reliquos oēs veteres dixeris. Quin potius viros antiquos, Dialecticos, scientes, qui verum falsumque discernere sunt periti, qui consequens ac repugnans distinguere, qui demonstrandi methodum a pueris sunt meditati, hos, inquam, iudices in confessum introducito. His sedentibus aude quippiam Hippocratem accusare. His pronuntiatum aggredere se lecta illa tua barbaraque voce contra Hippocratem, primum illud differere, Non oportere de hominis natura curiosum esse: deinde, si quis hoc donet, male illum de ea inquisiuisse, ac falso omnia praecipisse.

Ergo

A Ergo quis iudex erit: num Plato? quando huic saltem iniurius esse minime es ausus. Ego vero ne discipulos quidem eius refugiam, non Speusippum, non Xenocratem. Aristotelis vero, vel rogem, iudicium subeas, & cum eo Theophrasti. Optem utique & Zenonem, & Chrylippum, & eorum, qui hos sectantur, quemlibet iudicem eligas. Horum nemo, vir audacissime, Hippocratis de natura hominis scita damnauit: quae tu mihi nec legisse vnquam videris: nec, si legisti, intellexisse: & si intellexisti, iudicare certe de iis minime gentium potuisti, ut qui sub patre male lanas carpente, in gynaeceio sis altus. Nec enim putes nos, vel egregium genus tuum, vel claram doctrinam, laterene nec Hippocrati & reliquos veteribus in furdo theatro maledicere: sed, qui sis, & vnde venias, quo genere ortus, qua educatione vites, qua disciplina imbutus, prius ostende, atque ita demum dicito, Illud ipsum prius vir audacissime monitus, non esse cuius in vlla bene instituta ciuitate concessum, publice dicere: sed, si quis vir clarus est, qui genus possit, & educationem, tum vero eruditionem concionatore dignam ostendere, huic dicere permittunt leges. Tu, cum nihil horum ostendere habeas, audeas tamen, homo generosissime, Hippocratem accusare: facisque in nugacibus libellis tuis

Gracos sedere iudices: fers autem ipse sententiam, nec illorum expectas: & palmam tibi ipsi das modo de omnibus medicis, modo de omnibus in uniuersum Graecis. Haec enim insignis audacia sapientissimi scilicet Thesali est, omnes se medicos vicisse, sed se ipso litigatore, se ipso agonotheta, se ipso iudice: post hos etiam reliquos Gracos in certamen prouocasse, Rhetoras, Geometras, Grammaticos, Astronomos, Philosophos: inter quos constitutum, ac lanificis elocutione usum, censere se omnium primum esse: quippe medicinam reliquas omnes artes praecellere, se vero medicos omnem superasse: quod vnus forte fortuna recte collegit. Si enim medicina est omnium artium praestantissima, in ea vero Thesalus primas partes obtinet, utique omnium hominum ita sit primus, ac Socratem & Lycurgum praecellat, caeterosque omnes, quos Pythius vel ut viros bonos, uel ut sapientes, vel ut musarum ministros, vel ut Iouis famulos, vel denique ut alio quolibet munere diis gratos laudauit. Agedum igitur Thesalo hymnos de caetero omnes cantent, scribantque victoriae carmina: & publicum orbis theatrum constituatur: acceditoque aliquis, qui canat eum, qui in texturina sit altus, vicisse Demosthenem, Lysiam, & reliquos Rhetoras: superasse Platonem, Socratem, & caeteros Philosophos: palmam eripuisse Lycurgo, Soloni, & alijs legislatoribus: victorem denique totius hominum generis coronatum esse, Rhetorum, Philosophorum, Legislatorum. Nam, si Geometras, etiam & Grammaticos, ac Mulicos nominatim post tantos titulos commemorem, contumeliosus in hominem videar: vbi enim Lycurgus, Solon, Plato, Socrates, & Pythagoras dantur manus, num pulchrum etiam sit Hipparchi, Archimedis, Aristoxeni, Aristarchi, & aliorum quorundam id genus meminisse, hominum (ut Thesalus dicat) nullius precij: Sed quis tam magniloquus poeta nobis exisset, qui haec canat: Quis nunc dabitur Homerus, qui hexametro toto hanc Thesali victoriam celebret: aut quis Lyricus, qui ueluti Pindarus alce in dithyrambis canat, quicque, sicut olim Bacehi, ita nunc Thesali praconium esset? An horum potius nullum requiramus, sed eorum, qui iambo scribunt, Archilocum aliquem, aut Hipponactem, aut ex Tragica scena quempiam, qui sic hominem compellet?

Quiesce dum miserime in litris tuis,

Nanque haud vides, quae te putas nosse probe.

Orestis mihi somnium narras Thesale. Quale nam id theatrum est, in quo tu vinces Hippocratem? Qui iudices erunt? Qui nam praemia proponent? Visne, primum Platonis suffragium legamus? forsasse enim hunc iudicem non reijciet. At qui ille haec ad verbum ait: Anima igitur naturam apte putas intelligi posse, non cognita totius natura? Immo, si quidem Hippocrati vni ex Aesclepiadarum genere fides est habenda, ne corporis quidem naturam absque hac methodo. Recte ais amice: oportet tamen cum Hippocrate sermonem conferentes, num cum eo concordet, aestimemus. Sanè quidem. Igitur de natura considerare, quid est, quod Hippocrates rectaque ratio dicit: Num ad hunc modum de cuiusque rei natura primum illud perpendi oportet, siue, de quo volumus vel ipsi scientes esse, vel alios facere scientes posse, simplex, an varias species habeat? Mox, si simplex sit, facultas eius tota aestimanda est, quam videlicet ad quid agendum obtineat, aut quam ad patiendum ab alio sit fortitum. Si in plures habeat species, his enumeratis, quod in vna feceris, id in vnaquaque exigere oportebit: nempe quid illa facere per suam naturam sit apta, vel quid ab alio pati. Audisti in vni bone Platonem simili methodo animae naturam inueniendam esse censere, qua corporis naturam Hippocrates? An adhuc vis, multas hominis dictiones ex multis librorum eius locis deligam, in quibus ille Hippocratem omnium, qui ante se fuerunt, maxime admirat? An potius, cum id alibi fecerim (nempe in eo opere, in quo de Hippocratis & Platonis placitis differui) illuc, qui id scire uolet, remittam, vbi, ut arbitror, clarissime ostendimus, in plurimis maximisque rebus horum hominum inter se consensum: atque alio me conferens, alium tibi iam aduocem in testem, coetum nempe Peripateticum, qui & ipse Hippocratis physiologiae principia confirmat? Quin de hoc quoque proditum a me in alijs commentarijs est: quorum vnus de elementis secundum Hippocratem inscribitur: post hunc alij tres de temperamentis: mox alij duo, alter de inaequali intemperie, qui etiam ad tractationem de temperamentis pertinet, alter de optima corporis constitutione: deinde et tres de naturalibus facultatibus.

Septima Classis.

aaaaa iij

cultatibus.

* ΑΡ. ΜΕΛΛΟΥΣ.

Fl. n. lib. 29. c. 1

fuert genera in proprias differentias exacte diuidere, ac post hos Theophrastus, & alij philoso-
phi rationem absoluerent tentauerint, utpote ne apud illos quidem satis adhuc constantem, homo aut
daciſſimus Theſſalus absolute, citraq; vllam rationem adhibitam pronuncians, credẽdum ſibi cen-
ſet duos in totum eſſe in victus ratione morbos, & eos quidem ſimplices, ac primos, & veluti elemẽ-
tares: nam tertium ab his ratione gignit, ex ambobus compoſitum. At ſi ulla methode hac, ſicut ia-
ctas, inueſtigati, cur hanc nobis non dixiſti? Sed contra planẽ, q̄ pro grauitate nominis, quod tibi
arrogas homo temerarie, atque à methode alieniſſime, rem pronunciali: qui ne principium qui-
dem ipſum unquam attigeris, à quo coepiſſe neceſſe ſit eum, qui recte cuiuslibet rei ſpecies, & dif-
ferentias peculiareſ ſit inuenturus. De re enim qualibet, o puer, vnum principium optimum, noſſe
id oportet, de quo propoſita quaẽſtio eſt, aut prorfus eſt aberrandum. Plato quodam loco ait, non ad
diuidendum modo quiduis, ab ipſa quaẽſita rei eſſentia nobis eſſe inchoandum cenſens, ſed etiam
in omni diſquirenda re eiufmodi ſemper principio utẽdum. Ergo hic quoque (arbitror) par erat,
vbi, quid morbus ſit, quid ſymptoma, & quid paſſio, diligenter prius dixiſſes: ac dein qua conue-
niant, differantq; ipſorum ſingula, definiuiſſes: ſic demum tentare in proprias ea differentias diduc-
cere, ſecundum eam, quam ſapientiaẽ profeſſores tradiderũt, methodum: aut, ſi quam potiorem ea,
quaẽ ab ijs prodita eſt, exploratiſſes, hanc ipſam prius aſtrueret: tum illud oſtendere, ac Græcos doce-
re, hunc, qui in traxina ſit altus, ſuperaiſſe Ariſtotelem & Platonem in methodis logicis, humo aſſi-
xiſſe Theophrastum & Stoicos in Dialectice, clariſſime oſtendiſſe omnes eorum ſectatores, ne pri-
mos quidem morbos, qui eſſent, vnquam nouiſſe: dico & Herophilum illum Dialecticum, & co-
diſcipulum eius Philoſimum, & præceptorem eius Praxagoram, qui ab Aſculapio originem tra-
xit, & qui cum his & ante hos fuerunt, Eraſiſtratum, Dioclem, Mneſitheum, Dieuchen, Philoſtio-
nem, Pluſtonicum, ipſum denique Hippocratem. Porro ſimplici uerbo dicere omnes in victu mor-
bos eſſe duos, non methode, non demonſtratione, non ratione ulla probabili, non lenimẽto aliquo,
non alia re prorfus (orationi) adhibita, præterquam eiufmodi in veteres blaſphemia, id facere, im-
perantis hominis eſt, non docentis. Eſto uerò taceas, qua logica methode inſtitens, hac inueneris:
at certe, vnde ſaltem de veritate ſermonis iudicaſti, adhibutum aliquid oportuit. Nam inueniendi
eiſ, quod quaeritur, logica methode facultatem præſtant: At, quaẽ fidem ijs faciant, quaẽ recte ſunt
inuenta, duo ſunt apud omnes homines inſtrumenta, nempe ratio, & experientia. Quippe ad eũ,
qui interrogauerit, Cur huic febricitanti frigida bibenda poteltatem feceris, duplex reſponſio eſt:
Altera, quaẽ ortum naturamq; febris docet, ac de morborum temporibus diſſerit, tum ad eundem
modum aquaẽ frigida naturam explanat: vbi hac propoſuit, conatur docere in hoc morbo, atque
hoc tempore aquaẽ frigidam congruum remedium eſſe: Altera de nullius horum natura ſollicita,
ad experientiam confugit, nempe q̄ in tali morbo atque tempore ſape frigidam profeciſſe vidit.
Debat igitur (opinor) & Theſſalus vel experimentum, vel rationem aſſertionẽ ſuaẽ probationẽ
adhibuiſſe, non, ſicuti tyrannus, imperare, ac ſibi citra demonſtrationem credendum exigere. At
quam (inquiunt) audire demonſtrationem poſtulas? ita enim contra nos interrogant eiſ ſectato-
res neq; id iniuria, vt qui nec eò unquam peruenierint, vt notionem demonſtrationis tenerent, cum
nec Geometriam, nec Arithmetice, nec Dialectice, nec Reſolutoriam, nec denique logicam vl-
lam ſpeculationem attigerint. Quocirca reſpondendum hiſ ita eſt: Nimis ſerò, quid demonſtratio
ſit, diſcere poſtulatiſ: nec fieri poteſt, ut breui tempore ſpeculationem, quaẽ ſubtilitatem mentis de-
ſiderat, aſſequamini, præſertim qui nec ſubtileſ rationes audire ſitis aſſueti, & peruerſi in diuturno
errore uerſati. Sed iſtos mittamus, vt qui ne intelligere quidem, quaẽ verã diſciplinã ſint, valeant:
¶ nẽdum ipſas diſcere, aut recte iudicare.

¶ Additur in
antiquis iur-
eiſ dicitur dicitur
id eſt neq;
ſciãno audire.

*Quaẽ ſit vera Methodus inueniende in vnaquaque facultate veritatis: & quã ab ea
Theſſaly, & plerique veterum medicorum aberrarint.* C. A. P. 4.

Nos uerò vnã cum ijs, qui exercitati ſunt, & demonſtrationem intelligunt, & natura ſunt ſaga
ces, (neque enim Theſſalios alinos docere profitemur) ad id, quod propoſitum nobis ab ini-
tio eſt, accingamur: ac ſtatim vnã cum ipſa medendi methode tradenda, etiam cauſas ipſas, vnde er-
rarint medicorum plurimi, qui tradere eam ſunt conati, exponamus: quippe ad firmiorẽ veritatis
fidem id quoq; non parum conducere videſ. Ac primum quidem illud cauebimus, ne ſimul de am-
bobus tum methode, quaẽ rone nititur, tum experientia, quaẽ rone non utitur, agamus. Non enim
de omni remediorum inuentione nunc loqui ſtatuiſſus, ſed tantum de ea, quaẽ hæc methode explo-
rat, ita utiq; vt de Empirice ipſa & à nobis in alio opere eſt proditum, & ab ipſis Empiricis medi-
cis, quos vocant, plurimum elaboratum. Atq; utinam Rationales oēs medici propoſitũ ita preme-
rent, nec experientiam & rationem miſcerent, atq; in vnum confunderent, ſed quam vtraque vim
habeat, quantumq; ad propoſitum artis finem conducat, ſeorſum tractarent, atque perperderent.
Ergo methode quiſpiam inquirere, inuenireq; ex aduerſo opponitur ei, quod eſt fortuito, teme-
re querere. Eſt autem id cum via quadam & ordine ita, vt in diſquiſitione aliquid primum
ſit, aliquid ſecundum, & tertium, & quartum, atque ita de reliquis omnibus deinceps, quoad de-
mum ad ipſum, quod ab initio eſt propoſitum, ſit peruentum. Ac Empirici quidem rationabiliter
faciunt nec inueniendi, nec docendi, apud ipſos eſſe neceſſarium ordinem: nam nec arte vlla ra-
tionẽ ue-

Actione ue experientiam niti: immo vnus fortunã fauorem ad ea, quaẽ quaerit, inuenienda requirere.
Qui uerò rationem inuentionis ſuaẽ auctorem ſtatuunt, ac ordinem: vnã que viam, quaẽ ad
finem ducat, propoſuerunt: ijs fuerat quidem neceſſarium à primo aliquo auſpicatis, de quo inter
omnes homines conueniret, ſic tranſire ad reliqua. Ceterum hanc rationem non ſequitur pleraq;
medicorum pars, immo principia quoque ipſa controuerſa ſunt, nec illa demonſtratione confir-
mat: tum ad reliqua ſimili modo tranſit, legiſlatorum ritu ſanciens uerius, quaẽ demõſtrans. Quã
omnia inde adeo hiſ accidunt, quòd nihil prius de demonſtratione ſunt meditati: ſed ſimul & in qui-
ſitis inſiſtunt, & ad eorum fidem demonſtratione uti audent, ſimile profecto quiddam ijs molien-
tes, qui ſpharam, aut cubum, aut conum, aut cylindrum, aliud ue id genus metiri aggrediuntur,
cum tñ omnis Geometricæ ac Logiſticæ rationis ſint ignari, immo uerò nec cubi palmi ue, aut pe-
dis menſuram præparatam habeant: ac deinde ijs, qui vel demonſtrationem ab ipſis exigunt, vel ta-
cere cenſent, irāſcuntur. Veluti enim in illo ridiculus erit iſ, qui rectanguli trigoni, cuius alterum
(exempli cauſa) latus circa rectum angulum quinque ſit pedum, alterum duodecim, dicat arcum
non eſſe triginta pedum, ſed quadraginta, nec eiſ rei demonſtrationem vllã afferat: ita hic quoque
ridiculus eſt, qui quicquam aſſerit, quod demonſtrare non poſſit. Ergo, ſicut in demonſtratio-
ne de triangulo (neque enim recedendum nobis ab exemplo eſt, qui in doctos iſtos methodicos à
diſputatione noſtra iam abegimus) ipſum, quod propoſitum eſt, ex duabus hiſ propoſitionibus
colligebatur, vnã, quaẽ ſpatium id, quod lateribus pedum quinque & pedum duodecim continetur,
ſexaginta pedum eſſe dicit: altera, quaẽ triangulum dimidium eiſ eſſe ſpatij proponit, atque
oſtendit: harum vtraque rursus vt demonſtrationis fidem reciperet, alijs propoſitionibus egebat:
mox illa alijs, quoad peruentum ad primas eſſet: hæc uerò nec ex alijs, nec per demonſtrationem, ſed
ex ſe fidem faciunt: ſic arbitror & in ijs omnibus, quaẽ in medicina demonſtrantur, ad primas & in-
demonſtrabiles propoſitiones, & quaẽ ex ſe fidem faciunt, omnia eſſe perducenda. Ac, ſi omnes de
medendi methode ſic dicere aliquid inſtituiſſent, prorfus, ſicuti inter Arithmeticos, Geometras, &
Logiſticos, ita inter ipſos quoque conueniſſet: quippe apud quos diſcere ab ipſo ſtatim inſtituo licet,
quid quoque nomine, quo uſiri ſunt, ſignificetur: quas præterea propoſitiones indemonſtrabiles
(quaẽ axiomata uocant) ad diſſertationem ſunt ſumpturi: veluti lineam eſſe longitudinem citra lati-
tudinem: ſuperficiem, quaẽ longitudinem latitudinem q; tantum habeat: & triangulũ eſſe hoc, qua-
drangulum illud: ac reliqua ad eundem modum. Ab hiſ, vbi axiomata huiufmodi uſurpanda ſibi
eſſe prædixerint, quòd ſcilicet, quaẽ eidem ſunt æqualia, inter ſe etiam eſſe æqualia: & ſi æqualibus
Cæqualia ſint adiecta, tota fore æqualia: poſtea demonſtrare theoremata iam tentant, nihil extra ea,
quaẽ à principio præſumpſerunt, adijcietes. Plerique tamen medicorum, ſicut ipſe ſcis Hiero cha-
riſſime, interrogati, vnde nam principium inuentionis ſuaẽ ſumpſerint, tantum abeſt, vt indemon-
ſtrabilia principia, & quaẽ omnibus hominibus in conſeſſo ſint, proferant, vt nec, quòd ſibi ipſis con-
ſona reſpondent, inueniant: ſed ſurſum ac deorſum Euripi more agantur, cõtraria quiſque in pro-
greſſu ſermonis ijs, quaẽ ab initio ſtatuunt, afferentes. Siquidem ſapientiſſimus iſte Theſſalus,
cũ apparentes eſſe communitates dixiſſet, paulo poſt non ſolum non alium quẽquam priorum me-
dicorũ uidiſſe eas aſſeuerat, ſed nec ipſum, qui primus eas peperit, Themilonem. Huius nanque
vnus eſſe montroſas illas communitates fatetur, ceu patris legitimos filios. Poſt hos uerò, qui ſecur-
ti ſunt omnes, & inter ſe, & ab ipſo Theſſalo diſſentiunt, nec eaſdem communitates tradentes, nec
omnino inter ſe vel in vno concordantes. Id quod ſæpenuero tibi, ipſis etiam Methodicis præſen-
tibus oſtendi: fortalle q; aliquẽ maius ocium naçtus, de incoñſtantia eorum ſcribam. At nunc tantũ
ſaltem ad rem propoſitã ſumi expedit, oportuiſſe eos, præſertim ſectæ auctores, expoſuiſſe prius,
de qua re ſingula nomina dici uellent: ſicut Empirici faciunt, qui apparere ea dicunt, quaẽ ſub ſen-
ſum cadunt: noſci uerò, quaẽ memoria tenentur: apparere ſimul & noſci, quaẽ & ante aliquando ſub
D ſenſum uenerunt, & nũc ſimili modo ueniunt. Num igitur ita ipſi quoq; apparere communitates
dicunt, ceu ſenſu cognitã? an, & quaẽ ratione comprehendimus, apparentia nominant? Em-
pirici nanque non admodum concedunt quicquam ex ijs, quaẽ ſola ratione noſci uidentur, appa-
rens dici. Rurſus veteres philoſophi duplex eſſe genus apparentium decernunt: Vnum, quod ip-
ſi Empirici comprobant, nempe eorum, quaẽ ſenſu aliquo noſcuntur, veluti albi nigri, duri mol-
lis, calidi frigidi, & ſimilium: Alterum indemonſtrabile, eorum nimirum, quaẽ intelligentiã pri-
mo occurſu patent: veluti, quaẽ eidem ſunt æqualia, ea etiam inter ſe eſſe æqualia: & ſi æqualibus
æqualia addantur, tota etiam æqualia fieri: & ſi ab æqualibus æqualia demas, quaẽ reſtant, etiã æqua-
lia fore. Huius eſſe generis aiunt, & q̄ nihil citra cauſam fiat, & q̄ omnia ex ente quoptiam, & q̄
ex eo, quod omnino non ſit, nihil fiat: ſimili modo, nihil corrupti in id, quod ante penitus non
ſit: item, quòd affirmare vel negare de quoque ſit neceſſe: alia q; id genus non pauca, de quibus in
logicis tractatibus agit, & ipſe in commentarijs de demonſtratione, quaẽ potui, dixi clariſſi-
me. De hiſ inter eiufmodi principia, huiufmodi logica nuncupamus, quidam Philoſophorum con-
tendunt, atque ambigunt: hi tamen hæc tenus ſaltem ſunt modeſti, q̄ omni demonſtrationi fidem
ſuam abrogant, intelligentes (arbitror) tamen ſi id non dicant, illud ſaltem ſe certo ſcire, nihil om-
nino demonſtrari poſſe, ſi logicis principijs fides non ſit adhibita. At, qui eouſque rudes amen-
tes q;

Dracovias.

tes que sunt, vt ne id quidem intelligere queant, hi demonstrare quidem conantur, ceterum quæ, E qualia ve. & quot demonstrationis principia sint, nec noscere, nec querere volunt, nec alium do centem audire sustinent: sed absolute pronunciant, & verba loquuntur, quæ nec quid significant, ipsi clare explicare valent. Merito igitur eorum æmulis centum voluminum opera scribuntur, partim inuestigantibus, de quo quodque dici nomen Theſſalus voluerit, partim nihil tale inuenien tibus, cui omnia ab eo particulatim dicta consentiant. Nam, quæ demum apparentes illæ communi tates sint, aut quo modo apparentes, dicere non possunt, nec si iterum atque iterum totidem libros scripserint: qui ppe quod apparer, aut sub sensum omnino cadat, oportet, aut sub intelligentiam, vno semel occurſu vtrunque sine vlla demonstrationis ope: quod verò intellectu se vno occurſu non exhibet, protinus id controuersum est, ac demonstratione eger, nec artem vllam à tali princi pio incepisse conuenit. Hæc si in logicis methodis exercuissent, & ipsi ea intelligerent, & tempus nostrum frustra non contererent. Nunc, quoniam in exercitati rudes qz, per amentiam audent de monstracione vti prius, quàm, quid ea sit, didicerint, necesse est cum similibus sui, omnes aberrent, prorsus qz nugenur: ac eos, qui recte demonstrant, minime intelligant, sed tempus inaniter consu mant. Ergo cum his nequaquam, vt cum rationalibus animalibus, vel disputandum amplius est, vel idem impense contradicendum prius, quàm didicisse, quæ nam res demonstratio sit, velint: & F Quatenus exercitatum esse oportet, qui ea probe sit vsurus.

De descriptione Nominis Morbi, ac de Methodo Nominum recte imponendorum. CAP. 5.

TECUM verò omnem deinceps sermonem conferam, iplis vsus methodis, quas in commenta rijs de demonstracione tradidi. Quippe non solum principia omnis demonstracionis esse ea, quæ tum sensui, tum intelligentiæ manifeste se exhibent, sed etiam in omni re quærenda nomen ipsum assumi in disputacionem oportere, in illis docuimus. Nunc neutrum præcipere statui, nec quemadmodum inuenire, nec quemadmodum demonstrare conueniat: sed ijs, qui iam didicerunt, & exercitati sunt, simul aliquem laboris opportunum fructum reddere, in uentia nimirum non tenui re, quam nunc instituius: simul, si qui sunt, quibus artium maxima cordi est, quæ circa animũ hominis versatur, ipsos quoque in minoribus prius exercitare conuenit. Quippe id tenaciter ser uare in omni methodo oportet, vt in ea re, multis sepe leuioribus problematis prius exerceas, quàm maioribus manum admoueas. Hoc igitur nobis veræ disciplinæ principium esto: quod vti que sta tim inter initia facturi fueramus, tum artem ipsi inquirentes, tum alijs præeuntes, tum adhuc per uerſi non essent. Quoniam omnis morbi curationem inuenire propositum est, necesse est morbo rum numerum prius sciri. At, quoniam fieri nequit, vt aut differetias generis vllius, aut species in uenias, ipso, quod diuiditur, non planè explorato, oportet profecto nunc etiã, quid morbus sit, nar remus, quò sic diuisionem eius ite adcamus. Quæ igitur ratione id methodo inueniamus? Quæ nã alia, nisi ea, quam in libris de demonstracione præcepimus: nempe vt de notione ipsa prius con ueniat, cum sine hac, propositæ rei substantiam inuenire non liceat. Ipsam verò notionem, quæ omnibus in confesso sit, sumendam diximus, vt quæ aliàs principium iure non dicatur. Quæ igitur est de agrotando omnibus hominibus confessa notio, & de qua maxime subiecta re verbum hoc agrotare enunciant? Nunquid, vbi citra offensam omnium corporis partium actiones obeunt, & valere se tunc dicunt, & minime medicis egere putant: vbi verò naturalium corporis actionum senserint quampiam vel male geri, vel prorsus nõ geri, & agrotare se illa parte corporis exstintat, cuius actionem læsam vident, & medicum de remedio consulunt? Ego sanè omnes homines ita video tum morbi, tum sanitatis, nomen vsurpare. Quin etiam eam, quam dixi, notionẽ omnes ob seruant, non in his modo nominibus, sed etiam nihilo minus in omnibus, quæ cum his coniugata sunt, tum nominibus, tum verbis. Quippe cum & valere illum existiment, cui nullius partis actio sit vitiosa: & agrotare, cui sit vitiosa: & valentem eum nominent, cuius omnes corporis partes actiones suas secundum naturam edant: & agrotantem, cui male affecta pars aliqua sit. Nec quif quam omnino Græcorum aut alijs nominibus vitur, aut de alia re enunciat iam dictorum nomi num quoduis: id quod diffuse in medicinalium nominum interpretatione ostendimus. Atque hoc saltem mihi per omnem disceptacionem memoria teneri maxime velim, nominum quidem interpretationem ex Græcorum me consuetudine facturum (sicut in commentarijs de demon stracionem dixi) ipsius autem rerum essentia tum inuentionem, tum inquisitionem, tum demon stracionem, non ex ijs, quæ multitudini videntur, immo ex sumptionibus scientificis, quæ lemma ta græce vocant: de quorum inueniendi ratione in illis est proditum. Ergo accepto eo, quod omnes consententur, principio, nempe illud in medendi methodo propositum esse, vt agrotata corpora in sanitatem vindices: id verò est, vt naturales partium actiones, si quæ vitiatæ sint, corrigas: iam, quod deinceps est, inquiramus, quot numero in totum res sint, quæ loco inter se sibi sunt propinquæ: necubi aliqua, procedente sermone, vel pro morbis accipiamus, cum sint his similia, vel pro sanita te, cum ad huius naturã prope accedat. Proponamus aut claritatis causa particulas aliquas, in quibus confirmetur, quod dicimus, ac primum quidem ante cæteras oculum. De hoc igitur oibus ho minibus non medicis modo, sed etiam alijs quibuslibet conuenit, eius opus esse, vt videat. Sed verò opus, seu actionem inter loquendum dicam, in præsentia saltem non refert. Ad eundem mo dum

Adum, nec, si quis aspiciere, oculorum esse opus dixerit: nec, si quis aspectum, aut visum, aut visio nem, aut quomodocunque aliter nominet, quicquam refert: quando etiam, si quis solæcium com mittens nominet, ad rei ipsius scientiam nihil id afferat incommodi, modo, de qua re nomen pro nunciet, clare explicet, in hoc enim præcipua doctrinæ vis est. Nominetur igitur oculus pars cor poris: neque hic referat, partem ne, an particulam quis dixerit. Quicquid enim totum complet at que integrat, id totius videlicet corporis, quod complet, particula siue pars nominatur. Est enim pars ex ijs, quæ ad aliquid dicuntur, qui ppe pars totius integri qz pars dicitur: æque profectio, vt totum & integrum per relationem ad partes & particulas proprias nominatur: est qz sicuti dex trum ad sinistrum, & sinistrum ad dextrum, ita & totum ad partem, & pars se habens ad totum. Ergo, si quis hac seruata notione malit partem dicere, qz particulam: aut si quis contra, particulam potius, qz partem: is mihi ad rerum inuentionem impedimento non sit, ceterum imperitum se lingua lætina prodit: quemadmodum certe, si quis integrum à toto secernat, is quoque linguae læ tinae est ignarus. Dicitur verò alibi (vt scis) diffuse de nominum vsu est. Ac nunc, quantum satis ad rem sit propositam, adiciam, illud dumtaxat indicans, non oportere nominibus seduci, nec, qui in ijs dissentiant, nos statim in rebus quoque ipsis dissentire putare. In quo genere omnes (vt vno B verbo dicam) non medicos modo nostræ tempestatis, sed etiam philosophorum plerosque parum exercitatos vides: vt quorum paucissimi nominum diuersitatem à rerum diuersitate distinguere norint. Verù huius quoque rei methodum in Logicis speculationibus tradidimus: cuius opportu nitas, si quando altas, vti que nunc quoque ad vsum venit. Quæ nã igitur fuit ea methodus? Nemp pe vt à rerum incipias differentia, non autem nominum: tum ostendas quatuor, exempli gratia, esse res, quæ in vicino sunt positæ: post deinde, vt demonstracione confirmes neque plura esse, neqz pauciora, quæ in proposita disceptacione contineantur: postremo vt accommodato rerum cuique suo nomine sic reliquum sermonem absolvas, nec mutans dehinc, nec transferens nomen ullum, sed, cui rei ipse ab initio imposueris, de eadem perpetuo vsurpans. Quippe ita & dilucida doctrina efficitur, atque à caustionibus, quas homonomia parit, libera: &, quod frustra est additum, facile deprehenditur, & quod deficit, cito inuenitur, & quæ consonant dissonant que, maxime in eiusmodi explanationibus, exacte discernuntur.

Quid nam Actio & Passio exemplo visus, & oculi: quid Latio, & Alteratio, Pars, & Instrumentum. CAP. 6.

ERgo illud repetamus denuo. Vitus, oculorum actio est: locutio, linguae: incessus, crurum. Ipsa rurſus actio, motus est actiuus. Iã horũ ipsorũ motus, prioris habitus vel immutatio: Actiuus, qui à se editur: Passiuus, qui ab alio quopiã extrinsecus polito excitat: veluti volatio, actio est aialis volantis: & incessus, animalis gressilis: quod aut ab alio sic agitur, vt locũ mutet, id vtiqz nõ agit, sed patitur. Egintãqz, qui ex Piræo Suniũ comueuit, quippe motus actiue est, id est ex se ipſo, & pro pria natura: contra, passus est, qui ex Piræo Suniũ nauigauit, vt pote qui nauĩ veſtus est. At, quĩ motum prioris esse habitus mutationem diximus: ea verò immutatio dupliciter sit, nempe aut in qualitate, aut loco: vti que mutatio, quæ in loco agitur, latio dicitur, quæ in qualitate, alteratio: ita videlicet vt latio sit immutatio, vel demutatio, vel mutatio prioris loci (de industria. n. multis sum vsus nominibus, maxime, si iniquare studens, qz licet vnus rei multas definitiones efficere, quæ vo cibus tm, non et notionibus differant) alteratio verò, vel mutatio in qualitate, vel demutatio eius, qz prius fuit, qualitatis, vel immutatio in qualitate, vel transmutatio qualitatis, vel quocunqz aliter au ditor, quod dicitur, clarum fore speraueris, quippe huc tibi varietas interpretationis sit utilis. Er go visio (nam redeundum ad oculũ est) actio partis est: oculus verò ipse animalis est particula, nam particulam, an partem dicas (vt prædiximus) nihil refert. Instrumentum verò appello animalis partem, quæ perfectã edere actionẽ possit: veluti oculus visionẽ, & lingua loquelam, & crura itionem. Ad eundẽ modũ & arteria, & vena, & neruus, tum infra, tum partes animalis sunt. Pro hoc nanqz nomi nũ vsu non à nobis modo, sed etiam veteribus definitio, oculus quidem & pars aialis, & particula, & instrumentum vocabitur: cornea verò tunica, particula quidem, & pars, non autem instrumentum. Simili modo & quæ rhagoedes, & quæ arachnoedes, & quæ amphibletroedes græce dicuntur, quippe quarum lingulæ primum quidẽ ac maxime oculi particule sunt: & quia is et facies pars est, itidem & illæ facies sunt partes, sed secunda quadam ratione: ita verò & totius corporis partes sunt propterea, qz facies ipsa totius corporis est particula. Homœomeres verò, id est similis pars, est, sicut ipsum clare indicat nomen, quæ vndiqz in similes diuiditur particulas: veluti in oculo vitreus humor, & crystallinus, & tunicarum propria cuiusqz substantia. Porro hæc latius indicata sunt in dis sectionum comẽtarijs. Hic verò ea tm dixisse sat est, quorum ad id, quod instat, meminisse est opus. Est autẽ opus ostendere in singulis particulis plura inesse, quæ inter se dissideant, nec tm à medicis sint percepta: hoc autem vile esse prædiximus ad nomina nobis recte vtenda, vti que cuius causa nunc id tractandum suscepimus: indicabitur autem & ad ipsam nobis propositam methodum ma xime necessarium. Est enim instrumentum oculus, actio verò visio: vna ex particulis eius simila ris, ac primum visionis instrumentum, crystallinus humor: sicuti in libris, vbi de ijs egimus, mon stratum est: id nanque est, quod alterari debet ab aliquo extrinsecus occurrentium colorum, vt ani mal

mal videat: alterari verò non potuit, nisi purum omnino perspicuum q̄ esset. At purum ita perlu-
cidum q̄ esse non potest sine eo, quod nunc obtinet, temperamento: quippe ostensum est vnam
quāq; rerum talem esse, qualis est, pp̄ calidi, frigidi, humidī, & licci temperamento. Ideo q̄, si quid
horum magnopere immutātū sit, aut planē non videbit, aut male videbit anima. Verum hoc nobis
parum adhuc constat, modo artē querere orlis: nec oportet aliquid ex ijs, quæ post sunt inquirēda,
velut scitum præsumere: nec ipse huius gratia, eorum, quæ de crystallino alibi demonstraui, mēti-
onem feci, sed claritatis causa eorum, quæ nunc sunt dicenda. Vidētes. n. oculum probe munus suum
obire, ac rursus nequaquam videre: atq; illud sanitatem eius, hoc morbū, vel vitium, vel quicquid li-
bet, vocātes, nihil. n. ad rem propositā refert: quærimus deinceps, quæ demum sit eius noxæ causa.

*Aduersus Theſſalum, Iulianum, Olympicum, & reliquos Methodicos, de Sanitatis
ac Morbi definitione.*

CAP. 7.

VNde, inquit, ad hoc motū: Certe ex indemonstrabili axiomate, de quo tū inter omnes conue-
nit propterea, q̄ intelligentiæ euidens est. Quod ergo est id axiomat? Nihil absque causa fieri.
quippe hoc non concesso, non datur aut læsa visionis, aut prorsus amissæ, causam requirere. Sed,
qm̄ id ex ijs est, quæ intelligentiæ sunt manifesta, præsumentes iam aliquam subesse læsionis cau-
sam, ad eius inquisitionē venimus. Ergo hæc causam seu affectum aliquē corporis, seu corpus cer-
to modo affectum, appellare velis, nihil sanē ad rem propositam interest. Illud omnino fateberis, aut
morbum ipsū: hæc esse: aut, si quidem morbus est ipsa actionis læsio, affectū, qui huic officit, mor-
bi causam esse. Existit q̄ hoc loco rursus de nomine controuersia, ipsum ne oculorū affectū, à quo
visus læditur, morbū vocemus, an ipsum actionis vitium. Verum, siue quis actionem vitiatā mor-
bum dici velit, utiq; multo prius statuatur, necesse est, sanitatem esse naturaliter se habentē actionem:
siue affectum, qui actioni incommodat, multo quoq; ante, qui secundum naturam est, siue hūc affe-
ctū, siue constitutionē dici velit, sanitatis vocabulo appeller. Quippe committere, vt cū in actioni-
bus posueris sanitatē, in affectibus existimes statuendū morbū: aut cōtra, cū in partū constitutione
sanitatē, in actionis vitio morbū: tum reliquis methodicis, tū verò principe huius insaniæ Theſſalo
digna sententia est. Etenim oēs ferē, qui sunt indocti huius insani q̄ dogmatis sectatores, sanitatem
esse naturalium actionū firmitatē ac robur aiunt: morbū verò nequaquā actionis læsionē & infirmita-
tem, sed alij corporis quendā affectum, alij corpus certo modo affectū. Quæ quæ: nam, obsecro, ma-
ior dementia sit? Hoc. n. vel quiuis deprehēdat, nō oportere in altero sanitatem, in altero morbum,
sed in eodem omnino genere ambo constitui: siquidem contraria sunt, quæ in eodem genere pluri-
mum inter se dissident, veluti candidum, & nigrum: etenim vnum est horum genus, color. Ideo q̄, G
si contraria inter se sunt sanitas, & morbus, in quocunque genere eorum, quæ naturaliter se habent,
statueretur sanitas, in eodem, cum præter naturā se habet, ponetur morbus. Quare, si sanitas actio est,
quæ in naturam se habeat, omnino morbus præter naturam actio fuerit. Sin aut affectio quæ piā,
aut constitutio naturaliter se habens, sanitas est, & morbus affectio constitutio ve præter naturam
necessario fuerit. Ac Theſſalus quidem finire morbum ne aggressus quidē vsquā est: quin potius
hæsiolandum nobis reliquit, de qua re vocabulum id enunciet. Quod enim nihil interesse cenſeat
inter morbum & pathos, tam tibi ex ipsius hominis commentarijs ostendimus, in quibus translati-
tione ambo ponit, transfert q̄ vtrūque in alterius locum, ceu nihil inter sit, hoc an illo modo loquaris.
Eius verò sectatores vniuersi fursum deorsum que aguntur, ratiocinantes, ac se regentes, omnia q̄
facientes, vt vel obscure loquantur, vel omnino nihil, vt Theſſalus ipse atq; ante hūc Themisō, qui
fundamentum illis huius insaniæ fecit. Quod si tibi ea, quæ Proclus, & Heghinus, & Antipater, ad
hæc quæ Eudemus, Mnafeus, Philo, & Dionysius in hoc genere prodiderunt, dicere velim, utiq;
à proposita tractatione, quæ & scientifica est, & ipsum, quod vile sit, docere conatur, imprudens
excidam. Verum de horum dissidentia licebit aliquando, fortasse etiam in sequentibus, mentio-
nem facere: vna que cum his Menemachi, qui oēs eorum res astutus turbauit, atq; confudit: & nu-
gacis Olympici, cum q̄ hoc etiam Apolloniæ, & Sorani, & qui adhuc viuūt, Iuliani, quem utique
& nos convenimus, vt viua videlicet hominis voce meras nugas condiscerem: sed nec is explica-
re potuit, quid pathos & morbus esset. Cuius rei vel maximum signum est, q̄, cum viginti plus an-
ni iam sint, ex quo illā Alexandriæ cōuenimus, scripserit q̄ iterum atq; iterum institutiones, (nam
has assidue transponit, transformat q̄, nunq̄ ijs, quas scripsit, contētus) nusquam tū earum est aus-
sus, quid morbus sit, prodere, tamen certe adeo ea, quæ nihil ad rem pertinent, in ijs agit, vt etiam
illud inquirat, Sit ne pictura medicis ex vsu. Et tū, tam multa talia que cum scribat, nec dissimula-
re queat, (sicut nec Menemachus) quin Methodicæ sectæ absurditatem clare norit, ne in hodie-
num quidem diem in institutionibus suis vsquam scripsit, quid morbum pathos ve nominet. Mi-
hi certe ipsum interroganti, adeo multa obscura que respondit, vt nihil eorum, quæ dixit, planē in-
telligerem, cogerer que illud tantum homini dicere, q̄ mihi desciscere ab Olympico videretur,
quanquam is auus doctrinæ ipsius fuerat. Nam Iulianus hic Apolloniæ Cyprij, ille Olympi-
ci discipulus fuerat. Ergo Olympicus (vt dixi) sanitatem morbū que finire ausus, illam esse af-
fectum dixit, qui absentia sit morbi: Rursus morbū mutationem à naturali in id, quod præ-
ter naturam sit, stabilem. Quorum sanē vtrique permulta insunt à ratione aliena, quæ & tunc Iu-
liano

*pathos que.
*pathos.

Aliano exposui, & nunc summam dicam. Quod. n. (inquam) confusionē fac, id est, q̄ Olympicus
non illud tm̄ absolute dicit, sanitatem affectum esse positum extra morbum, sed et illud definitioni
adiicit, quem affectum definimus naturalium actionum constantiam, & firmitudinem: haud enim
conijcere valeo, in sola ne actionum constantia, an in corporis affectu, an in ambobus, sanitatem
statuat: sed forte, vt vtrique cum reliquis methodicis assolet confuse alienē q̄ abuti Græcorum voci-
bus, ita nunc quoque affectum non ad corpus, sed ad actiones refert: vt nimirum ad hunc modum
definitionem intelligas: Sanitas affectio est actionis in absentia morbi. Porro iustum, arbitror, fue-
rat alterum duorum definitioni adiecisse, aut actionum, aut corporis, vt videlicet aut ita se habe-
ret finitio: Sanitas est affectus actionum in absentia morbi: aut certe talis: Sanitas est affectio cor-
poris in absentia morbi. Quin etiam, si ambo iungere voluisset, ita quoque licuisset vt dilucide, sic bre-
uiter dicere: Sanitas est affectio tū actionum, tum corporis in absentia morbi. Quid aut, cum subij-
cit, Quem affectum definimus constantiam, ac robur actionum naturam suam tuentium, vtrum ne
pars hæc putada est eius, quod prædictū est, iungenda q̄ tota definitio est ad hunc modum? Sanitas
est affectus corporis in absentia morbi, & constantia actionum, quæ secundum naturam se habent,
ac robur: an ista ipsa per se ipsam perfecta definitio est, ac, quid sanitas sit, docēs, prout sanē nō nul-
lis methodicorū placuit, qui sanitatē esse dixerūt constantiam secundum naturā se habentū actionū?
Verum, si hæc absoluta est, haud scio, quid doceat ea, quæ ante dicta est, quæ affectum esse sanitatē
præcipit. Quippe illud, quod dixit, in absentia morbi, eiusmodi planē est, quod vel puer rideat eū,
si ita definire permittetur, manifestū sit & morbum fore affectū corporis in absentia sanitatis: ita vi-
dēlicet, vt vtraque definitio, non quid sit id, quod queritur, sed quid non sit, doceat. Sed mittam
(inquam) si placet & hæc, cum sint ad rem non admodum necessaria. Illud certe præterire dissimul-
lare q̄ non licet, q̄ in sanitatis explicatione omnia actionibus tribuantur, vel solis, vel et cōfundēdo
involuendo q̄, ac obscure, quodā modo miscendo ipsum affectionis vocabulum, quemadmodum
fecit Olympicus: in ipsius verò morbi definitione, nulla sit actionum mētiō: nā illud dicere satis ha-
bit, morbū esse mutationem corporis à naturali statu ad eū, qui præter naturā sit, cōstantē & sta-
bilem, At debuerat, inquit, aut in actionibus, aut in affectibus, vtrūq; cōstitueri. Quid verò mihi re-
sponderit, & sæpe tibi iam mi Hiero narraui, & nūc repetere non erit alienum. Nihil (inquit) miri
est in actionum quidem constantia cū robore sanitatē ponit: in affectu aut corporis præter naturam,
morbum. Neque. n. contraria sunt, vt tu ris, inquit: est. n. eorum aliquid medium, quod nec sani-
tas sit, nec morbus. Quo ego sermone audito, abij stupelactus simul ac dolens: fatendum enim est,
C quod accidit. Antea. n. neminem vnquam eorum, qui in ea opinione prorsus sunt stupidi, conue-
neram: tum aut primū conueniens merito obstupui, nō q̄ is solus adeo sine sensu esset, sed q̄ multo
sed etiam aggressiores tot haberet discipulos, qui, cum statim in initio doctrinæ suæ methodicos ita
erare viderent, tū à secta non desciscerent: aut, si omnino non viderent, prorsus essent attoniti. Nam
quid, quæso, ad rem, morbum sanitatē non esse contrariū propterea, q̄ aliquid eorum sit medium?
Patet enim hæc sratione non fore album nigro cōtrarium propterea, q̄ eorum sint media laurum,
& fuscum, & rubrum, & pallidum, & reliquorū colorum linguli: nec calidum frigidum, quippe ho-
rum quoque sunt media, tepidum, & temperatum. Ac sapientes istos methodicos, cum nec leui nec
spernendo lapsu sic sint inter initia statim lapsi, speremus ne veritatē vllam eorum, quæ sequantur,
posse intelligere: minime profecto: quippe, quæ in arte medica spectant, oia ex his pendere docebi-
mus, id q̄ merito: siquidē in ijs artibus, q̄ methodo aliqua tradunt, earū constitutōdarū principiū est
finis ipsius notis. Ac in huius quidē notitia, alijs quoq; multis varie est erratū, alijs medicina sinē
esse affirmantibus, vt plurimū sanare: alijs, ea facere, quæ sint ad sanitatem cōducibilia: alijs, morbo-
rum causas adimere: alijs, pro se quenq; omnia peragere: alijs, prout cuiq; succurrit: ac de his defini-
re seorsum cōueniet. Nemo tū adeo fuit stupidus, vt in alio genere poneret sanitatē, in alio morbū:
D sed vel actionibus naturaliter se habentibus tribuit, vel partium constitutionibus, quos aliqui affe-
ctus vocant. Siue autem in actionibus naturaliter editis sit sanitas, in ijs, quæ præter naturam sunt,
erit morbus: siue in constitutionibus naturaliter se habentibus, in iisdem præter naturam se habentibus
erit morbus: siue in affectibus, in his ipsi erit & inualetudo. Neque enim profunda vlla spe-
ctatione ad hoc est opus: tm̄ sufficit non esse peruersum. Nam quis, obsecro, dubitet, si videre sani-
tas sit, morbum esse vel cæcutire, vel omnino nō videri? Quis non intellegit, si audire sanitas sit,
esse morbum vel ægre audire, vel prorsus non audire? Pari modo, si cōcoquere, bona valetudo est,
male cōcoquere, vel planē nō cōcoquere inualetudo est. Et si suo aliquē arbitrio moueri sanitas est,
vtiq; morbus fuerit & conuulsio, & palpitatio quem palmon vocant, & neruorum resolutio, & tre-
mor: & deniq; quicquid voluntarium motū vel penitus destruit, vel et certo mō impedit. Ad hæc,
si naturaliter sentire sanitatis opus sit, insensibilitas, & difficilis sensus, & stupor, & dolor agritudi-
nes erūt. Rursus, si ordinate respirare sanitas est, vtrūq; spirandi defectus, vel difficultas, morbus est.
Atqui, si hi morbi sunt, dubiū non est particularū affectus, ex quibus hæc ædunt, morborū esse cau-
sas, nec oportere aut phlegmonem, aut scirrhum, aut crysipelas, aut abscessum, aut vlcus, aut œdema
morbos dicere. Quod si hæc agritudines sunt, manifestū est nullū illorū esse morbum. Quippe duo
rerum genera sunt nusq̄ inter se similia, sed omnifariam dissidentium, & tota natura differentium:
alterum

*pathos.
*pathos.

alterum horum generum corpus vocant, alterum actionem. Ergo oculus, & lingua, & auris, & Crus, atque id genus singula, corpora sunt certo modo affecta: visus, auditus, sermo, incessus, actiones prædictorum sunt corporum. Si itaque in certo quodam corporum habitu agnatio constituitur, certe in certo quodam actionum habitu non statuetur: quoniam, si in hoc morbus constitat, planum rursus est in corporum affectu non esse. Verum, quod affectus ipse causa sit, actio vero id, quod ab affectu corporis efficitur, id vero est, quod omnium maxime & fatendum medico sit, & tenendum. A deo, quisquis hoc ignorat, is in re labitur, quæ planè est ex necessarijs. At, qui vel actionis læsionem vel corporis affectum, morbum, vel quoquo nomine appellat, quanquam parum conuenienter nominat, potest tamen de rebus ipsis rectam habere sententiam. Contingit autem non ex nominum, sed rerum recta opinione, recta morborum curatio. Iam hoc ipsum multos medicorum ignorantes inuenias, putantes quod in rebus dissidere eos, qui corporum affectus morbos esse censent, ab ijs, qui in actionis vitio eosdem constituunt. Atque horum omnium errorum (quod & sæpe iam dictum est, & post dicitur) unica causa est, quod, qui inuenire quiduis logice sunt aggressi, non fuere in logica methodo exercitati: sed simul, veluti ratione cogitatione quæ exercitati fuissent, ab experientia desciverunt: simul, cum in illis in exercitati fuissent, magnopere sunt lapsi, siquidem milles eos de nominibus tantum de rebus litigantes inuenio. Rursum, ubi rem quampiam maximam ignorarint, nomen se ignorare putantes, veluti in eo, quod nunc est propositum, discernere nequeunt corporis quidem statum cause rationem sustinere: actionem eius, quod ab eo perficitur: sed nec, quod sanatur, id esse corporis affectum. Quippe comitatur necessario hunc naturaliter se habentem naturalis actio: contra, si à natura recesserit, actio statim præter naturam se habeat, necesse est. Porro in hoc totum vertitur: est quod hoc principium ac veluti primum quoddam elementum omnis methodi, quæ de medendo instituitur. Cæterum, an hoc ipsum appellare morbum oporteat, an actionis vitium, id est de nomine dubitare. Dicemus autem aliquid & de nominum usu, sicut in alijs prius iam fecimus. Verum nunc de ipsis non dum distinguo, quod videlicet hoc ipsum, rerum fide magis comprobem: ostendam que, quod nam sit huius de medendo methodi principium & radix. In quo cum alij multi ex ijs, qui rationales se dogmaticosque appellant, tum vero probi istius methodoci, sunt falli. Atque illud quidem ijs, qui prudenter sunt, iam quodam modo apparet, nihil esse aliud, quod à medicis curetur quam corporum affectum, veluti proximo libro monstrabitur.

De Causarum, Affectuum, Actionum, ac Symptomatum generibus, ex quibus vniuersa dignoscendorum ac curandorum morborum methodus pendet. C. A. P. 8.

Nunc illud nobis propositum erat, ut ignorantiam eorum corrigeremus, qui, quot in vniuersum res sunt, quæ in præsentis disputatione proximè inter se habeantur, ignorant. Videtur, n. vnus genus esse ipsorum corporum, alterum actionum. Ac corporum quidem genus præcedere actiones, eas que gignere: has vero sequi, id est, si corpora naturaliter se habeant, inculpabiles ac naturales: sin præter naturam sint affecta, aut nulla prorsus, aut omnino certe impeditas. Tertium præter hæc genus est causarum, quæ hos affectus creant. Nam, quam rationem habet affectus ad actionem, hanc alterum quippiam ad ipsum affectum omnino habeat, oportet, illo dumtaxat euarians, quod affectus cum actione vnà consistit, nec potest vsquam aut proba actio esse sine corporis naturali affectu: aut vitiosa, nisi cum corpus sit vitio affectum. Eius autem affectus, qui actionem impedit, causa potest quidem non etiam esse: possunt autem & adhuc nunc manere. Ergo causa omnino ab affectibus causa sunt. Ac tertium hoc iam inuentum genus diuersum est, & ab actione, & eo, qui hanc gignit, affectu. Ab hoc quartum aliud genus est affectuum eorum, quæ, cum corporibus & naturaliter & præter naturam se habentibus insunt, actioni nec commodant, nec incommodant: sicut, exempli causa, color corporis ex diuturna in Sole mora niger ex candido factus: aut contra, ubi versatus in umbra quis sit, ex nigro candidus: aut ruber, lotis: aut pallidus, expauescens. Quippe hæc nec actiones sunt, nec corporis affectus, qui sunt actionis causa: multo que minus ipsa causa, hæc quæ affectus, qui præter naturam sunt, creant: sed sunt symptomata, quæ diuersas corporum alterationes necessario sequuntur, siue hæc secundum naturam, siue præter naturam, se habeant. Ergo, cum quatuor definita genera iam sint, ex quibus vel noscendis, vel non noscendis, probe secus ut incipiendam esse medendi artem monstrabimus, liceat de cætero cuius, prout volet, ijs nomina imponere: veluti affectum corporum præter naturam se habentem, cum actionem aliquam vitiat, morbum, si placet, appellato: ipsum vero functionis vitium, insignem quoddam morbi symptomata. Quæ alia ratione accidunt, ceu colores, ea quoque, si volet, appellato symptomata, cæterum ea distinguat à functionum vitio: & si illa insignia, morbi symptomata vocet, hæc, familiaria propria que nominet. Quadam etiam præter hæc, si volet, nec familiaria, nec propria, sed forte quadam incidentia. Quartum vero ab ijs genus statuito, quod sit insalubrium, siue (vt ita dicam) morbificarum causarum. Atque harum, quæ quidem in ipso animalis corpore consistunt, internas nominet: quæ extrinsecus, extrinsecas: nisi malit (vt nunc vulgus medicorum insuevit) illas antecedentes, has primitiuas vocare. Politis autem pro arbitrio vel hoc vel alio modo nominibus, dummodo clare, & ex vsu legentium, nec mutet postea, nec transponat eorum vsum, sed perpetuo per omnem disputationem obseruet, quod, & quæ dicat, facile intelligamus, & refutationes redargutiones que

* προνομιαν
να
* προκαταρ-
χουσα.

Ationesque omnes ad aliquid clarum distinctumque referamus. Qualiter, inquis, & ad quem modum? (nam id ipsum quoque indicandum adhuc arbitror propter stupidos istos methodicos) nempe cito, dicat aliquis, phlegmonem affectum esse præter naturam: ipsum vero læsam phlegmone laborantis particule functionem morbi insignem symptomata, veluti pedum quidem læsam ingressum, oculorum visum, aurium auditum: ruborem autem, tensionem, & renixum, & tumorem, qui præter naturam sit, ac phlegmonis succedat, diuersum quoddam genus siue symptomatum, siue accidentium, siue quo alio nomine appellare malit: illud modo sciat, clareque definiat, non esse idem genus cum vitio actionis. Rursus sanguinis redundantiam (si forte hæc fuit) internam phlegmones causam: externam vero, & quæ hanc præcessit, ciborum abundantiam. Ergo, sicuti ipse exempla sermonis habendi clara posuit, & quatuor genera distinxit, ac notiones eorum dixit, ita & Thessalo, arbitror factum fuit, præsertim post tot & tantos viros, quos se vicisse prædicauit, nouam læsam condituro. Nunc vero nec ipse apertum quicquam attulit, nec sectatorum eius quisquam.

- Al. causas.

Reselluntur, que Olympicus, ac Thessalus de ea, que est inter pathos & symptoma, differentia prodiderunt.

C. A. P. 9.

Olympicus enim, cum ausus sit definire, quid pathos sit, non eius, sed symptomatis retulit notionem. In summa igitur, nec quid pathos sit, nec quatenus à morbo differat, intelligunt. Verum hoc nos in sequentibus docebimus, simul enim omnia dici non possunt. Verum concessio istis idem esse morbum, ac pathos, inspiciamus ea, quæ dicit Olympicus. Pathos (inquit) est conuersio corporis à naturali habitu in eum, qui præter naturam est, permanens. Post paululum progressus ait, Sciendum est differre à symptomate pathos, quod pathos, vt paulo ante dixi, affectus corporis est præter naturam permanens: symptoma, quod huic accidit, quodque in ijs, quæ præter naturam sunt, specialem, ac magis etiam particularem figurationem habet. Hæc est egregia interpretatio sapientis Olympicus, qui pathos ac symptoma finire est ausus. Quæ sanè tot vitis scater, vt mihi in mentem veniat illud Iulii ad scribrum, negantis inuenire se, quid eius obturet, aut non obturet. Quid enim primum ex ipsis dicas, aut quid omittas? quippe omnia refutare, que perperam sunt dicta, longum sit. Num ois mutatio ab eo, quod secundum naturam se habet, ad id, quod præter naturam est, morbum censetur, si modo permanentia illi adlit? At vos tum coloris vitium, tum atrophiam, i. affectum, in quo corpus non nutritur, symptomatis, nequaquam morbis annumeratis. Quid autem cacochymia, i. vitiosus succus? quid cachexia, i. malus corporis habitus? quid succi defectus? quid vero ipsa redundantiæ? nonne præter naturam sunt? Si ergo permanentia his accedat, inter morbos numerabuntur. Atqui nec ipsi id vultis, & merito sanè. Etenim supra id, quod præter naturam sit affectus, aditici oportet etiam aliquam ab eo læsæ actionem: nam, quoad ille hæc omnes seruantur, etiam si milles corpus sit alteratum mutatumque, nullus tamen eorum affectum adhuc morbus est. Quod, n. curationem desiderat, aliud planè non est, quam affectus, qui vitiat actionem. Si quidem quod primum maximeque omnium desideramus, id naturalis est actio: propter hanc, & naturalem siue affectum, siue constitutionem nominare velis. Videre namque, & audire, & loqui, & ingredi indigemus, non autem oculis, auribus, lingua, aut cruribus: nam, si videre alia particula liceret, quis oculorum esset vsus? Et, si alio quouis instrumento audire liceret, quæ aurium esset vtilitas? Pari modo & lingua, & cruribus minime profecto esset opus, si loqui atque ingredi sine his possemus. Ac videre quidem, nostra ipsorum causa indigemus: oculis non nostra, sed ideo, vt videamus. Iam linguam, aures, crura non propterea requirimus, vt insubmentis & multis altissimam partibus, sed loquelæ gratia, & auditus, & incessus. Quippe demortua quauis particula, quæ abscondi potest, veluti digito, pede, aut summa manu non patimur hanc ociosam gestare, ac veluti pondus alienum circumferre, illud clare hoc ipso declarantes, haudquaquam nos particulis illis, sed functionibus egere. Veluti igitur totam particulam actionis causa requirimus, eodem (arbitror) modo naturalem quoque eius constitutionem actionis gratia desideramus. Sicuti enim supra diximus, causæ vicem ad actionem constitutionem præstat. Quæ vero constitutionem, vnde actio nascitur, necessario sequuntur, sanis quidem nobis accidentia, ægrotantibus symptomata nuncupantur. Atque hæc quatuor genera sunt omnium, quæ in corpore nostro habentur, seu secundum naturam nos, seu præter naturam habeamus, actiones, constitutiones, quæ has præcedunt, quæ sequuntur: his dehinc nomina, qui volet, imponito, singulis seorsum: & si Dionem, aut Theonem appellare velit eorum quodlibet, mea nihil refert: illud modo intelligat seruetque vbi que, quatuor in vniuersum partibus, esse, quæ litæ inter se proxime sint. Et, quoniam huc sermonis veni, videor mihi hoc iuste exigere, vt sicuti nos illis permittimus, quæ velint, nomina indere, ita illi inuicem nos vsitatis & antiquis vti sinant. Alioqui sanè graue atque adeo inritum sit, si illis solæcisimum committere tyrannorum ritu licebit, nobis vel græce, vel latine loqui non concedetur. Vocanto, si placet, sanitatem, ipsarum functionum constantiam: quanquam ostensum à nobis est affectum constitutionemque partium, cuius ope functiones secundum naturam edimus, hygien, i. sanitatem ab omnibus Græcis appellari. Atque id cum statuerint sanitatem, morbum tamen censento non actionis vitium, sed qui præter naturam sit affectum. Tanquam ergo nos illos nec græce latineve nec dialectice nominantes, non impedimus, ita illi nobis permittant & græce latineve & dialectice non omnem, qui præter naturam sit, affectum, sed qui actioni incommodat,

* Al. ociosis.

incommodat, morbum nominare: qui præter naturam sit, nec tamen actionem obturbet, non enim morbum, sed morbi symptoma. Rursus, sicut illi permanentiam adiiciunt, nec indicant, quot horas eiusmodi affectus moratus, morbus sit censendus, ita illi nobis concedant illud permanentiæ nomen subtrahere. Nam, si quis siue tribus horis, siue quatuor, siue horæ tantum dimidio, toto corpore vehementer sit arreptus sic, ut neque sentiat, neque moveatur, hunc nos apoplezion, siue attonitum dicimus. Æque, si quis conuulsus toto corpore sit, hunc etiam comitiali morbo laborare, nulla nec horarum, nec dierum ratione habita: quippe nomina id genus, naturæ rei, non temporis modi sunt indicia: non aliter quàm album, & nigrum, & calidum, & frigidum: alioqui mirum mehercule sit, si aqua calida, calida non sit, nisi perpetuum diem talis perduret: aut qui sex horis febricitauit, non febricitauerit: oportuisse enim ut febricitauerit, durasse malum: quanquàm, quod tempus id sit, quod durationem illam, iusta ne fuerit, an secus, determinet, nemo eorum tradidit: utrum ne dierum aliquis numerus sit, an mensium, an horarum: aut cur durabilem dicant, cum licuerit diuturnum dicere: aut cur hoc quidem mutantes non nulli eorum, difficile solubile dicant. At certe hoc non generaliter morbi, sed longi morbi proprium est: perinde ac facile solubile, breuis. Verum existimare referre, ægre solubile, an durabile, an diutinum dixeris, non ne extremæ est ruditatis: iam illud profectio magis mirum, quod ipsi veluti à graui somno experrecti, distinguere pathos à symptomate aggrediuntur: cum auctor stupiditatis eorum in secundo de methodo, sic scribat: Eadem nanque, cum præcedunt, pathe dicuntur: cum succedunt, symptomata. Quamuis etiam longe mirabilius hoc ipsum sit, quàm ea, quæ ab illis dicuntur, utique iccinoris phlegmonem, si primo statim die irruat, pathos esse concedere: sin alteri cuiquam secundo, aut tertio die succedat, abire in symptomata: quanquam quid diem secundam memoro, cum melius sit horam secundam à morbi inuasionem dicere? An enim in secundo die phlegmone iccinoris in symptoma migrabit, in secunda ab initio hora non migrabit, nec symptoma erit? cum illud saltem, quod est, alicui, quod præcessit, superuenire illi omnino competet. At, quod tam celeriter, inquit, superuenit, ab eo, quod vnà irruit, non distat. Rursus igitur dictum ab illo clare oportuit, quot horis determinet, distinguatque, quod superuenit, ab eo, quod vnà inuadit. Ac Thesalalus quidem eiusmodi est. Olympicus vero, ceu in arcè ipsam sapientiæ euectus, non ita pathos à symptomate discernit, sed pathos id esse, quod dictum est, symptoma verò, quod huic accidit, mirifice videlicet, ac dilucide essentiam eius interpretatus: quippe, quid ipsum symptoma, quod pathos comitatur, sit, adicere (ut arbitror) ac definire oportuit, num corporis aliquis affectus, num læsio quæpiam actionis, num pariter vtrunque esset. At ille quidem minime id dicit, sed nobis videlicet diuinare est opus. Illud verò, quod definitioni apposuit, nempe specialem, atque etiam magis particularem in iis, quæ præter naturam sunt, figurationem habens, quam non excellentiam claritatis habet, atque etiam nominum græcam, perlepidamque interpretationem? Si magis specialem quandam figurationem, in iis, quæ præter naturam sunt, symptoma habet, quid ergo est, quod magis generalem notam habet? non enim dixit, an sine collatione ad generale, magis speciale liceat inuenire. Sin ad nihil omnino referens, magis speciale pronunciat, oppido quàm diligenter, clareque interpretatur: quanquàm & paucis, & dilucidis verbis dicere ei licebat omnia, quæ circa corpus animalis præter naturam sunt, vel morbum esse, vel causam, vel symptoma. Quibus omnibus cum illud præter naturam sit commune, morbus actioni officit, causa ipsum præcedit, symptoma eum sequitur, ipsum videlicet natura duplex, alterum actionis læsio: alterum affectio quadam morbum sequens. Verum (ut dixi) si quis omnes eorum errores excutere velit, finem dicendi non inueniat: ipse que mi Hiero optime scis eorum nos ne millelimam quidem ipsorum partem refutare conatos. Ergo, si illud tantum adiecero, primum hunc librum hoc loco claudam: nempe quod in ipso statim methodi principio non pauci medicorum falluntur, utique qui Thesalali, ac Themisonis sunt æmuli, quique methodicos se appellant, insignibus, ac maximis erroribus: cum his verò non pauci eorum, qui se analogisticos, dogmaticos, ac logicos nominant. **H** Si quidem, nisi quis omnes affectus, à quibus actio leditur, inuenerit, numerum ipsum morborum, quantus, qualisque sit, ad vnguem definire non potest. Id cum quidam eorum facere nunquam vel tentauerint, tyrannorum more, quæ ipsis videntur, citra demonstrationem pronunciant. Alij non modo ipsi non demonstrant, sed nec à demonstrantibus discunt. Ac plurima (ut scis) medicorum pars, qui nunc sunt in pretio, eiusmodi est: nec id fortasse mirum. Nam, ubi philosophorum plerique citra demonstrationem credendum sibi postulant, quid de medicis mirere, quibus nec vacat veritatis inquisitioni vacare? ut qui mane in salutationibus (ita enim appellant) sunt occupati, vesperi cibo distenti, ac ebrj. Verum ego veteris tibicinis exemplo, mi Hiero, vel cum musis ipsis certauero: cum alioqui turpe putem, tibicinem, qui præsertim haud magnam rem prospere moliebatur, adeo repertum fuisse laudis cupidum: me autem, qui medendi methodum ab antiquis inquisitam, non tamen hætenus exacte proditam, inuestigare, absolueremque valeam, propter eam, quæ hac tempestate regnat, ignauiam, grauari, atque cunctari, ac differre. Quare contra nunc affectus, quàm ante, mihi videor. Non enim proprium vobis, qui me ad medendi artem totam ordine perscribendam hortati estis, hoc munus dedico. Ac primus liber hic mihi finiatur: totius, quod sequitur, operis secundus ad hunc modum deinceps incipitor.

* Al. causam.

† Al. ex ant. cod. vobis enim, qui me ad medendi artem totam ordine perscribendam hortati estis, qui me ad dedico, gratias habeo.

Galenus

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CURANDIS
LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Quid sit Morbus, ac quæ prima ipsius genera: & quo pacto statuenda sint Indicationes, quibus vniuersa morborum curandorum methodus, tanquam fundamentis subsistit.

Affectum, à quo immediate actio leditur, proprie dici Morbum, quando & ad ipsum remouendum vniuersa curatio dirigitur. C. A. P. 1.



B Væ corporibus nostris à naturæ suæ modo egressis, Hiero optime, accidunt, eorum quatuor tradite differentie sunt: Vna ipsius functionis vitiatæ: Altera eius, qui hanc peperit, affectus: Tertia causarum, quæ ipsum præcesserunt affectum: Quarta symptomatum, quæ hunc necessario consequuntur. Quod itaque vel cuncta hæc esse morbum oporteat, vel horum quedam, vel certe ex his vnâ, id promptum colligere cuius est. Cum, n. ægrotantibus præter hæc nihil insit, utique præter hæc morbus non fuerit. Quod ergo reliquum est, aut omnia hæc collecta morbus erit, aut horum quædam, aut vnum saltem omnino. Sed enim omnium esse collectionem, præter id, quod neminem vsquam habuit auctorem, et dici non potest. Nam quæ, quæso, morbi causa, aut quod morbi symptoma erit, si omnium pariter collectio morbus censetur? Neutrum profectio erit. Ergo duo præter morbos genera relinquere necessum est: alterum causarum, quæ hos creant: alterum eorum, quæ necessario sequuntur, non tamen homini officiant. Verum, si hæc abstruleris, reliquum est, ut in altero duorum statuatur morbus, aut ipsis functionibus affectis: aut, qui has edunt, affectibus. Vt utique & antiqua sanè de hoc controuersia, & hodie dissident inter se omnes, non modo medici, sed et philosophi, alij ipsius actionis vitia, alij affectus vnde actio prodit, morbos nominantes. Et dissidere viros in rebus tam obscuris minime est mirum: non intelligere tamen eos, quod de nomine contendant, sanè taxatione est dignum. Quippe, si inter omnes conuenit, ad affectum, qui functioni obest, curationis consilia dirigi, quid ad artis officia conferat definitiue, affectus nec, an læsa functio, morbus sit appellandus? Vtrius enim modo appellandus æger sanitati restituetur, modo quis affectui commodis præditijs occurrat: hic nanque est, quem alterare mutareque, & prorsus submouere oportet, non vitium functionis. Nemo enim ipsam claudicationem sanat, (id enim esset ridiculum) sed affectum, qui hanc efficit, veluti phlegmonem, si huius vitio claudicatur: atque hanc & perfundit, & cataplasma superimponit, & scarificat, & per halitum digerit, & omni ratione discutere cetera, utpote cum hac abolita, reddatur rectus incessus: nec hæc submota claudicationem corrigere prorsus sit opus, cum nec remaneat quicquam prauæ functionis, si, qui huic obstitit, prorsus sit amotus affectus: quoad verò huius quicquam relinquitur, necessum est ad portionem eius, actionem vitiose edi. Hunc itaque affectum, seu morbum appellasse, seu pathos, vitiumque, seu morbi causam, seu pathos, vitiumque, causam quis velit, id nihil ad curationem nec proficit, nec obstat. Sed, neque si Theonem aut Dionem hunc vocet quis, modo rite sanet, nec hic quidem ægrotanti officiat. Quinimmo, si quis prorsus innominato eo, tamen quæ ex vsu ægrotantis sunt, adhibeat remedia, non solum hic nihil offendet, sed etiam bellissime curabit. Verum, qui alterum docere volet, quæ Diple tenet, huic prorsus nominibus propter res vti est opus. In quorum vsu claritas quasi meta spectanda erit. Nam, qui sic nominare quæque studet, ut qui discit, clarissime intelligat, is optimum præceptor fuerit. Quoniam igitur & nos iam docendi munus ingredimur, necesse est alicubi rebus nomina imponamus: an verò dilucide, id vos æstimetis, licet. Ergo affectus, qui actionem vitiat: Morbus appellatur: hunc si quid sequitur, Symptoma: quod illum excitat, Causa.

Qua ratione veteres medici Nomina Morbis imposuerint, & quibus ex libris Morborum ac Symptomatum numerus & Causæ declarentur. C. A. P. 2.

His ita distinctis, inspicienda diligenter est nominum diuersitas, quæ ægritudinibus imposuerunt ipsorum primi auctores. Subinde enim à læsa particula sunt indita, ut Græcis Pleuritis, id est laterum compunctio: Peripneumonia, id est pulmonum phlegmone: Ichias, id est coxendicorum morbus: Podagra, id est pedum vitium: Nephritis, id est renum vitium: Arthritis, id est articularum vitium: Ophthalmia, id est oculorum phlegmone: & Cephalalgia, id est capitis dolor: & Dysenteria, id est intestinorum tormina. Subinde ab ipso symptomate, ut Eileos, id est tenuioris intestini morbus: Tinesmos, id est delidendi assidua cupiditas: Spasmos, id est conuulsio: Palmos, id est palpitatio: & Tromos, id est tremor: Paralysis, id est neruorum resolutio: & Apeplia, id est cruditas: Dyspnoea, id est difficultas spirandi, vel inordinata spiratio: Apnoea, id est defectus

Septima Classis.

bbbbbb

defectus

naturam, qui actioni incommodat, applicamus remedia. Quisquis igitur ex ijs, quæ particulis naturaliter insunt, & quæ temere accidunt, & quæ actionis sunt causæ, distinguere non potest, quomodo credibile est, ut ipse affectum, ex quo primum actio læditur, inuenire possit? Nam, quæ temere corporibus accidunt, etiam si millies sint alterata, nocere profecto actioni non possunt, quandiu, à quibus fiebat, omnia naturam suam tuerentur. Horum vero si vel vnumquodlibet sit alteratum, actionem quoque ipsam statim lædi intantum est necesse, in quantum ab eo, cum secundum naturam se haberet, est adiuta.

Tribus exemplis ostendatur Dignotionem Morbi, ac curationem, ex intellectu Affectus, qui secundum naturam inest, pendere. CAP. 4.

AC mihi quidem res tota explicata iam est, clarescit ostensum, ijs præsertim, qui intelligere vera possunt, fieri non posse, vnumquodlibet morborum numerum methode quis comprehendat, nisi idem omnium causarum actionis numerum, corpore secundum naturam se habente, norit. Nihil tamen ex iam dictis intelligere adhuc possunt, quicumque vel rudiores sunt, & ingenio crassiore, vel methodicæ sectæ nugis innutriti. Denovo igitur, quod nunc generatim dictum intelligentibus est, illis quoque speciatim exponamus, vnum aliquod atque alterum veluti exemplum sermoni proponentes. Cur lingua sapores percipit, nec vlla pars alia? Num propter colorem, aut situm, aut magnitudinem, aut figuram? Quippe ea affecta, nec commode sapores sentiente, aut colorem eius ad naturam suam reducemus, si videlicet huic actionem debet: aut iam dictorum quoduis, si ab illo agendi vim accipit. Quod si propter aliud ab his qui præcipiam, constat, si illo tantum tenus ad naturalem habitum sit restituta, nullo etiam reliquorum fore opus. Nam esto, exempli gratia, densitas certa pororum causa sit, cur succi saporem diiudicet: nunquid horum symmetriam, quæ in sanitate visitur, tuebitur: rursusque ametriam, id est à iusto modo recessum, quous laborat, corrigemus? Esto (si placet) mediocris calor causa sit, cur saporem intelligat: num hic quoque manifestum est cæteris neglectis vnam adhibendam curam, ut illud seruemus, à quo agendi facultatem accepit? Iam, si propterea, quod ita in sicco, humidoque atque temperata sit, idcirco sentiat, quis non reliquis posthabitis huc tantum intendat, ut neque iusto siccor sit, nec etiam humidior? Quis rursus, si hoc verum est, non facile prompceque colligat duos esse vniuersos linguae morbos, alterum siccum, alterum humidum? Veluti rursus, si per moderatum calorem, & frigus habet, quod sentiat, quis non hic quoque duos esse morbos eius intelligat, caloris, frigorisque à modo recessum? Non aliter quoque, si propter tenuitatem meatuum competentiā sensum est nata, promptum profecto hic quoque colligere est, omnino eam ex horum contrario habitu esse vitandam: duplexque vitium fore, densitatem eiusmodi meatuum, & raritatem. Sed num etiam plura dicam, quod stupidos istos inducam, ut, si nihil aliud, illud saltem intelligant, non posse quenquam nec inuenire, nec demonstratione asserere, morborum numerum, qui non ex ijs, quæ particulis insunt, tum quæ causæ actionis sint, tum quæ temere accidunt, norit? Num etiam alterum adhuc tertiumque exemplum adijciam? Sæpe nanque multitudinem exemplorum, stupidorum animi veluti à somno excitantur. Age igitur ita homines interrogemus: Idcirco ne corpus calida, frigida, dura, mollia, lenia, & aspera, omnia denique tangibilia sentit, quod candidum colore est, aut nigrum, aut rufum, aut vno verbo, quod talis coloris est? an propter horum nihil, sed aliud quippiam? Neminem enim arbitror latere, quin, si quid probe sentiendi munere uteretur, id tantum illi tuendum custodiendumque sit, ex quo vno probe sentiendi facultatem accepit. Nam, si ex eo quod candidum fuit, id dotis obtinuit, eius nimirum tuendi maxima erat habenda cura, sicut nigri fugiendi. Sin contra ex eo quod nigrum fuit, sentiendi vim habuit, omnes, arbitror, alios colores fugere, formidareque oportebat. Ad eundem modum, & si inde adeo sentit, quod flauum, vel rufum est, fugiendi, arbitror, alij colores sunt, ceu sensum vel penitus abolentes, vel vitiantes. Præterea, si eo, quod durum sit, sensu est præditum, si molle fiat, deterius sentiet: Aequè ut, si eo, quod densum sit, si ad raritatem mutetur. Iam, si tenuitatem, meatuum symmetriam acceptam sentiendi vim refert, vbi ab hac recesserit, vitabitur. Et generaliter, ut sentiat, id tantum ipsum adsit, oportet, unde sensum obtinuit: atque id tantum corrigatur, unde sensus est læsus, cum à natura recesserit. Num igitur tertio exemplo est opus? an hæc abunde satisfaciunt? Sane prudentibus vel hæc superuacua puto, ut qui vniuersale intelligere sine exemplis possint: rudibus autem, & auersis, & contentiosis, ne si tertium quidem addam exemplum, quicquam fortasse profecero. Veruntamen, quando duo iam dicta sunt, & inaniter tempus nostrum semper terunt, non fuerit alienum, vnum etiamnum ijs exemplum adijcere. Proponatur itaque iam, quemadmodum ventriculus male concoquens nobis sit corrigendus. Verba autem faciemus, non solum contra methodicos, sed etiam contra eos rationalium, qui non cognita ipsius actionis prima causa, quam continentem etiam nominare sunt soliti, methode quadam ac ratione constitui posse artem putant. Esto igitur, quispiam dicat (ab ijs enim, quæ obtinuit promptamque absurditatem exhibent, ceppisse præstat, quod eos, si fieri potest, ad ea, quæ confusa magis sunt intelligenda sensum perducamus,) esto, inquam, aliquis dicat hunc quempiam, qui nunc cruditate laborat, quod multos deinceps dies solo lacte est altus, ventris colorem mutasse, albumque ex rubro reddidisse, idcircoque ventris sui functionem vitasse. Fortasse iam rides, & iure profecto rides. Verum, si scias, quam sit simile, & huic de coloribus citra vllam

Avllam demonstrationem adhibitam quiduis pronuciare, & ibi de exiguorum meatuum (verbi gratia) symmetria, aut alio quolibet affectu, non, arbitror, iure ridebis: nam aut in te te risum vertes, aut non in hunc. Nam esto impudens sit, qui causam minus probe concoquendi coloris imputet, dicatque, quod quoniam ex naturali colore ventriculus ruber est, nunc vero redditus est planè albus, idcirco cruditate laboret, est necesse. Libens sanè audiam, quid tu contra hunc obijcias. Ego enim aliam rationem non inuenio, quæ vt iubeam, qui ita dicit, prius ostendat, an omnino propter colorem, iustam ac naturalem actionem ventriculus edat. Tu si quam aliam habes, libens audiam. Sed nec habes, nec habere aliam contradicendi rationem potes contra eum, qui colorem cruditatis ventriculi causam esse dicit, quæ exigere, vt doceat, quo modo ex naturali colore consecutus sit, vt concoqueret ventriculus. An igitur huic, qui coloris cruditatis causam imputat, fides non adhibetur ante, quam doceat etiam hoc nomine agere ventriculum: tu, cum vel tenuium meatuum symmetria vitio, vel alij cuiuspiam hanc ascribas, credi tibi postulabis prius, quæ doceas, quo pacto ex symmetria in illo genere agat? At non hoc aio, inquit, nec aliud quicquam esse, concoctionis continentem causam, sed prorsus id ignorare me fateor. Atqui, si ei, qui coloris actionis causam tribuit, necesse est etiam, eidem læsionem actionis imputet, qui verò tenuium meatuum symmetriam actionis causam dicit, etiam horum ipsorum à iusto modo recessum, eadem vitare fateatur: tum, qui temperamento quatuor qualitatum, caloris, frigoris, humoris, & siccitatis, actionis causam assignat, etiam eorumdem ipsorum intemperie offensionem eius ascribat: vtique & tibi necesse erit eo, quod secundum naturam est, prius præsumpto, ita quod præter naturam est, inquirere: aut, si ipsum, quod secundum naturam est, non nosti, nec, quod egressum à natura est, nosti. Etenim vos etiam ipsos audio contra Empiricos dicere, fieri non posse, vt, qui id, quod secundum naturam sit, non norit, dignoscere id, quod præter naturam sit, possit. At nosco, inquit, quod secundum naturam se habet. Quæro totum ne, an partem eius aliquam: atque pars ipsa, quam nosti, est ne actionis ipsius causa, an ventriculo inelucto? Nam quid demum eius nosti: situm videlicet, & magnitudinem, & contextum, & figuram? At nihil horum actionis est causa. Sed nec Empiricos horum quicquam later: quippe qui & se partium dissectione, cum occasio hanc offert, vt fatentur, & ex illa se hæc intelligere, non tamen actiones vsusque particularum. At noui, inquit, & actionem: est enim circūplexus & attritus. At, nisi causam eius noueris, nec morbum intellexeris. Nam, si quatuor qualitatum mediocris temperies, actionis sit causa, earum intemperies omnino vitij causa erit. Tu verò reris phlegmonem, & scirrhum, & œdema, & abscessum, aliaque, quæ oculis vsurpari possunt, solos esse ventriculi morbos, quamuis ne hæc ipsa quidem, veluti Empirici, solis oculis, manibus, & reliquis sensibus apprehendas: sed ad ipsam essentiam eorum tentas ascendere, atque hanc diligenter disquirere, videlicet non contentus ijs symptomatis, quæ sensui apparent. Quæ tamen symptomata Empiricis definiunt, ac circumscribunt suam syndromen: sic enim ipsi appellandam censent symptomatum congeriem, quæ in affecto sunt loco. Sed nec curationis indicationem ex apparibus symptomatis accipis. Non enim, an tumor præter naturam: nec, an renitens: nec, an cum dolore: nec, an ruber: sed, an sit in sinibus arteriarum impactio ex coincidentia, consideras: ac curationem (vt ipse fateris) ad hoc referens exploras. An non ea est Erasistrati docendi ratio, vbi de febris agit: sicuti rursus alia Diocletis, alia Praxagora, alia Aesclepiadis? Itaque non à symptomatis, quæ in phlegmones apparent loco, indicatio prælidij his sumitur, sed ab ipsa substantia. Neque enim, an tumor à natura egressus: neque, an renitentia: neque, an dolor pulsatilis: sed, an & coincidentia & impactio in sinibus pulsatiliū, aut obstructio in exitu venarum, aut putredo aliqua succorum, aut corporis pulsculorum ratione contemplabilium, in laxitatibus æque ratione speculabilibus intentio sit, aestimant. Quare hi omnes ab affectu phlegmone laborantis partis, non à symptomatis, quæ hanc sequuntur, prælidiorum indicationem sumunt. Ad eundem, arbitror, modum, & si quis calidum, frigidum, humidum, & siccum causatur. Verum hic, etiam si ventriculus citra phlegmonem, aut vlcus, aut abscessum, aut alia id genus, eo tantum, quod frigidior euaserit, non recte concoquat, tamen remedijs non destituitur. At, qui phlegmonas, scirrhus, aliaque, quæ oculis videre licet, tantum esse morbos putant, & idcirco planè cruditates, quæ sine ijs sunt, ex imbecillitate ventriculi incidere dicunt, ceu affectum aliquem priuatum seuunctumque imbecillitatem esse velint, non autem, velut in suppurantibus, aut scirrhu grauatis, aut phlegmone affectis, aut alia quauis ratione laborantibus, inesse. Quippe omnia hæc vitia, siue in ventriculo, siue in iecinore, siue in pectore, siue in alio quouis accidant, illico partem, in qua sunt, ad propriam functionem edendam imbecillioem reddunt. Sed id non satis illis erat ad indicanda remedia: alioqui frustra inquirunt affectus, frustra ad ipsam morbi essentiam subeunt, tanquam non aliter detur idonei compotes esse remedijs. Non igitur, qui imbecillitatem vitium esse dicunt, vbi nullo ex ijs, quæ ipsi morbos definiunt, affecto ventriculo animal cruditate laborat, dum à nobis resellantur, expectant: sed ipsi se ipsos redarguunt, cum non proprium aliquod, sed commune omnium dicant, quodque nec illis ipsis iudicibus, remedijs inuentionem indicare facile possit. Quippe illud, roborare imbecillitatem, nomen nudum, ac veluti meta potius est, quod curans dirigit, non curatio: nam quid faciendo ijs, qui inualidi ad actionem sunt, robor vindicent, non dicunt. At in hoc curatio consistebat, & nisi ventriculi

Septima Classis. b b b b b b iij affectu

*arteriarum.

*ad hoc.
*ad hunc.

*καὶ τῶν

*καὶ τῶν

affectu inuento, vt remediorum sis compos, fieri non potest. Quippe, si refrigit, calfaciendus est...

Ita antiquis legitur, vt Linacervetur. Ex ipsius tamen...

Adversus eos medicos, qui Naturalis Actionis causam negarunt inquirendam, vt Methodus Dignoscendi & curandi morbi constitueretur.

NEC, sicut Empiricis, sic vlli dogmatizantium dicere licet, sint hæc, an non sint, nihil esse opus intelligere. Funditus nanque logicam sectam subvertet, si ignorato affectu, curationis tamē...

CAP. 5.

Aperientia ipsa satis sit ad remediorum inuentionem. Omnia igitur tyrannorum ritu imperatis: vt verò demonstratione nec ipsi vultis, (præstat enim ita fortasse dicere, q̄ non posse vos) nec ijs, qui...

ἡ νόσος δὲ οὐκ ἔστι νόσος, ἀλλὰ τὸ νοσήσειν...

ἔν τε τῷ μὲν συνυποκειμένῳ...

Al. non tibi sanè ita bene erit, si Præsitratum negligas.

ἡ δὲ συμφορὰ...

se ipsam ex petat, ne tempus quidem vllum inueniet, quo se in logica methodo exerceat, immo di-
uitijs, & famæ, & potentie civili inhians, in horum ambitu vitam omnem consumet.

Aduersus eos, qui Morbos à sola plerumque Intemperie fieri negarunt: & quot sint Prima Morborum Genera, quæ in Similaribus, & Instrumentalibus partibus oriuntur. CAP. 6.

Ergo dimissis his, rursus ad propositum redeamus. Est autem ab initio propositum illud, quod
omnem morborum numerum methodo non inuenierit, hunc maxime, in ipsis medendi metho-
di foribus lapsurum: cum constet totidem esse medendi rationes, quot sint morborum ideæ.
Ergo sic in enumerandis morbis egisse, ut neque priuatis proprietatibus attentus infinitos statuat,
nec in primis statim generibus subleuat, id in promptu cuique non est, sed ei tantum, sicut antea di-
ctum est, qui in diuidendi methodis sit exercitissimus. Principium verò diuisionis eorum est (ut
etiam alibi diximus) ut essentia ratio rei diuidendæ constituatur. Igitur illud monstratum nobis
est, morbum omnino vnum ex his esse, quæ præter naturam sint. Hæc autem quatuor cum sint, actio
offensa: affectus, unde actio provenit: affectus ipsius causa: & quæ hunc subsequuntur symptoma-
ta: siue functionem ipsam vitiatam, siue, unde hæc procedit, affectum, morbum nominare velis: ni-
hil id medendi methodum immutare ostensum est, modo vnum illud intelligatur, primam ipsam
curationem, quam etiam non nulli continentem appellant, affectus esse, qui actioni incommodat.
Porro ostensum à nobis diximus, rationabilis hunc morbum appellari: non tamen vetare nos,
quin, si cui id cordi sit, actionis noxam morbum nominet: affectum, qui hanc creet, morbi causam.
Præsumptio igitur, quod morbus vocetur affectus is præter naturam, qui functioni officiat, in quibus-
dam deinceps, quot in vniuersum morbi essent. Vbi clarum obiter fecimus, si quis via ordinis pro-
cessus sit, nec (sicut vulgus medicorum facit) tyranni ritu imperaturus, huic primum inuenien-
dum esse affectum illum, qui functionis effectrix sit causa. Hunc sanè nos eucrasian diximus esse
calidi, frigidi, humidi, ac licci. Proindeque primum morbum in similaribus esse ex horum intempe-
rie ostendimus. Alius qui spiam corpulorum, & meatuum symmetriam statuet, proptereaque ex
indebito meatuum ipsorum modo agrotare animantes. Caterum, si quis nec ipse actionis causam,
in quo nam entium sit genere, audebit statuere: nec his, qui statuerunt, contradicet, ac nihilo secius ta-
men ratione methodo se procedere arbitrabitur: hunc egregie improbum esse diximus, ut qui
nec tutum se ab Empiricorum accusatione facere possit, & secum planè pugnet: quippe cuiusmodi
homines ex dimidio logicos esse, qui, qua rone phlegmone, scirrhus, œdema, & alia id genus fiant,
multo labore disquirunt, lædi autem etiam cura hæc omnia ex sola intemperie actionem non intel-
ligunt, sed empirice talia curant. Quisquis igitur, quantum hi aberrent, scire voluerit, quot mor-
bos transiliant, quantoque plures ignorent, quam norunt: librum de morborum differentiis perle-
gat. Intelliget enim Hippocratem primum omnium recta instituisse via: quæ cum à posteris absol-
uenda fuerat, non modo nemo eorum absoluit, sed plerique etiam, quæ probe fuisse inuenta, corrup-
perunt. Proxime autem, ut viam, quæ inchoata est ab eo, perficerent, absoluerentque, Aristoteles &
Theophrastus accesserunt: & si facerem oportet, potestate absoluerunt, cum constituerint aliud
esse in corporibus similaribus morbi genus, aliud in his, quæ instrumentalia dicantur: Quippe à si-
milaribus functiones ed, eoque esse cuiusque instrumenti vnam tantum simillarem: reliquas verò,
quæ cum hac quoduis instrumentum perficiunt, eas vsus alicuius gratia, illius, quæ prima erat actio-
nis causa, factas esse: sed & horum tamen rursus cuiusque esse per se actionem, veluti in oculis. Satius
enim fortassis sit, quæ in alijs diffuse ostendimus, stricim hic commemoremus. Ipsum visus instru-
mentum est crystallinus humor: reliquæ oculi partes, eius causa sunt factæ: quarum omnium vsus
narrauimus in decimo operis de partium vtilitate libro. Caterum, quanquam crystallini maxime
causa omnes sunt factæ, singulæ tamen earum aliquam seorsum actionem sunt nactæ: ac vena qui-
dem, & arteria, & neruus toti animanti communem: membranulæ oculi omnes, cum sint nutri-
menti participes, omnino naturalibus facultatibus sunt præditæ, ac perinde etiam functionibus, H
quæ ab his proficiuntur. Quoties igitur crystallinus humor ex intemperie laborat, omnino læ-
ditur oculorum functio: caterum non est eorum, ut organa sunt, morbus: at, quod hypochyma vo-
cant, nullius similarium est morbus, sed oculi totius, ut instrumenti. Ad eundem modum, si in fi-
nibus venarum, quæ in cauo iecinoris habentur, obstructio ex lentis, aut crassis succis subhæsit,
digestio quidem in corpus per has morabitur, ægritudo tamen totius iecinoris, ceu instrumenti
censebitur nulla similarium eius partium agrotante: quod si intemperies venas eius infestaue-
rit, ipsarum quidem illarum morbus primum erit, ex accidente verò etiam iecinoris. Ac Erasistras
laborant, in finibus pulsationum impactio necessario cernatur: nec arteriæ spiritum tantum, cum
in naturali habitu sunt, contineant: veluti in tractatione de his ostendimus. Si igitur phlegmone
eius generis morbus sit, cuius autumat: & scirrhus eius generis, cuius ille opinatur: & reliquorum
singuli, sicut ipse obscure, & multi sequaces eius clarius explicare conantur: utique solidas ipsas par-
tes liberat propemodum à morbis relinquit, nisi quatenus vlcerari, collidi, incidique valeant, atque
id genus aliud quidpiam pati. Laborare verò eas se totis eiusmodi morbis, quales nos octo intem-
perantias ostendimus, id nusquam dicit. At qui corpora vniuersa, etiam quæ difficillime afficiun-
tur,

Atur, veluti æs, lapis, ferrum, saltem calferi, frigefieri, liccari, humescere que cernuntur, ut utique mi-
rum sit, si tantum arteria, & vena, & neruus, nihil eiusmodi sentient. Atque hoc etiam magis mirum,
si patientur quidem, functionem tamen legitimam edent: Veluti (si ita fors tulit) in corde facultas
quædam est, (ut ipse quoque Erasistratus confirmat) qua laxatur, & contrahitur: hanc autem lædi
profecto oportet, si viuenti animali cor sit exemptum, quemadmodum sæpe factum in sacrificijs
videmus: quippe, si non læditur, perpetuo mouebitur, nec tantum ad tempus aliquod, ut nunc
cernitur. Manifestum est igitur læsam esse, proindeque mouere desinere. Illud igitur consideratur
non inutile erat, cum potest saltem facultas ea lædi, etiam ante, quam cor sit exemptum, quæ nam
sit eius læsio: quæ nam alia, præter intemperiem? nam neque figura eius mutata apparet, nec caui-
tas, nec ligamentum, nec osculum, nec alia vlla pars perditæ, sed tantum naturalis temperies muta-
ta. Ergo omnes hi similarium partium morbi omnino, ut dictum est, ab illo sunt omitti. Si quidem,
ubi sanguis in finibus arteriarum impactus actionem vitiat, id arterias ipsas, quatenus instru-
ta sunt, male habet: ut verò similes particule sunt, octo quidem secundum nudas qualitates in-
temperies habent, octoque rursus cum fluxione. Oportet igitur, quisquis horum cum certa scientia
demonstrationes coepisse velit, à libro de elementis incipiat: post deinde reliquos singillatim (ut
dictum est) legat. Sunt verò proximi huic commentarij de temperamentis. Ab his proximus est,
qui de inæquali intemperie inscribitur: mox, qui de naturalibus facultatibus: alijque, qui de ani-
mæ affectibus sunt proditi, idque de vnoquoque deinceps, & seorsum. Hos excipit, qui de particu-
larum vsu sunt inscripti: quos sequuntur, qui de morborum, symptomatumque differentiis titulum
habent. Plerique verò medicorum, nec tantum experientia applicantes animum (cum tamen lice-
ret ex Empiricorum institutione bonis esse medicis) & perfectioris rationis cupidij, cum aut his,
quæ citra demonstrationem sunt enunciata, credant, aut vitiosis demonstrationibus fallantur,
non solum nihil excogitant boni, sed etiam, quæ per experientiam sunt cognita, corrumpunt. Si
quidem ratio non leue momentum obtinet ad experientiam vel ornandam, vel corrumpendam:
sed, quantum recta ratio ornando adiicit, tantum, vel etiam amplius, vitiosa detrahit. Atque hæc
me sæpe medicorum vulgo prædicantem audis, qui prius, quam in methodis logicis se exercue-
rint, vel, cum demonstrare aliquid tentant, se ipsos fallunt: vel, cum diuidere quiduis in species ac
differentias, hic quoque imperitorum coquorum ritu non per membra incidunt, sed conterunt,
collidunt, ac dilaniant, veluti in eo, quod nunc est propositum. Consulo igitur (ut scis) talibus om-
nibus, experientia animum intendant: cum non leue instet periculum his, qui supra vires aliquid
emoluntur, ne & id non consequantur, & quæ intelligere, alias possent, omnino amittant. Ergo
cum his, qui tum recto sunt ingenio, tum discere parati, ipsi rursus sermonem conferamus, illud
tantum ex his, quæ inter initia diximus, commonentes, non esse committendum, ut utraque simul
confundantur miscanturque, & quæ per experientiam sunt inuenta, & quæ sola ratione sunt inue-
stigata: sed cum vtrunque seorsum sit tractatum, post ambo coniungantur. Ergo, cum ipsi de ex-
perimentalibus inuentionibus alibi egerimus, de logica in his commentarijs differere proposuimus. At
mihi videor his præsertim, qui commentarios nostros de morborum symptomatumque differentiis
perlegerunt, cum quibus scilicet mihi deinceps sermo erit, iam clare ostendisse maxime in ipsis sta-
tim foribus lapsum Thessalum esse. Lapsus enim non leui lapsu & Asclepiades erat, ubi inter ini-
tia de elementis corporis male sensit: Caterum multo & maiore & grauiore Thessalus, quippe
qui omnes in victus ratione morbos in duos, similiter illi, contulit affectus: multos verò medica-
lium scoporum ademitt, quibus ille est vsus. Pessimum autem grauisimumque illud admisit, quod
nec ipsas actionum noxas, nec affectus, qui earum causæ sunt, morbos censet, sed solis vacationi-
bus, vel statis vel præcipitatis intentos esse vult, cum nec, quid sit plus iusto sisti præcipitari ue u-
acuationem, clare nos doceat. Quippe vel ad vires, vel ad causam, uel ad affectum, uel ad id, quod
D per sanitatem semper est obseruatum, referri iudicium oportet. Ex quo factum arbitror, ut pugna
inter eius sequaces non parua sit orta, ut qui tum de reliquis omnibus inter se dissideant, tum
de eorum, quæ pathe uocant, & notione, & substantia. Verum, si nunc de pugna eorum histo-
riam moueam, desectam ad inutilia sermonem. Omnem igitur deinceps sermonem faciam, ceu
cum illis agam, qui commentarios de morborum ac symptomatum differentiis, præterea de cau-
sis eorum legerint: ad hæc, qui ea omnia, quorum paulo ante meminij, reuoluerint. Atque hinc or-
diar. Quoniam actiones omnes à similaribus corporibus proficisci ostendimus, reliquas uerò om-
nes singulorum instrumentorum particulas usum quempiam ipsis præbere, duplex sanè morbo-
rum genus erit, alterum in partibus similaribus, alterum in totis organis. In similaribus intempe-
rantia: in totis organis unum in figura spectatur, aliud in particularum numero, aliud in cuiusque
quantitate obseruatur, quartum in positura. Vtrunque uerò partium, id est similarium instru-
mentaliumque, communis est ipsa unitatis diuisio. Ergo sex in uniuersum morborum sunt genera.
Vnum ipsorum similarium proprium, nempe intemperies: quatuor, ut modo dictum est, instru-
mentorum cuiusque: & cum his sextum quod tum similaribus tum instrumentalibus est commu-
ne, ipsius unitatis solutio. Horum cuiusque differentia ad ultimas usque species in libro de morbo-
rum differentia sunt traditæ.

Quid

*Morborum

*Alimentio
is.

*Morborum

*arteriarum.

*Al. f. c. a.

Quid sit Indicatio, & quopactō ex intellectu eorum, qua multitudine differunt, ac specie vnum
sunt, Methodus communis indicationis oriatur de affectibus passionibus
ac symptomatis amouendis. CAP. 7.

Ἡ τὴν γὰρ οὐκ
ἐμοῦ τῆς
ἀπολογίας.

His sic se habentibus, iam de medendi indicationibus est dicendū, sed hoc ipso indicationis vo-
cabulo prius exposito. Quippe ipsam sequentis siue agendi insinuationem. Indicationē
dicimus. Nam inuenitur quidē & ab ipsa experientia id, quod consequens faciendum uel sit, ceterū
non ita quasi in precedenti aliquo delinatum: proinde q̄ nemo Empiricorū dicit id illo indicari
quanq̄, certe hoc sequi illud dicunt, & hoc præcedere illud, & consistere hoc cū illo. Deniq̄ omne
artem horum obseruationem memoriā q̄ esse dicunt, nempe quid cum quo, & quid à quo, &
quid post quid idēdem sit visum. Ergo ex ipsa rei natura ordiri, atq̄ ab ipsa, quod sequēsit, citra
experientiam inuenire, id est indicatione inuenire. Definitio iam hoc quoq̄, ac rursus, quod ante
diximus, ad memoriā reuocato, omnem medendi methodum seiunctam ab experientia procede-
re: nec recte facere eos, qui ambas doctrinas Empiricam Logicam q̄ in vnum cogunt, atque con-
fundunt: quæ reliqua sunt, prosequamur. Fuerit autem omnium, quæ reliqua sunt, ordine primum,
quod & proposita iam proxime sequitur. Sequitur autem primum, ac maxime illud, q̄ omnis me-
dendi methodus, per indicationem fit: quippe, quicquid ab experientia seiunctum est, id totum
inducio nominatur. Quare, quisquis condere medendi methodum ad vnguem parat, huic à pri-
mis est indicationibus auspicandum: atque hinc ad eas, quæ deinceps sunt, transeundum, rursus q̄
ab his ad proximas: ita q̄ pergenti: nō prius desistendum, quam ipsius compos sit finis. Porro dicitur
proposita nunc nobis tractationis est, inuenire cuiusque morbi remedia. Quod nam igitur viæ,
quæ huc perducit, ita uetur principium? Nempe morbi ipsius cognitio, qualis scilicet sit natura
sit, ut prius est ostensum: quippe, si id, quod curatur, is est, ratio profectō est ab ipso quoque indica-
tiones esse incipiendas. Ergo primum, quæ generalis communis q̄ morborum omnium indicatio
sit, inuestigandum est: ab hac deinde ad alias speciatim descendendum. Quippe necesse est omnes
morbos vnus eiusdem q̄ participatione morbos appellare, veluti, arbitror, & hominem, & bouē,
& canem, & reliquorum singula. Vnū nanque idem q̄ in omnibus hominibus habetur, cuius gra-
tia omnes eandem appellationem hominis fortimur. Pari modo canibus vnum idem q̄ omnibus
inest, cui cogitatione innititur, cum canem intelligere volumus. Similiter q̄ in omnibus equis
vnum idem q̄ inest, propter quod omnes equi dicuntur. In homonymis autem hoc clarius perspi-
cere licet. Nam omnibus quadrupedibus animalibus, quæ latrant, vnum idem q̄ inest, utiq̄ quod
& quadrupedia sunt, & latrabilia. At marinis illis rapacibus belluis, quas ipsas quoq̄ canes appel-
lamus, vnum rursus idem q̄ inest, quod terrestribus non est, ita, ut his cum illis in canum natura
nulla sit, nisi tantum nominis, conuenientia. At hominis cum homine, veluti Socratis cum Alci-
biade, non nominis modo, verum etiam eorum, quæ ipsi insunt, societas est: nam & animalia, & bi-
pedes, & pedestres, & rationales, & mortales sunt: denique nihil vlli singularium hominū, quā ho-
mo est, inesse deprehendas, quod non & reliquis hominibus insit. Ceterum terrestribus canibus,
ab ipsis, qui sunt marini, multa insunt diuersa, seu corporis species formam, seu animi mores. Quip-
pe ille cicur est hominis q̄ amans, hic insidiator & ferus: ille terrestris, hic marinus: ille quadrup-
pes, hic non rursus, ille latrabilis, hic ad latrandum minime habilis. At non terrestrium canum
hic latrabilis est, ille non: nec rursus hic quadrupes, alter non quadrupes: sed omnibus ipsis vna for-
ma inest, qua canes nominantur. Nec verò substantijs modo id inesse videtur, verum etiam ipsis
accidentibus, vel ut affectus sunt, vel ut actiones, vel ut passionis. Verbi gratia, homo inambulans
ab homine inambulante nihil differt secundum ipsam inambulationem, sed nec vltus ab vltō, nec
caesus à caeso, nec albus ab albo, nec niger à nigro: verum in maioris minoris q̄ ratione singuli ho-
rum non paruum obtinent differentiam, veluti magis minus ve albus: verum quatenus albus, vnū
idem q̄ cum altero albo possit. Iet, ita nimirum, ut, quā homo est, vnum idem q̄ cum alio quolibet
est homine. Et in lingulis deniq̄ significatorum vnū idē omnibus inest. Ita igitur & ipsum ægrota-
re, & valere se habere: illud enim ægotantibus oibus inest, hoc valentibus, utiq̄ vnū idem q̄ vtrūq̄.
Et, veluti nomine hominis vnum, ita etiam nomine sanitatis vnum significatur. Declarat autem &
quotidianus inter vos sermo, q̄ in quibus homonymia non est, in his vnū est, quod significatur. Si
enim dicat quispiam vulneratum sibi esse lapide caput, nemini, qui audiatur, sermo est obscurus, aut
ambiguus, sicut est, cum dicitur deuoratum esse à cane Coriscum. Siquidem à quo cane, statim ro-
gabit auditor, propterea videlicet, q̄ duo sunt canum genera, terrestre alterum, alterum marinum.
At non, quo lapide, aut quod caput, rogabit: cum & omnis lapidis, quā lapis est, vna species sit, &
omnis capitis, quā caput: canis verò, ut canis, sanè non vna, sicut nec lingua, quā lingua, quando
& tibiā, & calceamentū, & animantis pars lingua est. Ac, si quem audias minitro iuribentem, ut lin-
guam afferat, incertum est, quam linguam dicat: sin ventrem, aut vesicam, aut iecur afferre iubeat,
non item. Ergo singulis significatis vna certa subiecta res est, non tamen cuiq̄ voci vna res subij-
citur: interdum enim tantummodo significatur per vocem, nec quicquam subijcitur. Verum de
his, quæ ita dicuntur, differere, præsens propositi non est. Quibus autem non tantum significatur
aliquid, sed etiā res aliqua subiecta est, his quotquot significata fuerint, totidem sunt & rerum idæ.
Ac

* ἡ τὸν ἐστὶν
ἀπολογίας. ἡ
περὶ τοῦ
καὶ περὶ τοῦ
καὶ περὶ τοῦ

AAc vocis quidem vnum significantis vna necessario erit & rei species: numero tamen plures has
esse licet sicuti α. Eo q̄ septem esse vocales dicimus: elementa Græcorum idiomate quatuor & vi-
ginti, ad communem videlicet omnium speciem, quæ vna est, referentes, non ad particulares, quæ
charis, lignis, membranis, & lapidibus sunt scriptæ: quarum maximus numerus est, nec potis nu-
merari, pene q̄ in infinitum extensus: nam possunt in toto temporis spatio infinita scribi tum α,
tum β, tum γ: eodem modo & reliquarum literarum singula. Verum ea in vniuersum quatuor
esse & viginti numero dicimus, non particulares intelligentes, sed tantum species, quibus (ut arbi-
tror) ipsa nomina indimus. Quippe non hoc, quod in charta scribitur, α dicit: illud, quod in ligno
pingitur, non α dicitur: imo tū hoc, tum illud id q̄ siue describas in terra, siue in lapide: siue scal-
pas, siue coloribus pingas. Sed nec pueros docet quispiam multa α, & β, & γ, & reliquorum singu-
la, imo quodq̄ horum vnum, simul autem omnia viginti quatuor. Simili genere, si equum vnū
puero indices, aut camelum, vbi alium rursus equum, aut camelum aspexit, non rogat, quod animal
id sit, sed illum equum, hunc camelum nominat, atq̄ illum, quem prius, cum hoc, quem nunc
cernit, eundem esse dicit, quāuis fortassis alter mortuus iam sit, alter (hic videlicet quem cernit) su-
per sit. Iam vnum homines heri hodie q̄ idem bibisse se dicunt, nempe specie idem: interim tria se
vina hodie bibisse narrant, aut etiam vnum, ad speciem vbiq̄ respicientes: Præterea quindenae for-
res vno sigillo obsignatas, ad speciem scilicet in omnibus his sermonem referentes. A deo q̄ est
euidens, ac omnibus natura insitum tum hominibus, tum brutis, ut aliud quid ceu in substantia
subiectum, aliud ceu specie vnum intelligant, ut vel aliorum (qui tamen omnium brutorum stu-
pidissimi videntur) aliud esse specie vnum, aliud numero, notitiam non fugiat. Conspicita nanque
camelo, alinus se retrahit, & fugit, ac timet, si nunquam antea camelum conspexit. Sin autem vide-
re iam ausueit, quamuis aliam aliam q̄ illi demonstret, tamen propter consuetudinem nō amplius
timet, sed veluti vnam speciem intuetur & illam, cui insueit, & hanc, quæ nunc primum apparet.
Ad eundem modum nec homines timet propter consuetudinem, sed hos quoque veluti vnam spe-
ciem videt. Verum, si curatorem inspexit, non solum ut hominem, sed etiam ut hunc hominem
agnoscit, & micat auribus, & caudam quatit, & rudis, & lasciuus, cum eum aspexit, utiq̄ indicans se
familiarem agnosceat. Hunc itaq̄ tum ut hominem, tum ut familiarem noscit: cum autem, quem
primum iam videt, ut hominem similiter, ut familiarem non similiter. Quare non nos modo, ve-
rum alii quoque iam aliud ut numero idem tum vident, tum etiam noscunt, ac meminerunt: aliud
ut specie. Ac Dionem curatorem (esto enim ita vocetur) aliter ut hominem, aliter planè, ut curato-
rem suum agnoscent vernaculi alini, utique communem eius cum alijs hominibus speciem, ut ho-
minis, capiteus: priuatam verò ac secretam, ut Dionis tantum. Ergo tantum abest, ut veteres phi-
losophos laudem, tanquam amplum aliquid magna q̄ subtilitatis inuenerint, quod idem ac di-
uersum, vnum ac non vnum, non solum numero, sed etiam specie, sit inaudiendum, ut etiam ipsis
alinis hoc inesse natura dicam. Sanè adijciunt veteres philosophi non tantum numero ac specie
aliquid idem dici, verum etiam genere. Verum id iam ad rem propositam non desidero. Mihi
enim vnicum illud satisfaciunt, quod ipsis alinis stupidiores ostendi, qui non concedunt aliud specie
vnum, aliud numero dici: magis q̄ his etiam, qui vnum esse phreniticum, & vnum Empiricum
dicunt, vnum tamen esse hominem non concedunt: aut qui non intelligunt specie quidem vnum
esse hominem, numero non vnum, nec Socratem vnum esse, tum specie, tum numero: phreniti-
cum autem specie esse vnum, multitudine non vnū: cum fieri non possit ut Dion, Socrates, Theon,
& Coriscus, pariter, si ita fors tulit, phreniti laborantes, cum quatuor sint, vnus multitudine sint,
sed specie vnus, multitudine non vnus. Absurdus autem multo est, quod Empirici dicunt, cum
vnum esse Empiricum dicunt, deinde rogati, quomodo vnum dicant eum, qui viuunt, cum eo, qui
mortuus est, & eum, qui est in Græcia, cum eo, qui est in Ægypto, mirificum responsum afferunt:
Quatenus, inquit, Empiricus est, hætenus etiam vnus est. Hoc enim extrema stupiditatis est,
si adiectis illis / quatenus & hætenus / nec quæ ipsimet loquuntur, intelligunt. Si enim hætenus
Serapion & Menodotus vnus sunt, quæ Empirici sunt profectō in alijs vnus non erunt: quando,
si omnifariam vnus essent, superuacue, arbitror, ac frustra addita essent illa / quatenus & hætenus /
cum promptum esset simpliciter dicere vnum esse Serapionem & Menodotum: ita nimirum, ut,
si de ipso tantum Menodoto loquens, adiectione non egeres, sed absoluto sermone diceres, Me-
nodotus est vnus. Ergo, si vnus absoluto sermone est Menodotus, Serapion autem & Menodo-
tus non absoluto sermone vnus, sed quatenus Empirici, omnino profectō ipsis alia quæpiam in-
erunt, quibus duo sunt, & nō vnus ambo. Efficitur q̄ hoc illud, quod antiqui philosophi dixerunt,
aliud numero & idem & vnum esse, aliud specie: Nec esse mirum, si Menodotus Serapioni in ali-
quo idē sit atq̄ vnus, in aliquo nō idem, neq̄ vnus: quatenus enim Empiricus, idem: quatenus autē
hic relimus, ille naso adunco, aut candidus, aut niger, aut magnus, aut paruus, non idem. Nunquid
igitur sic est vterq̄ corū homo, ut vel naso est adunco, vel relimus, an sic, ut Empiricus est? An hoc
quoq̄ puer intelligat, q̄ quæ homo, vnus sunt: quæ hic relimus, ille grypus, non vnus? Num igitur
extremi Ituporis est, aut pertinaciæ, aut, nescio, quo nomine merito appellem, fateri vnū esse phre-
niticum, quæ phreniticus, simili modo lethargicum, & pleuriticum, hominem verò, quæ homo est,
non

non vnum: Præterea Empiricum vnum dicere, quæ est Empiricus: equum verò, vt equus est, non E vnum? Cum audire liceat Aristotelem, & Theophrastum affirmantes, specie quidem posse alterum alteri idem esse, numero verò non idem: atque etiam ante hos illum, qui ipsos huiusmodi significatorum distinctionem docuit, audire dicentem nihil esse miri vnum esse multa, & multa vnum. Quippe adeo dilucide omnem hanc disceptationem Plato in principio Philæbi absolvit, vt mihi vel ipsis stupidis videatur esse dilucidus. Asini nanque norunt tum hominem, tum camelum, tum bouem: præterea hunc hominem quendam, hunc camelum, hunc bouem. Eodem modo viam norunt, non tantum absolute vt viam, sed etiam vt hanc aliquam viam. Nam in ingressu viæ, quam non nouit, asinum statue, attende q̄, vt illam perambulet, ac totam peragat in neutram partem declinans, nisi sicubi in diuersa scinditur, vtique declarans se speciem ipsam viæ meminisse, & clare agnoscere. Quippe in ambulat eā, quæ trita est: quatenus autem ignorat, fallitur: neque enim ex recordatione eius, quæ infectilis, vna q̄ numero est, hanc, quam non nouit, peragere potest. Manifestum verò est eum hanc viam, qua nunc primum inilit, quatenus via est, vt specie noscentem in ambulare: quatenus verò numero vna est, eatenus ignorare, propterea, quod & in usquam ad non tritam diuertat: & quæ in duas scinditur, nesciat, vtra sit eundem. Quod tamen omnino non ignoraret, si secundo, aut tertio, nunc per hanc ingrederetur. Nam, quoniam alteri nouit, alterum non nouit, propterea videlicet, quod communem viæ speciem cognoscit, propriam autem huius vel illius ignorat, vtique, quatenus nouit, non fallitur, quippe qui trita inilit: quatenus ignorat, fallitur subinde in tritis, nescius, quam eligat. Duplicem ergo cognitionem habent & asini, communium specierum alteram, priuatarum alteram. † In summa, siue vnam speciem appellare commune illud velis, siue genus, siue communitatem, si illius hanc, quam ipse nunc interpretor, notionem custodias, de nominibus contendes, rem tamen mutare non poteris. Et de nominum quidem impositione alius forsasse quispiam tecum contendet, vtique qui æque in rerum contemplatione, vt tu, parum est exercitatus. Cæterum nos saltem non contendemus. Illud potius te monebimus meminisse, quod Plato ait: Multa enim vnum esse, & vnum multa. Mirificum sanè dictum. Nec facile est contendere cum eo, qui horum vtrumlibet statuat: etenim, si hoc obserues, non erit, quod contendas, vt nunc contendis, partim ignorantia, partim adductus pertinacia. Sed, siue quis vnum esse phreniticum dicat, vnum esse consenties: siue multa, ita quoque consenties: simili modo & Empiricum, & Dogmaticum, & Methodicum: non aliter sanè & medicum vnum esse, ac multos dices, vnum quidem, quæ medicum, non vnum verò particulari multitudine. Non enim de Empirico loquens, illud / quatenus / adhibebis, de medico loquens id tolles. G Neg; rursus de medico loquens adicies, de homine loquens auferes. Nec phreniticum vnum esse dices, quæ phreniticus, agrotantem verò non vnum: si quidem hic quoque, quæ agrotans est, vnus est. Dedisce igitur tandem nugas illas, quibus in alijs libris captiose vtens censens ostendi tibi ipsum hominem solum, & seorsum à particularibus hominibus: tanquam ipse ostendere possis Empiricum citra Menodotum, & Serapionem, & alios particulares Empiricos: aut etiam phreniticum seorsum à particularibus phreniticis. Vbi igitur est error, vnde q̄ hæc mutatio, vt alius adeo ipsis sint solidiores? nempe vnde in alijs quoque infinitis falluntur. Quippe vbi à notionibus ad rerum substantias transire tentant, deinde per logicæ contemplationis imperitiam falluntur, vtique subuertentes cum rerum addubitatione etiam ipsas notiones. Siquidem excipit eos hic questio de generibus, & speciebus, quæ non modo homines, qui in logicis methodis non sunt exercitati, sed etiā, nisi acriter intendant, aliquos ex ijs, qui sunt exercitati, potest fallere. Cæterum non oportet propterea, q̄ de rerum substantia dubitant, à manifestis recedere notionibus: nec putare cõsultum aliquid inuenisse vtrosuis, vel Empiricos si vnum dicant, non adiecto; quo significato vnũ sit: vel Methodicos, si pro genere, vel specie, vel cõmuni, communitatem vsurpent. Mihi enim melius visum est notionem ipsa clare iam definita (nempe quæ phrenitici sunt, hæc esse omnes vnum: quæ vero hic iuuenis, ille senex, aut gracilis, aut obesus, aut vir, aut mulier, hæc multos) veteri elocutione de cætero vt, ac cum Aristotele, Theophrasto, & Platone loquendo periclitari, qui omnia id genus specie esse vnum dicunt, multitudine verò non vnum, non phreniticum modo, aut lethargicum, aut Empiricũ, sed etiā Dogmaticum, & Methodicũ, & hominem, & equum, & virũ, & mulierẽ, & reliquorũ singula. Quod si ad particularia descenderis, veluti hanc mulierẽ, quæ indicari digito potest, hanc sanè non possis specie quidẽ vnam dicere, multitudine verò multas. Quippe hæc mulier, quæ indicari digito potest, vna est vtroque modo, & specie, & multitudine, quod etiam aliter numero dicere solemus. Hi verò ita non faciunt, sed alij communitates nominant, ceteri verò non magis dubitari de ijs, quàm generibus & speciebus possit. Alij, quatenus hoc quispiam est, vnum esse dicunt: quatenus autẽ non vnum, nequaquam explicant. Etenim par erat hos quoque, quemadmodum ostendunt, quod Menodotus, & Serapio; & Theodas; & Glaucias, & Apollonius, & Callicles, & Diodorus, & Heraclides, & Lycus, vnus omnes sunt; quæ Empirici: ita rursus, quemadmodum non vnus omnes, sed multi sunt, exponere. Siquidem in his exponendis alicubi planè deprehendissent idem tum vnum, tum multa, non modo esse, sed etiam dici posse. Menodotus nanque & Serapio, quæ Empirici sunt, vnus sunt; immo verò & quæ medici, & quæ homines

† λοιπ

A mines. Quid verò quæ animalia? Nam id quæri ab his operæ precium est. Num hæc tenus quoque Menodotus & Serapio vnus sunt? Nam, si id negent, nec nos concedemus, quatenus Empirici sunt, eatenus duos homines esse vnum. Sin concedant hac quoq̄ duos esse vnum, nempe quatenus ambo sunt animalia, protinus illud subiciemus: Recte igitur ab antiquis philosophis dictũ est aliud numero, aliud specie, aliud genere esse, quod tum idem, tum vnum est. Dehinc rursus interrogabimus: Phreniticus Menodotus: phreniticus Serapio, idem ne est, an diuersus? Si respondent eatenus † vnum phreniticum esse, vnum q̄ & eundem ambos, quæ phrenitici, rursus percontabimur: Quid autem, quæ agrotantes? num hæc quoq̄ ambo vnus sunt? Si negent, neq̄ nos illis concedemus, quæ phrenitici. Sin annuent, vtique rem aliquam ponemus, cuius vna sit species, de qua omnes homines morbi nomen enunciant. Non enim phrenitis res aliqua fuerit, cui vna sit idea, atq̄ eatenus omnes, qui ea sunt affecti, vnum efficiens: morbus autem similiter vnum non faciet eos, quos occurrerit. At nulla est, inquit, ita distincta species, aut animalis, aut morbi, sicut hominis, & phrenitidis. Quid ais improbe? An nihil tibi significare videntur hæc voces, animal, & morbus, sed similiter efferi, vt blitry, & scindapsus? An significant quidem, verum nulla res substant, quæ vocibus respondeat, veluti in Scylla, & Centaurus? an etiam significant, atque id quod B significatis, vnum est? Quippe, si nulla sit res, quæ his vocibus animal & morbus indicetur, non recte dicis hominẽ esse animal, aut phreniticum morbum. Sin est res aliqua, & vere dicis, tum hunc, qui aduenit, animal esse tum hunc, qui decumbit, agrotare: est vtique omnino aliquid eorum, quæ ipsis insunt, de quo vocem vtranzq̄ enuncias. Verum ad hæc intelligenda, parum es exercitatus, tametsi ea ex primis sint, quæ in logicis institutionibus tradantur. Cæterum quid hoc ad ipsam veritatem? Non enim profecto ex ijs, quæ tu non intelligis, iudicanda veritas est, sed ex ijs, quæ quispiam intelligit, qui & natura prudens sit, & ea didicerit, ac exercuerit, nec idem contentiosus sit, sed veritatem amet: quorum nullum in te est, quanquam medius fidius haud scio, an ista, natura prudentem deliderent. Quis enim nescit non idem significare Socratem, ac relium; sed Socratem totius esse subiectæ substantiæ nomen, reliquorum autem nominum nullum de tota corporis substantia dici, non simum, non ventrosum, non caluum, sed horum aliud figuræ nali esse nomen, aliud defectus capillorum in capite, aliud magnitudinis esse ventris? Atq̄ hæc sunt, quæ respectu partium dicuntur. At, si candidum aut nigrum Socratem dicam, de omnibus, arbitrator, corporis partibus nomina pronunciam, cæterum non totam substantiam, sed vnum ex ijs, quæ illi accidunt, indicem, nempe colorem. Quin etiam, si obesum dicam aut gracilem, durum aut mollem, hirtum aut glabrum, aut cætera id genus, quæ Socrati accidunt, ne sic quidem de omni eius substantia appellationes affero: sed vnum aliquid eorum, quæ ipsi accidunt, ostendo. Ad eundem modum & sedere ipsum, & inambulare & moueri, & dormire & vigilare, & singula id genus nomina de nulla profecto substantia dicimus: sed aliquid eorum, quæ Socrati insunt, his significamus: quæ nimirum in superioribus vel actiones esse, vel passiones, vel affectus quosdam diximus. Satiùs ergo fuerit, nunc quoque sub hac te formula exercere, quemadmodum etiam in superioribus ostendimus, non à nominibus, sed à rebus ortum. Incipe verò a te ipso primum, a stima q̄, simplex ne res sis, an composita: vtrum ne pes sis, an natus, an oculus, an caput. Constat enim nullum te horum esse, sed nec sine his: verum & ex his & ex reliquis partibus vniuersis, quarum singula debita habeant posituram, totus es compositus. Esto igitur nomen Themiso. At, cum Themisona claudum esse aio, eò, quod dico claudum, pedum affectum significo: Themiso verò totius est nomen. Quin etiam simus cæcus quæ a parte dicitur Themiso: rufus verò & crallus non a parte, sed ab affectibus, qui toti insunt, non aliter, quàm inambulans, sedens, disputans, & viuens. Num igitur intelligis non esse hæc totius substantiæ tuæ signa, sed alia a parte quapiam esse nominata, alia ab vno affectu? Cum verò bonum te iustum ue quispiam dicit, num etiam pro D spicis hæc esse affectuum nomina, qui in animo tuo consistunt? Atqui, si noris, quod hæc ad portionem se habent cum albo & nigro (quippe sicuti ista corporis, ita illa animi affectionum sunt nomina) intelliges, arbitrator, & artificem & inertem, & vel si quod nomen artificis est contrarium, & ab animi affectibus esse imposita. Iam, si artifex vnde nomen accepit scias, scies, arbitrator, medicus quoque vnde sit appellatus. At, hunc li, vnde dicitur sit, cognoris, non est, quod magnopere labores, vt inuenias, cui demum inditum sit nomẽ Empirici. Sane ipsum, quod a vobis exigo, nec adeo difficile, nec magnum est. Quippe ipsa prædicamenta diuidere logicæ speculationis est initium: cuius esse vos omnino expertes facile declarant ea, quæ temere nugamini. Vel nunc igitur respicentes, posthac incipite, quæ corpori accidunt, nominare, veluti quod hic albus est & niger, aut certe vehementer calidus adeo, vt agre ferre calorem possit. Deinde calorem ipsum, qui adeo actus sit, vt occasione eius corpus laboret, nec probè perfungi actione possit, permittite volenti appellare febrem: si quidem omnes homines eum, qui ita sit calidus, febricitare dicunt. Nec sanè rem magnam facietis nomen mutantes, nisi quod tempus vestrum perdetis. Illud potius vir bone facito: Cum Themisonem febricitare dices, & Dionem febricitare, & multos deinceps ad eum modum febricitantes nominabis, perpende diligenter, nunquid in ijs omnibus vnum idem q̄ sit ipsum (vt sic dicam) febricitare, an diuersum: inuenies enim vnum esse idem q̄ specie: multitudi-

† Al. vnum & eundem ambos esse.

ne autem

ne aut, quod est numero dicimus, non vnu. Cum aliter tibi, nec ut respōdeas, fas sit, nec intelligas. Ergo, q febricitat, is, quā febricitat, vnus planē est: qñ, & qui delirat, quatenus delirat, est vnus. Quid verò & qui simul febricitat & delirat: nunquid & is vnus est, quā simul & febricitat & delirat: Sanē id neminem latere arbitror. Ponatur igitur ambobus ijs vnum nomen, febricitanti, dico, ac deliranti: vocetur q; phreneticus, quia ita laborat. Quod si non intelligis, quemadmodum ambobus vnt nomen sit positum, admonebo te fortasse nominum, quā ipse vsurpas. Quippe equum aliquid appellas, nempe animal (vt ita dicam) hinnibile, siue quod ad hinnitum sit habile: an igit inter esse censēs, equum dicas, an animal, quod ad hinnitum sit habile? Ego sanē non censeo. Atqui, si ita est, ambobus illis nominibus, & animali, & hinnibili, quō vtiq; breuior esset sermo, equum indidisti. Ad hunc etiā modum, si, quod pedestre & bipes animal sit, pro tribus nominibus vno interpretari velis, hominē vocabis. Et sanē solutio cuiusq; nominis in suam orationem, ad eum modum absoluitur. Quin etiā, vt conicias componasq; orationem in vnum nomen, non aliter, quā iam dicto fit modo: cum videlicet & simplicium cuiusq; notionē secundum ipsius nomen tenes, & simul ex duobus simplicibus rursus alteram notionem efficere compositam potes: mox illi nomen imponere: subinde rursus ipsi cōpositā alio simplici adiecto, vbi ex tribus iam simplicibus vnam notionem feceris, huic quoq; nomen aliquod imponere. Quomodo, in- quies, & qua ratione id? si quidem non grauabor exercendo eos, qui relipiscere à diuturna illa ignorantia non recusant, longius progredi. Calor, simplicis rei nomen est. Præterea actionis lesio, simplex quaedam res est. At tantus calor, quantus iam actioni officiat, non etiam simplex res est. Quod si etiā totum vexet corpus, multo profectō minus iam simplex est. Ergo, quō minus multis vtantur homines, ad compendium alioqui natura procliuēs, eiusmodi calorem febrem vocant. Quippe expeditius dictu est febricitare Dionem, q; tantū in toto corpore caloris habere, vt multas functiones corrumpat. Ergo, cū affectum ipsum significare volunt, febrem: cum verò cū, qui affectu laborat, ab affectu ipso nomen declinant, vocant q; febricitantem, ad eum modum, quo à candore candidum, & à nigrore nigrum. Itaq; cōpositæ rei nomen febris est, atq; hoc etiā magis febricitans. Simplex autem est delirium: verum, si simplex hoc cū composito copules, homo ipse phreneticus, affectus phrenitis nominatur. Quemadmodū & homo ipse, ne animal rationale mortale dicamus, breuitatis causa homo est nominatus, ipso hominis vocabulo orationis vim quamdam comprehendente. Atq; id est, quod veteres philosophi orationem nominis dicere appellant. Ceterum non ducunt in infinitū, sed vsq; ad simplicia subeunt. Nam, cum hominem in animal & rationale & mortale solueris, postea ipsum animal solues in substantiam sensibilem: at non ipsam substantiam amplius solvere poteris, nec etiā sensibile: quippe simplex primum que est horum vtrunq; Quo fit, vt mihi mirari subeat de ijs, qui phreneticum & hominem esse concedunt: morbum verò & animal esse non concedunt: quippe quod perinde est, ac si composita esse des, de simplicibus dubites, quasi non priora compositis natura simplicia sint. At non vidi (inquit) ipsum per se animal. Sed nec hominē insulle vidisti, & tamen te ipsum ais hominem esse. An illud fateberis, animal autem esse te non fateberis? Nusquam (inquit) vidi per se morbum. Sed nec phrenitum vnquam solam vidisti, sed in Theone, aut Dione, aut alio quopiam homine. Quare hoc planē puerile est, eo, quod nusquam morbum ipsum per se solum videris, idcirco putare morbum non esse: quippe ita nec febrem, nec phrenitum, nec aliud quippiam id genus esse dabis, vt quorum nullum vsquam ipsum per se solum videris. Sanē expediebat potius non ita, sed, vt dictum supra est, à rebus ipsis cœpisse, cogitatione q; ipsa spectasse, quot essent in totum simplicia: mox proprio nomine cuiq; imposito, ex ipsis iam composita necere. Ergo subiecto corpori vnum hoc primū insit, quod sentit. Num, cui id inest, animal non appellabis? Non, in quies. Atqui de nomine hoc pacto hesitabis. Sed nec sensibile corpus esse concedes: iam ita de rebus ipsis falso opinaberis. At, si & corpus aliquid sensibile esse, & nomen hoc animal de eiusmodi corpore dici concedes, audebis postea H dicere animal nihil esse? Ergo nec album aliquid erit, nec inambulans, nec currens: quippe ab ijs, quā ipsi accidunt, dicitur corpus album, inambulans, & currens: ipsorum verò accidentium hoc albedo, illud inambulatio, tertium cursus dicitur. Eodem modo sensus, vnum quid est ex ijs, quā corporibus accidunt: sentiens verò ipsum est corpus: hoc verò etiā animal nominatur. Quis igitur, vbi sentiens corpus aspexit, omisso hoc nomine, animal, aliud quærat, quod de eo dicat? Num corpus duntaxat intelligitur, tanquam Centaurus, an res quoq; aliqua huic appellationi est subiecta? Patet proculdubio esse subiectam aliquam. Age quid sensus intelligitur ne tantū, an aliquid est eorum, quā corpori insunt: Mihi verò etiā id clarum esse videtur, nempe sensum vnum esse ex ijs, quā corpori insunt. Atqui, si neq; corpus tantummodo intelligitur: sed etiam subsistit: nec etiā sensus, immo is quoq; subsistit: qui fiet, vt ambo coniuncta compositum efficiant non ens? Nam id iam perridiculum sit, corpus quidem esse ac sensum, nihil tamen esse sentiens corpus: sicut illud magis ridiculum, sentiens quidem corpus esse, animal autē nihil esse, ceu aliud quiddam animal sit, & non hoc: aut quicquam intersit, oratione, an nomine indicare aliquid velis. Atque absurdum sit & morbum negare aliquid esse. Quippe, si affectus nihil sit, morbus quoque nihil erit: sin affectus aliquid esse detur, vtiq; & morbus aliquid fuerit. Quicumque enim affectus fun-

* λδγογ

A. H. 4. f. 1. r. 2. d. 6. 7. 4. 18. d.



tionis officit, is est morbus. At non potes (inquiunt) ostendere mihi, ipsum per se morbum. Immo nec phrenitum vir bone, nec febrem: quæ tamen & ipsa esse fateris, sicuti multa alia. Nam micrologiam nominum, quam philosophi quidam scite sunt commenti, sed quæ omnem in vita loquendi consuetudinem subuerit sic, vt ne ipsi quidem in suis ipsorum operibus ea vt possint, impræsentiarum omitto, vt qui & alibi de ipsis diffusius egerim: & in opere de clementis, quæcūque sunt necessaria dixerim. Intelligo autem micrologiam, qua diuidunt in genera, græca illa τὸ ὄν, τὸ ὑπάρχον, & τὸ ὑπερῶς, {latine ens, & subsistens, siue subsistans diueris,} quippe, quæ translaticie nobis tum hic, tum in sequentibus, {latine} ponentur. Vt autem omnes in omnibus refutem, fieri omnino non potest. Sed enim, quod non modo propria morbi notio sit, sed etiam res aliqua subiecta, quæ hanc appellationem sit sortita; satisfaciunt ad præsens, quæ hæcenus sunt dicta: clarius autem idem ipsum in progressu sermonis intelligetur, vbi de primis indicationibus absoluta disputatio erit. Quæcunque verò nunc dicta de morbo sunt, ea mihi & de symptomate & passione esse dicta censeo: præterea sanitate, & paritate, & robore, & potentia, omnibusq; aliis, quorum nomina & notationes de rebus quibusdam subiectis sunt dicta. Omnia nanque hæc corporibus insunt, partim vt affectus, partim vt actiones, partim vt passiones: præterea quædam ceu naturaliter insunt, quædam B ceu præter naturam. Indicatio quoque ex lingulis eorum seorsum præbetur, à plurimis tamen medicorum prætermissa.

* εδιστορος. i. nullo discrimine.

* ἀπρίστουτος.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Docet, qua via, ac ratione Vlcera curanda sint, quæcunque maligna non sunt.

Prima fundamenta methodi, qua Vnitatis solutio curanda est. CAP. I.

Igitur Hiero, indicatio, quæ ab ipsa rei natura primum oritur, quod agendū sit, inuenit, necesse est remediū inueniendorum initium ex morborum ipsorum natura sumi: siquidem absurdū sit aliud esse, quod curandi rationem præscribat, aliud, quod curetur: etenim indicare de se quidque magis potest, q; de alio. Hoc autem clarius fiet in sequentibus. Verum, qm omnibus in confesso est primas indicationes ex affectibus esse sumendas, certe laborandū pluribus frustra non est, vt hinc esse incipiendum doceam. Illud potius monstrare tentemus, neq; totum hoc esse, nec prorsus magnam aliquam partem, veluti Methodici putant, sed minimam, & tantum initium. Igitur iidem ipsi aiunt calculum, qui in vesica sit, propterea, q; toto genere præter naturam sit, ablationem sui indicare. Ad eundem modū verrucas, & myrmecias, & atheromata, & steatomata, & meliceridas, & alia id genus. At intestinū, quod iam in scrotum decidit, omniaq; quæ luxata sunt, q; videlicet loco ipso præter naturam se habent, reponenda se in suum locum docent. Atqui tantum abest, vt horum quippiam artificij cuiusquam sit, vt etiam priuatorum cuiq; patere possit: quippe qui membrum, quod luxatum sentiunt, reduci in artus iubent: præterea verrucam tolli, & vlcus ad cicatricem duci, & aluum fluentem listi. Verum, quibus hæc rationibus fiāt, id sanē nesciunt: atq; id est, quod adici à medico debet. Itaque indicatio, quæ à morbis sumitur, principium tm est, & (vt sic dicam) carcer, vnde medendi ratio D promouet, nulla prorsus ipsius medicinæ artis adhuc portio, aut certe nec magna nec propria, sed q; etiā plebi sit communis. Ergo, cui facultas est illa inueniendū, ex quibus perfici possit, quod à prima indicatione suggeritur, is merito morborum est curator. Qui si per experientiam inuenit, obseruator & empiricus est nominandus: sin ratione quadam & methodo, logicus, & methodicus, & dogmaticus. Ergo plebeius quidem (altius enim idem repetendum est) medicum adit, reponi sibi membrum iubens: aut os, quod forte fractum est, formari atq; componi: aut melicerida sibi tolli: verum, quo pacto horum quodq; peragatur, id sanē inuenire medicæ artis est munus. Ac Empirici quidem per experientiam inueniri omnia contendunt: Nos partim experientia, partim ratione, cum neq; illa inuenire omnia queat, neque sola ratio. Verum tamen confusam mistamq; tradendam esse doctrinam non censemus, sed seorsum empiricam, & seorsum logicā, quō facile appareat, quā habeat vtraque vim. Nunc verò de ea, quæ ratione paritur, inuentione dicere statuemus. Num igitur est nobis methodus aliqua, qua vsis inuenire prædictorum singula liceat: dico, quod superuacuum genere sit, adimere: & quod motum loco sit, id proprio loco reddere: & quod vnitatis solutum sit vnire: an empiricem ad hæc requiremus? Ego sanē methodum esse aliquam, qua quæsitā inuenias, planē mihi persuasi: eiusq; principium esse id, quod singuli morbi faciendum dicant. Vnitatis nanque solutio vntionem postulat. Ea in osse fractura dicitur, græce Catagma: in carnis parte

* ἀποροχορδόν. v. s. i. verrucas penfiles.



sa parte vlcus: sicuti etiam vulnus, & ruptio, quod Rhegma: & conuulsio, quod Spasma dicitur: E
 Vulnus quidem solutio quadam ex vulnerando in carnosa parte relicta: Ruptio, & conuulsio ci-
 tra vulnerationem facta. Prior enim carnosa pars diuisio est, posterior nervosa. His omnibus vni-
 tio molienda indicatur. Quae an praestari vbiq; possit, an in multis non possit, hoc vtiq; internosce-
 re primum iam artificis est. Quippe nemo plebeius nouit nec nervosam transuersi septi partem,
 nec intestina tenuia non posse, quem indicant, finem recipere. Sed & de praputio, & de tenui buc-
 carum parte, quod similiter se habet, idem ignorat. Praeterea an caries in osse, quae Teredon graece
 dicitur, sanari queat, sicut erosio in carne, compertum non habet. Iam, an coalescere fractura possit,
 veluti vulnus, praeterea an callo agglutinari possit, non intelligit. Pari modo in capitis fracturis vul-
 gus omnino non nouit, sit ne expectanda calli generatio, an aliter curandum. Porro multo adhuc
 magis ignorat, an corde vulnerato, aut pulmone, aut ventriculo, aut iecinore, fiducia sanationis sit.
 Nec in summa quicquam ultra primam indicationem vulgaris quisquam nouit. Itaq; hoc ipsum
 primum artis est opus, ut intelligas, sperare ne sit id, quod tendis, debeas, an secus. Eius rei duplex co-
 gnitio est, nec potest addi tertia. Altera per experientiam: cui longo vsu est opus: Altera per ipsius
 rei naturam: si quidem haec tum cuiusq; particulae substantiam estimabit, tum actionem, tum vsu,
 situmq; A quibus procedens, non solum, quod sanari non potest, prauidet, sed etiam de inuenien-
 dis ei remedijs delibcrabit, quod recipere sanitatem potest.

De inuentione Remediorum, quae Cauum Vlcus carne implent.

C A P. 2.

Constat autem, quod a simplicissimis incipiet. Porro nihil est simplicius vlcerē, quod in sum-
 ma carnosa parte sit. Huius ergo, si quidem vlcus tantum sit, curationis scopus vnitio est.
 Sin etiam cum cauitate sit, duplex eius propositus est finis, sicuti etiam duplex est affectus, nem-
 pe vlcus, quod est vnitatis solutio: & cauitas, quae ex amissa aliqua animalis propria substantia est
 contracta. In quo genere saepe fieri non potest, ut alterius propositum finium sit compos: ve-
 luti si non modo caro ipsa, sed etiam subditum illi os perierit: quippe impleri ad vnguem caut-
 tas eiusmodi non potest, cicatrice induci certe potest: sed haec vlceris sanatio est, cauitas autem in-
 sanabilis remanebit. Hoc igitur ipsum aut per experientiam, aut rationis ope, dignosci omnino
 oportebit. At Thesalus nec his vitur, nec tertium quicquam adiicit: & tamen nugari non eru-
 bescit: Sed id mittamus. Illud potius doceat imitator Thesali medicus, quo pacto cauum in car-
 nosa parte vlcus nullo ex ijs, quae subsunt, laeso sanabimus. Sarcotico (inquit) medicamento, id est
 quod carne impleat, impolito. Bene sane, magna facilitas: fortasse autem stupiditas potius erat di-
 cendum, si, cum sarcoticum dixit, satisfecisse se quaestioni putat: quippe, si sarcoticum iam scimus, G
 quid amplius requirimus? Dic nobis, quod illud sarcoticum sit, quo es vsurus? Thus, reor, in-
 quies, aut irrim, aut aristolochiam, aut erui farinaam, aut panacem: nam de siccis medicamentis
 principio mentionem faciam. Age igitur, haec medicamenta quo pacto inuenisti? Experientia,
 inquis. Quid igitur est, quod per te amplius est adiectum? Siquidem, quod cauum implendum
 sit, id quidem vel priuatus nouit: at, ex quibus id, & per quae medicamenta fiat, experientia do-
 cuit. Thesalus vero nec ut empiricus, nec ut logicus, medicamentum illud nouit: ut empiricus,
 quia videlicet non vult: ut logicus, quia non potest: nam ego eum ut empiricum id scire plane
 noui. Cum enim duo sint omnis inuentionis instrumenta, nempe experientia & ratio, qui, quod
 inuentum est, nouit, sed tamen rationem eius dicere (in promptu) non habet, is prodit se per
 experientiam id inuenisse. Vt igitur, quantum erret, intelligat, aurium nobis operam paulisper
 accommodet. Volo enim paucis cum solius experientiae professore agere. Etenim hunc quoque
 dicere par est, quo pacto siccum hoc, quod carnem producat, medicamentum inuenit: quod
 utique Cephalicon nominant. Porro componitur id ex iride, & aristolochia, & eruo, & thure, &
 manna, & id est purgamento thuris. Est autem & aliud, quod praeter iam dicta corticem pana-
 cis recipit: sicuti etiam aliud, cui elota cadmia admiscetur. Dicat itaque mihi, haec quomodo sint in-
 uenta. Et quid (inquit) attinet de inuentione eorum quaerere, ac non recte potius inuentis vti?
 Atque haec quidem initio statim respondent: post vero interim ex somnijs inuenta esse potuis-
 se talia dicunt: Interim forte quapiam aliud fuisse in aliud effusum: mox aliquem vti misto ausum,
 caeterum audaciae eius spem non dicunt. Haec igitur manifestae sunt nugae. Tertius his inuenien-
 di modus plane est rationalis. Siquidem simplicium illorum priuatim quispiam vnum quodque
 ut sarcoticum expertus, mox carnem aliquando non facere cernens, ratione deprehendit non
 omni naturae eorum quodque competere. Si enim, cui aristolochia vlcus carne non impleuit, huic
 thus contulit: cui autem thus non profuit, huic iris admota, fuit utilis: rationale erat (arbitror)
 non omnes ab omnibus similiter affici. Hoc vbi semel in ratione inuentionem venit, optimum factum
 est visum quam plurima eiusdem speciei in idem miscere, quod nulli corporis naturae deesset, quod
 conueniat. At qui amice in commissis speciebus non seruatur actio suae cuiusque substantiae,
 sic, ut in vna quaque corporis specie adlit, quod morbo curando conueniat. Nam, si aut corpo-
 ris naturam inuenire possent, aut adhibiti medicamenti vim, non esset fortasse iis tali varietate
 opus, ut quibus vnum illud medicamentum, quod vni corpori conueniret, inuenire in promptu
 semper esset. Non cum ignorant vtrumq; partu recte omnia miscant: vnum scilicet, quod om-
 nibus

* ομοτον, &
 ybieq; dicitio
 ne hanc alteri-
 to notari vide-
 ris, scopos grae-
 ce legitur.
 † το τέλος.

A † Ad ledum
 ex eodictis gre-
 cis impressis &
 manuscriptis.
 in cognitu ve-
 ro (si est κα-
 τὰ σύμμοτον)
 haec eni ipsi hoc
 verbo vocat, in-
 terim quide ex
 in somnijs & c.
 B * επιλογισ-
 τος
 C επιλογισ-
 τος
 D In aliquibus
 antiqs haec no-
 legitur.
 E τὸν κακῶς
 ἰ. nō male, εἰν
 antiqs qbusdā

Anibus naturis quadret, moliri medicamentum studentes. Hanc ego componendorum medica-
 mentorum rationem primis illis medicis excogitaram arbitror, atque ut antiquum inuentum reci-
 pio. Caeterum tantum eam a vera medicinali methodo abesse reor, quanto certe rationabilior est
 transfusus in se mutuo cribris. Quippe nisi illud primum cogitet, solius se compositionis, quae ex si-
 milibus specie medicamentis conflatur, non eius, quae ex contrarijs initur, methodum dixisse:
 mox in eius miscellae multitudine vnum fortasse esse medicamentum, quod laboranti sit vtile, for-
 tasse vero nec vnum: contra septem octo ue, quae ex vsu non sint, ita ut pluribus numeris oblit e-
 iusmodi medicamentum, q; proficit: haec, inquam, nisi reputet, plus cum ignorare de re ipsa, q; no-
 uisse dixerim. **O**leum nanque cauo vlneri infusum, aduersissimum omnium medicamentum est,
 cum si ita mederi velis, vsu ipso intelliges fordidum ac male olens vlcus fieri. Quod si tepus quoq;
 anni calidius sit, ac vitio mali succi homo labore, aut fluxionibus obnoxius natura sit, aut etiam in
 victus ratione delinquat, timor est, ne illi pars ea computrescat, in qua vlcus est factum. Timor ve-
 ro est, & si cera, siue sola, siue in oleo soluta vtare. Atque haec quidem putrescere vlcus facient. At,
 si aeruginem ad leuorem tuncam insperges, ea quidem nullo modo putrefaciet: dolorem tamen
 ac mordicationem inferet non paruum: praeterea exedet, ac phlegmonem excitabit: quod si largius
 vtire, conuulsionem quoq; accerfet. Quoniam igitur neq; oleum, neq; arugo, neq; cera cauum
 vlcus implere carne potest, constat, q; ex ijs, qui experientiam profitentur, nemo vsquam ea misce-
 bit. At ego sane haec miscebo, immo debita mensura non haec modo, verum etiam alia mille phar-
 maca ex ijs, quae cauo vlceri sunt inimica. Quippe si non iisdem facultatibus laedunt, sed quodam-
 modo contrarijs, imparia quidem immodicaq; profectio fuerint, ut ad cauum vlcus implendum.
 Verum, quemadmodum ex duobus temperamentis immodicis vnum efficiatur medicum, id in
 medicamentorum componendorum rationibus docuimus. Non est igitur difficile ex oleo, cera, &
 aerugine medicamentum, quod carnem producat, conficere. Si enim noris eiusmodi vlcus medio-
 criter liccandum esse, non liccare autem nec ceram nec oleum, vti que intelliges nec alterum seor-
 sum, nec ambo simul carnem vlcus implere posse: immo vero nec aeruginem solam, ut quae immo-
 dice siccat. Ergo, si omnia miscueris, modice liccum efficere medicamentum poteris. Quis vero
 cuiusq; esse modum debeat, id mihi in libris, qui de medicamentorum compositione sunt inscripti,
 iam traditum est: nunc quoq; si res postulet, indicabitur in sermonis progressu. Nam primum om-
 nium abigendus mihi a sequentibus libris a methodus ille Thesalus est, sed indicato prius illi, qua-
 tum a recto aberret. Nam prudenti, vel quae nunc dicta sunt, satis ostenderint, qualis esse debeat
 C medendi methodus. Verum non est cum talibus sermo. Itaque etiam necesse est, cum istis adhuc
 disputemus, hinc sumpto initio. Omnis, quae praeter naturam est, cauitas impleri postulat: quare
 & quae in carnosa etiam accedit parte. Ipsa vero impletio, inueniendorum remediorum finis, quod
 tenditur, est. Ut vero, quae impleant, inuenias, & multa ratione opus est, & multiplici particulatim
 indicatione, & methodo rationali exacta. Etenim saepe vidisti difficilia sanatu vlcerata curare ne-
 quiuisse nec eos, qui experientiam profitentur, istos inquam, qui remedijs secatent: nec etiam eos,
 qui rationem sibi vindicant, omnes. Quippe Thesalij isti, quos Methodicos nominant, sunt autem
 re vera a methodo alieni, tanquam alini ad lyram, ne ad audiendam quidem eiusmodi specu-
 lationem sunt idonei, nedum, quod rectum est, ratione inueniant. Vidisti autem subinde in eius-
 modi vlceribus Empiricos quidem alias se ad aliud medicamentum transferre, cum nulla profec-
 to ratio transitum ipsum monstraret: verum, quoniam multa sunt experti, quae cauum vlcus im-
 pleant, ipsam vero, ut iisdem vocant, idiosyncralian, id est, corporum proprietatem, in qua singula
 eorum pollere sunt visa, nec dignoscere nec meminisse possunt, ideo nunc quoq; ad quod transfe-
 rant, non intelligentes, sed sperantes in multis particularibus experiendis, obiter, quod conueniat,
 omnino inuentum iri, alias ad aliud transtulit, fortunae potius, quam rationi eius, quod conducit,
 D inuentione permitta. Similes his sunt, tamen id nolunt, & qui ex Dogmaticis ad naturalia corporu-
 rum principia subire ratione non valuerunt. Quippe hi (ut ante ostendimus) ex dimidio Dogma-
 tici sunt. De istis vero a methodis Thesalij, quid etiam loquar? Soli igitur ijs, qui vera metho-
 do curant, tum singulis id genus vlceribus idonea medicamenta & victum aptum inueniunt, tum
 liquidissime rebus ipsis ostendunt, quanto opere conducant, quantumq; ad medendum lumen praes-
 tet ipsa de natura tractatio. Etenim praetermitti negligiq; aliquando, quod vtile sit, ijs, qui ab alio
 pharmaco ad aliud assidue transeunt, non semel tibi ostendi, vno aliquo ex medicamentis, qui-
 bus illi fuerant vsi, eiusmodi vlceribus sanatis. Spreta vero eiusmodi medicamenti facultas ab
 ijs merito est, quod videlicet & propter intempertium vsu non solum non prodesse, sed etiam
 obesse est visum, & quod in primo vsu nihil aliquando, quod esset euident, effectit. Vidisti porro
 non minus oculorum nos grauissimos dolores sanare, aut balneo, aut vini potione, aut fomenis,
 aut sanguinis missione, aut purgatione, quibus nihil aliud adhibet medicorum vulgus, q; medi-
 camenta haec, quae ex opio & mandragora & hoscycamo sunt, maximam plane oculorum perni-
 ciam: vt pote quae nulla re alia sublata ad praesens doloris speciem praestant, quam quod ipsum sen-
 sum enecant. Multosq; nosti ab eiusmodi medicamentorum vsu, cum liberalius fuissent admo-
 ta, nunquam postea naturalem statum recepisse, sed ex his principio quidem obscure atque agre
 Septima Classis. ccccccc uidisse,

A. li. 4. f. 4. t. 3.
 c. 7. 43. d

A. li. 3. f. 3. t. 1.
 c. 13. 24. c

* Al. εὐρηνορ.
 ἰ. inuenisse.

* vlcen.

* μέτρον.

* ἀναλογισ-
 τος.

* λογισμός.

* λογισμός.

† Impressi eodi-
 ces graeci haec
 addunt: qui ne
 prima quidem
 elementa potue-
 runt assequi, q;
 tamen in anti-
 quis nō hntur
 & superflua esse
 videntur.

* Al. παρανορ,
 id est obstupa
 faciunt.

vidisse, tempore vero suffusione, quam hypochysin vocant: vel pupillae nimia dilatatione, quam Emphyriam appellant: vel tabe: vel corrugatione, quam rheidofin vocant, occupatos. Nosti profecto non minus & illud, cum ab ephebis vsque mecum sis versatus, nec sub vilo me vsquam praeceptore vidisse eiusmodi opus, sed id per me ratione excogitasse, & q̄i longo tempore aphorismum illum, Dolores oculorum meri potio, vel balneum, vel fomētum, vel vena incisa, vel purgatio tollit, considerauerim: quamq̄ ex reliqua Hippocratis diligentia sperarim ne in hoc quidem vel falsum quippiam, vel quod fieri non possit, praecipit: idq̄ fuisse, quod me ad inquisitionem incitauit, quoad ipsa Hippocratis insistentis via inueni, quo pacto discernere, quando, quomodoq̄ dictorum quoq̄ sit utendum. Quae ratione multis, qui talia viderunt, manifestum feci, quanta medicinalis methodi vis sit: quanti q̄ mali occasio fuerint, qui non seruata veteri medicina, nouas sectas condiderint. Itaq̄ & vos praeterea me, quanquam a principio recusantem, orando tamen impulsit, vt omne hoc opus tractandum susciperem: quod, Deos precor, alijs quoq̄ hominibus alicui sit vsui. Certe minimam spem habeo propter eum, qui nunc regnat, † bonarum artium contempti, diuitiarum vero, exultationis, & ciuilibus potentiae admirationem: ad quae quisquis se conuertit, is nulla in re veritatem inuenire poterit. Verum haec, prout Deo placebit, ita finiuntur. At nos medendi methodum, quae veteribus quidem exulta est, nunc vero neglecta iacet, pro virili restituemus, repetita nimirum, quam de cauo vlcere inchoauimus, disputatione. Ac de prima quidem inuentione eorum, quae eiusmodi vlcerum carne impleant, satisfaciunt, quae paulo ante diximus: concedamusq̄, si libet, Empiricis, quae dicunt omnia. At de inuentorum vsu & saepe tibi in ipsis rebus ostendit, & nunc nihilo minus ratione demonstrare conabor, quemadmodum Empirici, vbi solent ne cuiq̄ medicamentum nihil profecit, apte ad aliud, certa q̄ ratione transire nesciant. Atq̄ id iure accidit: si quidem, cum causam improsperi successus prioris medicamenti ignorent, nec quid eam in secundo declinent, habent. Quippe, cum causam ignorent, cur munere suo medicina fungatur, nec, cur fallat, intelligere valent. Hoc vero ignorato, neq̄ ad aliud transire rationabiliter possunt, quando nec in illo vitare eandem causam possunt.

Qua Methodo Vlcus Cauum curari debeat.

CAP. 3.

Agedum igitur ipsi iam Hippocraticam veramq̄ caui vlceris sanandi methodum tradamus. Porro hanc ab ipsa rei substantia ordiri oportet. Itaq̄, quoniam in cauo vlcere id nobis proponitur, vt caro, quae perijt, restitatur, scire licet generandae carnis materiam, sanguinem bonum esse: opificem (vt ita dicam) auctoremq̄ naturam. Verum non satis est naturam simpliciter dixisse, nisi etiam, quorum natura, sit adiectum, & vbi. Constat autem, q̄ subiectorum corporum, quibus superinduci caro debet, natura ipsa gignendae carnis opifex est. Porro cuiusq̄ corporis natura monstrata est ex calidi, frigidi, humiditatis, ac licci temperatura consistere. Quare manifestum est iustum horum temperamentum in subiectis particulis, quibus restituturae deficientem carnem sumus, opificis habere rationem. Ac primum quidem in omni cauo vlcere duo illa consideranda nobis sunt, Et quod subiectum est, iusta ne temperie sit, id est an secundum naturam se habeat: quippe monstratum est sanitatem in similibus corporibus, ipsarum quatuor qualitatum esse iustam temperiem: Et praeterea sanguis, qui affluit, bonus ne, ac mediocris sit. Si igitur horum alterutrum vitiosum sit, multi sanè affectus praeter naturam existunt. Nobis tamen vna cauitas in carnosae parte proponitur. Pingamus igitur & sanam esse partem, & sanguinis confluxum citra vllum vel in qualitate vel quantitate vitium. Porro his ita se habentibus, nihil est praeterea, quod obstat, quod minus prima carnis generatio prospere contingat, idq̄ nullius externi medicamenti opem. Quippe causis ambabus, vnde nascitur, praesentibus, nulloq̄ extrinsecus, quod impedit, obstantem, non potest prohiberi carnis generatio. Verum in ipsa primae carnis generatione duplex prouenire excrementum necesse est, veluti etiam in commentarijs de natura docuimus, quod omnem qualitatis alimentum mutationem alterum crassius, alterum tenuius, excrementum sequitur. His excrementis etiam per vniuersum corpus semper prouenientibus, quod tenuius est, ipsa inuisibilis est perspiratio. Quae etiam subinde fit visibilis, quoties vel naturalis calor languet: vel nutrimento vititur, quam iustum sit, ampliore: vel motus quisquam vehementior animali contingit. Alterum est sordes, quae in summo corpore nostro colligitur. Quin etiam in vlceribus tenuius excrementum sanies, (graece ichor) appellatur: quod crassum est, sordes. Ac ex tenui quidem excremento vlcerum humidum redditur, ex crasso sordidum: eoque duplicibus medicamentis eget, vtique, vt humidum est, siccantibus: vt sordidum, quae ipsum expurgent. Ergo, cum nullo vnquam tempore natura cesserit, certe nec tempus vllum erit, in quo non ambo haec in cauo vlcere colligentur. Quare nec tempus vllum erit, in quo non vtique medicamentorum genus desiderabit, vtique & quod licet, & quod expurget. Ac, cuiusmodi quidem genere esse medicamentum debeat, inuentum iam est. Verum non est id satis. Si quidem specie aliqua inuenta est opus, quae sit vlceri adiuuenda. Haec igitur quomodo, & qua methodo inuenietur? Nempe ea, quae in libris de simplicium medicamentorum viribus est tradita. Ostendimus namque in ijs quaedam medicamenta siccare, quaedam humectare, quaedam refrigerare, quaedam calfacere: non nulla per coniugationem, vel calfacere & siccare, vel frigefacere & humectare, vel calfacere & humectare, vel refrigerare & liccare:

Acare: esseq̄ in singulis eorum maioris minorisq̄ rationem multitudine sanè infinitam, ea terum ad vsum medicinalem limitibus, qui facile comprehendantur, circūscriptam, primo quodam in his, & secundo, & tertio, & quarto statuto ordine gradu ue. Cuius igitur ordinis erit medicamentum, quod carni producendae sit aptum: quodq̄ modice tum siccare debere, tum detergere proposuimus? Certe primi ordinis. Quippe, quod super hunc fuerit ita, vt non modo humoris, qui influit, redundantiam consumat, sed etiam affluentem sanguinem ipsum populetur, id refici carnem, ceu materiam eius absorbens, prohibebit. Porro talia esse ostensum est thus & hordeaceam, & fabaceam, & erui farinam, & irim, & aristolochiam, & cadmiam, & panacem, & pompholygem. Omnia verò haec tum maioris minorisq̄ discrimine inter se dissidere, tum alia eorum simplices qualitates vincentes habere, alia compositas, monstratum est. Si quidem aristolochia & panax tum ceteris plus siccant, tum natura magis calent. Hordeacea fabarumq̄ farina multo his minus siccant, nec vllum calorem obtinent. Thus verò moderate calet, minus tamen illis siccant, adeo, vt quaedam corporum naturas omnino non liceat. Erui farina, & iris, horum atque aristolochiae & panacis medium locum tenent. Verum, quod sermo noster vtiliter attigit, denuo repetamus. Quippe thus in humida corporis natura carnem producere potest, in sicca non potest. Scire namque licet duas esse primarum indicationum differentias, quod secundum naturam se habet, custodiam sui indicante, & praeterea, quae similia sui sint, postulante: quod praeter naturam est, sublationem sui, eoque contraria, requirente. Perit enim quidq̄ in contrarium, & a contrario. Atq̄ vlcerum quidem quod est humidius, eo sanè medicamento, quod magis licet, indiget. Corporis verò natura quanto est humidior, tanto quod minus siccet, medicamentum postulat. Quare, si qua sunt vlcera, quibus par est humiditas, quod in sicciore corporis temperamento consistit, vtique magis siccari postulat: quod in humidore, hoc sanè minus, quod natura naturae interest: si quidem producam carnem ei, quae ante erat, similem esse oportet. Vbi igitur pristina siccior fuit, nouellam quoque siccior fieri conuenit: quare vberius haec siccari, quantoq̄ magis sicca fuerit, tanto, quod adiuuetur medicamentum, magis siccant facultates habere debet. At in humidore natura tanto rursus ijs, quae minus siccant, medicamentum est opus, quanto caro ipsa minus est sicca. Thus igitur, vt ad humani corporis naturam, eiusmodi obtinet temperamentum, quod cum temperatis & medijs naturis consentit, humidiores autem paulo liberalius siccant: licet rursus ijs, quae ad summum sunt siccae, paulo est humidius. Merito itaq̄ thus in quibusdam tum vlceribus, tum naturis plus quidem mouet, carnem non producit: in quibusdam etiam carnem producit. Itaq̄ si obseraueris, rationi respondere euenta deprehendes. In humidore namque natura producere carnem potest, in sicciore non potest. Praeterea in modice humidis vlceribus carnem efficiere potest: in ijs, quae praehumida sunt, prorsus non potest. Vides ne igitur clarissime, qui recta methodo curare vlcerum velit, quot huic theorematum sit opus? Nam, postquam inuentum est humorem omnino huic vitio inelle, vtique liccans parandum medicamentum indicauit. At, quoniam ipsorum siccantium quaedam magis siccant, quaedam minus, partim ex vlcerum diuersitate, partim ex aegri natura, quod expedit, est desumptum. Itaque non modo de corporis natura meditatus sit, oportet, quisquis commode sanare vlcerum debet, verum etiam diligenter speculationem omnem de medicamentis dilectis, tum siccis humidisq̄ corporum temperamentis notas callere. Contemplare igitur, quanta sit Methodicorum istorum pronuntiandi temeritas, qui vnum id sibi ad cauum vlcerum sanandum satisfacere putant, si sciant, quod carne est implendum. Non enim in hoc curandi ratio consistit, immo in eo inueniendo, quod carne sit impleturum. At, quod implebit iam (inquit) experientia est inuentum. Dic proinde, & quod sanabit, inuentum experientia esse: nec frustra gloriare, nec methodum extolle. Quanquam apud ipsos quoque Empiricos experientia, quae sine certa limitatione sit, damnatur. Scribunt namque in commentarijs de medicamentis ad hunc modum: Emplastrum ad eos, qui molli sunt corpore, & pueros, & mulieres. Noruntq̄ thus in naturis eiusmodi carnem in cauis vlceribus (modo aliud nullum symptoma sit) producere, eademq̄ implere: vt tamen eiusmodi corpora humida sint, atque idcirco modice liccantia desiderant, an alia euentus causa sit, sanè non norunt. Rursus enim ad sensilia corpora aliud scriptum medicamentum inuenies, aliudq̄ ad ea vlcera, quae agre ad cicatricem veniunt, orasq̄ praetumidas habent, quae ochthode Graeci vocant: multasq̄ alias discretiones in omnibus suis medendi commentarijs scribunt, quibus, quoad licet, ad curandae naturae proprietatem appositum pharmacum inueniunt. Quippe discretiones in quaque arte proprium a communi discernere conantur: quantoq̄ plura quis discreuerit limitaueritq̄, eo propius ad proprietatem accedit. Ipsum verò ad vnguem proprium nec scribi omnino potest, nec dici. Eoque tum Empirici ijs, qui in arte fuere diligentissimi, tum Dogmatici ferè omnes, fatentur nullam scribi posse curationem ad vaguem exactiam. Sed id, quod ad coniecturam de laborantis natura desideratur, alij ex proprio cuiusque medentium vsu, alij ex artificiose ratiocinando, adijciendum esse affirmant. Nemo tamen eorum adeo fuit praecipuus, vt omni vlceri cauo vnam se habere medicinam, quae carnem restituerit, profiteretur. Non enim apud vllum inuenies eiusmodi pharmacum, quod omne vlcerum cauum sanet, immo pro modo humoris sordisq̄ atque ipso laborantis temperamento immutandum medicamentum esse. Missa ergo hic Methodico-

Septima Classis.

cccccc ij rum

* Dondueis. i. facultates.

* Aph. 31. Ex. diu. 49. c.

† τὸν καλὸν.

A lib. 4. f. 4. t. 1. c. 4. 464. b

A lib. 4. f. 4. t. 3. c. 2. 472. d

A lib. 4. f. 4. t. 3. c. 1. 471. a

* λὸς ἰσμοῖς.

rum impudentia, age videamus, quid Empirici dicant, qui ex proprio cuiusque vsu exercitationeque ad iudicandum aliquid censent ad propria laboranti inuenienda remedia. Siquidem (vt saepe diximus) nulla est in arte medica nec res nec medela, quae specie dicibilis non sit: sed, quod nec dici, nec scribi, nec omnino praecipere potest, id quantitas in quoque est. Nam in vlcibus humor & sordes dici possunt, quantitas in neutro dici potest: quanquam hic quoque accedere propius ad indicandam eam studemus, exiguam copiosamque sordem dicentes, praeterea tenuem & crassam, & prorsus multam & admodum paucam, & mediocrem & competentem, aliterque ad hunc modum varie nominantes, quod videlicet, quam proximè licet, ad quantitatem indicandam accedamus. Diligentè igitur attendas nunc, velim, vt intelligas, quantum praestet methodo quiduis, quae sola experientia, face re. Esto nanque notum sit hoc, vel illud pharmacum ad cauum vlcus implendum facultatem habere in ijs, qui, vt nos loquimur, humidiores sunt temperamento: vt autem obseruator & Empiricus, ijs, qui molli sunt carne, ac mulieribus & pueris: deinde nunc tali ad motum nihil proficit. Nos igitur, cuius causa nihil profuit, inuestigabimus, atque hanc in duo aestimanda reducemus. Nam aut parcius siccauit medicamentum, aut nimium: horumque notas habebimus sordem, & sanem. Nam, si plusculum sordis sit, totumque vlcus humidius, intra modum siccauit: sin purum, & absque humore cernitur, vltra. Statim igitur mensuram quoque excessus defectusque ex ipso notarum modo intelligimus: tantoque pharmacum, quod deinceps applicabitur, vel siccius, vel non tale admouebimus. Empiricus autem, si ad motum cuiuspiam medicamentum carnem non restituit, id quidem videt, caeterum ignarus, parcius ne, an nimium siccauit id euenerit, transire ad alterum non potest. Ad eundem planè modum, & Erasistratus Herophilusque ex dimidio (vt dictum est) Dogmatici, male vlcus sanabunt: quippe qui ea tantum vitia curare ratione tentant, quae instrumentalium partium sunt propria: vlcus vero (vt iam dictum est) commune simularium instrumentaliumque est: ideoque id, quatenus in simularibus prouenit, eatenus empirice curabunt. Quin etiam, si ea curare tentent, quorum substantia omnino perijt, aut etiam manca curtaque est, in his quoque necesse est, à logice curando multifariam aberrare. Si enim, quod perijt, substantia quaequam simularis sit, necesse est eum, qui regnanda huic consulit, totius esse naturae peritum. Ac de his quidem post dicitur. Illud interim clarissime ostensum arbitror, non esse cuiusque probe vlcus curare, primamque omnium indicationem, quae vel plebeis patet, minimam esse curationis partem. Nam & calorem, frigus, humiditatem, ac siccitatem, ac diuersas qualitates esse, demonstratione accepisse necesse est: & deinde, quae nobis de temperamentis seorsum dicato volumine sunt scripta, tum quae huc pertinent in alijs voluminibus, omnia nouisse. Atque haec tenus quidem de vlcere cauo sermo est habitus, ipsam tantum cauitatem curantibus nobis: si quidem, quae vlcis propria curatio sit, nondum traditum est. Perficitur autem ea quoque iuxta eandem methodum: quippe quae tum à laborantis partis temperamento, tum à medicamentorum facultate, accipitur. Porro ambo haec à tractatione de elementis pendunt. Etenim, nisi illud in methodo concessum sit, quatuor qualitates geniturae, & corruptelae causas esse, nec methodum inchoasse, nec prouexisse, nec absoluisse fas est. At vero, vt illas agentes multo patientesque ostendas, id ad speculationem de elementis pertinet. Quod igitur in praecedentibus ostendimus, id nunc praesenti sermone confirmatur, nempe nihil posse medicum de vlla simularium partium agitare sine naturali, quam vocant, speculatione. Verum illic de simularibus duntaxat, id est ostensum: hic iam sermo noster quodam modo insinuat ne in ipsis quidem instrumentalibus cuiquam integram inuenire curationem licere, qui illam non attigerit. Porro idem in toto opere etiam euidentius monstrabitur.

De Ratione curandi Simplex Vlcus, & planum.

CAP. 4.

Verum ad ipsam vlcis, quod solum consistit, curationem transire nunc tempus videtur. Fuerit autem solum, si nec affectus vllus simul adsit nec symptoma. Esto igitur, quae exulcerata est particula, nec fluxione vexata, nec malo succo vitiosa, nec omnino extra naturalem tempericem: sed nec vlla ei cavititas adsit, nec vlla cutis amissio. Nam id quoque bona pars medicorum praerit, non intelligens post, quae cauum vlcus carne iam impletum, ac planum effectum, nihilo minus tamen hiat, duplicem adhuc particulae affectum superesse, alterum substantiae cutis amissionem, alterum continui solutionem. Ergo, quoties vnum id habetur, nempe continui solutio, siue ea summa est cuticulae, (quam epidermida vocant) siue cutis totius, siue etiam pariter subiectae carnis, vitium quod vlcus dicitur, ita existit, postulatque tantum agglutinari. Quippe, si commissae simul sint cutis orae, nihil erit in medio cutis generis diuersi, quemadmodum in eo, quod iam repletum est, planumque redditum: in hoc enim orae vlcis se non contingunt, sed totius vlcis partis cutis perijt: quam vniueque restituere oportet. At in eo, quod acuto aliquo est diuisum, vna agglutinatio requiritur, non etiam cutis generatio. Quoties ergo vlcis simplicis propositum sit inuenire curationem, praesumendum in sermone est diuisam esse carnosam particulam citra vllius portionis amissionem. Nam latum, quod cicatrice induci postulat, omnino cuticulam, quam epidermida graece vocauimus, desiderat. Hanc igitur tum gignere, tum sibi vnire oportet: duorum tibi hoc loco existunt, ad quae, sicuti in cauo vlcere, consilium diriges, propterea, quod affectus ipse geminus in ambobus est. Quo igitur (iporum inquiet forte aliquis) planum vlcus à cauo discernitur, si & geminus

*πρῶτον

A. li. 4. f. 4. t. 1. c. 1. 463. d

A. li. 4. f. 4. t. 3. c. 3. 472. g

A. libidè, c. 3. g

A geminus vtrobique est affectus, & geminus curanti propositus finis: nempe multitudiue amissarum partium. Quippe in cauo vlcere non ipsa modo perijt cuticula, verum etiam reliqua cutis natura vniuersa, & subiectae carnis portio aliquando non exigua: in repleto vlcere caro non deest, exterius tamen cooperimentum desideratur. Ac, quae eius generis vlcis curatio sit, post dicemus. Nunc eius, quod vlcus tantum sit, nec alium vllum affectum adiunctum habet, quae nam debita curatio sit, praecipiamus. Ergo, quoniam hic sola diuisio proponitur, diuisorum oras vna coniunctas esse oportet. An non id solum, verum etiam coniunctas manere? Porro bifariam simul manent, quae commissae sunt, cum alia per se, alia ope aliorum maneant: per se quidem, quaecumque secum concreuerunt ac coalescunt aliorum ope, & quae colligantur, & quae glutino aliquo tenentur. Ac, quae concreuerunt, omnino mollia naturaliter sunt, oportet: talis sane est tum caro ipsa, tum quaecumque ex carne consistunt. Quaecumque vero dura siccaque sunt, eorum diuisae partes coire simul nequeunt, sed glutinum aliquod vinculum ue, quo commissae maneant, requirunt. Et talium quidem corporum sanatio in sequentibus praecipitur. Nunc de ijs, quae vniri possunt, inceptum sermone peragamus, hic quoque ipsam coitionis coalescentiaeque causam inuestigantes. Est vero, sicuti in cauis vlcibus vt caro producat, ita in simplici vlcere vt orae ipsae secum coalescant, natura certe causa adeo, vt, si, quae dissident, in idem ad amissam componas, citra omnem reliquam extrinsecus molitionem coalescant. Oriturque tibi iam alius attendendus finis, nempe orarum adductio: à quo orsus, quibus id efficias, inuestigabis. Quippe aut vinculo ex duobus inijs circumdato, aut sutura, aut fibulis (quas graece ancteras vocant) impolitis, aut horum quibusdam, aut omnibus, quae diducta sunt, in idem adduces. Expediunt autem, quod circumficiunt, neque molle nimium sit, & algae ritu fragile (bryodes graece vocant) quod videlicet tuto contineat: neque ruius ita durum, vt premendo offendant. Tum vero ipsa circumductio nec ita laxa sit, vt nihil efficiat, nec ita vehemens, vt premendo dolorem excitet. Haec si feceris, fueritque vlcus solum citra vitiosum succum, aut fluxionem, aut intempericem, aut phlegmonem, aut aliud quodlibet vitium, proculdubio coibit. At, si vel praecius magnitudine fieri nequeat, vt dissidentiae ipsae partes exacte ad inum vsque sibi coniungantur, videlicet nec sutura, nec fibulis, nec deligatura perungere ad eas valente, vel etiam sanies iam illic sit collecta, vel dolor quispiam adiunctus, eiusmodi vlcus ex sola partium commissione agglutinari omnino non potest: Quando, quod dolet, plus aliquid affluere faciatque etiam, si, quod alij sunt, pro isto naturae modo se habeat, attamen vires ipsae partium, quae tum propter dolorem tum etiam ex vulnere sunt imbecillae, nec, quod iustum est, ferent, sed veluti ab iniusto granantur. Atque hinc omnino superuacua sanies proueniet: mirum etiam, nisi & phlegmone. Iam vero, si etiam citra dolorem sanies in medio adductorum laborum vlcis intertulerit: aut etiam locus quilibet medius inter fuerit, qui sanie quidem sit vacuus, sed aere plenus: non potest eiusmodi vlcus sola dissidentium partium coniunctione glutinari: quando & sanies iam vnionem distulit, & quae coniungendis interueniunt loca vacua, interiorum laterum frontes prohibent se contingere. Quare illae saltem vlcis partes, vt coeant, etiam carne prius impleri natura opera postulant. Porro haec adeo planè sunt exiguae, si modo diuisae vlcis partes rite sint coniunctae, vt vnus dici spatium deliderent, aut ad summum bidui. Hoc igitur tempore medicamento opus est, quod particulam siccat, vt, & si qua sanies iam sublit, hanc consumat: & si qua in vacua loca influxura est, hanc prohibeat. Nunc igitur medicamentum, quod carnem producat, & mediocriter siccat, rursum mihi ad memoriam reuocabis, vt intelligamus, siccus ne eo esse glutinatorium debeat, an secus. Sane, quod carnem producat, si totum, qui confluit, sanguinem consumeret, ipsam materiam creanda carnis sic adimeret: aut glutinatorium aut omnino carnis generatione non eget, aut plane exigua: quare plus siccat, oportet, quam quod carnem producat. Ergo tum hac ratione tenui quadam differentia inter se dissident: tum vero altera non parua, quatenus scilicet, quod carnem producat, statim etiam detergendi vim obtineat, oportet, quod non modo redundantiam humoris siccat, sed etiam sordem auferat: glutinatorium vero nec detergeat, nec expurget, sed contra prorsus substantiam omnem in idem cogat. Cuiusmodi facultatem habent medicamenta ea, quae austeritate & adstringentia vocantur: haec nanque in idem cogent, ac stipandi, non detergendi, neque purgandi facultatem habent. Quo fit, vt, vbi carni producenda studemus, maxime cauendum sit à medicamento, quod adstringat, vt pote quod sordem vlcibus acutius affigat, quae vt facile possit absolui. Vnum igitur omnis vlcis, quae vlcus est, optimum est medicamentum. Quod si nec illud / quae vlcus / sermone sit adiectum, idem tamen, arbitror, intelliges: quippe recordationis tantum causa est additum. (ne quis obaudiat) non sicut necessarium aliquid delinens. Adeo, si memorente eorum omnium, quae in proximo libro sunt tradita de rebus lingulis tum nominandis, tum vero subiectis, praestiteris, nihil est, quod talia tibi de cetero definiam. Illud tantum abunde mihi erit, si per singula eorum simplices affectus à compositis fecerim. De quibus mihi non nihil prius est dictum, ac nunc nihilominus est dicendum, non adeo mehercle rei ipsius causa, quam quae plerique medicorum dictione ipsa decepti, cauum & aquabile, iecens & inueteratum, sordidum & purum, liberum phlegmone & phlegmone impeditum, putant differentias esse vlcis. Necesse igitur est distinguere, quae propria vlcis differentiae sint, & quae aliorum affectuum comple-

Septima Classis. cccccc iij xiones.

† Περὶ τῶν κατὰ τὴν ὀνομασίαν νομένων τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων.

xiones. Verum hoc posterius paulo. Sanè solennis veteribus doctrina (quæ utinam nunc esset in E. vsu) maxime naturalis est. Quippe si simplicis cuiusque affectus propriam curationem dicunt, præcipueque omnium Hippocrates. Medendi namque methodus ad hunc modum bellissime procedet, si de singulis simplicibus seorsum præceperimus: post deinde de compositis omnibus alteram aliquam methodum indicauerimus. Veluti enim, si duo vere essent in victus ratione morbi, clausus & fluens, si id est, qui in retentione, & fluore spectarentur, cum seorsum utriusque curationem dixissemus, de coniunctione amborum esset agendum, sicut Thessalus ipse censet; eodem, arbitrator, modo, quoniam vlcera, quæ vlcera sunt, vna omnino est species: tum phlegmonarum, quæ phlegmonæ sunt, altera item species vna est: oportet, vbi seorsum vlcera, seorsum rursus phlegmones, curationem tradideris, post deinde ambas in idem coniungere. Id igitur si fecerimus, omne profectò vlcus tum sicari debere, tum etiam adstringi, pro dicta iam methodo inueniemus, non tamen detergeri: contra, cavitatem in carne sicari quidem postulare & abstergeri, minime autem adstringi. Quin etiam ad eundem modum, quem prius diximus in cauis vlcibus, nunc ad portionem naturam corporis æstimabimus, mollis ne ac laxa sit, an dura sicca & compacta. Siquidem prior, quanto est humidior, tanto medicamentis minus siccantibus eget: Posterior, quatenus est siccior, eatenus rursus, quæ vehementius siccant, magisque adstringant, desiderat. Empiricus enim, arbitrator, hic quoque pueros, & fœminas, & qui tenero sunt corpore, memorabit, iuvenes, agricolas, & nautas his opponens. *Cæterum*, cum non intelligit, quod in pueris & fœminis propter humiditatem temperamenti eiusmodi medicamenta visa sunt conducere, rursus altera messoribus ac nautis propter siccitatem conuenire, nec cuiusque corporis curationem exacte coniciet, nec erroris causam deprehendet. Quo sit, ut nec intelligat, quemadmodum se ad potius transferet, vbi parum cessit, quæ per experientiam prius nouit. Hæc igitur summam de glutinatorijs medicamentis diximus. Hinc verò altera quædam methodus succedit ad eorum præparationem compositionemque pertinentens. Siquidem cauo vlcera, quicquid volumus, statim applicamus, siue siccum id, siue humidum medicamentum sit: licet enim omni parti vlcera ea tum inspergere, tum illinere: at in vlcibus, quorum maior est profunditas, id non licet: quippe, vbi semel oras coniunxeris, contingere, quæ in imo sunt diuisa, non possis. Considerandum igitur est non modo, an siccans adstringensque modice medicamentum sit, verum etiam an peruenire ad imum valeat. Nam & cerussa & lithargyrus siccant, adstringuntque modice, sed, si ea cineris ritu circa vulnus inspergas, nihil proficies, neque enim ad fundum peruenit medicamenti vis, quod ita sit siccum: humiditatem igitur quandam desiderat, quod simile emplastici sit, vel etiam humidioris cuiusquam medicaminis. Verum hæc operis eius, quod de medicamentorum compositione præcipit, propria speculatio est, non eius, quod de medendi ratione instituitur. Quod si quid ea ad rem propolitam indigebimus, id procedente opere attingemus.

Quid differant Glutinatoria medicamenta ab ijs, quæ Cicatricem inducunt. CAP. 5.

Nunc ad vlcus, quod cicatrice induci postulat, reuertar: de quo paulo ante dixi eius quoque primum, quod tenditur, siue ex eodem esse genere, cuius est & caui. Quippe regnare aliquid opus est, quod perijt, non tantum vnire, quæ dissident: cæterum diuersa ratione hic gignere, quod desit, quam in cauo: quando illic sanguis, hic caro pro materia sit. Siquidem, quod cauum est, impletur ex gignenda carne, quæ ex sanguine ortum habet: at ad cicatricem perducitur, quod iam est impletum, ex gignenda cute, quæ ex subiecta creatur carne. Cæterum caro eadem specie cum ea, quæ perijt, gigni in cauo vlcere potest: cutis talis omnino, qualis erat, quæ perijt, prorsus restitui non potest, sed simile quiddam cuti, & quod eius officium suppleat, potest, non tamen planè cutis. Ac causa quidem, cur sicuti caro ad eam que regnuntur, ita cutis, quæ prorsus perierit, regigni nequeat, ex naturalibus problematicis est petenda: quemadmodum autem tum naturam, tum vsum cutis imitemur, hinc accipiendum: eiusque rei methodum iam tradamus. Quoniam tegere carnem naturalia aliquo tegumento propositum est (quippe id est ducere ad cicatricem vlcus) aut cutis nobis generanda est: aut summa caro cuti similis efficienda. Verum, ut cutis regeneretur, fieri omnino nequit: quod superest igitur, efficere est tentandum. At quæ igitur huius efficiendi est ratio? Nempe alteratio: quippe, ut carnis pars quæ iam non amplius caro permaneat, sed veluti cutis euadat, postulamur. Quo pacto igitur (inquit) alterabitur? Profectò alicuius alterantium qualitatum ope. Incidit enim rursus hoc loco, vel nolentibus nobis, de elementis sermo: sine quo nec, quod cicatricem inducat, inuenire medicamentum licet, nedum quod carnis producendæ, aut agglutinandi facultatem habeat. Ergo, quoniam cutis carne ipsa tum siccior est, tum etiam densior, si carnem siccabimus & adstringemus, cuti etiam persimilem reddemus. Habes medicamenti, quod cicatricem inducit, summam. Verum ea non satisfacit: nam & glutinatoria tum siccabant, tum etiam adstringebant. Ergo, quo hæc ab illis dissent, id, si ipsam rerum substantiam inspicias, inuenies. Nam, quoniam in glutinatione vlcera siccanda, quod affluit, est, quod videlicet affecta pars superuacuis vacet: in cicatrice ducenda non modo, quod affluit, verum etiam humor, qui in ipsa carne continetur, est consumendus: multo profectò siccior, quod

* Appropinquat
* quæritur.

A. li. 4. f. 4. c. 11
83. c

A. li. 4. f. 4. t. 3.
c. 11. 475. a

A. li. 4. f. 4. t. 3.
c. 3. 472. b

A. li. 1. f. 4. c. 21
83. a

A quod cicatricem inducat quàm quod agglutinaret, esse conueniet: quando glutinatur vnum id propositum est, ut eius, quod secundum naturam est, redundantiam consumat: qui cicatricem inducet, non hoc modo, verum etiam ut ei, quod secundum naturam se habet, aliquid detradat. Galla igitur immatura hoc loco, & mali corium, & Ægyptiæ spinæ fructus, modice siccantia pharmaca sunt: Chalcitis, & æs vstum, & æris squama, & misy, & fillum alumen, multo his sunt valentiora, misy quidem & chalcitis præcipue, mitior autem æris squama, atque etiam hoc mitius æs vstum: quod etiam si lauabis, utique minus mordens medicamentum habebis. Porro hoc quoque ad speculationem de componendis medicamentis pertinet, quæ sanè medendi methodum ordine sequitur. Nam medicamentorum facultates nosse, id quidem medendi methodum præcedit, tractatumque de his alibi est: compositio verò medicamentorum, medendi methodum sequitur. Quippe, vbi hæc vniuersale præcepit, dico autem siccandum, aut humectandum, aut calcificandum, aut refrigerandum effectum vel modice id faciendum esse, vel valenter, vel leuiter: intelleximusque cuiusque simplicium medicamentorum facultatem, hancque per se & seorsum perpenfam: tum profectò, quo pacto quis ea commode ad vsum miscuerit, considerare conueniet. Existit igitur eo pacto duplex de medicamentis peritia, altera de eorum viribus: altera de compositione ac præparatione. Verum ad id, B quod superest methodi de vlcibus, redendum est.

De Methodo vlcera Curandorum, quibus caro supercreuit. CAP. 6.

Superest autem (ut arbitrator) de supercrecente carne dicere, quam hyperfarcin Græce vocat pleraque medicorum pars. Est porro is quoque morbus ex eo genere, quod in quantitate magnitudine ue partium spectatur: licet enim, pro arbitrio voces. Ex eodem genere & cavitatis erat, de qua iam egimus. Ergo, veluti, quod vlcus cauum vocant, non vnum est vitium, sed pariter & cavitatis, & vlcus: ita vlcus, quod supercrecentem carnem habet, non vnum est morbus, sed simul caro supercrecens, & vlcus. Indicat autem magnitudo, quæ præter naturam est, primam indicationem, (quam etiam veluti metam inueniendorum remediorum diximus), ipsius scilicet exuperantis ablationem. At hæc sola medicamentorum ope perficitur, non opera naturæ: videlicet contra, quàm in carne restituta aut glutinatione se habuit. Hæc enim natura ipsius sunt opera pharmacis tantum, quæ actioni eius obstant, submouentibus: at supercrecentis carnis detraçtio, nullum quidem naturæ opus est, sed medicamentis perficitur, quæ vehementer siccant. Porro proxima sunt eiusmodi medicamenta tum ijs, quæ valenter detergent, tum ijs, quæ cicatricem inducunt, licet, ut non pauci interim per errorem medicamentum, quod carnem minuit, vel pro eo quod fordem deterget, vel pro eo quod cicatricem inducit, accipiant: ut (ne ab exemplo nostro recedamus,) misy & chalcitum, si humida nature applicabis, potius carnem demere, quàm cicatricem inducere, deprehendes. Vnde, si quando ijs uti ad cicatricem inducendam in aliorum penuria cogimur, parcissime ipsi utemur, summum tantum specillum in ea ad exactissimum leuorem tunsa demittentes, ac post velut tenuissimum quendam pollinem partibus, quæ cicatrice induci postulant, imponentes: quod si minuere, quæ supercreuerit, studemus, liberalius imponemus. Sanè ærugo magis etiam, quàm hæc, minuere carnem potest, ita, ut genus eorum, quæ cicatricem inducant, omnino sit egressa. At si illa etiam aduras, ut minus acris, sic ad cicatricem inducendam reddes magis apta: si verò etiam laues, adhuc sient mitiora. Meministi verò, arbitrator, & tu eius, qui celebri illo viridi medicamento sordidum vlcus citra rationem curabat, mel quidem ei admiscens, multis autem deinceps diebus æque sordidum reperiens: deinde inops consilij, nec habens, quod se verteret, (accidebat enim, ut non modo non purgaretur sordes, sed etiam ut de subiecta quoque carne non nihil vna detraheretur & colliquaretur propterea, quod medicamentum valentius, quàm pro laborantis natura, erat,) plus deinde (ut erat egregius medicus) mellis assidue medicamento adijciebat, quod videlicet adhuc valentius purgaret, ceu non satis id medicamentum prius adhiberetur fecisset. Eueniebat autem planè contra: quippe, quantum ille intendebat medicamenti acrimoniam, tantum caro subiecta colliquabatur. Quod verò in vlcere ex liquata carne sordis apparuit, id medico, ceu medicamentum nihil efficeret, imposuit. Atque huius quidem ignorantia etiam in discernendi peritia erat, non solum in medendi methodo. Etenim, si quam maxime similiter sordidum & humidum ex utroque medicamento vlcus deprehenditur, at certe cavitatis maior ex valenti, & quod colliquat, medicamento efficitur: quin etiam labijs præaltis, rubrumque, & phlegmone quodam modo affectum, vlcus cernitur. Aliquando verò mordicationem quoque manifestam ex huiusmodi medicamento ager sentit, quod verò minus, quàm par est, siccet, nec mordet, nec quicquam efficit eorum, quæ retuli. Patere autem & in his arbitrator Empiricum, etiam si experientia quàm maxime distincta discretæ que vtatur, transire tamen, vbi quid non cessit, ad id, quod expedit, artificiose non posse, immo vni illi id licere, qui vera methodo (quam ipse nunc instituit) medetur.

Quid differat ratioe recte curare à curatione Methodicorum, ac Empiricorum. CAP. 7.

Quippe, quam Thessalij isti amethodi methodum profitentur, nomen duntaxat esse nudum intelligis, omnis effectus vacuum. Qui, cum tanta, tamque multiplex saltem methodus sit in vlcere sanando, neque Empiricorum discrimine ad inuenienda remedia sunt vli, neque, Septima Classis. cccccc iij sicut

Humido, additur in anti- quis. Antiquus adit, & balau- tia. Adhuc ratio- nis, est in an- tiquis. i. mi- ni mordens.

sententia, tum vero regiones extenditur. Quod autem contrariae subinde in vna curatione indicationes sint, atque has quemadmodum tractare conveniat, latius quidem dicitur in sequentibus: non tamen alienum sit nunc quoque paucis de ipsis egisse. Et enim, quod aegri temperamentum sit humidius, particula ipsa, quae laborat, sicca: aut contra, quod haec sit humidior, totius temperamentum siccius, mirandum non arbitror: pari modo in calore, & frigore, quod contrarium temperamento sit pars cum toto. Veluti igitur, si totum corpus medio temperamento esset, (quod esse optimum docuimus) nihil plane, quantum ad laborantis naturam attineret, in medicamentis novarem: ita, ubi vel siccius, vel humidius, vel calidius, vel frigidius iusto cernitur, catenus intendere vires medicamentorum oportet, quatenus corpus ad naturalem intemperiem est uersum. Non enim, arbitror, excidit nobis, quae naturalis intemperies sit, & quae praeter naturam: dictum enim de ipsis est in alijs, ac praecipue in libro, qui de inaequali temperamento est inscriptus. Pone igitur totum laborantis corporis temperamentum humidius esse, eo quod medicamenta desiderare, quae minus siccant: ipsam vero aegram particulam ex earum numero esse, quae sicciiores sint, (qualia esse diximus, quae minus sunt carnosae, cuius generis sunt, quae circa digitos, & articulos habentur: praeterea quae circa aures, & nasum, & oculos, & dentes, sunt: ac, ut semel dicam, ubi crebrae cartilagines, & membranulae, & ligamenta, & ossa, & nervi sunt, adeps vero, & caro, vel omnino nulla est, vel perquam exigua,) diversa in his est ea, quae a patiente particula accipitur indicatio, ab ea, quae ex aegri sumitur natura. Quare, si, quanto aegri temperamentum iusto est humidius, tanto particula iusto sit sicciior, nec adijciendum, nec detrahendum pharmaco quicquam est, sed tale adhibendum, quale, si vlcus in medijs temperamenti particula corporis medicriter temperati consisteret, adhiberemus: Si in sicciore debito particula magis fuerit, quam corporis temperamentum iusto est humidius, utique in tantum intendi siccitatem medicamenti conveniat, quantum particulae temperamentum totius temperamentum excedit: veluti, si quatuor numeris sit exulcerata pars medio temperamento sicciior, aegri natura gradibus tribus humidior, manifestum est particulam, quae nunc exulcerata est, siccius vno gradu desideraturam medicamentum, quam quae pars sit temperata. Quod autem haec omnia coniectura sint accipienda, tum quod optime conijcere poterit, qui in ratiocinando de his sit exercitatus, liquido patet. Ac in talibus quidem omnibus contrariae subinde indicationes vno tempore fiunt: neque enim est, quod de indicationibus, quae a calido & frigido sumuntur, etiamnum dicam, utpote, quae ad portionem dictionum intelligi possunt. In alijs vero, etiam temporibus quibus perficiendae sunt, indicationes separantur: oportet, quae in principio praesertim curationis alteram cessare, alteram officio fungit: Sicut, exempli causa, cum vlcus cauum simul sit, & admodum sordidum: quippe affectus praeter naturam in hoc triplex est, vlcus, cauitas, & sordes. Ordo vero sanationis a sorde expurganda ordietur, quod videlicet nec glutinari quicquam, nec carne impleri potest prius, quam purum fuerit. Secundum locum exiget cauitatis sanatio. Si namque vel glutinabimus, vel cicatricem inducemus, vel (ut summam dicam) curabimus vlcus, cauitatem implere non poterimus. Pone ergo non solum tria haec particulam obsidere, sed etiam phlegmonem, vel erysipelas, vel gangraenam, vel intemperiem aliquam simplicem compositam: neque nam hic manifestum est, quod, nisi quis illam prius sanauerit, implere carne cauum vlcus non poterit: Quippe dictum supra est carnis generationem ex sana, quae subiecta sit, ortum habere: ex ea vero, quam phlegmone premit, & intemperata, & vno verbo agrotata, caro gigni non potest. Ergo in omnibus eiusmodi complexionibus triplex tibi propolitus finis erit, vnus veluti a causis sumptus eius, quod post futurum est: alter, ut quod rationem obtinet eius, sine quo non: tertius eius, quod veluti accelerantium & urgentium nominatur. Siquidem ista subiecta carnis temperies, causa rationem habet, ut quae concretere secum, quod vlceratum est, faciat, & cauitatem impleat: Puritas vlceris rationem eius, sine quo non: atque hanc sordes interpellans, curationem moratur. Habet vero & ipsa cauitas ad vlcus rationem eius, sine quo non: quando, nisi cauitas prius impleta sit, induci cicatrice vlcus non potest. Ergo, si ad haec respexeris, ordinem sanationis inuenies, veluti, si phlegmone, & cauitas, & vlcus, & sordes, simul in eadem particula consisterint, primum phlegmonem, secundo loco sordem, tertio cauitatem esse sanandam, & quarto vlcus. Ac in iam dictis quidem, tum ordo, tum agendorum inuentio ex his sumitur. Urgentis vero indicatio inter ista non habetur: in alijs autem habetur. Nam affectus, unde primum maxime que imminet homini periculum, hic primus curari debet: Interim vero non primus modo, verum etiam solus, veluti si puncto musculi capite conuulsio, quae nulla conuenientium medicamentorum vi remittatur, superueniat: quippe praeciso per transversum toto musculo conuulsionem quidem sanaueris, aliquem tamen ex particulae motibus vitaueris. Ad eundem modum, cum e vena, vel arteria sanguis immodice profluit, si totum vas per transversum praecideris, vlcus quidem eius sanare postea non poteris, periculum tamen, quod ex profluuio sanguinis impendebat, sustuleris. Iam nervum punctum saepe cogimur transversum praecidere, quoties vel conuulsiones, vel deliria, vel ambo, magna aegre quae sanabilia superuenire vulnerationi cernimus. Pari modo, ubi luxatio cum vlcere in aliquo maiorum articulorum incidit, vlcus sanamus, luxationem autem insanatam relinquimus: quando

† Al. εὐδός, id est ita.

† Al. ex eod. im pressis praecis, uertit per. Habet autem & vlcus ad cauitatem rationem eius, sine quo non, quando, si vlcus inducitur cicatrice fuerit, non iam plus cauitas impleri carne poterit.

A. l. 4. f. 4. t. 3. c. 2. fol. 402. b

Quando, si haec quoque sanare conemur, conuulsiones omnino sequentur. Tertius itaque propolitus medendi finis is est, qui ad id, quod vrget, dirigitur, diuersus nimirum a duobus illis modis dicitur. Neque enim id est, aliquid vel ut causam considerare: vel ut id, quod rationem obtinet eius, sine quo non: vel ut id, quod vrget. Sed & quod vrget, tum eiusmodi interdum esse, ut alium insanabilem affectum relinquat, dictum iam est: tum vero affectum ipsum non nunquam a nobis ipsis induci partim in nervo puncto, vel tendone, vel vasorum cuiuscumque sanguinis profusione, partim in musculo, cuius caput est vulneratum. Nam, ubi luxatio cum vlcere vna consistit, non ipsi affectum factus, sed tantum eum, qui factus est, non sanamus. Dicitur vero de his accuratius in sequentibus.

De proprijs vlcerum differentijs, ac quae ex ipsis indicationes praebent. CAP. IO.

A. l. 4. f. 4. t. 3. c. 1. f. 471. c

In praesentia namque redire ad proprias vlcerum differentias placet, ac propolitus sermonem breuiter complecti, quod, siqua ex his etiam indicatio remediorum sit reliqua, eam non praetermittamus. Ergo phlegmone laborans, & putrescens vlcus, & quod exciditur, & quod gangraena, & quod erysipelate affligitur, & cancerosum, & dolens, & indolens, quae quae alia id genus ueluti vlcerum differentias loquuntur, si quis Empiricam curationem prodens, nec aliquid cogitans, pertractet, non est cum eo contendendum, si vlcerum ea differentias nominat: nullius enim di-

† ἄλλος, i. ali ter.

ctum est non oportere de nominibus contendere: Sin tanquam artificiosum aliquid de indicationibus hinc dicitur, docendus est omnes iam dictos affectus compositos esse: alias uero esse differentias simplicis solius, quae vlceris, & cui nullus alius adiunctus sit affectus. Nam si, ab acuto aliquo facta tantum diuisione, forma eius, quod vulnerauit, parti diuisa impressa est, existens profecto sic multa vlcerum differentia, obliquorum, rectorum, pampini modo rectorum, hami ritu uicorum, aut aliter quoque modo se habentium. Atque haec quidem differentiae omnes a figura sunt, a magnitudine rursus pro maioris minoris quae ratione mille aliae: nam & magnum & paruum, & maius & minus vlcus vlcere tum dicitur, tum uero est: quin etiam breue & longum, in summo relidens, & in profundum penetrans. Atque in singulis horum, tum quod magis tale, minus quae est, siue in spatij, siue magnitudinis, siue quantitatis, siue, quocumque modo appellasse libet, differentia. Quod si haec ita se habent, omnino profecto & aequale vlcus, & inaequale, penes diuisionis profunditatem, erit. Quippe diffillo, si ita fors tulit, per longitudinem femore potest superior diuisionis pars alte descendere, inferior in summo corpore haerere: aut contra, in summo esse, quae superior est, profunda, quae inferior. Iam illa quoque, nempe diriptum aliqua ex parte aut ex toto fuisse: & incisum fuisse: & ubi, quod vulnerauit, oblique sub cutem se dedit, alteram vlceris par-

* διεστραμμένον, i. distrahitum.

tem in conspectu esse, alteram sub cutelate, id quae uel ex superius partibus esse, uel inferius, uel lateribus: omnia haec vlceris differentiae sunt. Ab ipso tempore rursus aliae vlcerum differentiae sumuntur, cruentum, recens: exigui temporis, & diuturnum. Atque in omnibus his ipsa maioris minoris quae ratio numerosa est. Atque ab ipsa vlceris natura haec differentiae sumuntur, maxime quidem propriae: quae a substantia rei capiuntur: nempe, quae a figura ducuntur, & a diuisione magnitudine, id quae uel in longitudine, uel in altitudine, uel in ambabus dimensionibus: praeterea a qualitate in his, & inaequalitate: Extrinsecus uero accidentales, & quae scilicet rationem obtinent eius, sine quo non: tum a tempore, in quo factum vlcus est, ita enim aliud recens, aliud uetus uocatur: tum ex eo, quod totum pars uel conspectum fugit, uel conspiciendum se praebet: Iam uero & a generationis ratione, eo, quod totum sit incisum, uel totum diriptum: uel pars incisa, pars diripta. Quod si, quae a loco quoque, in quo est vlcus, differentias, censeas, ueluti si finis musculi, uel principium musculi, uel medium musculi, uel cutis sit, quod vlceratum est, uel secur, uel ut sit, in quo vlcus consistit: fuerint profecto & ipsae vlcerum differentiae, non utique a propria ipsorum natura, sed a locis, in quibus consistunt, desumptae. At, cum phlegmone quis oblectum vlcus dicit, aut supererescere carne pressum, aut cauum: deinde similes vlceris differentias dixit.

* Προ ἡνεμόν, legendum, σαλαόν, i. uentilatum, ut paucis post lineis indicatur.

De se ipsis, quas modo retuli, putat: hunc necesse est in medendi methodo falli. Quippe graece φλεγμαῖνον ἔλκος ex formula dictionis similem habet interpretationis figuram cum paruo vlcere: ceterum, quod significatur, simile non est. Siquidem profundum, aut summotenus factum, cum de vlcere dicimus, propriam eius differentiam ostendimus: φλεγμαῖνον uero omnino vlceris differentia non est: cum possit phlegmone pars affici, etiam ubi vlcus non sit. Quo fieri arbitror, ut hic immutare dictionem liceat. Si enim accidisse alicui vlcus cum phlegmone dixeris, propius ad rei naturam, & clarius interpretatus sis: non autem si alij cum magnitudine, alij cum paruitate factum dicas: quippe cum & magis ex natura rei & clarius loquere, si huic magnum accidisse vlcus, illi paruum dixeris. Adeo, si fieri possit, ut mutata dicitio & rei naturae conuenientior, & audientis clarior sit, committendum non est, quod minus id fiat. Quippe caput ad effugiendam in rebus deceptionem est, ut definita locutione utare. Quam nam igitur in talibus methodum statuamus: etenim tradenda quae iam praecipio est, ac ueluti scopus, quod semper intentis discernere statim liceat, differentiam ne alicuius affectus dixerit quis, an alterius affectus complexum. Esto igitur tibi discrimen hoc: quod consistere seorsum, & per se potest, id nullius unquam alterius fuerit differentia. Ergo magnitudo, paruitas, aequabilitas, inaequabilitas, tempus, & figura, ex eorum numero sunt, quae alijs addit: vlcus uero, & phlegmone, gangraena, & putredo, singula seorsum, & per se

aut si curationem indicaret, quod nullius indigeat. Quare dicere indicationem curationis ab exter-
na causa sumi, omni modo est absurdum. Quoniam ergo non ab hac, perspicuum est ab ea, quae pro-
sens est, indicationem fore. At qualis tandem est indicatio: Nempe ei, qui exacte loquetur, quae ad
prouidentiam pertinet (prophylactica Graeci vocant) qui abuti vocabulo volet, medicinalis.
Quandoquidem ipsorum etiam vlcera, siue tantum vlcera simpliciter sint, siue etiam cum caui-
tate, si quis diligenter aestimet, ex fugiendis prospiciendis qz ijs, quae naturae officient, sanatio perfici-
tur. Et in summa, in quibus, quod efficitur, naturae ipsius opus est, veluti vlcera glutinatio, & ex
carne impletio, in ijs ad eam, quae prouidet, artis partem, omnis pertinet cura: ceterum sanatio vul-
go dicitur. Ideo qz etiam huius, quae prouidet, partis artis, in altero genere constitutum est, quod mor-
bosum affectum iam praesentem submouet: in altero, quod eum, qui non dum vrget, prohibet.
Itaque hic quoque iuniores medici de nominibus contendere se non intelligunt. Par autem erat, si
de rebus studiosi essent, illud inuenisse, duas esse functionum medici primas differetias. Aut enim
eos, qui nunc vrget affectus, ijs, quae moluntur curant: aut eos, qui non sunt, fieri prohibent. Ergo
praesentes iam affectus tollere, siue amouendis ijs, quae naturae opus impediunt, id fiat, siue per me-
dicamenta quid ipsi moliamur, omnes profecto homines curare dicunt: cauere autem, ne accidant,
prospicere. Et sane ea, quae succorum vitio sunt exulcerata, curant ijs, qui ratione ac methodo artem
administrent, simul illos purgantes, simul ea, quae naturae motus impediunt, auferentes: quorum
vtraque, qui exacte loquitur, prophylactica vocat: vetant namque (vt in proximo ostensum est li-
bro) omnia ista, aut sordem vlcera, aut humiditatem nimiam vitiosam ve innasci.

Falsa Methodo ac Impropris Nominibus usum fuisse Thessalum, cum de Curandis Vlcerebus diuturnis loqueretur, ac de Morte loquendi Hippocratis & veterum medicorum. C. A. P. 4.

Non est igitur de nominibus anxie contendendum, sed methodus potius aliqua sanandorum
vlcera tradenda: qualem (arbitror) ipse tum in proximo libro, tum in hoc praecipio. Ego
namque vel supiditatem Thessali demiror, ita de vlcere, quae cacoethe dicuntur, curatione scribe-
tis: Sunt autem perquam necessariae, & communitates vlcera diuturnorum, ac non sanescentium,
aut post cicatricem inductam redeuntium: ad hoc vt in ijs, quae non coalescunt, quidem aestime-
tur, quid sit, quod prohibeat, id qz tollatur: in ijs vero, quae post cicatricem inductam renouantur,
vt cicatricem tenere cogas, roborans scilicet (sic enim το μετὰ δουρην vertimus) vel patientem
particulam, vel etiam communiter totum corpus: atque, ne facile patiat, id praeparans per ea,
quae haec faciant, praesidia. Atque haec quidem Thessalus cum in principio statim libri de Chirur-
gia proposuisset, postea de ijs ipsis latus ad hunc modum scripsit: Diuturna vlcera, & quae non sa-
nescunt, aut quae ad cicatricem perducta denuo reuertuntur, haec indicant: Quae quidem ad cica-
tricem non perueniunt, vt, quae coitionem fieri vetant, auferas, ac locum affectum noues: postqz
simile recentis vulnere feceris, rursus vt eruentum sanes: quod si non processerit, vt phlegmonem
mitiges, & reliquam diligentiam adhibeas: Quae vero ad cicatricem veniunt, & rursus seaperiunt,
in accessionibus quidem, & exulcerationibus, vt simili modo cures ijs quae recens phlegmone vr-
get, ex ijs quae mitigare solent, cataplasma inducens, id qz donec deserueat ira: vbi deseruuit, adiu-
ues ad cicatricem inducendam: post haec vt partes circum politas late complexus malagmate, quod
ex linapi sit compositum, rubere facias, aut alio quopiam, quod mutare possit: ac, vt minus malo
paceat, efficere. Quod si ita non cessent, etiam totius communiter corporis curam habebas, ipsum per
varias exercitationes, & gestationes, & vociferationes, adhibitis scilicet carum rerum peritis, robora-
rans, etiam victus ratione gradatim tum aucta, tum diminuta, principio a vomitione per radículas
facto. Vteris etiã albo ueratro, alijs qz omnibus, quibus vltimur in ijs, qui diuturni agere qz submoti
morbi victus rationi subiiciuntur. Atque haec quidē est Thessali dictio. Opera precii vero est alti-
mare hominis vel stuporem, vel audaciam: vtique, si recte se dicere sibi persuasit, stuporem: in con-
scius sibi nihil dicere, imponere omnibus legentibus sperat, audaciam. Ex diuturnis vlcerebus, H
quae nam est, o generosissime Thessale, curationis indicatio: Ego sane neque ex his, neque ex recen-
tibus, nec omnino a tempore, in vilo morbo curationem vnquam inueni, sed ex ipso, quem sanan-
dum mihi proposui, affectu. Prorsus enim, si tempus spectabitur, tanquam ab eo indicatio sumat-
ur, alteram omnino secundus, alteram tertius dies, indicationem dabit: ad eundē modum, & quar-
tus alterum a quinto, & ab his omnibus sextus, & a reliquis singuli, qui post istos. Sic affectus, quos
curamus, non vltra nobis ad considerationem proponuntur, nec ab his indicatio sumetur: quo ta-
men nec cogitari quidem magis alienum a ratione potest. Quomodo ergo necessariae sunt diutur-
norum vlcera communitates, vbi nihil indicare tempus ipsum per se potest: non enim profe-
ctio, vbi a malis succis vlcus eroditur, diuersam ex eo post quatuor menses indicationem sumemus
ab ea, quam statim ab initio sumplimus. Ego sane nec sinerem quidem eiusmodi vlcus diuturnū
esse, sed protinus in principio causam eius adimerem. Nam & nosse affectum a principio plerunqz
licet, & indicationem ab affectu sumi est necesse. Tempus vero quid amplius, quam dierum nu-
merum docere nos possit, non hercle possum conijcere: nisi id voluit Thessalus, ad eiusmodi vlcera
nosceda tempus omnino esse manendum. Verum sic primum idiota prorsus sit, si videlicet fa-
tetur non prius agnoscere se affectū, quam vlcus inueterauerit. Deinde illud quoqz aperte fateatur,
oportet,

* θεραπευτικῆς

* Galenus non multo post hanc dictionē declarat.

* ἀγαν ἀκτῆ

μεταδουρην

* Antiqui dicitur
gunt κίρρον,
vt linaceum
συλλήθω, vt in
impressis.

A oportet, ex alio suggeri sanationis indicationem, ex alijs praebere affectus notitiam. Nam esto con-
ferat aliquid tempus ad agnitionem, certe indicatio curationis a tempore non sumitur. Quid enim
ad rem pertinere, si quod vlcus inueterauit, adimere, quae coitionem impediunt, & nouare locum,
qui affligitur? Nam, si propter fluxionem malignam, quam cacoethe dicunt, vir inepte, vlcera lab-
bra hoc vel illo modo sunt affecta, quid commodi erit, si ea excideris ante, quam fluxioni sistendae
consuleris? Videlicet vlcus latius efficit, veluti non nulli faciunt eorum, qui similiter, vt tu, vl-
cera curant. Si quidem causa, quae ea & dura & callosa prius reddidit, adhuc manente nihil aliud ex
his excidendis accedet, qz vlcus amplificatio: quippe illa ipsa, quae excideris, perinde & dura, &
callosa rursus erunt, atqz ea, quae prius. Quamqz ne id ipsum quidem adiecit prudens scilicet Thes-
salus, callosa, & dura, & decolorata exulceratae partis excidenda esse, sed absoluto sermone abscedi,
quae coitionem morantur, iubet, ac nouari. Ac, si quidem submouere causas, quae glutinationem
morantur, suaderet, & vetus ea ratio esset, nec ipse eum accusarem: praecipitur enim ab omnibus se-
re antiquis medicis, quicunqz ratione quadam, ac methodo de vlcera curatione scripserunt, cau-
sas, quae illa creant, abscedendas esse, aeque profecto, vt ceterorum omnium morborum. Nō enim,
arbitror, in vlcere manente adhuc causa, quae ea excitauit, hanc prius tolli expedit, in alijs mor-
bis non expedit: sed omnino in omnibus, in quibus effectrix causa adhuc manet, ab hac inchoanda
curatio est. Quod si, quae coitionem impediunt, non dixit de omnibus causis, quae eam impedire
possunt, sed de labris tantum, veluti ex ijs, quae subiecit, ostendit, plus certe nescire, qz scire eorum,
quae ad vlcera curationem spectant, videtur. Quippe fieri aliquando potest, vt & haec causa sola
sit, quod minus sanescat vlcus. Potest etiam (vt dictum est) causa esse, & quae citra tumorem praeter
naturam sit in exulceratis partibus intemperies: & quae cum tumore quidem aliquo coniuncta sit,
non tamen, qui omnino sibi labra excidi delideret. Potest & varix superiacens, vel lienis auctior,
vel in iecore vitium aliquod, praeterqz haec omnia imbecillitas partis aegra, quae ipsa quoqz inten-
sa quaedam est intemperies: quin etiam vitiosus in toto corpore succus (cacoelymian vocant) maxi-
ma scilicet causarum, quae incommode vlcerebus possunt. Vexat sane non minus vlcera, & suc-
corum aequaliter se habentium exuperantia, quam plethoran vocant. Horū quodqz si adimi Thes-
salus iubet, laudo hominem, ceu veteribus subscribentem: in labra tantum, vnum nouit ex mul-
tis, sed quod nec opiliores lateat. Quippe, si opilio vlcera labra dura, & callosa, & liuida, & nigra,
& alio quopiam notabili coloris vitio videat, prorsus ea circumcidere non dubitabit. Est enim cir-
cuncidere res promptissima: manus vero qui piam, atqz artis egens, medicamentis sanare: Thessa-
lus autem nec, quae labra molliri medicamentis possunt, vnquam nouit. Quippe fatentur eum pe-
nitus hanc artis partem declinasse, ita vtique, vt ipse quoqz indicat: nec omnino experientiam ratio-
nalem ue scientiam de vilo medicamento vitus est habere, quod ipsum quoqz ex libro eius de me-
dicamentis ostenditur. Verum de ijs, quae ibi non recte ab eo sunt prodita, in progressu operis di-
cemus. Nunc de diuturnorum vlcera sanatione, quam in prius polita dictione tradidit, paramus
differere. Sane melius fuerat non diuturna, sed cacoethe ea vocasse: tum naturam eorum narra-
re, & causas generationis eorum exposuisse: curationemqz cuiusqz, primum eorum comunem om-
nium, quatenus vlcera sunt, qualem in tertio libro descripsi: deinde priuatam cuiusqz pro efficien-
tis causae specie, veluti in hoc libro docui. Hic, cum nihil horum fecerit, & nouandum vlcera
locum censet, & vbi instar recentis vulnere fecerit, vt cruenta sanandum. Hoc sane quis in operi-
bus artis exercitationis non euidētissime intelligat ab eo esse scriptum, qui nunquam vlcus curauit?
Sanare ne vlcus diuturnum, vt cruentum, quicquam potest, vbi id simile recentis vulnere fecerit?
vtrum ne labris eius sibi adductis, an futura coniunctis, an potius horum nullo, sed medicamen-
to, quod cruentis sit aptum, & cum hoc sola deligatura fretus? Quis est, qui non norit vlcus omne
cacoethes statim etiam cauum esse, vt pote ex ratione natum? Nunquid igitur insulse Thessale fie-
ri potest, vt coalescat cauum vlcus prius, quam cauitas carne sit impleta: an non est hoc, vt cruen-
tum, sanare? Ergo ipse tu frustra cauorum vlcera curandorum indicationem non esse glutinatio-
nem, sed impletionem scripsisti. Quod si etiam non esset ex se cauum omne vlcus contumax, cer-
te dum (vt tu praecipis) excilis videlicet labris, vt cruentum, efficitur, ex necessitate cauum sit, maxi-
mamqz conquirat laborum distantiam: adeo, vt non videam, quomodo id glutines, & coire, vt cruen-
tum, facias. Nam, si adducere violenter labra, quae plurimum distant, tentabis, phlegmonem neces-
sario accerent, nec coalescent. Id, quod tantum intelligere mihi Thessalus videtur. Subdit enim:
Si non fuerint victa, vt phlegmonem mitiges. Satius vero fuerat scribere: Cum non vincunt, vt
phlegmonem mitiges, nam necesse est non esse vincenda. Verum, vt hoc quoque Thessalo done-
tur, atque id transcamus, nec valde anxie examinemus, illud cuius a partem est, quod a comuni-
tate, quam ipsemet tradidit, prorsus recessit. Quippe si, quod obstat, auferemus, nihil amplius de
communitate diuturnorum vlcera, quae diuturna sunt, sumemus. Sed detur hoc quoqz. Videa-
mus, quae sequuntur: scribit enim ad hunc modum: Quae ad cicatricem veniunt, & rursus seaperi-
unt, haec in accessione & vlcerae similitur curabis ijs, quae recenter vexata phlegmone sunt.
Post haec subdit: Malagmate, quod ex linapis semine fit, circum politis partibus rubore excitandū.
Quid ais insane, etiam si acre & calidum sit, quod influit, rubrefieri particulam ex linapis semine
Septima Classis. d d d d d d oportet.

oportet, vt, quod in multo tempore contrahere ex fluxione debebat, id statim ex tuo medicamento E
obtineat, tota videlicet vlcera, atq; erosa. Nam veteres eas partium imbecillitates, quæ vel ex fri-
gore, vel plurimo humore, citra manifestum calorem acciderant, rubefaciendo curabant. Tu ru-
breficatione in omnibus deinceps vteris: primum nullo facto discrimine, propter ne partis imbe-
cillitatem, an propter fluxionis malitiam, non sanetur vlcus. Deinde ordinem inuertis. Nam, cum
sinapi particulam vsleris, nec quicquã profeceris, tum ad corporis totius curationem accedis: cum
contra, vt arbitror, tum ratione, tum experimento de ijs sit statutum, vt toto prius corpore à super-
vacuis liberato, tum calidum aliquod acreq; medicamentum parti admouere sit audendum: quip-
pe eiusmodi medicamenta omnia cucurbitæ ritu ad se trahere à toto corpore sunt habilia. Itaq; nisi
id prius vacuaueris, materiam fluxionis acri medicamento relinques. Hoc enim tum Empirici
medici fatentur, tum Dogmatici: hoc philosophorum optimi senserunt, nam, cum eorum quoque
meminerit Thessalus, non alienum sit eos citare testes: oculum recte sanare ante totum caput nõ
licet, neq; hoc ante totum corpus. Sic Aristoteles ac Plato de morborum curatione senserunt, sanè
& Hippocrates, & Diocles, & Praxagoras, & Pliistonius, & veteres vniuersi. Thessalus verò so-
lus non sic, sed primum ad medicamentum ex sinapi venit: post de toto corpore sollicitus est, ne hic
quidem prudenter quicquam docens. Nam, cum liceat corpore medicameto, quod purget, semel
vacuato, mox salubri victu ipsum reficere, hic vociferationum meminit, exercitationumq; & ge-
stationum, & victus certo ambitu mutari, tum vomitionis ex radícula: mox summam his imponit,
ipsum veratrum: idem scilicet, qui sine vilo magno negotio omnia sanare promissit. Ego verò, ne
intelligere quidem possum, quò quisquam aut deterius, aut maiore temporis dispendio, aut inani
magis opera, vlcus sanauerit. Age igitur, sicut vsu non nunq vidimus, sic verbis quoq; hominẽ fin-
gamus, cui sanari vlcus contumax sit opus. Esto aliquis, qui cætera quidem sit sanus, sed ex scabèda
de repente quapiam particula, veluti brachio, pustulam statim excitari: mox eadem ipsa particula
iterum atq; iterum pruritu vexetur, pustulaq; dirupta vlcus decolor inæqualiter crosum gignatur:
atque hæc in tribus quatuor ue diebus à principio incidit: dicat mihi hoc loco quispiam ex me-
dicis, qui Thessalum imitantur, quò nam pacto sanare eiusmodi vlcus conueniat. Ego nanq; ca-
coethes omnino id dico: & ob id, qualis sit totius corporis affectus, statim considerabo. Inueniam
nanq; tum ex vlcere ipsius symptomatis, tum ex notis, quas totum corpus præse fert, cuius maxi-
me generis sit is, qui redundat succus: atq; hunc medicamento protinus educam, nec protraham,
dum totus hominis cubitus affectum quendam contumacem rebellemq; curationi contrahat. At
Thessali sectatores, ipsius videlicet præcepta seruantes, primum expectabant, dum vlcus inuetera
tum sit, quò in mirificam illam inueteratorum vlcum communitatem recidat: quali non longe
melius esset contumacium vlcum, non autem inueteratorum communitatem, quæ curationem
indicaret, tradere. Mox duorum alterum, aut excident, & ceu recens vulnus reddent, ac veluti ad
glutinandum partes eius adducent: aut primum, quod ex sinapi conficitur, medicamento vtentur.
Quo non proficiente, ad sublatas voces, & gestationes, & reliquas exercitationes, & victum per cir-
cuitus mutandum confugient: ab ijs vomitionem ex radícula mouebunt. Quòd si his vlcus non sa-
nabitur, ueratrum dabunt. Sin nec id profecerit, hominem in Libyam ablegabunt: nam id quoque
adiicere debuit Thessalus, post eximiam illam contumacium vlcum curationem, Quippe in vo-
ciferationibus, gestationibus, & alijs eiusmodi immoratur, quali malum habitum corporis (quam
cachexiam Græci uocant) non uitium humorum (quam cacochymiam dicunt) curent. Et quid mi-
ri, si tum fatentur se vlcus cacœthes statim, ut est natum, non nosse: tum uerò, dum sit inueteratum,
ac sæpe cicatricem ducat, sæpe se aperiat, manent ante, q; quid facto opus sit, intelligant: ubi etiam
eos, qui quoquo modo febricitent, accessionem, quæ tertio die futura non futura ue est, transire cõ-
sentent: Adeo uidelicet ad unguem contemplationem de crisi pernouerunt, aut summum morbi in-
crementum futurum prospicere possunt. Quid igitur sæpe accidit? Nempe tabescere in lectulis H
horum culpa homines, qui statim secundo die explicari potuissent. Quippe non semel nos, aut bis
ter ue, sed sexcenties tum ipsi multos febricitantes simul, ut prima accessio delij, lauimus: tum præ-
ceptores nostros id ipsum facere uidimus: intrepideq; de cætero uiclitare permisimus, ceu post fe-
bri carituros: quos sapiens, s. Thessalus, qui primam diarriton, (id est tridui inediam) excogitauit,
prorsus arefecisset, totis (puto) tribus diebus fame confectos: mox dein, arbitror, modice. s. in quarto
die nutriuisset: ab hoc paulatim reficiens, vix sexto aut septimo ad consueta munia, qui semel fe-
bricitassent, dimisisset. Adeo semper homines in morbis tabefaciunt, à quibus uique facile pos-
sent liberari. Nam, cum paucissimis diebus sanari vlcus contumax incipiens posset, Thessalus id
in annum, aut etiam longius tempus incurrere sinit. Manere nanq; dum id cicatricem sæpe indu-
cat, sæpe etiam se resoluat, ut scias, an contumax sit: mox, vbi curationem inceperis, ne tunc quidẽ
corpus statim purgare, sed primum medicamento ex sinapi, dein gestatione, & uociferatione, &
certo victu, post radícula, ab his ueratro uti: hæc quid aliud, q; annum expectantis, sunt: An per
Deum immortalem, cum sex diebus, aut plurimum septem, posset homo curari, multos menses tra-
hemus, quò uidelicet primum, an cacœthes vlcus sit, sciamus, dein curationem inchoabimus.
Et quæ demum necessitas erat propriam inueteratorum vlcum communitatem tradendi, præ-
fertim

Impressi cod. & manuscripi quidam legunt vt Linacerialij πρὸς τὸ γινώ- ναι. i. vt intelli- gat quid factò &c.

Al. 4. f. 4. r. 3. c. 2. 472. b

A fertim cum nihil ad curationem conducat, licueritq; non inueteratorum, sed contumacium, nec ho-
rum mehercle communitatem indicatricem, sed curationem scribere: Quippe accidit quibusdam
tum vlcibus tum morbis, vt contumaces rebellesq; ad curandum sint: nec tamen inde curationis
indicatio sumitur, sed affectus ipse primam curationis indicationem suggerit. Ex ea verò, & quæ
sunt agenda, inueniuntur, ad eum modum, quem ipse tradidi. Quare hoc est methodo curare,
quod nos facimus, veteres imitantes: si modo methodum esse oportet vnam quandam vniuersalẽ
viam, quæ omnium particularium sit communis. Hic verò etiam in hoc fallitur, putat que, quic-
quid omnino in ijs habetur, qui methodo aliquid faciunt, ipsam methodum esse. Nam notitia
certe habeat, oportet, tum similis tum dissimilis, qui methodo quiduis molitur: non tamen ipsum
hoc methodus est, similis scilicet dissimilisq; notitia: neque hoc Aristoteles Plato ue affirmat, quos
falso Thessalus citare audet. Verum hæc ad præsens refellere non attinet. Quare rursus ad medi-
di methodum reuertor, promittoq; ostensurum me tum vnum esse eius in omnibus curationibus
principium: tum viam, quæ ab eo principio ad finem vsq; ducit, in omnibus particularibus simile
esse. Quare, et si in singulis morbis priuata quædam methodus sanandi videtur, commune tamen
in omnibus genus vnum est. Auspicari nanq; perpetuo oportet ab indicatione, quæ ab effectu, cui
mederi paramus, accipitur. Estimare verò ac discernere, an causa, quæ affectum excitauit, iam de-
sierit: an nunc quoque ipsum tum augeat, tum faciat: dein, si desijt, ad eam, quæ in tertio huius ope-
ris libro traditur, methodum est veniendum: sin adhuc facit, ad eam, quæ hic docetur. Quippe ead-
dem hac methodo tum phlegmones, tum febris, tum omnium vno verbo morborum, remedia in-
uenias, vtiq; si nihil etiã nunc sit, de præcedentibus causis non laborans, sed ab ipso tãtum affectu
ordiens: Sin nunc quoq; aliquid sit, duos tibi curationis fines præponens, tum alia deinceps, vt di-
ctum est, faciens. Sed enim mirari stupiditatem eorum, qui Thessalum sequuntur, est operæ pre-
tium: non vtiq; q; in talibus delinquant, sed q; dyspathias, & metasynerseos, & imbecillitates, &
firmitudines, & alia id generis nomina non pauca proferentes, quæ per ea significantur, ne nunc qui-
dem, si interrogos, respondere possunt. Nam, quid sit, quod in omnibus diuturnis vlcibus græce
dicunt μεταστροφὴν τῆν ἐξ ἡμῶν, nec similiter inter se omnes, nec clare nec prudenter respondent.
Atqui, si vel antiquum nomen ellet, vel ab vilo Græcorum vsurpatum, ex eijs fortassis, quæ illi
scriberent, intelligi posset, de quo id negotio dicerent: nunc, quoniam stupiditatis ipsorum propriũ
est, vtiq; ex Alespiadis hypothese natum, sicut & reliqua eorum placita, æquum profecto est
ipsi sua somnia interpretentur: vnde scilicet, quod græce dicitur συζυγῆσαι τὰ σώματα ἢ δια-
κρῆναι, quali miseri secerniq; corpora dicas, solis ijs, qui corpuscula & meatus, aut indiuidua
& vacuum, aut deniq; impenetrabilia & inalterabilia, prima elementa statuant, liceat vsurpare, sicut
certe vsurpant, & assidue ipsis nominibus vtuntur. Quin etiam ipse Thessalus in canone, cum hyc
principia confirmat, nouat quidem aliquid tibi quoq; præter ea, quæ à Themisone & Alespiade
sunt posita: cæterum, quod sentit, docet sanè non obliuiscere. Non enim prorsus, sicut Alespiades, cõ-
in symmetria quadam, (id est competentia) exiguorum meatum sanitatem: in ametria, (id est in-
cõuenientia) morbum constitueret: reditum ad pristinum meatum symmetriam, sanationem pu-
tauit: Thessalus quoque est arbitrarius, sed totum exiguorum meatum statum censet immutã-
dum. Atque ex hac opinione processit metasynerseos nomen, idem planè indicans potestate,
quod græce μεταστροφὴν τῆν ἐξ ἡμῶν, id est exiguorum meatum status mutatio. Cæterum non decebat
ipsum, in quibus sugere ab incertis obscurisq; iubet, & tantum ijs communitatibus, quæ euiden-
ter apparent, animum intendere, in ijs quoq; Dogmaticorum vti nominibus. At noli (inquirit
sectatores eius) eum his vtitur, dogmaticæ cum audire, sed ἀφελῶς, id est simpliciter. Nam ita terre
suppetias ex sectatoribus eius quidam solent, videlicet ad aliud rursus nomen nos reuocantes, nem-
pe ἀφελῶς, & quam nos simplicitatem vertimus: & quam ne ipsam quidem, quid significet, ipse sa-
dne intelligere possum. Si enim, sicut ipsi hoc quoque rursus exponunt, ad aliud, s. magis friuolum
nomen nos remittentes, nempe græce βιωτικῶς, quod ipsum rursus exponentes significari per id
dicunt idem, quod vulgo hominum similiter, vtiq; tantundem fuerit ἀφελῶς, id est, quod non desi-
nate nec exacte, sed sine omni tum arte tum scientia. Siquidem loquuntur homines, qui magis
sunt ad loquendum præcipites, artium nomina sub sensibus quibusdam, qui nullo fundamento
nitantur: rogati verò, quid significant, ostendere clare non possunt. Quod si hoc Thessalij isti ac-
cidere sibi fatentur, loqui se quæpiam, nec intelligere se exacte, quæ loquantur, id ipsum profecto
fatentur, quod nos illis obijcimus. Nam metasynerseos illa, si quidem de immutanda poropœtia, id
est exiguorum meatum statu, dicatur, certe intellectus aliquid habuerit, significauerit que rem
aliquam, cæterum friuolam multis modis. Nam nec ex corpusculis & meatibus corpora nostra
constant: nec, si hoc verum esset, posset tamen aliquis docere, qua ratione sinapi meatum illorum
statum immutaret. Nec, si id quoque ostendere aliquis posset, consentiens eorum sectæ esset, qui
se apparentibus communitatibus contentos esse dicunt. Ne igitur vtantur hoc nomine, nec nobis
negocia facessant: licet enim & sine metasynerseos nomine, diuturnorum vlcum curationem
alijs verbis dicere, sicut Empirici faciunt. Quòd autem & in Atonias, id est imbecillitatis vocabu-
lo, simili modo nugentur, monstratum prius est in secundo libro. Si enim, sicut Empirici, nomen
Septima Classis. d d d d d d ij vsurpant,

vsurpant, aliud prorsus non significant, q̄ actio non seruat. Sin autem facultates aliquas gu- E bernare animal proponunt, quas tum nos asserimus, tum omnes ferè veteres, præter id, q̄ Asclepia dis dogmatis contradicunt, etiam incerta, & de quibus parum inter authores conueniat, attingunt, quamuis ea fugere iubeant. Sed dic nobis Thessale clare, quid tibi velit illud μετὰ σὺν κείνῳ. Si nanque exiguos meatus mutare, & falleris, & quæ incerta sunt, vsurpas: Si firmari sanamq̄ reddi corporis particulam, vel hominem totum, nihil hic præter nomen plus, q̄ Empirici, doces. Quippe sciunt hi quoq̄ remedijs quibusdam ad motus reddi hoicm sanum: cæterum, qua ratione remedia id faciunt, vtiq̄ nesciunt. Neq̄ enim, an exiguos meatus mutet medicamenti facultas, neque an symmetriam efficiat, neq̄ an totam patientis particulæ qualitatem alteret, p̄t Empiricorum quispiam dicere. Atq̄ illi saltem sunt modesti, vt qui vnum se solum scire dicant, huic scilicet morbo in hoc tempore si medicamentum ex sinapi adhibeatur, sæpe notasse se vtilitatem secutam: non tamen methodos loquuntur, nec supercilium attollunt, nec tali sibi notitia placent, nec antiquis maledicunt, nec Hippocratem pro nihilo habent, immo verò ipsum laudat, fereq̄q̄ omnia vere dixisse affirmant. Hic verò Thessalus, qui tum hunc, tum reliquos omnes medicos contemnit, Empirica contumacis vlcis præcepta se scribere non intelligit: quãquam, si vel hoc commode faceret, vtiq̄ aliquid operæ pretium faceret: atqui ne id quidem fecisse videtur, cum ordinem remediorum inuenerat, & prius partis remedijs vtatur, q̄ totum corpus præparauerit. Nam hoc insignis inscitia argumentum est: cum in vno eo ferè omnibus medicis conueniat, quamuis in plurimis dissentiant, q̄ totum corpus vacuum purumq̄ ab excrementis ante sit reddendum, q̄ vlla pars valētibus remedijs sit subsicienda. Nam, siue experientia iudicare quis velit, siue etiam ratione (tertium enim, quo iudicet, neq̄ in alia quapiam arte, neq̄ in vlla vitæ parte quisquam habet) maximum esse incommodum deprehendet, cum, toto corpore suam curam requirente, prius, q̄ illi sit prospectum, assuetæ parti acre aliquod & calidum medicamentum sit admotum. Trahit enim ad se, cucurbitæ more, ex toto corpore superuacua, atq̄ ita in graui parte affigit, vt ægre auelli possit. Quo magis operæ pretium est Thessalios illos percunctari, vnde nam Thessalo in mentem venerit de contumaciâ vlcis curacione talia nugari, cum nec Empiricus quisq̄ ante, nec Rationalis ita scripserit: sed nec ipse Thessalus, nec eius sequacium quisq̄ eiusmodi remediorum ordinem aut cum experientia consentire, aut cum ratione, affirmare aulit. Adde, q̄ nec docere possunt, quomodo tempus indicet, non aut affectus: Sed neq̄ (quod hoc maius est) quomodo Thessalus, qui æstimandum censet, quid sit, quod cicatricem vlcis moretur, atq̄ id tollendum, non prorsus sit stupidus, simul cum hoc tantum satis esse non videat, diuturnitatem autem vlcis nihil esse ad rem: simul cum non in vlcis modo, verum etiam reliquis morbis omnibus, id esse faciendum, veluti veteres monent, non aduertit. Verum ad hæc nobis nihil respondent: sed semper non recte intelligere nos dicentes, tanquam videlicet ipsi vel Hippocratis, vel veterum cuiusquam, sententiam ad vnguem intelligerent, recte Thessalium dixisse affirmant, diuturnorum vlcis vnam quandam communitatē esse: Ita enim Hippocratem quoq̄ sensisse in libro de vlcis, cum ita scribat: ¶ Etiam ab inueteratis vlcis id agere, vt sanguis crebro effluat, conducit, quomodocunq̄ videtur opportunum esse. ¶ Fortassis ergo ad rem pertineat, tamen non prædixerim me de Hippocratis mente hoc loco differ- turum, vel summam aliquid de ea perstringere. Fecit verò, quod dicimus, non minus & præcorum sensus interpretatio. Hos nanq̄ viros, ceu nullius adhuc dogmatum sectæ addictos, sed pura & simplici mente studentes vtile quispiam ad sanitatem inuenire, credibile sanè est quædam vsu, quædam inuenisse ratione: tum scripsisse, quæ inuenerant, subinde non adhibita inuentionis suæ rōne, aliquñ verò & adhibita: atq̄ id fecisse ipsius legentium vtilitatis causa. Quippe, vbi ad dextrū inuentorum vsu conducitur posteris sperabant, si rationem inuentionis nouissent, tum eam diligenter prodiderunt vbi secus, & superuacua relatu putauerunt, & propterea omiserunt. Nã, q̄ sermonis compendium præci in primis coluerunt, id oēs vel me tacente sc̄norunt: atq̄ ob hanc H maxime causam non Hippocrates modo, verum etiam reliqui præcorum, medio interim inãgresso, primo tertium adnectunt. Si enim primum secundi sit signum, atq̄ hoc tertium ex necessitate sequitur, ita tertium primo subsiciunt, secundū prætereuntes. Ostendi verò per sæpe tum reliquos antiquos, tum verò maxime oium Hippocratem, talia scripsisse: debetq̄, qui callere præcorum interpretandi genus volet, in illis exercitari. Nunc verò ipsum, quod propositum est, tantū exponam.

Quid sit Vlcus, quod græcis appellatur Cacoethes: ac de Methodo Vlcis omnium curandorum ex Hippocrate.

NAm, quæ vlcera omnibus rite decenterq̄ factis tamen non sanantur, ea medici græce cacoethe, nos maligna, contumacia, rebellia ue dicimus. Diuturna autem prorsus sunt, cum duntaxat, vt vlcera sunt, curantur. Quæ verò sit vlcis, ut vlcera sunt, curatio, in libro, qui hunc præcedit, definitum est. Hæc igitur vlcera & cacoethe, & inueterata, & diuturna vocant, indifferenter his nominibus in ipsis vtentes. Quin etiam ad noscendum, quod affectus ipse, cacoethes id est contumax ad sanandum, sit, vnâ cum alijs notis etiam id, q̄ peractis etiam, quæ decent, omnibus diuturna fiant, aliquam portionem habet. Non tamen aut ipsa diuturnitas, aut q̄ diuturna & vocentur & sint, idoneam curacionem indicat, sed ex hoc, q̄ male affecta sit ulcerata pars, licet colligere.

Non longe à principio. Nō habent tamen .æ. verba græci cod. in præf. si, sed habuisse videtur Vidij contextus.

Agere. Hoc verò inuento, & curacionis ratio constabit. Quo, inquires, modo? Nempe, vbi tantum eae partes, quibus vlcus insidet, ita sunt affectæ, si has sanaueris: vbi totum corpus vitioso aliquo succo abundat, si hunc vacuaueris. Ac signum quidem vitiosi succi est ipsa vlcis diuturnitas: inuentio autem eius, quod expedit, non ex diuturnitate, sed ex succi vitio suggeritur. Quare tria hæc deinceps se habent, signum, affectio, & curatio: signum quidem, ipsa diuturnitas: affectus, succi vitium: curatio, eius vacuatio. Atque hæc ratio subinde veteres inuenias medio prætermisso tertium statim primo subsicere: veluti Hippocrates fecit, cum dixit: ¶ Tum ab inueteratis vlcis, confert, vt assidue sanguinem effluere facias, vt cunque id opportunum videbitur. non vtique curacionem indicante vetulitate, sed sanguinis vitio: qui p̄ ipse mox subsicit: Prohibet nanq̄ maxime quidem eiusmodi vlcera sanescere, post verò etiam reliqua omnia, putredo sanguinis, & siquid ex sanguinis transmutatione est ortum. Quin etiam post paulo, cū de vlcis, quæ ad cicatricem non veniunt, disserit: Nec si (inquit) quæ vlcus ambiunt, nigrescent, sanguine putri, aut etiam varice fluxione suppeditante, id genus vlcera coare possunt, nisi quæ vlcus ambiunt, sana reddas. Post etiam de vari cum sanatione scribit. Ad hæc etiam purgationis meminit totius corporis, tum in alijs quibusdam vlcis, tum in ijs quibus cariem, quam sphacelon vocant, instare est metus. Præterea herpetibus, B & esthiomēnis omnibus, (id est, quæ exceduntur), ita enim græce nominare solet ea, quæ humor ali quis erodit, iam verò in ijs, quæ mox sequuntur, rursum ad hunc modum subiungit: ¶ In quocunq̄ vlcere erysipeas superuenerit, purgatio totius corporis adhibenda est. Et in summa, si curatio vlcis de vlcis reuoluas, inuenies semper eum ab effectu indicationem sumere: vti verò interim & tempore, sed ad affectum noscendum. Quod verò hæc ita se habeant, ex ipso libri ingressu agnoscas, qui talis est: ¶ Vlcera madefacere, quæcunq̄ ea fuerint, nisi vino, non oportet. Tum causâ adijciens, ait: Nam siccum sano vicinius est, humidum verò non sano. Et mox: Vlcus. n. humidum est, sanum aut siccum. Ideoq̄, per totum librum cum totius vlcis curacionis finem siccationem statuatur, mox particularia inuenit, etiam finis ipsius subinde nos commonefaciens. Cum enim ita scribit: ¶ Quocunq̄ vlcus acuto telo caesim percussim, ue diuisum est, medicamentum, quod cruentis statim imponitur, Enamōn græci vocant, ac liccans, & quod suppurare vetet, admittit. Fit enim effluente sanguine liccus. Et rursum: Quæcunq̄ probe & opportune purgata, semper ad liccus promouentur, si ijs caro magna ex parte non supererescit. Nisi si contusa sint. Et rursum: Si quod coire nequit, humecta caro in causa est: In his oibus primæ sanandorum vlcis indicationis nos admonet. Si quidem vlcis, quæ vlcus est, sanatio, mediocris liccatio est: cuius rei demonstratio in libro, qui hunc præcedit, tradita est. Verum vlcis, quod cum alio affectu coniunctum est, cuius videlicet præcedere curacionem oportet, eius curatio, vt vlcis solius, non est, sed prior illius affectus, secunda vlcis. Nam, siue phlegmone quapiam, siue nigritia, siue ecchymosis, siue erysipelas, siue cedema, vlcis cariem oblederit, primum eius molienda curatio est. At verò, q̄ vlcus interim non solum non commode curatur, sed multo et maius redditur, id neminem lateat. Nam, siue contusa fuerint circumposita vlcis loca, seu phlegmone alius ue tumor in his constitierit, propria eius affectus sanatio inuenienda nobis est, illud pro certo habentibus, fieri non posse, vt vlcus sanetur, nisi locus, in quo constitit, prius sit sanatus. Ac proinde Hippocrates ipse redigens nobis in memoriam ea, quæ statim in libri initio tradiderat, tum quæ reliqua paulo ante sunt comprehensa, tum verò hæc adscripsit: Quocunq̄ vlcus caesim percussim, ue acuto telo est diuisum, medicamentum enamōn, & liccans, & quod suppurare vetet, admittit. Sin caro aliqua telo tum contusa, tum caesa sit, huic ita medendum est, vt q̄ celerrime suppuret: nam & minus phlegmone vrgebit, & necesse est carnes, q̄ contusa caesq̄ sint, putrefactas & in pus versas liquari: postea nouâ carnem nasci. Indicat. n. hoc sermone manifeste solos eos vlcis partium affectus non esse liccandos, in quibus gigni q̄ celerrime pus cupimus, vtiq̄, q̄ cum aliqua putrescentia pus fiat, obiter docens, in quibus gigni q̄ celerrime pus cupimus, vtiq̄, q̄ cum aliqua putrescentia pus fiat, obiter docens. Porro oia, quæ putrescunt, ex calido & humido sic afficiuntur. Ideoq̄ et ea cataplasmata, q̄ ex hordei farina componuntur, ceu quæ calefaciant humectetq̄, oibus ijs affectibus, quibus moueri pus expedit, admouemus. Hordei nanq̄ farina ex aqua & oleo, itemq̄ panis ex aqua & oleo, præterea fomentum multa calidæ aquæ, & tetræpharmacis uis, oia deniq̄ quæ calefaciunt & humectant, celerrime pus mouent. Ideoq̄ et ijs partibus, quæ phlegmone infestatur, vbi vehementius iam pullulant, sic, vt iam desperetur de horum citra pus curacione, veteres oēs eiusmodi applicant medicamenta: ante verò nequaq̄. Atq̄ hoc Hippocrates ipse aperte nos docet in memoratis iam verbis, quibus iubet, quæ sine contusione vulnerata partes sunt, quam maxime licare: q̄ cum contusione quadam sunt læsa, ijs q̄ primum pus mouere. Quin etiam, cum dixit: ¶ Quæcunq̄ vlcera nō probe & vt conuenit, expurgata, semper prius pullulare incipiunt, ijs maxime caro supererescit: quæ verò probe & vt deceat, expurgata, semper ad liccus promouentur, ijs, nisi sit contusa, caro vt plurimum non supererescit. Quippe hic illud, nisi sint contusa, quod adijcitur, redigit nobis in memoriâ, qd in superius proditis verbis est dictū, nēpe oportere oia liccari præter ea, quæ contusa sunt. Neque enim, sicubi cataplasmate, quod calefaciat humectetq̄, illinuntur, q̄ phlegmone infestant, ex prima rōne id sit, hoc est, ut remedium affectus, sed ut symptomatis mitigatio: siquidem ipsius phlegmones remedia sicciorū sunt virium. Audi nanque loquentē Hippocrate: Cataplasmata cedematū, & Septima Classis. dddddd iij phlegmones

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

¶ Hæc nō sunt in græco exemplari: nec eo sc̄tu, loco paulo post sequente, sūt ab Hippocrate posita.

A. li. 4. c. 4. t. 3. c. 1. 471. a

A. libid. c. 2. h

Ibidem.

videbitur, tum ab ipsis ulceribus, tum à circumpositis vlceri partibus. Nam, qm̄ prædixerat omni vlceri recens factio sanguinem emitti debere, cernens, nisi etiam de inueteratis mentionem faceret, fore vt ab aliquo putaret de recentibus tantum ita pronunciaſſe, idcirco illud recte adiecit, & ab inueteratis ulceribus sanguinem mittendum eſſe. Ac, ſi perpetuum eſt, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad contrariã trahendam eſſe: fixam verò iam in laborante particula vacuandã eſſe vel ab ipſa particula, quæ affligitur, vel à maxime vicina: in promptu nobis & de ſanguinis de tractione colligere nunc eſt, q̄ in principio hæc eſt longinquo, poſtea ab ipsis exulceratis partibus, ſit emolenda. Quin etiam, ſi ijs, quæ iam dixi, illud quoque adijcias, nempe q̄ ipſum, qui reddat, ſuccum vacuandum eſſe Hippocrates ſuadet, aliàs ſanguinis detractionem adhibebis, cum videlicet iſ vincit: aliàs pharmacum, quod ad bilem flauam, vel atram, vel pituitam educendam vim habet, dabis. Illius interim in oĩbus his non immemor, non eſſe ulceris, quã ulcus eſt, ullam id genus curationem, ſed vel vitioſi, qui coniunctus eſt, ſucci, vel redundantiã, vel phlegmone, vel herpetis, vel eius generis alterius: ſed nec illius oblitus, q̄ aliquid interim ex ijs, quæ vlcerebus accidunt, indicationem propriã ſuggerat, veluti & magnitudo. Dicitur aut̄ & de ipsis vlcerebus eſt in libro, qui hunc præcedit: vbi ulcerum differẽtias oēs, & quot, & quæ ſint, & quæ ſit vniuerſiũq; indicatio, expoſuimus. Præberi tamen vacuandi indicationem ab ipſa ægritudine vi, in eo libro non dixi: propterea, q̄ & longiorem demonſtrationem requireret, & totius corporis curam cum vlcerebus in eo non coniunxi: hic verò executus ſum, quantum ad rem propoſitam erat vtile.

De reliquis Indicationibus Vlcereum curandorum, maxime verò de ijs, quæ à Poſitu, &

Figura partium oriuntur.

CAP. 7.

NAm abſolutus ſermo de hoc genere indicationis, quam à magnitudine morbi ſummi diximus, eſt in ſequentibus habendus reſtat: pari modo de indicatione, quæ ab ætate ſumitur: præterea de ea, quæ ab humoribus ſanandis accipitur. Ad eundem modum, & quæ ab afflictiſ partibus indicatio exhibetur, conſummatus in ſequentibus libris tradetur. Nunc enim, quod ab earum natura, id eſt temperamento, & ſubſtantia ſummi ad curationem potuit, tm̄ diximus: quæ verò tum à poſitu, tum à forma, itemq; vſu, præterea ſenſus acumine hebetudine ue, indicatio ſuggeritur, hæc nõ attigimus. Dicatur itaq; & de his, quantum ſit ad ulcerum curationem utile. Igitur, quæ acuti ſenſus pars eſt, eam q̄ maxime citra dolorem curare tentandum: tradita verò cuiusmodi remediõrum materia eſt in ijs libris, qui ſunt de ſimplicibus medicamentis inſcripti. Quæ parum acri ſenſu eſt, hæc, ſi affectus ita ſuadet, valentiora remedia recipit. Et principis quidem membri robur ſeruari oportet: veluti latius, vbi de phlegmone agemus, docebitur: Quod tale non eſt, licet, huic eam medendi rationem tutò adhibeas, quæ relaxando remittendõq; mitiget, Chalallicen Græci vocant. Atque hæc quidem in ſequentibus ſuſius tractabimus. In hoc libro indicationem, quæ & à poſitu, & à figura partium ſumitur, trademus, atque ita quarto huic libro ſinem imponemus. Hinc igitur excogitatum eſt ei, cui exulceratus ventriculus ſit, medicamenta eſſe bibenda: Cui gula, non ſemel, nec tota ſimul aſſumenda, ſed paulatim & aſſidue: quando ex tranſitu & contactu vlcerebus, quæ hic ſunt, vtilitas accedit, non ex continendo, & diuinius adharendo, ſicut ijs, quæ in ventriculo ſunt. Quinimo & q̄ craſſiora hæc & magis lenta ſint adhibenda, id quoque à poſitu figuraq; eſt indicatum. Nam, quoniam gula tranſitus quidam comectorum bibitorumq; eſt, idcirco remediõrum eget, quæ adherere, & vndiq; quali concreſcere, & agglutinari poſſint: non autem quæ elui ac deſſuere ſunt prompta. Ac circa partes eius veluti concreſcunt, quæ craſſa ſunt agglutinantur, quæ lenta ſunt. Quæ verò vlcera in craſſis ſunt intelliſtis, ijs, quæ per ſedem inijciuntur, remedijs magis egent, quippe cui magis ſunt propinqua: Quæ in tenuibus habentur (qm̄ & longinquiõra ſunt, & medio ſitu poſita) ambo requirunt, & quæ ſuperne ſumuntur, & quæ per ſedem infunduntur. Sane cõis omnium internarum partium indicatio eſt, vt ea eligantur, quæ animalis naturæ maxime ſint familiaria, ſiue ea cibi ſint, ſiue medicamenta: fugiantur reſpuanturq; huic contraria: quancq; in ijs, quæ foris ſunt, ulceribus innoxius eſt talium medicamentorum eſt vſus, æruginis, arisq; vſi, & aris ſquamæ, & cadmiæ, & pompholygis, lithargyri, & ceruſſæ. Hæc igitur & ſimilia interioribus exhiberi non debent. Porro proditum de natura horum eſt tum in tertio de temperamentis volumine, tum in libris de ſimplicibus medicamentis. Eligenda verò alimenta ſunt, ſi quidem ad circa tricem perducere, aut glutinare ulcus ſtudemus, tum auſtera, tum glutinoſa, tum quæ minime mordeant: ſi in emundare, quæ modice abſtergeant: quod munus mel non coctũ præter cætera præſtat. Auſtera verò potiones, & eiũdem rõnis alimenta cuiq; ſunt nota. Voco auſterũ id, qd̄ Sytyphon quoq; græce, id eſt adſtringens, dr̄: Acerbum verò, quod intenſum auſterum eſt, græce Sytyphon. Quæ verò medicamenta citra internarum partium moleſtiam ſumantur, ea tradita ſunt in ijs libris, qui de medicamentis ſunt ſcripti: diceſ tamen & nũc eorum formula. Ergo internis vlcerebus opitulantur hypocyſtis, & balauſtium, & cytini puniceorum, & galla, & malicorium, & terra ſamã, & lemniũ ſigillum, & rhois roſarumq; ſuccus, & acacia, aliãq; id genus, quæ vlcerebus internis præſidium afferunt, nec vllam vlcerebus noxam inferunt. Danda verò hæc ſunt ex aliquo adſtringentium decocto, vel mali cotonei, vel lentifci, vel ſummorum rubi vitis ue, vel myrtorũ, vel deniq; ex vino aliquo auſtero. Non later aut̄ & de vini uſu, quod cauendum id eſt, vbi phlegmoneſ ſuſpicio adeſt.

* v. d. d. v. d. v. d.

* v. d. d. v. d. v. d.

A. li. 4. f. 4. t. 3. c. 2. 472. d

Adeſt: aliàs dari nihil vetat. Nec illud obſcurum eſt, eiũſmodi medicamina præparanda, ac iam dictis humidis excipienda eſſe: tum verò tragacanthem & gummi illis admixcenda, poſſimum ſiquis ea ijs, quæ in gula ſunt, exhibebit. Sed & gargarizare quoque iubendum eſt ei, qui ad fauces & pariſthmia his vtetur. At ad vlcus, quod in aſpera ſit arteria, vt ſupinus quàm diutiſſime in ore teneat, ac omnes, qui illuc ſunt, muſculos relaxet remittat q̄, præcipiendum: inſluit enim ſic ſenſim & paulatim de medicamento aliquod ſenſibiliter & manifeſte in ipſam arteriam: nam, & cum naturaliſe ſe habet, ſcire licet potioniſ non nihil huc percolari. Sed, veluti in ſecunda valitudine, ita nimirum in aduerſa cauendum eſt, ne largius inſluat, vtpote quod tuſſim excitabit. Nam, quoad humor vndiq; iuxta tunicas arteriæ, ceu iuxta murũ aqua, deſcendit, tuſſim vtiq; non cit: ſiquid per mediã ſpiritus viã incidit, tuſſes ſtatim excitat. Tum hæc igitur à ſitu & forma partium omnia ſunt deſumpta: tum verò non minus illud, q̄ omnibus medicamentis, quæ thoracis & pulmonum vlcerebus ſunt deſtinata, mel ſit admixcendum: quando, ſi auſtera ijs duntaxat medicamenta exhibebis, eam in ventriculo morabuntur. Ergo digeſtionis eorum in corpus, inſtrumentum mel erit, ac celeris tranſitus veluti vehiculum: cum eo, q̄ nec vlcere nocebit. Ad eundem modum, quoties in veſica & renibus vitium conſiſtit, non ſolum mel ipſum, ſed etiam eorum, quæ vrinas mouent, B quippiam, vlcereum medicamentis miſceri oportebit. Illud quoque patere, vel me tacente, citius arbitror: exulceratas partes ſunt ex earum ſubſtantia, tum functione, tum vtilitate, tum poſitu, tum figura diſcerni. Monſtratum autem id abunde eſt in libro de notis affectorum locorum. Verum non eſt de illis nunc locus. Ruſus igitur ad medendi methodum reuertor. Aio igitur nõ hæc modo, ſed etiam alia non pauca ex figura partium poſitura que indicari: quippe quando nec deligare commode ægram particulam poſſis, niſi prius vel ex figura, vel poſitura, vel vtriſque, indicatione ſumpleris: ſed nec immittere in ſedem clyſteris ſiſtulam commode queas abſque eius generis indicatione. Iam per penem inijcere medicamenta in veſicam ſæpe neceſſum eſt. Illud de cathetere apponere opus non eſt, quod eo probe vti omnino nequeas, niſi & poſitum & figuram totius veſicæ planè perſpectam habeas. In talibus ergo omnibus clare patet non parum ad totam curationem affectum ipſum locum indicare. In ruptis autem, (quæ Rhegmata Græci vocant,) plures indicationes in idem concurrunt: ſiquidem, & quæ à poſitura capitur, recte ad examen venit. Nam propterea, q̄ & in profundo corporis ſunt, & latent, idcirco diuerſam curationem ab ijs, quæ apparent, poſtulabunt. Quoniam verò cum ecchymoliſ quidem omnino, aliquando verò & cum contuſione circum ipſam præruptam carnem conſiſtunt, idcirco plures curationes indicabunt: ſemper enim C pro affectuum numero, etiam medendi indicationes reſpondent. Ac docebitur quidem, vbi de phlegmone diſſeremus, locupletius, quod valentiora medicamenta requirant, quæcumque in profundis partibus laborant, quàm quæ in ſummo corpore ſunt affecta. Nunc id ſaltem arbitror patere, q̄ ſolui neceſſum eſt præſidiõrum, quæ foris applicantur, vim, vbi, quod ab his iuuandum eſt, in profundo latet: quare intendere hanc eatenus oportebit, quatenus per tranſitum ad profundum eſt remittenda. Sane ecchymoliſ omniſ, vacuationem pro remedio curationis indicat: quare calfacientibus huic & modice ſiccantibus medicamentis eſt opus. Quippe, quæ vehementer ſiccant, digerunt illa quidem in principio euidentius, quàm quæ ſunt imbecilla, cæterum non nihil ipſius vitij ſcirrholiſ difficile q̄ curatu relinquant. Ac dicemus de his in ſequentibus diligentiũs: ſed & nunc, quantum ad rem pertinet, abunde eſt dictum. Quæ enim humectant calfaciunt q̄ phar maca præterea hæc, quæ omnes iam græce uocant Chalallica, id eſt relaxantia, ſolent: atque ex his quæcumque ad ſiccũ paulo vergunt, nec tamen adhuc clare manifeſte q̄ contrahentia ſunt, quæ Syntactica vocant: hæc omnium ſunt ecchymomatũ remedia. Curandum verò eſt, vt vnã cum ru ptis, quæ in profundo hærent corpore, hæc tum vires magis habeant intentas: tum ipſa magis acria magis que diſſipantia ſint: tum (vt ſemel dicam) tanto efficaciora, quanto magis à cute ad profunda ecchymoliſ exceſſit. In talibus ſanè nec cucurbitæ vſus ſit inutilis: id etiam eſt inſtrumentum ad violentum attractum à medicis excogitatum. Cæterum, cum totum ecchymoma digeſtum per halitum eſt, ſiccare iam vehementius ruptum ipſum permittitur, ac deligatura coniungere, omnia que in ſumma facere, quæ, vt vlcus coaleſcat, efficiant. Ergo, ſi euocatum celeriter ecchymoma ſit, facile coaleſcet rupta ipſa caro: ſin longiore ſpatio, ſordes multa ſubnaſcens mediũ inter vlcereſ labra ſpatium occupat ita, vt iam coire ruptio non poſſit. Atque inde adeo ſit, ut qualibet leui de cauſa nos hæc ſui admoneant: nam, ſiue quis obrigit, ſiue parum concoxit, ſiue febrilaborauit, ſiue ſe vehementius fatigauit, eiũſmodi particulis illico dolet: non enim in idem coire ruptionis labra, ſed tantum prope ſunt admota: quo ſit, vt lene momentum ea facile ſeparet, & mediũ locum ſuperuacuo humore repleat. Et quid, quaſo, aliud, quàm aſſidue nouum ecchymoma his gignitur: & primo illi, cum videlicet primum caro eſt rupta, ſimile: niſi quod nunc ex tenui magis ſanè conſtat, cum in principio eſt ſanguine ecchymoma eſſet: ideo que facilius etiam nunc, quàm intra initia, digeritur. Hæc itaque, quæ hæc tenus diximus, diſputationi de vlcerebus ſatiſfacient. Finem que iam quarto huic volumini impono.

A. li. 3. f. 10. t. 3. c. 5. 274. f

A. li. 4. f. 4. t. 3. c. 2. 467. a

* Al. Supra...
* T...
* p... incl...

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Sanguinis Profluvia, quæcunque venis vel arterijs læsis contingunt,
fanantur, ac Vlcera in pene vel in sede.

Epilogus vniuersa Vlcera curationis superioribus libris explicata.

CAP. 1.



Quemadmodum quis vlcera curationem optime molitur, cum duobus ante hunc libris docuerimus, illud obiter ostendimus, reliquos omnes medicos, qui simplicium in nobis particulari elementis minime inquisitis arte adesse, non posse quicquam certa ratione sanare, minime quæ omnium, qui Thesali dogma proficuntur. Reliqui namque ea saltim vlcera, quæ in diuersis sunt partibus, diuersis rationibus sananda censent, ipsa nimirum experientia docti. Qui vero Thesalium auctoritatem sequuntur, propter excellentem scilicet sapientiam, omne vlcus, quacunque in parte animalis fuerit, similis egerere curationis putant. Quippe si carum sit, impletur: si æquale, cicatrice induci: si caro supercrescat, hanc detrahi: si cruentum, reces quæ sit, agglutinationem postulare aiunt: ceu verò, qui hæc norit, cum recte mederi sit necesse: nec sit hæc ratio et cuiuslibet plebe communis, cum nemo sit, qui horum quidquam ignoret. Caterum nec, quemadmodum carne implendus sinus sit: nec, quemadmodum ad cicatricem perducere, quod impletum est, debeat: aut comprimere, quod superauit: aut coalescere, quod purum citra quæ linum est, intelligunt: sunt enim eiusmodi opera tantum medicorum, quæ vel ratione vel experientia, vel vtriusque opere inuenta. Rursum igitur repetentes, summam ea percurramus, quod dicendum caput cum dictionum copuletur calce. **Monstratum est** omne vlcus siccantia medicamenta requirere: Caterum, quod linum habet, ut minus sanetur, reliqua, sic ea, quæ, præterquam quod modice siccant, etiam abstergendi facultatem obtineant, desiderare: Quod verò coniungi sibi labra postulat (cuiusmodi scilicet sunt, quæ medicis latine Cruenta, græce Enama dicuntur) huic tum, quæ magis etiam siccant, tum verò, quæ citra abstergendum leuiter adstringant, opus esse: iam, quæ vlcera perducere ad cicatricem postulant, hæc non solum magis adhuc siccantibus, sed etiam strenue adstringentibus remedijs egerere: Quod si caro eorum præter naturam intumuit, acris & demolientia (quæ eadem calida sicca quæ necessaria sunt) desiderare. Si quod verò alitudo, impropria vlcera adiunctum erat, ab eius natura curationis indicatio sumebatur: atque hæc rursum remedijs facultas petebatur: Si namque sordes innaferetur, quæ hanc tollent, opus esse: ea quæ omnia abstergendi vim habere multo sanè maiorem, quæ ea, quæ carne impleant: Si verò copiosior in his humiditas cerneretur, etiam quod magis siccaret, medicamentum opus esse, ceterum quod propriam speciem non egredere: Ac, si agglutinatum medicamentum esset, siccans adstringens quæ id esse debere: si carne impletum, siccans & abstergens: atque in singulis reliquorum, ut dictum est: Si verò intemperata subiecta caro esset, primum eius intemperantiam succurrendum esse, utique, quæ siccior iusto esset, hanc humectantibus: quæ humidior, siccantibus: tum quæ calidior esset, refrigerantibus: quæ frigidior, hanc calefacientibus: & si gemina qualitate esset intemperata, pharmacum quoque eligentibus, quod gemina esset qualitate contrarium: Quippe id omnium, quæ præter naturam sunt, eadem esse, non posse ad naturam suam redire quicquam sine his, quæ ipsi facultatem haberent contrariam: Considerandas præterea & intemperantiarum causas hoc tempore esse, siue hæc totius corporis essent communes, siue quarundam partium propriæ, quæ videlicet per societatem (quæ Sympathiam vocant) exulceratum membrum infestarent: Medendum verò primum esse causa, quæ intemperantiam adhuc foueret: post hanc verò ipsi, quæ iam facta esset, intemperantia: quippe hanc eandem indicationem esse omnium, quæ ex causa quapiam oriuntur. Ostendimus autem tum ab vlcera differentijs diuersas præberi indicationes: tum eas, quæ a laborantis corporis temperamento sumunt, diuersam ab his habere rationem. Si quidem illa, cum ex his, quæ præter naturam sunt, sumant, omnes contraria esse adhibenda dicantur: hæc, cum ab ipsa natura capiuntur, similia. Nam, si quæ siccior pars est, ea magis siccari postulat: quæ minus talis est, ea minus est siccanda. Ad eundem certe modum & de calefaciendo refrigerando quæ est præceptum. Nec illud omisimus, ex præcellentia membri, aut contrario statu, item quæ ex sensu acris hebetæ ut diuersum medicandi consilium peti.

De Vnitatis solutione in Venâ, vel Arteria.

CAP. 2.

Ergo, quod reliquum est huius morborum generis curandi, id nunc apponamus. Nos genus id, lucidioris doctrinæ causa, vnitatis solutionem appellauimus: nec refert, si continuitatis solutionem voces. Incidit hæc non in similibus modo, & simplicibus partibus, sed et in copiosis, & instrumentalibus. At verò remedijs indicationes aliæ a similibus sumunt, aliæ ab instrumentalibus.

Abus. Quorum ambas norunt, qui methodum Hippocratis consecantur, propterea, quod vtrarumque partium naturam intelligunt: alteram autem duntaxat (nempe quæ ab instrumentalibus præbetur) qui Basistratum, & Herophilum sequuntur. Quare in his, qui sequuntur, sermonibus, quæcunque a calido, frigido, humido, & sicco, corpore morbo uel indicationes sumuntur, nullius certe methodum hi habebunt: quæ verò a forma, positu, præcellentia, acris sensu, aut his contrariis præbetur, has non ignorabunt. Illustrius erit, quod dicimus, si partes ipsas proposuerimus. Quoniam igitur de his maxime vlcerebus, quæ in carnosissimis accidunt partibus, hæc tenus abunde tractauimus, nunc tempus videtur de his agere, quæ in arteria, vena, & neruo contingunt: nec de his absolute, sed ut in quouis sumisiscere, vel denique instrumentalium animalis parte. Ergo, sicut arteria vena uel magna vulnerata est, & copiosum sanguinis profluvium continuo superuenit, & glutinari id vulnus difficile quidem etiam in vena est: in arteria verò non solum difficile, sed etiam quod fieri (sicut non nullis medicorum est visum) omnino fortasse non possit. Dicendum ergo vicissim de vtriusque est, ac prius de sanguinis profluvio: secundo loco de agglutinatione. Quoniam autem, & per anastomosis, & per dia pedes, ut mox docebimus, profluvia huiusmodi sunt, non alienum sit propterea, quod curationem communem habent, etiam hoc loco de his meminisse, tamen ex alio esse morborum genere videantur. Sanè profluit ex vena, vel arteria sanguis, aut referato earum ore, aut tunica earum diuisa, aut (ut sic dicam) transcolatus, siue sudoris modo transmissus. Porro diuiditur ipsa tunica tum ex vulneratione, tum contusione, tum ruptione, tum erosione. Anastomosis accidit propter tum vas imbecillitatem: tum sanguinis, qui ad os eius impetu ruat, copiam: hæc, ac rem quampiam, quæ illi extrinsecus incidat, qualitate. Diapedesis verò ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine verò tenuato oritur: accidere præterea interim potest & ex gracilium vasorum ore adaptato. Dicendum igitur est de horum affectuum vnoquoque seorsum: ac primum de diuisione, quam vel ex erosione, vel vulneratione, vel contusione, vel ruptione diximus accidere. Quæ itaque vulnerant, ea sunt acuta, atque ad secandum habilia: quæ contundendo solunt, ea grauiora sunt: quæ rumpunt, omnia id tenionis interuentu faciunt: idem & intensior actionis vehementia facit, tum succi abundantia, non utique virtutum respectu, sed cum a vase suo non continetur: etiam casus ab alto, tum graue quippiam durum quod incidens. Quippe eiusmodi aliquid cum vel valis vacuis, vel pusillam omnino rem continentibus, in ea incidit, si durum ex opposito obiectum habet, contusa reddit: At, si plenum vas sit, prius id rumpit, quæ contundat: cum sit, quod tum accidit, per simile, ac si vitem velicam uel impleas, atque in hæc lapidem iactes: vel contra lapidi vitem violenter illidas. Sanè huic per simile est, quod accidit in easibus ab alto: quam namque rationem vter habet ad lapidem, hanc homo habet ad solum. Quisquis verò ex maximo acutissimo quæ clamore, in pulmonibus vas perfrigit, is violentæ actionis acceptum malum referet. Similiter huic, & qui ex eo, quod prae graue onus aut humeris imponere est conatus, aut aliis manibus attollere, vas frigit. Atque hoc etiam magis, cui ex concitissimo cursu, aut valentissimo saltu, aut aliter particula vlla violenter extensa id accidit: est enim id quoque per simile, ac si funiculum: aut lorum quam maxime distendas. Porro per rumpit quoque non pauca propterea, quod sanguinem, quem in se habent, non continent, potissimum cum flatulentus is sit, indicio sunt tum dolia, quæ sepe multo rumpuntur: tum alia multa valentissimorum corporum.

Quibus remedijs Venarum & Arteriarum Vlcera agglutinari, & Fluxus sanguinis deriuari, ac reuelli queat.

CAP. 3.

AC, si ex vulnere, vel clamore, vel casu, vel contusione perruptum vas est, utique in his causa ipsa delit: Si verò ex abundantia, fieri potest, ut vas etiam plus rumpatur, effectrice saltim adhuc manente causa. Atque in hoc quidem affectu vacuanda quæ primum abundantia est: abhinc sanguis superprimendus: mox vlcus ipsum curandum. Vbi verò effectrix causa iam delit, primum sistere sanguinem expediet, post vlcus sanare. Quomodo igitur sistemus sanguinem? Obturato quidem, quod perruptum est: auerso autem atque alio sum translato, quod per id ferebatur: quoniam, si id eo, quo inter initia, impetu confluat, osculū quæ valis pari modo pateat, citius planè moriatur animans, quæ profluvio laborat, quæ sanguis cesset effluere. Porro vlcus ipsum claudetur vel labris eius, quæ distident, in idem adductis: vel osculo eius obstructo. Adducentur in idem labra eius tum nostrarum manuum opera, vbi sic ad manum vlcus se exhibet: tum per deligaturam: tum verò per ea remedia, quæ refrigerent, & adstringant. Neque enim suture fas est arteriæ venæ uel vulnus: veluti dixerint, qui nullam a vulnerata partis substantia natura quæ sumi indicationem aiunt. Obstruetur valis osculum & sanguine ipso concreto (qui Thrombos græce dicitur) & his, quæ foris illi imponuntur. Possunt autem superimponi tum carnosæ ipsæ, quæ circa vlcus sunt, partes: tum in non nullis vulneribus ipsa cutis: hæc quæcunque ipsi comminiscimur. Ea sunt & linamenta, quos Motus græce vocant: & medicamenta ea, quæ idcirco, quod ex lenta crassa quæ substantia consistant, meatus obstruunt, (Græci Emplastica vocant) præterea quæ crustam, quam Græci Escharan vocant, efficiunt: quippe hanc quoque ceu septum quoddam huiusmodi vlcerebus veteres excogitarunt. Efficiunt hanc tum ignis ipse, tum quædam medicamina quibus ignea vis inest. Atque his quidem rebus obstruit valis osculū. Avertitur autem sanguis, atque ad alia membra conuertitur, tum ad proxima: deriuatus: tum ad contraria: reuulsus: illud Parocheteuslin: hoc Antispalin græci vocant. Nā hæc quoque Hippocratis inuenta sunt,

lib. de Humoribus a principio.

omnis

A. li. 4. f. 4. r. 2. c. 16. f. 69. c.

A. li. 3. f. 10. t. 4. c. 18. 27. f.

A. li. 4. f. 4. r. 2. c. 17. 470. a.

Verba interpretis.

c. Apho. 32.
Ex. ord. 4. d
c. Apho. 50.
Ex. ord. 42. a
Et 2. Epid.
sect. 6. circa
medium.

omnis scilicet immodice vacuationis communia remedia. Deriuatio ad vicina loca fit, cum id, quod E per palatum vacuatur, per nares deriuatur: reuulsio autem ad contraria, cum ad inferna reuellitur. Rursus, quod per sedem profluit, id per vuluam deriuamus: sursum vero reuellimus. Ita namque & natura ipsa facere solet. Mulieri enim, inquit Hippocrates, sanguinem vomenti mensis superuenientes remedia sunt. Hac igitur de causa, si vel menses confertim eruperint, vel sanguis ab vtro quoquo modo profluxerit, sursum reuelles, cucurbitam maximam sub mammis deligens: nam & hoc Hippocratis inuentum est. Eandem ob causam, cum e naribus sanguis erumpit, id retinent maximam in praecordijs delixae cucurbitae. Infigenda autem sunt, si ex dextra nare profluit, super iecinore: si ex sinistra, super liene: si ab vtraque nare, super vtroque sunt imponenda viscere. Quod si resolutus adhuc ager non sit, etiam vena ex eo cubito incidenda est, qui profusioni e directo respondet: vbi paulum detraxeris, mox vnam horam intermittens, rursus detrahes: post iterum atque iterum, pro laborantis viribus. Ad hunc modum & reliquas omnes fluxiones (quippe communis ratio est) tum ad contraria reuocabis, tum per vicina deriuabis, vti que, quae per aluum fluunt, ea vel per vrinas, vel vterum transmittens: quae vero per vrinas, ea vel per vterum, vel per sedem transferens: pari modo, quae per vterum erumpunt, vel per vrinas, vel per aluum: quae vero in oculis, aure, vel palato fluxiones accidunt, eorum ad vicina deriuatio per nares est. Reuulsio vero in ijs, quae supra sunt, omnibus, deorsum semper agitur: sursum, in ijs, quae sunt infra. Praeterea a dextris ad sinistra, sicut ab his rursus ad illa: similiter ex ijs, quae intus habentur, ad ea, quae foris sunt: contra que ab his ad illa. Ergo frictio contrapolita partis, potissimum per ea medicamenta, quae calefaciant: praeterea vincula valentius adducta: ijs, quae ad contrarium reuocant, remedia sunt annumeranda. Non secus profectio & naturalium meatuum, qui polita ex aduerso sunt, reclusio. Quae vero id praestare medicamenta possint, tradita eorum materia a nobis est in libris, quos de medicamentis prodidimus: sed de omni fluxione in sequentibus etiam libris tractare necessum erit.

Nunc ad sanguinis profluum est redeundum. Quippe de genere obturantium quodammodo est & vinculum ipsis profluentibus valis iniectum: ipsi que noltri digiti, dum ea committunt, stringunt. Est & alia huc pertinens ligatio, quam Graeci Epidelin vocant: quanquam ipsum vas circulo non complectitur, sicuti vinculum: verum cum ex parte complexu suo committat quodammodo vulnerati membri dissidentia labra, & quae superimposita sunt, contineat, merito inter claudentia remedia numeratur. Praeter omnia iam dicta, inter haemorrhagiae remedia censetur & appositus vulneratae partis situs. Porro appositus fuerit, si ad geminum hunc finem sit directus, nempe vt & dolore pars careat, & sursum spectet: si vero vel prona spectet, vel doleat, non solum profluum non sistetur, sed etiam, si non sit, prouocabitur. Ergo, qui haec norit, si quando astiterit ei, cui ex vulnere sanguis profluit, (de his enim primum agam) ilico digitum super os vulneris valis imponat, blande innitens, ac sine dolore comprimens: quippe simul tum sanguinem sistet, tum eum concresecere in vulnere faciet. Quin immo si vas, vnde profluit, alte sit demissum, certius ipsis tum positum intelligat, tum etiam magnitudinem: praeterea, vena ne sit, an arteria: post haec iniecto unco attollat, ac modice intorqueat. Quod si ne tunc quidem sistitur sanguis, si vena fuerit, tentet circa vinculum sanguinem supprimere aliquo ex ijs medicamentis, quae sanguinis supprimendi facultatem habeant. Sane optima horum sunt emplastica ea: quae ex friza resina, & farinae triticeae tenuissimo polline, & gypso, alijs que id genus sunt confecta. Si arteria sit, duorum alteri, aut vinculo amplectens, aut totum vas praecidens, profluum sistet. Sane vinculum magnis quoque venis iniecere interdum cogimur: atque etiam interdum totas praecidere vti que transuersas. Incidet autem huius necessitas in ijs, quae ex profundissimo loco rectae assurgunt, praesertim que per angustas, vel principes particulas. Quippe ita retrahitur ex vtraque parte pars vtraque, celatur que ac integitur a superiacentibus corporibus vulnus. Tutius tamen est vtrumque facere, & vinculum valis radici iniecere, & quod deinceps habetur praecidere. Radicem valis voco priorem eius partem, haec vel iecinori propior est, vel etiam cordi: haec in collo ab inferiore est parte: in brachijs & cruribus a superiore: in singulis que reliquarum partium, prout ex dissectione intelligere licet: qua nec ipsam amethodi isti Thesalij admittunt.

Quo pacto implenda carne sint vlcera, cum sanguinis impetum stiterimus: ac de Medicamentis, quae crustam inducunt.

CAP. 4.

His peractis implendum carne vulnus primum est prius, que vinculum a vase decidat. Nisi enim, pda sta caro prius locum, qui circa precisam arteriam est, impleuerit, sed locus aliquis vacuus superfuerit, utique, quod Graeci Aneurisma dicunt, sequitur. Quam ob rem eo potius gne sanguinem sistentium utendum suadeo, quod sua lenititate meatus obstruat, (emplasticum uocant) quod crusta efficiat, ppea, que & citius & minore cum periculo post ipsum implet vulnus. Quippe periculum in altero est, ne, si defluat crusta, rursu sanguinis profusio ex uase excitet. Optimum igitur diuim, que noui, medicamentorum, quo est ad cerebri membranarum haemorrhagias tutissime utemur, est, quod nunc subiiciam: Thuris pars una, aloes partis unius semissi miscet: mox cum utendi tempore instat, tum huius cum oui candido subigitur, quantum mellis reddat crassitudinem: hoc dehinc leporis mollissimis pilis excipitur: deinde tum uasi ipsi, tum ulceri toti, liberaliter imponit. Alligandum autem id foris secus fascia est ex tenui linteo: cuius faciem primi

A. li. 3. f. 3. l. 1. c. 9. 240. f.

A. li. 1. f. 4. c. 23. 82 g

A primi quattuor quinque ue amplexus ipsi profluenti valis inieciuntur: ab hinc valis radicem versus ducentur, in quibus videlicet partibus radicem versus, ducere licet: licet autem ferè in omnibus praeterque cerebri membranis. His factis, vbi tertio die solueris, si tunc adhuc medicamen vicerit adhaeret, aliud rursus super impones: ac veluti linamentum id, quod ex pilis factum inhaesit, madefaciens deligabis ita, vt initio deligasti. Si prius sua sponte linamentum decidat, radicem valis digito blande comprimens, quatenus videlicet nihil confluat, hoc quidem suspensa manu adimes, atque alterum impones. Ad hunc modum, quoad carne muniatur, curare vas debetis, vti que a principio ad finem vsque particulam superinam seruans, custodito tamen in hac situs figura, modo. Vitandum enim, ne dolor incidat, ac rursus profluum excitet: cum nihil sit, quod profluum magis, quam dolor, prouocet, & phlegmonas augeat. Hoc medicamento multifariam vtor, alias (vt dictum est) duplum thuris aloes admiscens: alias pari modo ambobus vtens: alias paulo superante aloes thure, aut etiam plusculo, sed non dum duplo: etiam mannam pro thure aliquando inieciens. Est autem manna medicamentum, quod magis, quam thus, adstringit: thus vero, quam manna magis emplasticum. Porro consistat in duris corporibus plus aloes esse immiscendum, in mollibus plus thuris. Eruntque alterum coram magis adstringens: alterum lenitiae & crassitudine sua tenuibus spiramentis magis inhaerens: quod emplastico teron vocant. Itaque etiam, magis tenax, ac (vt sic dicam) resinolius deligas thus, oportet, vbi magis esse emplasticum medicamentum studebis: id sane tum mollius est, tum albidius, tum quod mansum ritu aloes & manna non comminuitur, sed partes suas sibi coherentes defendit, ueluti Chia maltice. Verum haec eius tractationis sunt propria, quae de componendis pharmacis precipit: quam in hoc opere non alicubi attigisse omnino non licuit. Siquidem aut nusquam nobis particularis exempli faciendae mentio fuit, sed ipsis tantum vniuersalibus contentos esse methodis oportuit: aut, si particularia poneremus, etiam praeparatio eorum fuit attingenda. Verum (vt ante est dictum) eius generis remediorum, quae methodo sunt inuenta, vno altero ue exemplo hic posito contentos esse conueniet. Id vero semper mihi teneri memoria velim. Sed reuertamur rursus ad id, quod dicendum, parum absoluius. Mentionem enim iam dicti medicamenti idcirco pluribus feci, quod ceteris id omnibus praestare mihi persuasim: quod, sicuti melius inuenire contingeret. Ideoque etiam in cerebri membranis semper: tum in colli vulneribus eo vtor: etiam ipsarum venarum iugularium, quas Sphagittidas vocant, utpote cum harum quoque profluum citra vinculum sistat. Non est autem in his committendum, vt in opere properes, veluti quidam stolidi chirurgi faciunt: sed altera manu inferiorem valis partem comprimens, aut complexus tenebis: altera medicamentum vulnere impones, ac blande ei apprimes, donec concretum adhaerit: mox deligabis superne deorsum, non (vt in artubus) inferne sursum: liquidem radicem versus ualorum ducere deligationem oportet, ac, quod confluit, reprimere. Sunt porro & alia non pauca pharmaca, quae citra omnem dolorem emplastice vim obtinent: uerum nullum ita carne implet. Expediit autem quam maxime in eiusmodi casu, ut priore medicamine cadente, caro circum uas ipsum sit producta. At, quae crustas generant, vbi crusta decidit, magis nudam partem, quam propius naturali habitu, derelinquunt. Est namque ipsius crustae generatio ex subiectis circumpositis que corporibus (ut sic dicam) semiustis, sic, ut cuiusmodi in hyemem extinctos hos carbones rem parant, eiusmodi ipsae crustae carnis exulta sint reliquiae. Quare, quantum particulae adustum ad crustam est, tantum profectio ipsi de naturali carne deperditur. Id itaque omne particulae decessit, cum crusta cadit: atque ob eam rem nuda sine carne uisitur. Multis que postea, si crusta decidit, profusio sanguinis, quae aegre supprimitur potuit, superuenit. Quare in his quoque quisquis methodo administrare omnia uolet, is tum modos omnes, quibus sanguis supprimatur, longe aut considerabit: tum enim eliget, qui minus sit cum periculo, utens non minus & reliquis omnibus, quoties necessitas urgebit. Maximam autem necessitatem, uel crustificis medicamentis uel ignitis ferramentis utendi animaduerti, ubi de erosione putrescentis alicuius, profluum sanguinis concitatur. Quin etiam, ubi in tali affectu totum, quod computruit est sublatum, tutius est uel ipsius ueluti radicem adurere, uel certe crustificis medicamentis uti. Haec uero ratione tum in pudendis, tum sede, ad talem necessitatem saepe deuenimus, quod uidelicet haec partes tum propter naturalem humiditatem, tum quod excrementorum sunt canales, ex leui causa putrescant: id uero, quod pro incrustantium pharmacorum delectu consilium diriges, erit non utique solus calor, sed cum quo adstringendi facultas sit coniuncta, qualis in chalcitide, & myli, & atramento sutorio, siue uilis his siue inultis utare, uisitur. Quae uero ex calce non extincta conficiuntur, ea, utique ualentiora his sunt: ceterum calx adstringendi uim non habet. Excidit igitur citius, quae ab his sunt crustae: haerent autem corporibus diutius, quae ab adstringentibus: quod utique longe est utilius, quando ita prius nascitur in imo earum caro, efficiatur que profluenti uali uelut operculum quoddam. Vnde nec nosmet praecipites esse (ueluti non nulli sunt) ad crustas, ubi haemorrhagias periculum imminet, detrahendas oportet, nisi in illis tantum affectibus, in quibus propter putredinem candens ferrum corpori hominis admouere coacti fuimus. Appellant, nescio quomodo, eum affectum oes nunc medici Graeci *νομην* a uerbo, quod pascere significat, propterea, quod pergere pascendo id uitium ab aegris particulis ad eas, quae integrae sunt, soleat, atque harum semper aliquid aegris adijcere ita, ut non a substantia indicatae rei, sed ab accessu

sozio

forio appellationem indiderint. Copia materiae medicamentorum omnium, quae hac praedita facultate sunt, in proprijs commentarijs dicta est. Proprios intelligo, & qui de simplicibus medicamentis, & qui de compositione eorum sunt scripti.

Capita Methodi Sanguinis Profluvium sistendi, ac de eo Profluvio, quod de profundo corporis erumpit.

CAP. 5.

ERgo recensitis huius methodi, qua sanguinis profluvia, quae ad manum sunt, cures, capitibus, mox ad eorum, quae in alto sunt corpore, tractationem accingemur. Qui igitur est valis profluit sanguis, aut propterea, quod amplius non confluet, sistetur: aut quod oclusa diuisio erit: aut etiam propter vitium simul, id quod reor tutissimum. Porro confluere prohibetur, & propter animi deliquium, & cum ad contraria reuollitur, & cum ad vicina deriuatur, & per refrigerationem tum corporis totius, tum vero praecipue ipsius partis afflictae. Hac enim ratione etiam frigida pota saepe haemorrhagias suppressit. Idem facit & frigida foris in fotu affusa, sed & posca, & vinum acerbum, alia quoque, quaecumque vel alstringendi, vel simpliciter refrigerandi vim habent. Clauditur ipsa diuisio, si vel contrahatur, conuieatque id, quod diuisum est, vel obstruatur. Sanè contrahitur tum adstrictione, tum refrigeratione, tum deligatura, tum vinculo exceptum. Obstruitur vel intrinsecus, vel extrinsecus: Et intrinsecus quidem, a sanguine concreto, Graeci Thrombon vocant: Extrinsecus tum hoc ipso, tum vero linamentis, & spongis, & crustis, & medicamentis ijs, quae lentitia crassitieque sua meatus obferant, (Graeci Emplastica vocant,) ad haec corporibus ijs, quae circumiacent, propius admotis. Quorum singula quemadmodum perficiantur, dictum iam est. At, quae de profundo sanguinis profluvia erumpunt, ea nec vinculo, nec deligatura sanes: veluti nec ignitis ferramentis: nec (vt semel dicam) ijs, quae diuisum ipsum corpus partem ue contingere machinamue: immo per reuulsionem, ac deriuationem ad vicina: praeterea cibum potionemque, qui & emplasticam vim habeant & refrigerent, & medicamenta, quae adstringant. Habes vero vberem talium materiem in proprijs operibus, veluti auclarium in singulis affectibus accedit: siquidem instrumentis aliquando vimur pro partis ipsius proprietate, alijs ad vterum, alijs ad velicam, alijs ad omnia intestina crassa. Quippe in hac, per clysterem: in vtero, per ea, quae Metrenchytae Graeci vocant, idoneorum aliquod medicamentum immittimus: sic & in velica, per in directu foratas fistulas. Sanè rariora ex his profluvia sanguinis sunt, sed tamen aliquando huiusmodi, quae quam non profusione ipsa, periculosa, ac certe ob duritiam non sine periculo. Siquidem quaternis diebus vidimus e vulua profluere sanguinem, nec potuisse villo remedio sisti, quoad quarto die plantaeginis succo vitibus nobis profusus constitit. Est quoque porro id medicamentum ad ea, quae ex erosione excitant, sanguinis profluvia vtilissimum: cui etiam valentius aliquod hoc casu medicamentum, alijs aliud ei miscere soleo, utique ad totum respiciens affectum: id quod semper est faciendum, ac pro maximo documento in omnibus habendum. Nam in his ipsi, quae ex vulua, velica, & intestinis, profluvia ciantur, altissimi debent ipsius profusionis quantitas, vt vide licet hanc iam vel ut primam, vel vt secundam, indicationem curationis habeamus, nec tamen obiter totius affectus non habentes rationem. Nam, si perruptum vas aliquod magnum est, aut vehementer reclusum hiat, utique adstringentibus medicinis est opus, veluti balauftio, & hypocythide, & rhoe, & omphacia, & acacia, & gallis immaturis, & malicorio, Sin vel exiguum vas est, quod perruptum est, vel modice reclusum, sic, vt non multus sit, qui in eo profluit sanguis, etiam aloë, & manna, & pini cortex, & lemnium sigillum, & spinæ aegyptiae fructus, & crocum, & lapis haematites, aliaque id genus ex vino nigro austero vilia medicamenta sunt. Quod si nec genus id vini praesto sit, nec plantaego, nec solanum, (quippe haec quoque sunt idonea) coquemus in aqua & rubi germi na, & cynosbati id est canini rubi, & myrti, & lentisci, & hederæ, in summa omnium, quibus adstrictoria vis inest, siue radix sit, siue fructus, siue cortex, siue germen: ideoque etiam adstringentium malorum, maximeque cotoneorum, itemque myrtilorum, & mespilorum decoctum, idoneum ac propolita praesidium est.

A.li. 4. f. 4. t. 1. c. 17. 470. b

A.li. 4. f. 4. t. 1. c. 16. 469. g

A.li. 4. f. 4. t. 1. c. 16. 469. c

*arnoglosi.

*arnoglosi.

Impressi cod. & manuscripi quida, ut Lina ex transiuit, habent: sunt tamen qui addant, τῆ δὲ χάρτου. i. ex charta confecta.

De Profluvio Sanguinis ex Erosione, vel Diapedesi.

CAP. 6.

AT, si ex erosione profluit quoddam incidit, non est id magna ex parte profusius, sed exitum & paulatim est: eo que Palionis, vel Andronis, vel Polyeda pastillis vtendum est: enim hac erosionem, si tamen etiam toti corpori sit consulendum, vt prius est dictum. Sin profusior haemorrhagia sit, ijs, quae vehementissime adstringant, vtendum medicamentis est: quoad velicam eius impetus frangatur: mox deinde admiscendi illis pastilli sunt: postea ad ipsos solos vtendum, cum aliquo ex ante dictis succis aut decoctis. At vero, quae extrinsecus profluenti particulae admoventur, tum adstringentia, tum citra adstrictiorem frigidam, haec ipse (veluti plerique medicorum) non vbiq; probat: sed mihi contra omnino, quae fieri res postulat, ipsum sanguinem in trociscis pelere, ac venas quae in alto sunt, implere videtur. Vidimus enim quosdam coru, qui ex pulmonibus sanguinem rejiceret, ex thorace refrigerando manifeste laesos: aequae vt, qui sanguinem vomuerunt, non nullos, quae venae foris esset refrigeratus: eodem modo et coru, quibus ex naribus sanguis profluxit, aliqui ex capitis refrigeratione deterius habuerunt. Ergo nec oino, nec sine discrimine, nec omni tpe loca, quae

A.li. 3. f. 10. t. 1. c. 6. 266. h

A quae circa particulam, vnde sanguis profluit, sunt posita, refrigeranda suaserim, immo postea, quam in alia prius auerteris: vt, exempli gratia, in naso, vbi sanguinis missione (vt diximus) sis vsus, vel artum frictione deuinctioneque, vel ad praecordia defixis cucurbitis. Quin nec sic quidem ad frontem & caput ilico refrigerantibus vtendum, sed prius est ad contraria reuollendum, utique affixa in summa ceruice: cucurbita. Quippe duplex est in sanguinis ex naribus profusione auersio, & quae est ad totius corporis inferna: & quae est ad capitis posteriora: propterea videlicet, quod ipsae nares & in superiore & in anteriore parte sunt sitae. Aduerfatur autem ei, quod supra est, id, quod infra: & ei, quod post habetur, id quod ante. Verum de sanguinis profluvio vel haec tenus dictum abunde sit. Pater nanque & diapedesin, quam vocant, refrigerantibus adstringentibusque esse curandam: & si propter tenuitatem sanguinis aliquando incidat, crassiore victu. Is vero cuiusmodi sit, dicitur in sequentibus: dictum quoque iam ad quendam modum est in libro, qui de attenuante victu est scriptus. Iam vero ad memoratorum affectuum curationem est redeundum. Ergo, quod venae infedit vlcus, vbi ad manum est, eandem desiderat curationem ijs, quae in carne accidunt: de quibus, duobus ante hoc voluminibus disputauimus. Nam, siue ex recenti vulnere factum est, id agendum est, vt medicamentis ijs, quae Enama vocant, coeat: siue ex erosione, quaecumque dicta de rebellium vlcerum curatione sunt, ea prius ratione discernenda, mox, vt opere perficiantur, tentanda. Quin etiam, vbi vinculo vas sis complexus, aut medicamentis sanguinem supprimentibus, aut ferramentis ignitis vsus: illud quoque tibi curationis propositum restet, vt, quae circa vlceris labra sunt, carne impleas: illdem omnino medicamentis vtere, quae in methodo sinuoforum vlcerum nobis sunt praecipia.

De Vulnerate Arteria curatione.

CAP. 7.

DE arteria autem vulnerata iam dictum est non nullis medicorum videri non posse fieri, vt coeat. Atque id asserunt aliqui quidem sola experientia se contentos professi: alij vero etiam ratione vti eiusmodi. Siquidem duram esse ac chartilagineam aiunt alteram arteriae tunica, talium vero nihil posse in vnum coire, cum sit mollium tantum corporum in vnum coeundiabilitas, vt tum in externis videre licet, nullo nec lapide cum lapide, nec testa cum testa, vnquam coeunte: tum vero in nobis ipsis, quae nec chartilaginea cum chartilagine, nec os cum osse coalescat. Non enim fracta ossa pro vnitionem coherent: sed per callum eum, quem paron Graeci vocant, ceu glutino iunguntur. Igitur nos quoque ab experientia nostra primum incipiamus, in medium quoque proferamus ea, quae ipsi vsu vsurpauimus. Vidimus enim in mulieribus & pueris tum conglutinatas arterias, tum carne vndiq; circumdatas, id quoque in fratre, malloco, & articulo brachij summae quoque manus medio. Simile quiddam aliquando & agrestis contigit iuueni, dum sanguinem sibi mittendum veris tempore curaret, quod nostratibus maxime est in vsu. Cum enim medicus, qui venam incisurus erat, brachium hominis deligasset, contigit attolli velut in gibbum arteriam: itaque hanc pro vena medicus diuisit. Exigua sane incisio erat: sanguis autem flavus & tenuis & feruidus statim ei aculabatur, id quoque cum quodam veluti saltu. Ac medicus quidem, vt erat admodum iuuenis, & operis artis parum peritus, venam se incidisse putabat. Ego vero cum quodam alio ex iis, qui aderam medicis, utique seniore, vbi, quod accidit, adueri, praeparato ex emplastrorum genere, quod sanguinem supprimit, medicamento, tum in incisionem curiose coniunxi, tum super medicamentum ilico imposui, ac spongiam mollissimam extrinsecus super hoc deligavi. Mirante vero, qui arteriam inciderat, in solitam nostram in hoc casu prouidentiam, indicauimus homini rem factam, sed postea, quae incisio hominis diuersorium exitifemus: iussimus quoque, ne vel solueret nobis absentibus, vel ante quartum diem id aggredetur, sed ita, vt erat, deligatum haberet, spongiam duntaxat desuper madefaciens. Postea vero, quae in quarto soluentes plane conglutinatum incisuram inuenimus, rursus idem medicamentum imponere iussimus, tum simili modo deligare, nec multis postea diebus soluere. Atque ita percurata est huius hominis incisio arteria, sola omnium, quas in cubito incisus vidimus, reliquis omnibus aneurysma, alijs maius, alijs minus superuenit. Ac, quemadmodum quidem aneurysmata curare conueniat, in progressu dicitur suo loco, utique cum reliquorum omnium praeter naturam tumorum curatio tradetur. Nunc coeptam disputationem absoluiamus. Siquidem arteriae natura difficultatem quidem durioris tunicae suae conglutinandae profusus indicat, non tamen eiusmodi, quae euinci omnino nequeat: neque enim ita est sicca dura quoque, vt os vel chartilago, immo longe his mollior, ac magis carnosa. Quo utique minus de vnienda sectione eius est desperandum, vbi tum ipsa sit parua, tum hominis corpus natura molle. Videtur autem experientia quoque ipsa rationi subscribere: cum & in pueris & in mulieribus propter corporum humiditatem & mollitiam, eam viderim glutinari: & in uno iuvene, cui (vt dictum est) exiguae erat incisio. Cum vero sanatu difficilior sit arteria, quoque vena, non tamen est medicamentorum admodum diuersus in vtraque vsus, immo specie plane idem maioris minoris quoque ratione euarians: quippe tanto siccoribus medicamentis eget arteria, quoque vena, quanto ipsa est suapte natura siccoris temperamentis, quoque vena. Quod si carnem circa gigni est opus, eadem ambae requirunt: si quidem ad eundem modum prouenit carnis generatio in his circumdandis, quo in cauis vlcibus prouenire est traditum. At, quae in vtero, velica, vel intestinis venae arteriaeque sunt, cum eadem genere medicamenta, vbi exulceratae sunt, requirant, etiam instrumenta, quibus infundantur, metrenchytae, i. vterinos clysteres, & syphonem rectum, & clysterem desiderant. Ad ea vero, quae in recto

Hypochondria, quam diuisionem Lingae ferè semper praecordia trahunt. Clarus graecus par' vltio, i. quocipite.

venae prope man. Quida cod. legunt τὸν τῆ δὲ ἀποῦ &c. i. modum insolitae nobis in hoc casu prouidentiae. Alij τὸν λόγον τῆ δὲ ἀποῦ &c. i. rationem seu modum prouidentiae, quae nobis in hoc casu succurrit.

intestino

intestino sunt vlcera, etiam per vesicam, cui sit fistula recta ad finem annexa. inijcere liquatum me E dicamen tepidum licet. Variabitur itaque remediiorum consistentia pro instrumentorum specie: neque enim fas est eiusmodi instrumentis crassa medicamenta infundere, sed humidiora postulari, atque idcirco mediocriter plerunque calida. Proinde sicca medicamenta, magis sunt idonea, quam ea, quae liquabilia vocantur, quoniam facile, vel plantaginis, vel alterius eius generis succo miscantur. Eiusmodi medicamenta sunt & crocum, & pompholyx, & aloë, & quae Cephalica graece dicuntur: in ipso autem primo producendae carnis tempore, quod suppressionem sanguinis continenter excipit, etiam lennita terra salutare auxilium est.

De Vlcerebus Pulmonis, & Sanguine de Pectore erumpente. CAP. 8.

At, quae in pulmone haeserunt vlcera, difficiliora ad curandum sunt. Quibusdam vero non difficilis modo eorum curatio, verum etiam, quae perfici omnino nequeat, videtur, id quae tum ratione coniectantibus, tum experientia: Ratione, quoniam pulmo inter viscera propter anhelitum perpetuo sit in motu, cum utique quietem requirant ea, quae sunt sananda: Experientia, quod neminem vnquam eorum, qui ita sunt affecti, sanatum viderint. Atque de experientia quidem (nam hinc coepisse par est) dubitare fortasse licet propter agnitionem. Nos enim vidimus alium ex eo, quod maxime vocem in clamore intendisset, alium, quod ab alto cecidisset, alium in palastra percussum, non solum statim grauissime tussisse, sed etiam simul cum tussi alios vnam duas ue, alios plures, heminas sanguinis spuisse. Qui vero ita erant affecti, aliqui omnino sine dolore erant, alij in pectore dolebant. Quin etiam sanguis ijs, qui doluerant, nec confertim reiectus est, nec multus, minus que tum ruber, tum calens, ceu e longinquo veniens. At, quibus citra dolorem est reiectus, ijs & confertim, & plurimus, tum ruber feruens que expuebatur, clare docens, quod non procul veniret. Porro aliam dubitationem facit, nec hanc leuem, ipsa sanguinis ex thorace in asperam arteriam transumptio, propositam videlicet a medicis, ijs, qui transmitti eum per membranam, quae pulmone inuoluit, posse non putarunt. Forte quod (nisi multis eorum, qui ita sunt affecti, tum statim ortus dolor, tum vero quibusdam eorum phlegmone superueniens, quae postea suppuraui, manifestum inditium praebuissent in pectore consistentis affectus,) pronunciaissent sanguinem ex pectore per fauces nunquam reijci. Nunc vero, his indicijs confusi, a pectore quidem venire concedunt: ceterum, dum aliam viam, quam per pulmonis membranulam, inquirunt, multa, ea quae absurda proferre coguntur: quamuis in ijs, quos Empyus graece vocant, ipsum pus, quod medio spatio inter pectus & pulmonem contineri ipsi fatentur, vident, arbitror, aperissime ex pulmone expui. Nos vero in ijs, quibus erat in pectore tantus abscessus, vt etiam ossium aliquid carie corrumpere, G manifeste ipsis ostendimus nullam, quae iniecta in pectus fuerat, ex pulmone expui. Sanè nouimus in vrbe Roma, in loco profecto fluxionibus maxime obnoxio, eiusmodi affectus in pectore non raro constituisse, vt necesse fuerit ipsum os, quod affectum fuerat, excidere. In plurimis vero etiam membrana, quae costis intra subtenditur, vna cum corrupta costa inuenitur putrefacta. Solemus ergo in curatione, multa per vlcus infusa, iubere aliquando quidem, vt inclinati in laborantem partem tussiant: saepe vero molliter concutere: interim etiam organo, quod pus extrahit (Pulcon Graeci vocant) educere, quod intus ex multa reliquum est. Hoc facto, vbi tum pus vniuersum, tum etiam sanie m vlceris eluisse confidimus, mox medicamenta inijcimus. Ergo in eiusmodi affectibus, si quem in medio pectoris ac pulmonis spatio humorem reliqueris, statim hunc tussi eicctum contem plabere. Mirandi profecto sunt ijs, qui de via per pulmonem haeserunt, quo pacto non magis haeserint, quemadmodum crassus sanguis in fracti ossis callo effundatur. Nam & ipse, qui effunditur, non paulo naturali est crassior, & cutis substantia longe utique crassior pulmonis inuolucro est. Quod igitur diximus, cum vel casu, vel praualida acuta que voce vas aliquod in pulmone rumpitur, citra quod dolorem confertim sanguis feruens floridus multus quae cum tussi expuitur, scilicet in viscere vlcus esse. Aggredienda vero curatio est, prout nos saepe sumus aggressi: qui H bus utique non raro successit. Igitur laboranti ipsi iniungendum est, vt nec magno vtatur respiratu, ac semper agat silentium: praeterea vena cubiti interna protinus incidenda: a qua bis ter quae postea sanguis est detrahendus, utique eius auertendi causa: tum artus omnes fricandi vinciendi quae ita, vt ipsi si solemus: vbi haec sunt facta, primum posca tum diluta, tum tepida, potui est offerenda, quo, si quis in viscere thrombus. i. cruor concretus latet, resolutus expuatur: atque hoc nihil vetat bis ter ue ternis horis facere. Ab his vero etiam aliquid eorum, quae tum emplastice vim habent, tum adstringunt, medicamentum exhibendum, id quae aut ex posca diluta primum, aut ex malorum myrtorū ue, vel alicuius eiusmodi adstringentium decocto. Rursus quae vesperi medicamen hoc similiter dandum, circunciso, si valentior sit, omni nutrimento: sin aliter, sorbitionis, quod satis est, exhibendum. Maxime vero ad rem pertinebit, si etiam postero die, modo fortis cubans sit, parum sanguinis ab incisa, iam vena rursus detrahatur: tum victu medicamentis quae eodem modo in quartum vicque diem vtatur, pectore interim, si aestas sit, vndique melino rosaceo ue madefacto: sin hyems, nardino vnguento. Quod si emplastico aliquo uti medicamento placet, habes a nobis optimum, quo etiam ad reliqua vulnera cum fiducia vtare: constat id ex bitumine & aceto, alijs quae, quae illis misceri medicamentis solent, quae enama barbara a medicis dicuntur. Quod si mulieri mederis puero ue, aut denique corpori, quod

* arnoglosi

† Linacee vide tur legisse, τὸ πρὸ ρευματικῆς. codices tamen graeci habent τὸ πρὸ ρευματικῆς, vel ἰσχυρὸν ρευματικόν, vt sic vertatur. Sa ne nouimus in vrbe Roma eiusmodi affectus rheumatico modo in pectore non raro constitisse, & ita legit etiam vetus interpretes.

Alij, f. 11. c. 4 c. 18. f. 271. c

A quod mollis sit carnis, quod ex chalcitide sit, satis habile medicamentum fuerit: cuius vires in primo libro eorum, quae de medicamentorum compositione inscripti, explicauimus. Hac nos ratione multos, ad quos statim, vt malum senserunt, accessimus, percurauimus. Quippe hoc maximū est, cuique te attentum esse magnopere oportet, an videlicet statim a ruptura valis facta curationem incipias, quod cruentum adhuc vlcus prius, quae phlegmonem excitet, glutines. Nam, si ea semel inuaserit, exigua spes est eius postea glutinandum: in longius trahere potest. Quod vero eiusmodi vlcera vel difficulter, vel plane nunquam, curari possint, hoc in causa est, quod cum phlegmone soluitur, eluenda pus vlcus & sanies sunt: atque ex utero quidem & vesica tum sua sponte excernuntur, quoniam videlicet pronis delabi licet, tum elui praeterea a nobis possunt: in pulmone neutrum omnino fieri potest. Quare oibus, quae huic loco haerent, vlceribus vna reliqua expurgatio est ea, quae per tusses fit. At, si recte his tum reliquam omnem quietem suauimus: tum vero, vt sensim respirarent, nec quicquam loqueretur, vt vlcus glutinaret, iniunximus: quae potest tussientibus esse sanationis spes. Non igitur propterea, quod in perpetuo per respirationem motu viscus id est, desperata curatio est, velut, quae ante nos luere, senserunt, sed propter sanie & puris vacuationem. Ideoque, si statim quis sit aggressus, ac iam dicta ratione medeatur, coeunt: in phlegmone prius occupavit, difficilem incertamque curationem recipiunt, B quoniam pus & sanies profus totaque ex spatijs pulmonis non expelluntur, & tussis agras partes valde laerant. At, quae ex pectore educuntur, triplex compendium praestit, quae ex pulmone vacuantur, hinc: nam & vasa ipsa multo sunt minora, & sanies in spatium interius effluit, & in summa magis carnosum pectus est quae pulmone. Nam aspera arteria substantia, quae admodum carnis expers siccaque est, nulla alia aialis in parte inuenitur: quae etiam ipsa in eiusmodi reiectionibus rumpi solet, cum, si qua reliqua vena vel arteria sit rupta, ipsa asperis illaetis manentibus, per solas osculorum (vt sic dicam) coarctationes translatio sanguinis fit. Itaque nec calidus in talibus, nec ruber, nec multus sanguis emittitur. Ac videntur quidem prima saltem fronte leuiore eiusmodi affectus, vt qui copia vacra tionis minime trecent: sunt vero vel ob hoc ipsum grauiore: quippe concretus circa ruptum vas cruor, cui facilis transitus in asperas arterias non est, glutinationem prohibet.

De Vlcerebus Septi transuersi, ac earum partium, quae intra Peritonaeum continentur. CAP. 9.

Simili modo & transuersi septi vulnera, quae foras non perueniunt, in carnosis quidem partibus subinde coalescere sunt visa, eius motu non obstante: quae in neruosis eius haerent, in sanabilia sunt. Sanè difficilis curatio est etiam eorum, quae in carnosis sunt partibus, si has iam phlegmone occupauit: idque non ipsi modo diaphragmati, verum etiam omnibus, quae intra peritonaeon sunt contenta, quod in ea, sanies deluat. Ceterum danda opera est, vt ea quae cum ratione licentur, tum per ea praesidia, quae extrinsecus imponuntur, tum per ea, quae ex aqua vino ue tenui bibuntur. Porro horum maxime idonea sunt, & quae propterea, quod ex seminis sunt, Diapersmaton graece dicuntur: & quod solemne nobis est, quoque in pectore perforato semper vtitur, quod ex calia componitur. Ceterum tum haec, tum humida quaedam foris applicanda, quae eiusmodi vlcerebus sunt accommodata, ad tractationem de medicamentis pertinent. Sic methodos tantum tradimus, quae praesidiorum indicent genus. Quare, si quando quaedam a nobis particulatim pro exemplis adhibeantur, haec addita claritatis causa fuisse existimandum.

Aduersus Methodicos, quod Medicamentorum genera a partium Vlceraiarum substantia immutentur. CAP. 10.

R vrsus igitur proposita methodos repetamus: non trememusque, quantum generalis omnium vlcereum curatio per singulas animalis partes speciatim immutetur. Hinc nanque dicemus praecipue quidem id, quod in toto opere est propositum, nempe minime in curationibus errare: velut appendicem vero, etiam eorum, qui se Methodicos vocarunt, audaciam. Qui (si quid mihi, quae nec ad gratiam quietem, nec ad odium loqui soleam, est credendum,) cum omnium ipsi medicorum maxime a methodo sint alieni, damnant (quatenus saltem scribunt,) non solum reliquos veteres, sed et ipsam omnium nobis methodorum auctorem Hippocratem. Ac Empiricus quidem omnia, quae nos per indicationem inueniri ostendimus, ea dicit per experientiam sibi cognita. Cum vero praeter indicationem & experientiam nullum inuentionis organum tertium praeterea sit, illi neutro vtentes, tamen appellandos se Methodicos censent. Ergo sequantur nos, & nunc saltem ostendant vlceribus omnibus per singula membra curandis vnam esse sanationis rationem. Audiamus homines, quo pacto vlcus curent, aut quales indicationes ab eo sumant: num alias vllas, quam quae plantum cicatrice sit inducendum: in uolum carne implendum: cruentum glutinandum: At quo pacto inueniam, quod cicatricem inducat: & quod carne impleat: & quod coalescere faciat? Ne labora, inquit, sunt enim inuenta. Atqui haud scio, an recte, aut non omnia. Fieri enim potest, vt vel ex deteriorum nota quaedam inuenta sint, potiora inuenta non sint: vel vt, quae inuenta esse videntur, etiam ipsa sint mala: Indeque adeo accidere, vt quaedam vlcera profus non sanentur, quaedam longiore spatio, & cum dolore, & sanis cruciatu minime necessario. Neque enim audeat quisquam nouam aggredi experientiam prius, quam sibi persuaserit priorem curandi rationem recte se damnalesse: veluti in ijs vlceribus, quae in pulmone consistunt, quae ne agnouisse quidem omnino fas est citra dissectionum actionumque notitiam: quorum nimirum vtrunque auersantur. Ceterum cor Septima Classis. e e e e e cedatur

* πρὸς οὐκ ἴμμανσφίππυς ἀλίουβυς, ἰν ἱπρὸς ἰσ, πρὸς οὐκ ἴμμανσφίππυς, ἰν ἱπρὸς ἰσ, πρὸς οὐκ ἴμμανσφίππυς

* εἰς τὴν ποσὴν

cedatur ad praesens cognosci ab istis Thessali sectatoribus vlcus, quod pulmone infederit. Nun- E
quid igitur, sicuti hoc illis concessimus, sic etiam, & qd fordidum sit, intelligant, an purum, an aqua
le, an sinuosum, an sanie vel puris plenum, concedemus, videlicet vel ex diuino afflatu, vel per in-
somnia ea videntes. An haec quoque quomodo agnoscat, percontabimur. An vero citra horum
agnitiones pharmacum quoduis exhibere concedemus. Ego namque existimo primum expurgan-
dam esse immundorum vlcum formam: implenda vero carne esse, quae pura & sinuosa sint: rur-
sus pus sanieque expurganda, quibus haec circum haereant: mox ita cicatricem inducendam. Isti
vero, haud scio, quo nam modo talia vlcera sanauerint: nam Thessalus de his prorsus non scripsit,
ne videlicet vel ignorantiam suam, vel inconstantiam proderet. Quippe vel rationi parum conso-
na & falsa de his dicunt: vel, si quis vera dixerit, eorum indicationem ex membri substantia, prae-
rea situ formaque accipiat, necesse est. Nam esto, vlcus in pulmone fordidum purumque, & cum phleg-
mone & sine phlegmone, & sinuosum, & planum, dignoscere norint: etiam illud scire eos detur,
quanquam ne eius quidem, tamen si minimi, inuentionem sibi vindicent, nempe qd tale vlcus viridi
medicamento expurgetur, Macherionis (si liber) vel lisdid, nihil enim refert: Respondent igitur
mihi, si vlcus in viscere haerit, quid facient? Num viridis medicamento aliquid deutorandum da-
bunt? Omnino ridicula res est. Sed dicant, vnde nam medicamen id in pulmone deferendum
sciunt? Quod si id quoque sciant, illud certe intelligere non poterunt, an ipsam vim suam, quam
in extrinsecus politis vlcibus habuit, seruabit. At esto sciant haec quoque, qd & eandem tuebitur
vim, quam in externis vlcibus obtinuit, & qd fordes deterget: certe, an tussim mouerit, intellige-
re non poterunt: cum tamen, nisi per tussim fordes expurgentur, nullus sit detergentis medicamenti
vltus. Ergo id quoque istis detur. At illud saltem effugere non possunt, quin diuersam curationem
in vlcere femoris, & vlcere pulmonis adhibeant: si quidem alterum aqua perlucunt, alterum tussi-
bus expurgant. Pone vero rursus vlcus, quod in pulmone sedit, crasso esse pure circumdatum: nun-
quid tum quoque viride medicamen exhibebunt, an mel potius lingere iubebunt? At id dicant,
vnde nam inuenerint. Non enim profecto id respondebunt, quoniam tenuandi: incidendi que vim
quandam obtinet, cum ipsi a facultatibus eiusmodi disquirendis vltro diffugiant. Sed nec, qd Em-
piricis in eiusmodi notarum concursu inuentum est mel prodesse, propterea istis, sicuti illis, co
vtilis est, primum, quod experientiam contemnunt: deinde, quod Empiricis in eiusmodi concursu,
quae nam sit in pulmone affectio, ignorare se fatentur, ceterum, quae conducant, se per experientiam
obseruasse. At Thessalo non satis est curare, quod omnino non norit, sed ab affectuum indicatione
procedit. Sane, si omnia illi scire donemus, sicuti prius, non minus quam nos, at nunquam profecto effu-
giet, quin in diuersis corporis partibus curationis species mutetur. Non enim eadem curationis
species profecto est, aut nullam in vterum propter fordidum vlcus infundere, aut mel comedend-
um exhibere, aut spongia vlcus eluere. Ceterum haec adhuc parua: illa plane maxima sunt. Fin-
gamus diuturnum vlcus citra phlegmonem in multis esse partibus, oculo, aure, naso, ore, femore, ven-
tre, vtero, sede, pudendis. Fingamus & illud, si placet, vlcus eiusmodi vel planum omnino esse, vel
exiguo minus planum: respondeant que nobis isti sectatores Thessali, qui haec nusquam discreuit,
quomodo id cicatrice tegemus. Nempc eo medicamine, quod ex cadmia conficitur: id enim vlc-
ceri, quod in femore constitit, belle cicatricem inducere potest: sed num igitur & ei, quod in audien-
di meatu constitit? Dicam fortassis incredibile, ceterum dijs ipsis notum. Deprehendi aliquan-
do quendam ex sapientissimis istis Thessali sectatoribus sic vlcus medicamentum diuturnum: cum ci-
tius homini auris putruisset ac vermes creasset, quam medicamento, quod ex cadmia componi-
tur, inductum cicatrice fuisset: ceterum, permisso homine pluribus diebus medicamento similiter
vtili, postea, quam in dies grauius auris oleret, & sanie impleretur, etiam incredibilis quiddam, quam
prius, ausum vidimus. Quippe ratus meatum ipsum in profundo contraxisse phlegmonem, con-
fugit ad tetrapharmacum: quod plane multo magis augere putredinem partis debuit, utpote
quod siccare vlcus prorsus non potest, maturare phlegmonem potest. Ergo, vbi hoc medicamen-
to ad affectum sanandum vno die est vltus, vt facile uideres id maxime esse contrarium, & multi-
plicata statim sanie vis est, & foetor intolerabilis obortus. Itaque, qui propinqui laborantis erant,
contingere amplius aurem Thessalium non sinebant. Ille vero praepudens stultitia que vo-
lebat non modo medicamento tetrapharmacum aliquid iniicere, verum etiam extrinsecus cataplas-
ma relaxans imponere. At, cum eum propinqui hominis abigerent, timerentque, ne in magno pe-
riculo aeger foret, nos vnum diem amplius permitti Thessalo alino curationem exorauimus.
Erat autem profecto posttridie tum sanies multo copiosior futura, tum odor grauissimus. Quo
die tentauit, an fieri posset, ut sententiam Thessalij a se mutarem, ne omnes perderet aegros, im-
mo aliquos iam, tamen paucos, seruare aliquando posset, tam aliena scilicet ab omni vera metho-
do deserta secta: ergo sic agere cum homine sum orsus. Nunquid (inquam) phlegmone tibi esse
videtur in intimo meatu, proinde relaxantibus vteris auxilijs? Ille tum ita esse magnopere con-
tendit, tum aliter esse non posse. An igitur (inquam) aliquando vlcus, quod cum phlegmone con-
iunctum esset, aceto acerrimo cum glaucio curatum vidisti? Minime gentium (inquid) immo,
si quis pastillis andronijs ex aceto liquatis vtatur, etiam conuulsionem fortasse accersat. Ergo
(inquam)

In antiquis
mo codi. graeco
haec etiam ad
dica leguntur.
* Παιδι γαρ
εν τῆς ἀνατο-
μῆς ἔγνωσαν
ὅτι εἰς τὸν πνεύ-
μονα τὸν φάρ-
μακον δια-
δοσαν δ' ἀπὸ
τοῦ θεσσαλί-
την ἀνατο-
μῆν διαπτύ-
σει, πῶθεν γὰρ
συνταξῆσθαι
εἰς τὸ πνεύμο-
να τὸ φάρμα-
κον περιε-
ταυ. id est.
Quonia. n. ex
anatomye co-
gnitus est me-
dicamentum in
pulmone tran-
situs, Thessali
autem sectato-
res anatomem
respuunt, unde
cognoscet, quo
in pulmone
medicamentum
meat? Dicant
igitur vnde na,
C.c.

† Additur in
antiquis, ἡ δὲ
id est aut duo-
bus.

A (inquam) si quis alio quoque medicamento, quod sit andronijs multo valentius, ex acerrimo ace-
to vtetur, idque ad aurem, ita propinquam cerebro inuolucrisque eius particulam, nunquid plane te au-
thore conuulsionem accersat, si phlegmone praesertim aliqua subit? Haec tum ipsi, tum ijs, qui ad-
stant, vniuersis recte dici sunt visa. Ergo, quantum (inquam) ad ipsarum partium habitum spe-
ctat, quae ea, quae ad summum siccant, deliderant, tamen si nunc curatione tua sint veluti effoemina-
ta, iam tali medicamento vtetur: nunc quoniam plures iam dies male ipsas alluefecisti, transferre eas ad
contrarium vno impetu, & semel non licet: nam tibi ac Thessalo contemnere consuetudinem licet,
non minus, quam partium naturam: nobis autem non licet: sed primo die aceto vtatur cum glaucio: secun-
do vtatur andronio: tertio ad valentius aliquid, quam ipsum sit andronium, trāsibo. Atque hoc tribus qua-
tuor ue diebus vsus, si mihi vehementius etiam medicamentum requirere vlcus videbitur, eo etiam
uti non dubitabo. Extrinsecus vero (inquam) imponam capiti ea parte, qua auris infestatur, non me
hercules, sicuti tu, cataplasma, quod relaxare potest, sed eorum medicamentorum aliquid, quae ve-
hementissime siccare possunt, cuiusmodi est, quod ex salice conficitur: aut etiam ipsum andronium
ex aceto illintiam: aut ex ijs aliquid, quae hoc magis siccant. Nam, quoniam particula cui medetur, sic-
cissima est, necesse est, valentissime siccat: indicat. n. veluti uitium ipsum, vt curetur, sibi applica-
dum esse contrarium: sic particula ipsa, quod sit sibi simillimum. Itaque &, prout dixi, egi: sanauitque
hominem, nullo potentiore requisito remedio. Quibusdam vero, qui potentiora deliderabant, qui
bus vno altero ue anno vlcus aurem infestauerat, valentius omnibus iam dictis medicamentis adhi-
buimus: id fuit ferri scoria tinsa, cribrataque tenuissimo cribro, mox in tenuissimum veluti pollinem
laeuigata, post cum acerrimo aceto ad mellis fordidumque crassitudinem cocta. Constat autem mul-
tiplex esse debere in mistione acetum. Verum (quod saepe iam dixi) materiae medicamentorum co-
piam ex alijs commentarijs petes. Nunc, quae ad methodum spectant, absoluantur. Nam audiendi
locus, quoniam est liccissimus, idcirco medicamentis eget, quae vehementissime siccant. Quorum nullum
reliquarum partium cuius applicata expediat: sed oculo exulcerato collyrium fortasse, quod ex thure
conficitur: naribus vero, quod multo sanè magis siccat, quam vt oculis conueniat, minus vero, quam vt au-
ri quadret. Itaque & prius comprehendi omnes pastillos niles sunt, & medicamen quod ad Musam refer-
tur, aliaque generis eiusdem. Vlcus vero, quae in ore accidunt, quaeunque admodum sunt humi-
da, ea medicamentis egent, quae vehementer siccent, veluti diaphryge, tum ipso per se, tum ex mel-
le, & vino, & mulso: praeterea & quae iris dicitur, & quae anthera, hisque vel liccis, vel ex melle, vel
mulso, vel uino. Vtile vero ad talia est & Musae medicamen: praeterea rhois succus, & omphacium,
caliaque, quae cumque sit tene liccant. Quid enim materias percensendo morer? At, quae simpliciora
oris ulcera sunt, haec sanare commode possunt etiam medicamenta, quae modice siccant, veluti haec
ipsa, quae propterea, quod in assiduo sunt vsu, diomatica graece sunt dicta. Ea sunt, quod ex moris con-
ficitur, & quod ex rubi fructu, & quod ex succo corticis iuglandium viridis, atque etiam his magis
quod ex mulso & eupressi sphaerulis componitur. Quae vero in ore admodum humida ulcera sunt
proxime ossa, vnde carie tentari ossa periclitentur, haec propter ossium naturam, quae sicca est, ve-
hementissimis medicamentis indigent. Itaque ego iam comprehensos pastillos semper laeuigo, ac
liccum ipsum medicamentum superimpono.

Al. li. 3. f. 5. r. 2.
C. 4. 242 G

De Indicationibus, quae à Substantia, ab Affectu, à Forma, atque à Situ partium
sumuntur, exemplo Vlcus in pulmone. CAP. II.

Porro dicta paulo ante sunt & ad velicam, & vterum, & intestina, & pulmonem idonea medi-
camentorum genera, quibus sit in singulis vtendum, genere quidem medicamenti ab ipsi cu-
randarum partium substantia desumpto, sed cum affectu prius etiam aestimato: modo vero vtendi
eius, tum à forma, tum etiam situ. Hinc namque excogitati sunt, & auricularij clysteres, quos Oen-
chytas uocant: & uteri clysteres, quos Metrechytyas: & recti siphones, quibus in velicam aliquid
infunditur, quos Catheteras dicunt: & ipsi clysteres: Hinc rursus, quae in uentriculo, pectore, & pul-
mone ulcera consistunt, per ea, quae eduntur ac bibuntur, esse curanda: Quae vero in intestinis, bifa-
riam: nam, quae vicina uentriculo sunt, his per comesta, & bibita succurrunt: quae vero inferius sunt
sita, per ea, quae iniiciuntur: quoniam neque ad ea, quae vicina uentriculo sunt subire potest, quod per sedem infun-
ditur: nec integris uiribus ad inferiora pertingere, quod per os sit ingestum. Ideoque et, quae ulcera in tho-
race & pulmone consistunt, tum difficiliora ijs, quae sunt in uentriculo, sanantur, ut quorum litus lon-
gius ablit, atque idcirco medicamentorum uis remittatur: tum propter hoc ipsum multo ualentiora ea,
quae deuorentur, praesidia requirunt, quam si ipsis statim ulceribus admouerentur. Indeque adeo excogita-
ta medicis sunt, ubi expurgandum ex pectore & pulmone pus est, fortissima, quaeque maxime disse-
cent, pharmaca, taliaque omnino, quae, si ulcus in uentriculo esset, ipsum exacerbarent. Quin etiam, quae
haec per tusses expurgent, non aliunde, quam ex forma particularum est desumptum: quae hanc nullum talem
exitum habeant, qualem uterus, uelica, sedes, auris, nasus, & os. Hinc etiam sit, quod uentriculus utriusque
expurgari possit, sursum per uomitum, deorsum secundum naturam. Quippe hoc genus indicationum
ab instrumentalibus, quatenus instrumentalia sunt, est sumptum: sicuti, quae siccandum esse docet,
ab ipsarum simularum substantia sumuntur. Ab ipsis uero morbis rursus tales, veluti ab ulceribus (quoniam
de his disputatio erat) & quae siccanda sunt, ut supra est comprehensum: & quae, qui è uentriculo eluere
Septima Classis. eeeee ij pus

pus volunt, non sine periculo vomitum mouent, sicuti si aliter infixam illi pituitam per oxymeli E ac radículas detergerent: sed tutius deiectione vtuntur, cum vomenti periculum sit, ne & qd' exulceratum est, dilaceret, & succum quempiam inutilem ex vicinis attrahat. Quo nomine (vt dixi) & vlcera, quæ pulmone insident, difficillima sanatu sunt, vt quæ nec citra tussim expurgare possis: & si tussim excites, laceraueris. Itaq; quasi per mutuas operas, malum ijs in orbem redit: qui pte cum, quæ lacerata sunt, rursus phlegmonem excitent: secundo rursus phlegmonem ipsam maturari & pus expurgari desiderant. Quare ex omnibus sanandi difficultas his exoritur, & quod ea, quæ idonea vlcibus medicamenta sunt, contingere vlcus, sicut in ventriculo, non possunt, & q per medium interuallum ferè vim suam amittunt: & præterea q respirando mouentur, & tussiendo lacerantur. Itaq; cum in pulmone ruptum vas est, scire aperte licet, nisi protinus ante, q phlegmone excitetur, glutinatum sit, id postea insanabile fore.

De vlcibus, quæ in Aspera Arteria sunt, & in summa eius parte: ac de Laetis, quod apud Tabias habetur, perfectione.

CAP. 12.

Cæterum vlcera, quæ in asperæ arteriæ interiore sunt tunica, & potissimum, quæ summæ eius parti (quam Larynga vocant) sunt vicina, aut etiã in ipsa, hæc & curationem recipiunt, & nos non paucos eorum, qui ita sunt afflicti, sanauimus. Sanè curationem eorum hinc maxime inuenimus. In grauis huius pestilentiæ initio (quæ vtinam aliqui cesseret) inueni cuidam, cum nouem iam dies egrotasset, totum corpus vlcibus scatebat, & veluti oibus ferè, qui euaserant. Eo die etiã tussiebat paululum. Postridie verò, vbi se lauerat, ilico & uehementius tussit, & tussi expulit crustulam, quam græce Ephelcida vocant. Eratq; homini sensus manifestus vlcis in aspera, quæ in collo est, arteria prope iugulum natu. Quin aperto quoq; hominis ore fauces eius inspeximus, nunquid in ijs alicubi vlcus esset: sed nec sic inspectantibus apparuit vitium: & planè laboranti sensus eius aliquis manifestus ex comestorum bibitorumq; transitu fuisset, si illic vlcus fuisset. Quin etiã ex aceto & sinapi, certioris notitiæ causa, quadam ei deuoranda dedimus. Sed nec horum quicq; cum momordit, & sensus doloris manifeste in collo erat: quo loco etiã adeo irritabatur, vt tussire impelleretur. Suauissimè itaque reniti quantum posset, nec tussire. Quod & fecit, eo certe facilius, q exiguum erat, quod proritabat: & nos omnibus modis operam dedimus, vt vlcus ad cicatricem perueniret, foris medicamentum aliquod, quod siccaret, imponentes: tum cubanti supino humidum aliquod ex ijs medicamentis, quæ ad eiusmodi vlcus facerent, exhibentes: ac iubentes id in ore continere, paulatimq; permittere in asperam arteriam defluere. Sic igitur faciens sentire se manifeste aiebat adstringentis medicamenti circa vlcus vim, siue ea vis huc transmissa est, siue medicamen ipsum roris specie in arteriam ad vlcus defluxit, & tanquam percolatum est. Erat autem nec æger ipse medicinæ imperitus, sed ex ijs quidam, qui ex vsu & exercitatione empirice medicabantur. Ergo sentire se aiebat tum medicamentum in arteriam defluere, tum tussim quoq; aliquando mouere: oblectabatur tñ plurimum, ac tussim cohibuit. Igitur ipse quoq; sua sponte Roma quidè, vbi correptus fuerat, triduum etiãnum post nonum diem est moratus: post hoc consensu nauigio, primum per flumen ad mare nauigauit: quarto die post, nauis peruenit ad Tabias: vsusq; est late, quod & mirificam planè vim habet, nec sine causa predicatur. De cuius vsu aliquid dicere oblatum nunc tempus videtur, nec de eo tantum, quod apud Tabias habetur, verù etiã de alio omni. Neq; enim ijs modo, qui Italiam incolunt, est succurrendum, sed, quoad fieri potest, qui vbius habitant genti. Igitur ad lac, quod in Tabiis habetur, commendandū multa concurrunt, & locus ipse satis editus, & aer illi circūdatus siccus, & pascuum pecoris salubre. Atq; hoc quidè alibi quoq; arte præparare licebit, si quis in colle modice edito herbas frutescensq; ferat, qui salubre simul adstringensq; lac reddant: quorum exempla paulo post dicentur. Cæterum ut ambientem aera similem reddas, fieri oïno nequit: eligere tñ simillimum ex ea, quæ datur, aerum copia licet. Simillimus autem is fuerit, cui eadem ad sunt, quæ illi: altitudo collis mediocris: via à mari ad ipsum triginta stadia, ampliusq; aliquid, sed non multo: locus autem ipse uersus mare, nempe Tabiæ in imo maxime sinu est, qui inter Surrentum & Neapolim conspicitur, magis tñ in latere, quod ad Surrentum pertinet. Porrò totum id latus collis est satis magnus, longitudine ad Tyrrhenum mare porrectus. Inflexitur aut leuiter collis hic ad occasum: nec in meridiem in totū planè procurrit. Ergo hic collis à ventis ijs, qui ab ortu flant, Euro, Subsolanio, & Borea, tutum defendit sinum. Cōiungitur illi in imo sinu alter collis non paruus, quem & veteres Romani in historijs, & qui nunc diligentiores sunt, Vesuuium nominant. Celebre nunc nouumq; nomen Vesuuium est, omnibus hominibus notum, propter ignem, qui in eo ex terra submittitur. Quæ res non parum mihi ad ambiētis aeris siccitatem conducere videtur: & alioqui præter ipsum ignem nec stagnum propinquū, nec palus, nec fluuius alicuius momenti vsquā in sinu habetur. Oibus uerò uentis, qui ab Arcto ad æstiuum occasum perflant, Vesuuus collis obijcitur: multusq; cinis ab eo ad mare vsque peruenit, reliquæ videlicet materiæ, tum quæ in eo combusta est, tum quæ nunc etiã vritur. Omnia hæc aerem efficiunt siccum. Licet porrò & alibi terrarum eligere collem simili modo siccum, scilicet nec longe à mari: nec adeo magnum, vt ventorum impetui sit expositus: nec adeo humilem, ut subiectorum camporum halitum prompte recipiat. Caueatur autè, ne ad Septentrionem sit uersus: ita enim esset auersus

Hippo. lib. de aff. intern. scribit multos rupro pulmone vitam degere vt quequo moriantur.

Obs.

† Colices impressi & multi et ex manulceris pris legunt, ut Linacer vertit καὶ ἀπὸρ καὶ οἱ ἀλλοιοί σπερ δὲ γὰρ ἀπὸρ καὶ οἱ σπέρτες. & ita etiã uetus interpret. Sicut tamen, q non habent, οἱ σπέρτες. ut sic uertipostea deberet: ueluti alijs ferè omnibus.

† ἐλοίμαξεν

* Ald. habet βεσβιον manuscripti alij qui λέσβιον alij τὰ βητι.

A. li. 3. f. 11. e. c. 18. 27. e

A. li. 3. f. 10. e. c. 5. 27. 4. f

A. libidem. g

A. li. 3. f. 10. e. c. 5. f. 27. b.

Obs.

Obs.

A. li. 3. f. 10. e. c. 6. 67. e

A auersus à Sole. Quod si etiã in temperato orbis loco collis sit, ueluti is, qui ad Tabias cōspicitur, longe magis ad rem pertineat. Hoc in colle sunt herbae quidem, agrostis, & lotus, & polygonon, & melissophyllon: Frutices uerò lentiscus, & arbutus, & rubus, & hedera, & cytissus, alijq; his similes. Atque ita tibi collis præparetur. Pecora uerò, q in colle ad Tabias pascuntur, boues sunt. Estq; eius animalis lac spissum ita, ut alinorum tenue. Ego uerò, ne quod lactis genus vsui delict, ex uacis crassum, ex alinis tenue, ex capris medium, & boues, & alinos, & capras in pascua depulerim. Veteres uerò etiã mulierem lactantem ijs, qui phthoe consumerentur, aditare uoluerunt: quoru sententiã ipse quoq; accedo, & q familiare id sit, & q prius, q ab ambiente refrigeretur, id sumi uoluerint. Porro hoc tibi de lactis vsu pro maximo præcepto sit, ut ijs, quibus eo est opus, omnino id astante animali statim multum bibant, etiã melle iniecto, si curi cogi in ventriculo solet: quod si ipsum descendere ad aluum citius cupis, etiã sale. Atque ille quidem adolescens, cum vlcus in arteria ex pestilenti morbo haberet, sanatus est: ac post eum similiter alij. Alter uerò adolescens annos natus circiter decem & octo, cum multis diebus ex destillatione laborasset, primum quidem sanguinem floridum cum tussim expulit, non sanè multum: postea uerò etiã tunicæ ipsius partem, quæ tegens intrinsecus totam arteriam, in fauces & os per ipsum arteriæ caput (Larynga uocant) ascendit. Videbatur autem mihi, tum ex crassitudine eius coniectanti, tum agri sensu, ipsius laryngis esse interna tunica. Quin etiã laesa illi ex eo vox est. Atq; hic quoque longiore quidem tempore, sed tamen sanatus est. Cæterum, q qui ex pestilentia hoc uitio laborarunt, propterea mihi facile sanati uidentur, q præficcatum ijs præputigatumq; totum corpus fuerit: quippe cum & vomuerint ex ijs non nulli, & omnibus uenter profluxerit. Atq; cum ita iam uacuat essent, qui euasuri erant, ijs pustulae, quas exanthemata uocant, nigrae toto corpore confertim multæ apparuerunt, vlcrosæ quidem plurimæ, omnibus certe siccae. Eratq; intuenti perspicuum reliquias eas esse sanguinis, qui in febris putruerat: quas ueluti cinerem quempiam, natura ad cutim trulisset, sicuti alia ex superuacuis non nulla trudit. Verum medicamentis ad eiusmodi exanthemata opus non fuit, cum siderent sua sponte, ad hunc modum: Alijs quidem, quibus uidelicet exulcerata summa pars fuit, decidit ipsa vlcis crustula, quam Ephelcida nominant: deincepsq; quod reliquum fuit, propinquum sanitati erat, ac post unum duos uel dies ad cicatricem peruenit: alijs, quibus scilicet ulcerata summitas non est, exanthema quidem ipsum, & asperum, & scabiosum erat, decidit uerò ueluti squamma quadam: ac dehinc omnes fuere sani. Nihil itaque miri, si etiã ijs, quibus eiusmodi exanthemata in pulmone sunt orta, propter ulcerum licentiam sunt sanati. Quod nanq; in cæteris vlcibus uniuersis supra monstrauimus curationis esse propositum, hoc iam ijs, quæ ex pestilentia sunt orta, præstito fuit. Omnia nanq; sicca, & aspera fuere, plurima quidem scabiei, quadam uerò etiã lepræ similia. Ergo, cum experientia rationi attelletur ulcerum curationem hunc unum habere finem, vt licentur, poterit quispiam ex ijs, qui sanguinem ex pulmone reijciunt, seruare permultos ita, vt nos fecimus.

De Curandis statim ijs, qui ob Destillationem, aut Membrorum spiritus refrigerationem Sanguinem reijciunt.

CAP. 13.

Ac, quemadmodum quidem in edendum ijs sit, qui notabile in pulmone vas fregerunt, inde adeo, q ab alto sint lapsi, uel immodice clamant, uel pondus supra vires sustulerint, uel q durum magnumq; aliquid extrinsecus ipsorum pectori incidit, dictum prius est. Quemadmodum uerò, qui ex catarrho sanguinem reijciunt, commo distime tractentur, nunc dicemus, proposita claritatis causa curatione, quam Romæ in splendida muliere peregrinamus. Hæc nanq; cum eiusmodi sermones audisset, quales nunc de ijs, qui sanguinem ex pulmone reijciunt, habuimus, siue ex catarrho id, siue uehementi tussim paululū quiddā per noctē expuerat, ilico ad meminit, se, quicquid exigerem, præbituram promittens. Audiuerat uerò ante id tps, nisi quis ilico præsidium strenue asseret prius, q vlcus phlegmonem contraheret, eum operam amitturum: atq; hanc esse præcipuā eorum, qui sanguinem reijciunt, interitus causam. Igitur incidere mulieri uenam, quæ iam quatridentu propter catarrhum propemodum line cibo egisset, non placuit: sed iussit, ut acri uteretur clysteritū crura manusq; calcienti pharmaco plurimum fricare, & vinciret: mox caput raderet: cui deinde medicamen, quod ex palumbium ltere core constat, imposuit: interpolatisq; tribus horis in balneum duxit, ac laui, nullo caput contingens pinguis: dein caput idoneo pileo contexit, & pro eo, qui tñ erat, temporis statu, nutriu sola forbitione: post q; statim fructum aliquem autumnaliū aulterum dedi. Deinde, cum dormitura esset, quod ex vipēris conficitur, medicamentū dedi (theriacen uocant) circiter quatuor menses ante confectum: habet enim id ætatis adhuc præualentem papaueris succum, qui in antiquatis signatus redditur: ideoq; & somniferum est, & fluxiones tum liceat, tum leuiter crassat. Finito uerò prorsus catarrho, liquido apparebat tum ex respirandi specie, tum sonitu, semel excitatè tussis, pulmone expurgatione egeret. Cæterum exhibere hanc non placuit secundo saltē die, sed in omni taciturnitate & quiete muliere seruata, tum artubus eius perfricatis uinēisq; tussim reliquas quoque omnes partes perfricari, excepto capite, quod adhuc ex medicamento incallescibat. Rursus autem uespero dedi theriaces ceu fabæ nostratis magnitudinem: erat uerò, quod pridie acceperat, hoc longe amplius. Postea uerò, q hac quoque nocte probe dormiuit, tertio die mane Septima Classis. eeeee ij mel

* σάμα, i. corpus. † οἱ βὲν λαιμοῦ

* Al. graueq;

† Clarus ex grecis. Hæc nūq; cum eiusmodi sermones audisset, quales nunc de ijs habuimus, qui sanguinem ex pulmone reijciunt, siue ex catarrho aliquid sine uehementi tussim paululū quiddā per noctē expuerat, ilico ad meminit, se, quicquid exigerem, præbituram promittens. Audiuerat uerò ante id tps, nisi quis ilico præsidium strenue asseret prius, q vlcus phlegmonem contraheret, eum operam amitturum: atq; hanc esse præcipuā eorum, qui sanguinem reijciunt, interitus causam. Igitur incidere mulieri uenam, quæ iam quatridentu propter catarrhum propemodum line cibo egisset, non placuit: sed iussit, ut acri uteretur clysteritū crura manusq; calcienti pharmaco plurimum fricare, & vinciret: mox caput raderet: cui deinde medicamen, quod ex palumbium ltere core constat, imposuit: interpolatisq; tribus horis in balneum duxit, ac laui, nullo caput contingens pinguis: dein caput idoneo pileo contexit, & pro eo, qui tñ erat, temporis statu, nutriu sola forbitione: post q; statim fructum aliquem autumnaliū aulterum dedi. Deinde, cum dormitura esset, quod ex vipēris conficitur, medicamentū dedi (theriacen uocant) circiter quatuor menses ante confectum: habet enim id ætatis adhuc præualentem papaueris succum, qui in antiquatis signatus redditur: ideoq; & somniferum est, & fluxiones tum liceat, tum leuiter crassat. Finito uerò prorsus catarrho, liquido apparebat tum ex respirandi specie, tum sonitu, semel excitatè tussis, pulmone expurgatione egeret. Cæterum exhibere hanc non placuit secundo saltē die, sed in omni taciturnitate & quiete muliere seruata, tum artubus eius perfricatis uinēisq; tussim reliquas quoque omnes partes perfricari, excepto capite, quod adhuc ex medicamento incallescibat. Rursus autem uespero dedi theriaces ceu fabæ nostratis magnitudinem: erat uerò, quod pridie acceperat, hoc longe amplius. Postea uerò, q hac quoque nocte probe dormiuit, tertio die mane Septima Classis. eeeee ij mel

mel coctum copiose exhibui, ac in quiete seruauit. Procedente uero die totum corpus similiter perfricui, ac pitana cremorem cum pane exiguo pro cibo sumere iussi. Mox quarto die mane quide dedi medicamentum, quod ex uiperis fit, sed quod iam in aetate uigoris esset, idque cum copioso melle. Capiti uero mulieris eodem pharmaco, quod uehementer cum liccat, tum calefacit, imposito, ac deinde ipsa lota, nutritaque modice, ualentius iam pulmonem expurgare in quinto sum aggressus. Ac dehinc rursus, rursusque ex interuallo, ad caput quidem consueto cerato, quod thapsiam recipit, sum usus. Totam uero corporis curam, in gestatione, frictione, ambitione, lauandisque abstinentia, ac victu tum moderato tum uero boni succi, ad reficiendum direxi. Hac itaque mulier recte sese habuit, minime lactis opem requirens. Alteri uero adolescenti, cui non ex destillatione, sed ex refrigeratis spiritibus instrumentis, orta tussis fuerat, cum sanguinem & ipse ad dimidiam heminam reiecit, statim uenam incidit, ac bis eodem die ex ea sanguinem detraxit: deinde rursus post tridie bis: sed artuum frictione & uinctura priore die usus, ad uesperam dedi pharmacum nostrum, quod diaspermaton dicitur. Secundo die post alteram detractionem imposui toti pectori ceratum, quod ex thapsia conficitur, mox uespera, ne supra modum calfaceret, id auferes. Tertio die rursus ad tres horas imposito, hominem laui. Cibauit autem similiter tribus his diebus, prioribus quidem duobus, forbitunculis: tertio uero, pitana primum cremore, deinde pisce statim aliquo, qui & facilis concoctus esset & simplici ratione praeparatus, adiecto. Dedi quoque medicamentum diaspermaton, & secundo, & tertio die similiter ad uesperam: quippe quod & somnum conciliat, & sensum doloris eluat, & siccandi vim habet. Tum uero, cum & spiritui delegatae partes in naturali temperamento essent, & totum corpus uacuum, ac nulla phlegmones suspicio circa ruptum uas superesset, expurgare coepimus. Mox bibito medicamento, quod uiperas habet, aetatis iam uigentis, ad Tabias dimisi. Sic ego omnes, qui primo se die mihi curandos permiserunt, sanauit.

De Curando Pulmonis Ulcere, quod tribus quatuor uel diebus insedit. CAP. 14.

Qui uero post duos, aut tres, non oēs: sed aliquibus eorum insanabile uelcus fuit. Quotquot autem phlegmone sic occupauit, ut iam febricitarent, horum nullus est in totum per sanatus. Sed quod postea sic per omnia praesidia rite transierunt, ut siccaretur uelcus, id tantum saltem lucrifecerunt, ut illud nec ultra progredieretur, nec maius fieret: sed liccatum, ac callo duratum, longiore uita frui hominem sineret. Ex his uero, qui uelcus in pulmone habent, id demum insanabiles mihi esse uidentur, qui ex succi vitiosi eruptione id possident, quorum aliqui ceu salilaginem sputum suum sentire se aiunt: nam longo arbitror tempore omnino opus esse, ut succi corrigatur uisum. In tempore uero necesse est duorum alterum, aut siccando uelcus, ceu callum fieri, eoque fore omnino insana gibela aut non siccando, tum ipsum putrescere, tum quae circa sunt depascere, atque ita spacio pulmones putrefacere. Porro multi ex his, qui eiusmodi succum uitosum congestissent, cum ex eo tussirent, non tamen etiamnum sanguinem reiecerunt, huius nostrae prouidentiae copotes facti, prorsus sunt per sanati. Oportet autem in principio nullius rei aequae esse sollicitum, quam ut neque tussiant, neque ex capite aliquid in pulmonem defluat. Cauetur id triplici praesidio, purgatione primum: secundo, medicamine, quod diaspermaton dicitur: tertio, ipsi capiti prouidendo. Quod purget, diuersas facultates habeat, oportet: cuius generis nostrae sunt pilulae, quae ex aloe, scammonia, colocynthide, agarico, bdellio, & gummi arabico conficiuntur, ad plures uidelicet excrementorum purgandas species. Sane satisfaciant ad usum, & quae sine gummi componuntur. Postea uero, si res postulat, etiam his, quae nigram bilem expurgent, utare. Capiti prouidebitur cerati usum, quod sit ex thapsia. Atque haec quidem in principio peragenda sunt. Post uero reficiendus ager salubriter est cibus boni succi, frictione, in ambulatione, & balneo. Tradetur autem de his methodus in idoneo operis loco. Porro hi sunt, qui maxime lac requirunt: neglectoque eo, omnium maxime sunt insanabiles. Caeterum de mittendo his sanguine sciri illud licet, quicunque parum habere sanguinis uidebuntur, his ad quendam succum probiorem (sicuti praedixi) reductis detrahere sanguinem poteris, tum rursus reficere: eos uero etiam rursus purgare, ac rursus reficere: denique, si res suadet, sanguinem mittere, potissimum, quibus ueluti limus uitosus & crassus, totus est sanguis. At, qui ualidi sunt, multique sanguinis, his statim a principio est detrahendus.

Quam perperam Erasistratus, ac Thessalus Sanguinis reiectionem curarint, ac de Ulcere, quae in Sede, ac Pene consistunt. CAP. 15.

Horum, quae retuli uel modo uel ante, siue ea inueni ipse, siue iuxta Hippocratis uiam usurpauit, nihil plane non examinatum, ac iudicio comprobatum est: sed per experientiam oia iudicata: in quibus erroris pericula ipsi pertulimus. Frustrum ex eorum usu habituri sunt, quibuscumque artis opa sunt curae: siquidem alij ueri sunt, alij sophistarum sermones. Quamquam quid sophistas memoro? Cum etiam non contemnerent medicorum aliqui, et qui integra uolumina de sanguinis reiectione prodiderunt, alia quidem multa & parua recte perscripserint, maximorum autem auxiliorum nullius meminerint, parum intelligentes per multa illa & parua, quae recte admonent, longum ipsis agrorum comparandum interitum. Per haec autem tria, qui plane deplorati non sunt, oēs seruant, per sanguinis missionem, & purgationem, & ea quae caput roborant. Sane in sequentibus, cum de succorum curatione percipiemus, dicemus de sanguinis missione diligentius. Minime igitur (sicuti medicorum non nulli censent) a paruis incipiendum auxilijs

περιπρωτος. Erratio ny. simj.

simj.

περιπρωτος.

**δοστωχιας. *χρησιν est in impressis, et multis in anti quis codic. In antiquissimo tamen quodam exiemplari legitur, καλοχρησιν.*

A. li. 3. fo. 1. c. 5. 274g

A. li. 3. fo. 10. c. 2. c. 21. 324. d

Auxilijs est: Nec, sicut illi dicunt, sentiendum, ista scilicet prius esse tentanda: mox, si nihil profecerint, aggredienda maiora. Nam in morbis, in quibus periculum non impendet, uera ea opinio est: at, ubi moriendum agro prorsus est, si phthoe semel exceptus sit, alienissimum a ratione est a minoribus inchoasse. Nam, sicuti reliqua omnia ab Hippocrate tradita, ita illa quoque sententia recte est dicta, Nempē ad ultimos morbos uelutima prorsus remedia maxime ualere. Quae nam igitur inductus opinione Erasistratus in talium affectuum principio segnis tardusque est: post diligens, cum perijt occasio? Nam sanguinis missione, cum sanguis reiecitur, nusquam prorsus utitur, uelutissima ratione inductus: sed nec purgat quendam, nec caput siccatur. Quibus nimirum liquoribus phthoe occupari periclitantes fraudet, quamuis reliqua oia probe peragat, nihilo plus, arbitror, agat. Nam sanguinem mittere recusat: ac solis artuum de uinctiōibus ad eum auocandum utitur, quod (ut ipsemet ait) ad phlegmones tempora fat nobis sanguinis superstit, nec propter inopiam eius agrum nutrire cogamur. Sed heus tu Erasistrate, dicat arbitror aliquis, si post uenam ruptam phlegmone iam pulmonem occuparit, non est, quod speres hominem sanandum propter ipsas, quas paulo ante comprehendit, rationes. Quare amplius opera tua non egebit, proditus uidelicet per te inter initia. Quippe idem facis, quod gubernator, qui, ubi per eius incuriam euerfa nauis est, uectorum curiam alferem in manum dat, indeque salutem comparare suadet. Sed Erasistratus fortasse existimabat phlegmonem esse ex his, quae necessario uelcus comitentur. Verum, si ita sentiebat, in magna plane erat ignorantia: cum uidere cuique liccat uelcus, qui quotidie singulari certamine decertat, maxima cura phlegmone glutinata uulnere sic, ut secundo uel quarto die sint omnino in tuto. Nos uero etiam plurimos ex his, qui uas in pulmone ex casu, clamore, plaga uel rupissent, prius, quam phlegmone in uas rupto excitaretur, curauimus. Quod si horum quoque pulmones phlegmone inuasisse asserit, ipse suis ipsius placitis repugnat, simul princeps uelcus, quod maxime uicini cordi sit, phlegmone laborare affirmans, simul hominem febricitare, itemque rupta phlegmone nihil expulisse. Ergo a nobis quoque inuicem audiat nec fieri posse, ut glutinetur uelcus, si phlegmone pulmonem inuaserit: omninoque, si inuaserit, febricitaturum: ac purulenta deinde, cum phlegmone soluitur, tussif expuratum. Ergo, si quis nec febricitabit, nec tussiet, nec saniem aliquam ex uulnere, & phlegmone sputet, quae ratio est, ut huius inelle pulmone phlegmonem dicas: itaque tum hoc maximum certe praesidium non recte ab eo damnatum est, tum purgatio sine ulla mentione praetermittitur. Ac nec uelut pharmacum, quod ellicax sit, contra uelut ex comprehensis generibus ab eo est positum. Quin, siue caput illuxionem mittat, eo statu seruabitur: siue ex intemperie ipsorum spiritalium tussis incidat, etiam ipsa sic manebit. Ergo Erasistratus statuario illi ad similes uideatur, qui reliquis omnibus partibus scite perfectis, statum reliquit caecam. Nam quae, quae so, reliquae pulchritudinis gratia, cum oculos desideres? Postea, si dijs placet, cum tanti uiri maxime aberrant, egregius uir Thellalus, qui artem ne nouit quidem, Methodicum se censet appellandum. Ac nunc sermone oēs seclatores eius sanguinem mittere uideamus, tum alijs agrorum non paucis, quibus non solum non utile, sed et noxium existimare id praesidij oportebat, praesertim si proprijs ipsis hypochelibus itarent: tum uero his, qui sanguinem, siue hunc per uomitum, siue et cum tussi, reieciunt, modo ualentes uires habeant. Sed quomodo coharebunt haec secum, ut uenam, ubi sanguis reiecitur, incidere subeant, & in comentarijs suis scribant remedium id adstrictis uirius conuenire? Ergo ne se Methodicos amplius nominent, sed Empiricos, si reiecta ratione, quam esse rectam putabant, experientia utuntur ad inuenienda praesidia. An igitur in his quidem clare deprehendunt nec methodo, nec oino rone aliqua quicquam facere, ubi uero partes inutiles esse ad curationis inuentionem aiunt, non multo magis? Atque, si quis ad memoriam reuocet ea, quae de auribus, naribus, oculis, ore, pectore, pulmone, praeterea utero, uelica, & uentriculo, diximus, errare eos tota uia uidebit. Talis igitur erat, qui ad phlegmonem, quae in pudendo erat, macedonico medicamento est usus, ac cum eo et cataplasmate, quod relaxandi vim habebat, nepe solenni hoc, quod ex pane, aqua, & oleo conficitur. Etiam alius quidam illi per similes, qui ad fedem exulceratam isdem est usus. Verum de talibus, ubi de phlegmonis distipulatur, agemus. Caeterum ulcera, quae circa phlegmonem in pene sede uel consistunt, nullum cataplasma desiderant, sed medicamen, quod cicatricem inducat: non tamen, mehercle eius naturae, quae uelcera, quae in carne sunt, inducere cicatrice possit, immo quae tanto magis liccare possit, quanto haec partes sunt carne licciores. Quin etiam, quod magis admittit, ipsorum, quae in pene sunt, ulcerum magis est siccati postulans, & quae in toto cole haeserunt, & quae extra hunc et sine eius, qui glans dicitur, in se stant: minus uero, quae in praeputio sunt: atque etiam his minus, quaecumque in reliqua sunt cute, quae totum uelut uelut. Cum igitur humidum in glande uelcus quidam ex amethodis istis medicis, istis inquam Thessaljs, sanare aliquando non posset medicamentis his, quae epulonica uocant, id est, quae cicatricem inducunt, adhibuit in consilium me. Ubi igitur ex me audiuit longe licciora medicamento particula egere propterea, quod liccioris naturae esset, primum non credidit: ut uero coactus necessitate est aliquo ex nostris medicamentis uti, tribus diebus sanatum uelcus est: perspicuumque erat medicum non tam fuisse de salute hominis laetatum, quam inde adco tristatum, quod in mala disciplinae seclata fuisset educatus. Siquidem medicamen, quod ex papyracea charta combusta fit, hoc scilicet nobis uelutatum, id genus ulcerum sanat: sicuti etiam anethum uelutatum simili modo inspersum: itemque cucurbita siccata,

1. Apho. 6. B. x. ord. 4. d

atq; vsta ad eundem modum: alia præterea multa ex ijs, quæ vehementer sicut illa, siccant. Si qua E
verò eiusmodi vlcera sine madore sunt, ac recentia, ijs sola aloë salutare medicamē est. In spargit
autem sicca, sed in tenuissimum ceu pollinem redacta. Hæc verò etiam, quæ in sede consistunt, sic-
ca vlcera probe percurat. Simillimam huic vim habet & cadmia vino elota, & sicca. Ab hac quoq;
non longe abest argenti spuma, Lithargyros græce dicta. Deinceps verò molybdæna sequitur.
Omnibus verò tum minus inferens doloris, tum nullo minus efficax, pompholyx est. Sin humi-
diora sunt, ipse per se pini cortex, itemq; lapis hæmatites vocatus, idoneus est. Quòd si profunditas
quæpiam ipsi adlit, vbi excitata fuerint, dictorum alicui tantulum mannæ admiscendum est, quan-
tum sit ad carnem gignendam satis. Neq; igitur horum quicq; vel per somnium norunt, qui istius
sunt alienæ à methodo sectæ, cum omne vlcus, in quacunque animantis sit parte, eandem postulare
curationem opinentur: neq; etiam, quemadmodum fere quada vlcera oporteat, veluti ea, quæ in
abdomine contingunt: de quibus in sequenti libro cum ijs, quæ restant, vniuersis agetur.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Neruorum, Tendinum, Ligamentorum, Partium que, quæ illorum natura
participant, Olsium quoque curationem absoluit.

Prolixitate librorum Excusatio, ac Quæ hæcenus monstrata sunt. CAP. 1.



On dubito fore nō nullos, quibus esse prolixus videbor, qui vnum hæcenus
morborum genus, quemadmodum methodo curetur, exponam. Par est au-
tem, non tam nihil longitudinem hanc imputent, q̄ ijs, qui parum intelligen-
tes, quæ rectissime ab Hippocrate sunt scripta, ea calūniari sunt conati: quos,
ne quemadmodum vlcus quidem recte curent, scire ostendi, nedum, quod
maius sit, quicquam. Atq; ipsum quidem morbi genus, cuius vna species vl-
cus est, seu cōiunitatis seu vnionis solutionem voces, nihil referat. Illud mon-
stratum est, methodum curandi eius, in quocunq; corporis membro sit, quæ

quidem ab affectu ipso sumantur, indicationes seruare communes: quæ verò ex partibus præbean-
tur, alias atq; alias habere. Cum enim in carnosis particulis inciderit, nominatur quidem vlcus: ha-
bet verò curationis indicationem omnium quidem, quæ præter naturam sunt, communem, sui scilicet
ademptionem: quam verò, ceu affectus, præstat, vt per contraria tollatur: quam, vt diuilio est,
vnitionem, quippe gnatio huius vitij in diuisione vnitatis consistit. Ideoq; in osse vocatur fractura,
græce Catagma: in nervosis fibris Spasma: in musculis Vlcus & ruptio: quorum differentia prius
iam dicta est. Idem tñ morbus, cum in neruum & arteriam & venam inciderit, nullam propriam
appellationem est sortitus, mutatur aut interdum vlcus, interdum vulneris vel ruptionis, appel-
lationem. Caterum parum esse de nominibus sollicitum debere eum, cui rerum sciam inuenire sit
ppositum, sape iam diximus. Itaq; huc potius nobis neglectis, pperemus: qm̄ non ex horū exqui-
sita impositione, sed ex appositis remedijs, agro salus parit. Rursus igit reuocandum ad memoriã
est, quemadmodum audacissimus Thesalio, cū nullã curandi vlcus methodum tradiderit, oēs tñ
dixisse se arbitrat. Si quidem, q̄ linuosum vlcus postulet impleri, & simplex glutinari, hæc nec
idiotis sunt ignota: quæ admodum tñ methodo quis pharmaca inueniat, quibus vel impleat quod
sinuosum est, vel glutinet quod simplex est, hæc vulgus non nouit: id est, quod medicis conlide-
randū proponitur, atq; in eo alius alio est præstator. Quippe, veluti in præcedentibus ostēdimus,
& inueniet remedia, & inuentis recte vteur, quisquis in medendi methodo est exercitatus.

Aduersus Thesalium de Nerui punctura, ac de Medicamentis, quibus curatur. CAP. 2.

Vt enim iam aliquid persequamur, quod præcedentibus sit deinceps, fingamus quempiã ad
nos venire, cui tñ cutis acut sit puncta. Hunc hoïem, si is sit, cui facile vlcera sanescant, etiam
si citra medicamentum nudoq; membro ad opera consueta dimittas, nihil sentiet mali: in, cui diffi-
culter sanent; primum quidem dolebit, post etiam tñ pulsu particula infestabitur, tñ phlegmone.
Ac Empiricus quidem examinando percontadoq; hois naturã discet: Nos verò, tum ex eiusmodi
examinatione oibus his vli, quæ per experientia inueniatur: tum nihilo minus ex ijs notis, quas de
boni succi, maliq; naturis habemus: præterea de ijs, qui acris hebetisq; sunt sensus: tum plenitudi-
ne grauatis, modiceq; se in succis habentibus: non ignari, q, qui uel plethoricus est, uel uitiosis suc-
cis premitur, uel acris est sensus, vel horum quibusdam omnibus uel premitur, phlegmone tenta-
bitur: qui contra est affectus, nihil mali sentiet. Atq; hæc prospicientes, non equidem medicamen-
quod glutinet, imponemus, cuiusmodi plurima sunt eorum, quæ Enema vocant, (ea sunt, quæ
recentibus

A. ibidem.

A. l. 4. f. 4. t. 4.
c. 3. fol. 476. d

A recentibus statim applicantur vulneribus) immo molle & blandum, & quod dolorem mitiget: si
quidem, vbi magna diuilio est, ibi studium impendi debet, vt magis siccantibus remedijs labra
vlcus vniantur, atque coalescant: vbi autem acut stilo ue facta diuilio est, id duntaxat curandū est,
ne phlegmone particula tentetur. Atque ex hoc manifestum est cruentorum vlcus indicationem
nem, quæ à Thesalio est prodita, nihil nos maius adhuc docere, q̄ si cui libet e plebe notum. Non. n.
scire, quid fieri oporteat, id magna res est, vt quod omnibus hominibus natura insit: sed, quibus ra-
tionibus illud efficias, id verò scire artificum est. Nam, si nauem quispiam sit adificaturus, scimus
perfecto omnes, etiam qui nauium fabri non sumus, quo loco poni gubernacula debeant, quo loco
puppis, quo prora, ac reliquorum quiduis: ceterum nihil nobis hæc ad rem conferunt, vt pote ne-
scientibus, quemadmodum ipsa struantur. Æque, & qui edes molitur, vtq; non ignorat, nec q̄ ia-
cienda primum parietum fundamenta sint, neque q̄ super his erecti minime q̄ inclinantes erigēdi
sint parietes, nec q̄ super his strui tectum oporteat, nec q̄ ostia & fenestræ singulæ q̄ reliquarū do-
mus partium proprijs collocandæ sunt locis: verum hæc ad domum ædificandam quid conferant,
quoad ipse fabrilis artis ignarus ea fabricare nesciat: Vni igitur Thesalio omnium hominum sapien-
tissimo, nosse, quid fieri oporteat, ad artificiosam notitiam satis esse videtur. Sed nos per su-
perius comprehensa monstrauimus id esse operum, quæ ex artibus expectantur, veluti principitū
quoddam, nō dum aliquam eorum propriam partem, sed quæ etiam sit cuius e plebe communis:
quippe primæ in omni arte indicationes omnibus hominibus natura sunt præstō. Quare, si hæc sa-
tis sunt ad opifices faciendos, nihil vetat, quin & naues ipsi ædificemus, & materiam fabricemus:
promptum q̄ sit omnibus tum calcos facere, tum vestes, tum domos, sed & architectos esse, & ci-
thara personare, & rhetoricari. Verum non ita se res habet: nec, qui vulnerata partem naturalem vn-
tionem esse molendam nouit, is medicus est, sed qui, quibus id rebus perficiat: intelligit: quancq; ne
hoc quidem ipsum per se satis est, si quis etiam, quò pacto his sit viedum, nesciat: sed, qui viam om-
nem curationis eouque percussit, vt ipsum cōsequi destinatum finem queat, is demum est, qui me-
dici nouit. Ergo istis amethodis Thesalio amulius illud accidit, vt cum maiora viribus audeat, nec
ad ea, quæ consequi alioqui possent, accedant. Quippe, cum dudum stilo quidam vulneratus in ma-
nu esset ita, vt tota diuisa cute aliquid neruorum, qui suberant, pungeretur, sapiens scilicet Thesalio
in principio emplastrū quoddā imposuit, quo sape in maximis vulneribus vlcus prospere fue-
rat. Putabat, n. (arbitror) omne vulnus eandē curationē requirere. Phlegmone verò oborta, ad ca-
taplasma, quod ex farina tritici cōponitur se conferens, atq; interim hominem putrefaciens, intra se-
ptimum diē iugulauit. Nec sanè comprehendere numero est, quot, vbi in Pæonias illorū manus in-
cidere, conuulsione perierint: quò, si dijs placet, sanctio illa Thesalio feruetur, Omne cruentum
vlcus similiter esse curandum, id q̄ partibus ijs, quæ laborent, nullam indicationem conferentibus.
Ceterum vera ipsa methodus non perinde, atque hæc Thesalio, est amethodos, immo pōt vel nunc
etiam post tot tantos q̄ medicos non solum meliora medicamenta, q̄ prius fuere, sed etiam vniuer-
sum curationis modum inuenire. Nemo enim statim ab initio ijs vlcus, quæ nos inuenimus, ex ner-
ui vulnere in conuulsione incidit. Aduerit nanque, vbi punctus nervus esset, ei ex sentiendi, quod
obtinere, acumine necesse esse tum dolorem incidere, quam reliquis partibus, maiorem, tum ex ne-
cessitate phlegmonem consequi, nisi quis & medelam dolori inueniret, & phlegmones generatio-
nem prohiberet. Rationabile igitur mihi est visum cutis quidem vulnus apertum inglutinatum q̄
custodire, quò per id ex neruo vulnerato sanies efflueret: totum verò corpus superuacuis humo-
ribus liberare: ac, ne quis dolor vulnerato partem vrgeret, in primis sollicitudinem habere. Itaque
etiam medicamenta excogitari non pauca, quæ vulnere impolita ad vtrumque mire sunt compara-
ta, tum vt dolorem mitigent, tum vt exitum saniei patefaciant. Tutius verò fuerit etiam, si quis cu-
tem latius incidat, ac totum corpus sanguinis missione inaniet, vtique si fortis sit virtus. Si verò vi-
tiosis succis repletum corpus sit, protinus purget. Aqua verò calida, quanquam reliquas phleg-
monas valde mitigat, vulneratis tamen nervis est inimicissima: cum præsertim eorum substantia
ex refrigerata concreta que humidior materia sit condita: omnis enim eiusmodi constitutio per
ea, quæ simul calefaciunt & humectant, resoluitur ac putrefcit. Itaq; ab aqua calida eos, qui ita vulne-
rati fuerant, omnino prohibui, vtilius iudicans oleo calente fouere propterea, q̄ demonstratum a
me est, hoc quoque, si frigidum applicetur, tenues meatus obstruere: sin calidum, digerere. Porro
fugit ex huius quoque generibus & crudum, quod Omotribes græce dicit, & quod deniq; adstrin-
gendi vim haberet. Delegi aut tenuissimum, cuius generis Sabinum est, quod etiam vilius fuerit,
libimum trimum ue sit, quippe id, q̄ recens, magis per halitum digerit: quo q̄ magis est antiquū,
hoc semper magis digerere est potens, verum dolorem minus sedat. In pharmacis aut huc omne
consilium direxi, vt esset eorum facultas tñ tenuis, tum modice excafaciens, & que siccare citra do-
lorem posset: cum sola hæc trahere ex profundo saniem neq; contracta neq; demorsa particula pos-
sit. Vilius sum aut primum terebinthina resina, tñ per se, tum et paulum euphorbij admiscens: Et p-
se quidem in pueris, & mulieribus, & generaliter ijs, qui molli essent carne: cum euphorbio verò
in ijs, qui dura. Non secus aut & propoli, non per se modo, verum etiam cū euphorbio ipsam mol-
liens: q̄ si durior esset, cum tenui quopiam oleo. Quin & sagapeno in duris corporibus sum usus,
vtique

A. l. 4. f. 4. t. 4.
c. 1. fol. 475. d

A. l. 4. f. 4. t. 4.
c. 3. fol. 476. d

Nota quid
de aqua ca-
libet pueri
scribat
Gal.

ἡ φάρμακον ἐπιπυρον, ἐστὶν ἡ μανυσκρίσις.

vtique cum oleo & terebinthina id miscens: sed & opopanace ad eundem modum, quod & sagape. E. no. Mihi vero & lachryma cyrenaica non inutilis fore videtur, si quis emplastrum ex ea faciat, cuiusmodi est, quod nos ex euphorbio coposimus: verum non dum id experientia, quemadmodum reliqua omnia, comprobauimus. Quippe praecedere oportet eam, quae a vera methodo proficitur, remedium inuentionem, huic vero experientiam ad certiores et fidem subscribere. Siquidem ex tali methodo est sulfur, quod ignem expertum non sit, quod quae lapidosum non sit, sed oino tenuium partium, ei, cui neruus vulneratus esset, conducturum sperauimus, tantum eius tenui oleo miscentes, dum, quod ex utriusque mistum erat, sordium haberet crassitudinem. In valentioribus vero durioribus quae corporibus, et si ad mellis spissitudinem redigas, sic quoque iuueris: nam id quoque comprobatum experientia est. Quin etiam totam calcem similiter oleo admistam his applicandam excogitauimus: quae etiam, si mari lauetur, magis proficiet. Lauatur optime per aestatem in astu caniculae. Quod si bis terve eam laueris, vtilius medicamen efficiet. Quo pacto autem talia praeparanda sint, ex commentariis, quos de medicamentorum compositione edidimus, intelliges. Nunc mihi tamen dixisse sufficit me tunc haec, tum alia multa medicamenta aduersus neruorum vulnera inuenisse, cum nec sub aliquo magistro ea usurpata viderim, nec in veterum alicuius aut medicum libri, aut quos de Facultatibus ex propria sapientia inscribit, prodita: sed ex ipsa rerum natura indicationes sumpserim. Id quod proprium esse medici methodo videntis exilimo. Mirificus autem Thessalus, cum ne vnum quidem medicamentum inuenerit, iam pridem materiam eorum notam esse affirmat. At qui multorum medicamentorum, quae nos excogitauimus, non modo Thessalo, & qui ante eum medici fuerunt, materia nota non est, sed nec ipsi, qui post eum in hunc usque diem fuerunt. Siquidem ipse, cum accersitus aliquando essem ad quendam, qui a Thessalio istis amethodis medicis putris tucrat factus: ac cernerem cum cataplasma, quod ex triticea farina fit, impositurum: ubi nullum ad presens mihi medicamentum erat, poposci ex figulo quodam, quem videram, agri vicino aqua lixinam: tum coquens in ea farinam hordaceam, non autem sicut illi in oleo & aqua triticeam, imposui. Postea vero farinam erui simili modo coctam, iam phlegmone inflammato & putri ex bella horum curatione neruo imponens, vindicauit ab ea putrefactione hominem. Verum de istis, quae cum phlegmone putrescunt, alia disceptatio sequetur, ea quae diffusa in opportuno operis loco. De neruis vero vulneratis satisfactum, quae dicta iam sunt. Et sane ex istis, quae ipsi inuenimus, plurimi vno illo emplastro vtuntur, quod ex euphorbio, & cera, & fricta resina est compositum. Cui, nescio quomodo, aliqui sinopidis aliquid postea miscuerunt, aliqui ochre, quod videlicet fucatum, vnde componatur, lateret, & agre ferentes, si meum id esse videretur. Verum non est a principio sic a me compositum. Mihi scuerim fortassis ei non nulli & e salis flore aliquid, aut aliud quippiam tale, quod colorem eius immutat, nec vim eius minuat. Potest quis per ignorantiam etiam tale aliquid immiscere, quod facultatem eius immutat. Verum nos illud ex cera, resina terebinthina, pice, & euphorbio compositum, immiscens ex cera partem vnam: ex terebinthina, & pice, vtriusque partis vnius dimidium: sic, vt quod ex utriusque conflaretur, cera par esset. Licet autem interim, & plus sit, quod ex ambobus conficit, quae cera: licet rursus & alterum eorum tantum, cera admiscere. Quin etiam in penuria terebinthinae tum humidam pincam, tum eam frictam, commode admiscere: non minus etiam his & abietinam immittas. Strobilina vero duris tantum corporibus idonea est: ad mollia vero immiscenda non est. Si itaque humidam resinam immisceris, tum solum cribratum quae euphorbium reliquis immittens liquatis: esto vero pondus eius, cere pars duodecima: etiam plus aliquando, ubi scilicet valentius efficere est in animo: Sin liccam, sicuti quae fricta est, utique olei pusillum desiderabit euphorbium. Quare ego tum id cum oleo contundens, ac ad sordium spissitudinem redigens, mox reliquis post liquationem refrigeratis terebis miscere. Saepius etiam tantulum aquae immiscui medicamento conficiendo, quantum in multis ipsis liquandis tum absumi tum euanescere prorsus potuit. Verum omnia huius generis ad tractationem de medicamentorum compositione magis attinet. Nunc suffecerit, sicuti antea fecimus, indicato, quale esse debeat medicamenti genus, pauca particula tum exempli causa apponere. Verum nanque omnium materiam in opere de simplicibus medicamentis inuenies: praeparare autem debetis, vt in opere de eorum compositione est traditum. Nunc igitur satis est hoc tantum dixisse, atque ad alia transire. V vulnerati nerui curatio medicamenta postulat, quae & tepidum calorem excitent, & valenter siccent: tum quae ex substantia sua natura & trahendi vim habeant, & tenuia sint partium. Sane non ad medicamentorum modo vicius quae inuentionem ipsa medicandi methodus proficit, sed et ad ipsum inuentorum usum. Nam veluti in superioribus ostendimus, quisquis citra methodum, quae vlcera apta medicamenta sunt, molitur, eum ne minimo quidem eorum probe vti posse, ita & nunc ostendere licet. Siquidem intellexisse, quanto opere affectum vel siccarit, vel calefecerit, vel mitigarit, vel lacefferit medicamenti applicatio, is demum potius est, qui methodo quadam curat. Idem vero ipse solus et intendere ea, quibus inter initia est vlcus, vel remittere nouit. Cum namque, quod si euphorbium propterea quae euphorbium accipit, vocant, quidam vulnerato neruo statim impositum: id quae subinde prius prospere fuerat expertus: tertio die indicauit mihi vulneratam partem tum dolentem, tum phlegmone tentatam, miratus medicamen nihil contulisse. Percontatus igitur laborantem sum, num primo die, cum impositum medicamentum esset, calorem

A. li. 4. f. 4. t. 4. c. 3. fol. 476. c.

† in aliquibus codicibus haec non habentur.

† vnde.

A. li. 4. f. 4. t. 4. c. 2. fol. 475. f.

Alorem quempiam veluti ex Sole suauem sensisset: is se quicquam eiusmodi sensisse negavit. Rursum itaque percontabar & medicum, quanto iam tempore praeparatum apud se medicamentum habuisset, ac quos eo sanasset. Ille plus anno apud se habuisse sanatos vero a se aiebat pueros duos, & adolescentem vnum. Cum autem & de corporis habitu adolescentis rogassem, album eum, molli quae corpore fuisse affirmabat. His ergo auditis cum intelligerem, vt ad propositum adolescentis temperiem, euphorbium deesse, postulans tum ipsum, emplastrum medicamentum, tum et euphorbium: sumens quae ex his, quantum ad ea inter miscenda satis putauimus, iussi manibus medicamentum subigere, ac euphorbium diligenter contundere. Postea, quam haec facta sunt, miscere ea simul iussi: ipse vero oleum Sabinum utique subantiquum modice calefaciens, foui vulneratam partem. Resecto quae leuiter puncture, quod conuiebat, foramine, imposui medicamentum iniunctum que homini inediam. Medico vero praecipere, vt vesperi rursus eum solueret, ac simili modo, quo me viderat, oleo vteretur. Atque his praecis apparuit posttridie pars aegra & sine dolore, & sine phlegmone: intellexerunt que, qui huic operi aderant, omnes verissimum esse (quod nos saepe usurpamus) non esse adeo magnum, quod medici men praestare possit, nisi naatum sit, qui eo dextre vtatur. Est autem dexter vsus, qui tali methodo, qualem ipsi iam saepe in commentariis, qui ante hunc sunt, ostendimus, procedit, omnium medicamentorum vsu ad calidum, frigidum, humidum, & siccum, veluti ad normas, relato. Quam nimirum methodum non solum amethodi Thessali sectatores probe tractare non valent, sed nec Brasistratus nec alius medicorum quisquam, qui corporum elementa aut prorsus non inuestigant, aut alia, quam quae comprehensa a nobis sunt, posuerunt. Sed de his haec tenus.

A. ibidem. f.

A. ibidem. g.

De Curandis Neruis per longitudinem vel transversum vulneratis, ac contusis. CAP. 3. Si autem non punctus, sed plane calim vulneratus neruus sit, considerandum est, quo pacto facta vulneratio sit, vtum ne per transversum neruum, an per longitudinem eius: tum vero quantum interuenientis diuisum sit cutis. Proponatur igitur primum, multum esse cutis ad apertum adeo, vt neruus nudus appareat, is que per directum non per transversum diuisus. Huic neruo nullum iam memoratorum medicamentorum, quae ex euphorbio ac similiter acris emplastris specie fiunt, applicabis: nudatus namque non feret eorum vim ita, vt, cum interposita cutis erat, tulit. Optime igitur eo casu calce elota in multo oleo soluta vtere. Salutare vero est, & quod ex pompholyge medicamentum fit, si in largo rosaceo sit liquatum: quod utique melius fuerit, si tum rosaceum ipsum, tum oleum, salis sit expers: siquidem nudato neruo, omnis curationis consilium huic tibi dirigendum est, vt minima cum mordicatione siccis: possunt vero id praestare plane paucissima medicamenta. Esto igitur hoc casu calx salubri aqua aestatis tempore saepe elota. Esto praeterea (vt dictum est) & pompholyx elotus, ita videlicet, ut elotus habeatur in eo composito medicamento, quo publice utimur, quod quae alia elota in se non pauca continet. Quippe, quae ex metallis consistunt, ea elota esse omnia oportet, si modo citra morsum ullum sint siccatura. Salubre vero medicamentum est, & quod ex melle sub emplastris specie componitur, utique cum ex optimo fit melle. Soluti vero & id rosaceo oportet, quod tum reliquis conditionibus sit optimum, tum salis omnino expers. Quin etiam ceram, quae eiusmodi medicamentis sit miscenda, elotam esse conuenit. Aequae, & liquid terebinthinae resinae miscies, haec quoque elota sit, oportet: atque hac magis, si alterius cuiusquam resinae quid immittes. Quippe medicamentis omnibus, quae laueris, acris mordens que sanies eluitur, atque abstergitur. Si vero robustus sit, qui vlcus accepit, & cut corpus sit a superuacuis humoribus mundum, in hoc fas est etiam valentioribus remediis non nullis uti: V eluti ipse aliquando, cum id genus vulneris in carpo accepisset iuuenis quidam philosophiae studiosus, alioque corpore bene habito, & tum in aestiuo Sole perusto, ex Polyida pastillis sapa solutis, postea super calida aqua tepescit, linamenta imbuta imposui. Nam id quoque vel in primis semper habendum curae est, nequid ex istis, quae vlcus contingit, frigidum sit: quandoquidem ipsa laborans pars & sensilis maxime est, & principium partium primati continua, & temperamento suo frigida: quorum omnium occasione & ex facili a frigido offenditur, & suam offensam impertit cerebro. Quod si ex istis fuerit, quae in musculos perueniant, etiam conuulsionem facile accerit: siquidem monstratum est musculos voluntarij motus instrumenta esse. Idem fore & in tendonibus expectabis, si idem de causis. Caeterum cum memoratum remedium tum vulnere ipsi iuuenis impositum: tum vero partium, quae supra erant, non parum eodem complexus fuisset: quae circa axillas, collum, caput que etus erant, omnia calente oleo assidue madefeci. Dextraxi vero illi & primo statim die sanguinem scarificata vena. In quarto igitur hic quoque iuuenis recte habuit adeo, ut & rugosum, & paruum, & contractum vlcus iam cerneretur. Veruntamen consultius visum est usque ad septimum nihil nouare: post quem diem plane redditus est sanus. Sane oleo perfundere tale vlcus non oportet, praesertim cum, vt nunc comprehensum est, curatur: nam oleum pastilli huius viribus est aduerfum, ac sordidum vlcus reddit. Neque enim parum interest, nudo ne neruo oleum, an per interpositam cutem admoueas. Abluenda igitur a vulnere sanies est mollilana specillo circumuoluta. Madefacere vero lanam si placet, ne scilicet sicco vlcus attingas, si eum, id est sapa, suffecerit, quam & hepsema vulgo apud nos in Asia vocant. In hac igitur lanam attingens, mox exprimens, vlcus detergebis. Esto vero haec quoque ipsa tepida primis maxime diebus. Quod si omnia ex sententia

sententia succederint, etiam vino dulci mad. facere citra periculum licebit: verum dulce id omni E mordeute qualitate careat, cuiusmodi tum theracum est, tum scybelites, atq; ab his, quod caryinum vocant: quæcunque verò & dulcia pariter & fulva sunt, veluti salernum, inutilia sunt, quippe acris sunt omnia talia, ac supra modum calida. Ulcere verò iam ad cicatricem veniente, quæ alba planè sunt & tenuia, nec multam aquam tolerant, nec odora sunt: ea dulcibus præstant. Aquæ verò usum ad nervum vulneratum semper fugies, sicuti etiam relaxans cataplasma. Ad iam dicti verò passilli usum prope etiam accedit & medicamentum vsus, quod Dia chalciteos vocamus, quo publice utimur. Liquari verò etiam hoc debet astate rosaceo, hyeme sabino oleo. Descriptum autem est medicamentum hoc à nobis in primo de medicamentorum compositione. Polyida verò passillus, vel trochiscus, vel quomodocunque appellasse libet, omnibus ferè notus est. Cuius si copia non est, Andronis, vel Passionis, pro eo est sumendus: vel noster, qui etiam omnibus illis est valentior. Sanè iam dictum est robustis corporibus valentiora medicamenta, imbecillis mitiora esse adhibenda. Ista & vera methodus inuenit, & experientia confirmat. Thessalus verò cum suis vnà

*Thessalus vt
caj. ant. de
Liqua*

*Inter mucos
los inhar
tum viros.*

sophistis in alto throno relidès, † ἐν ὑψηλοῖς θρόνοις ἀνδρῶν, i. a. p. d. pecunios & brutos homines (vt Ceridas ait) in pretio erit, dum suis rationibus confirmat omnis vlceris recentis eandem esse curationem, neque hanc, vllam ex partium natura indicationem sumere. Vnus tamen magni in eius sapiètia nominis, admirandam vulneratorum nervorum curationem excogitauit: nam protinus eos totos præcidit, ne admonito quidem, qui vulneratus fuerat: quanquam in hoc quoque à secta sua descitit. Siquidem par erat vel & musculos vulneratos, & arterias, & venas, & aliud quiduis totum præcideret: vel nec neruū. Alioqui sic, quod fugiunt, id facere deprehendunt, vt diuersam pro discrimine partium indicationem accipiant. Verū hos ita mittamus, ac de transverso nerui vulnere agamus, in quo maior conuulsionis metus impendit, phlegmone s. à defectis fibris ad non sectas cõmunicata, ceterū conuulsionem ab ipsis non sectis excitata. Ac, q̄ ad vlceris curationē attinet, his quoq; sunt eadem: ceterū detrahente largius sanguinè, ac tenui magis, q̄ in illis, vt i vltu, tū in quiete oīno ac lectulo molli hominē continere oportet: tū oleo calenti vbertim in axillis, collo, tendonibus, ligamentis, & capite uti. Quod si vulneratus nervus ex ijs sit, qui in crure habent, sicuti, cū in manu erant, alæ, ita in his bubones largo oleo imbuendū: tū per totā spinā ad collū, & caput ascēdendū. Cõtusi verò nerui, vbi cū his vnà cutis quoq; confusa exulcerata q̄ est, medicamenta postulant, q̄ in liccando quidem cõnerui vlcera sanantū consiliū seruent, ceterum quæ partes, quæ per contusionē à se distideant, contrahere constringere q̄ sint apta. Qui verò absque cutis simili affectu sunt contuli, hos oleo calere, cui euocandi facultas inlit, sepiissime perfundere oportet, ac totius corporis similitē curam habere. Semel hoc incidere vidi, sanauit q̄ id mature, ipsa ex oleo perfusione. Verum vnà cum cute nervos confusos sæpenuero vidi: & propter eius symptomatis frequentiam athletæ ipsos vsu edocti habent cataplasma, quod ex oxymelite & fabacea farina conficitur: quod planè salutare medicamentum est. At, si dolor vnà cum contusione vexat, etiam picem liquidā immiscere, ac bene coquere, tum calens medicamentū imponere oportet: vbi verò magis siccans efficere voles, erui farinam inijcies. Quod si, vt amplius quoq; liccet, desiderabis, irim illyricam immittes. Potius autē corporis cura his quoq; cõs est. At si totus præcisus nervus sit, metus præterea nullus instat: debilis tamen particula manebit. Curatio verò eius communis est cum ea, quæ aliorum est vlcerū, quam q̄ vnā Thessali imitatores norunt. Ergo de neruis hæc abunde sint dicta. Phlegmonæ verò, quæ his superuenient, quemadmodum curandæ sint, vbi de phlegmonis agemus, docebitur. De Vulneribus Ligamentorum, Intestinorum, Peritonæi, & Omenti, & quo pacto Sutura fieri debeant, cum partes abdominis interne vulnerate sunt. C. A. P. 4.

*ad v. p. p. i.
mutila.*

Ligamenta verò, (quæ græci Syndesmus vocant,) cum simillimum habeant tendonibus specie, valentissimorum remediõrum vim tolerant, quod nec ad cerebrum pertingant, & sensus sunt expertia: nam nerui omnes, alij ex ipso statim cerebro ortum habent, alij spinali interueniente medulla. Tendones quoque, quoniam compositam eorum esse substantiam ex nervo ligamento que ostendimus, quatenus nerui participes sunt, eatenus ex cerebro oriuntur, ceterum minus saltem, quam ipsi nerui, conuulsionem accerunt. Ligamenta, verò, cum ex osse ortum habeant, quæcunque rotunda sunt, ea neruis assimilia sunt, duritie tamen plurimum dissident: verum in eo, quod alba sunt, & exangusta, & cauitate carentia, & in fibras diuiduntur, similitudo illis cum neruis, & tendonibus constat. Ergo, vbi teretiā ligamenta tendones que visuntur, qui dissectionū sunt ignari, neruos eos imaginantur, potissimum, qui multo duriora ea neruis esse non intelligunt: at, vbi lata sunt, ibi ea à neruis diuersa esse intelligunt, quanquam ne id quidem omnia: ceterum ipsa à sese discernere non valent. Verum tu, qui præsertim cuiusque trium partium naturam perspectā habes, tum verò & formam, & quam in toto corpore posituram obtinent, in quocunq; mēbro vulnus fieri contigerit, statim intelliges, neruus ne sit, quod in eo vulneratum est, an ligamentum, tendōve. Et de nerui quidem ac tendonis curatione iam dictum nobis est. Ligamentum verò vulneratum si id est, quod ab osse ad os permeat, & maxime sine periculo est, & quod oīno siccās quibuslibet medicamētis, nihil hominē offendes. Sin id, quod in musculum se inserit, quanto est nervus & tendone minus periculo opportunum, tanto utiq; nisi rite curetur, reliquis ligamentis magis terere

A. li. 4. f. 4. t. 4. c. 5. fol. 476. h

A. li. 4. f. 4. t. 4. c. 1. fol. 471. i

A rere debet. Horum nihil peragi methodo ab ijs medicis pot, qui indicationem, quæ à particulis sumitur, vtilē esse ad vlcerū curationē negant: nec ab ijs, qui id quidē consentunt, sed in cuiusq; particula naturam ignorant: quæ nimirū (sicut ostendimus) ex ipso elementorum constat temperamēto. Verum ijs, q̄q; nihil aliud, saltē, quæ ex instrumentaria partū cõstitutione indicantur, intelligunt: Thessalus verò, & qui sequaces eius sunt, etiā hæc ignorant: Veluti statim, si diuisum abdomen tam alte sit, vt intestinum ex eo procidat, nec quemadmodū id reponere conueniat: nec, si omentum exciderit, abscondendum ne id sit, an non: nec an vinculo id excipiendum, an secus: nec ad sciendū vulnus sit, nec ne: nec, si sciendum sit, qua rōne sciendum, quicquam intelligunt: vt que ne nos quidem intelligeremus, nisi ex dissectionis rōne, omnīū, quæ istic cõtinent, partium naturam didicissemus: quam etiam exponere necessum est, non claritatis modo gratia eorum, quæ dicenda sunt, sed etiam probationis. Cutis extrinsecus omnibus antestat: hæc verò in membranam finitur. A cute, medio circiter loco, neruca tenuitas musculorū (quam Aponeurolin Græci vocant) gemina tenditur membranarum ritu. Eas pleriq; anatomicoꝝ duas esse minime norunt, cū & vnā cohærent coalescāt q̄ sic, vt labor sit eas separasse, & summa præterea sint tenuitate. Post has deinceps habentur duo musculi recti, & carnosi, qui à pectore ad ipsa pubis ossa perueniunt. Atq; hæc quidē memorata omnia & libi cohærent coalescunt q̄, & quod cõflatum ex ipsis est, Græci, † qui, quemadmodum diuisum ventrem sui conueniat, quodiderunt, Epigastrium, id est abdomen, nominarunt. Quod verò hoc deinceps excipit, ab illis quidem vocatur Peritonæon, putantibus videlicet vnum & simplex id esse corpus, minime q̄ compositum, sed falso: cum id compositum ex duobus corporibus sit, quorum vtrunque & exangue & neruosum sit. Verum alterum eorum neruosa tenuitas eorum musculorū est, qui per transversum se agunt: alterum membrana prætenuis, velut aranea, quæ vtrique vere est peritonæum. Ac tale quidem in medio sui est abdomen. Partes verò eius, quæ vtrunque ad latus ad quatuor quasi digitos recedunt, hæc statim à cute obliquos musculos habent, priores quidem, qui à pectore demittuntur: secundos, qui ab ilibus ascendunt: deinde post hos transversum musculū, sub quo est peritonæon. Ergo & minus periculi in hoc loco, quam in medio est, cum tenuem eiusmodi membranam, qualem aponeurolin vocant, nullam habeat: & futura in medio difficulter administratur, quippe cum & procidant hæc parte maxime intestina, & aggre inibi cõtineri queant: qui enim constrinxerant contraxerant que ea, recti illi carnosi q̄ musculi erant, quos ex pectore ad pubis ossa demissos diximus. Ergo: quoties horum aliquis est vulneratus, duplici de causa procidere intestinum est necessum, à partibus quidem, quæ sunt ad latus, propterea, q̄ musculis, qui istic sunt, constringitur: à medijs verò, q̄ nec musculum eum, qui contineret, habet etiamnum validum, & q̄ locus opportune ad procidentiam est comparatus. Quod si maius etiam vulnus fuerit, tum plura necesse est intestina excidere, tum difficiliter denovo immitti. Porro alia ratione parua vulnera tractata sunt disticta. Nam, nisi, quod procidit, ilico in locum suum reponas, inflatur, surgit que in tumorem: quo euenit, vt per angustum foramen immitti nequeat. Minus igitur graue in eiusmodi vulnerationibus mediocre foramen est. Atque hæc quidem præscisse oportet. Proximum est, vt, quemadmodum quis hoc genus vulnere commodissime contrectet, consideremus. Nam Thessali præceptum, quo censet enemis ea prælidij glutinanda esse, parum satisfacere manifestius puto, quam vt quenquam latere, qui compos sit mentis, possit. Quoniam igitur principio id agendum est, vt intestina, quæ exciderunt, in suum locum recondantur: secundo loco, vt vlcus sutatur: tertio, vt medicamen imponas: quarto, vt, nequa præstantior pars simul afficiatur, prospicias: age iam de primo horum agamus. Cum igitur triplex (vt dictum est) discrimen horum vulnere in magnitudine sit, propriam à quoque indicationem sumere tētemus. Esto autem principio vulnus adco paruum, vt inflatum iam, quod excidit intestinum, remittere amplius non sit. Nunquid igitur hoc loco alterum è duobus est necessum, aut flatum educere, aut vulnus ampliare? Præstitit autem (vt arbitror) prius, si modo id consequi liceat. At non alia potius ratione id consequare, quam si causam, vnde excitata inflatio est submoueris. Ea igitur quæ demum est: Certe ambientis aeris refrigeratio. Itaque etiam sanatio ex calefaciendo petetur. Ergo spongia molli, & ex calente aqua madenti, ac mox expressa, calfacere intestinum conueniet. Præparetur verò interea vinum austerum calidum: quippe id magis calfacit quam aqua, ac robur intestino acquirit. Quod si huic etiam prælidio intestini inflatio non cesserit, incidendum peritonæon tantulum est, quantum ei, quod excidit, reponendo sit satis. Apposita porro ad eiusmodi incisionem sunt ea, quæ Græci Syringotoma vocant, i. quæ ad fistulas incidendas sunt comparata. Scalpelli verò, quibus acies vtrunque habetur, aut quibus cuspis acuta est, omnino fugiendi sunt. Situs verò laboranti appositus fuerit, cum in inferiore parte factum vulnus est, si sursum vergat: cum verò in superioribus, si deorsum. Vnum autem vtrouque cauetur, ne, quod exciderit, ab alijs quicquam intestinis degraueur. Itaque ex hac ratione conueniet, vt, si in dextris vulnus sit, corpus in contrariam partem inclinetur: sin in sinistris sit, in dextram sic, vt quæ vulnerata pars est, semper altiore locum occupet. Atq; hoc tum in magnis, tum etiam in mediocribus vulneribus conduci bile fuerit: quippe id omnibus cõmune consiliū est. Ceterum repositio intestinorū in suum locū, vbi ex magno exciderunt vulnera, planè ministrum postulat dextrum. Debet enim, vbi manibus

A. li. 4. f. 4. t. 1. c. 7. fol. 464. c

A. ibidem, f

A. ibidem, g

*Ad uerbu
qui quemad
modum uocatur
gasterotomias
sunt abdominis
sutura fieri conueniat.*

Al. immitti.

bus

bus suis totum vulnus extrinsecus apprehenderit, in tō reprimere, tum constringere, ac exiguum E semper suent, prænudare: quin etiam id ipsum, quod allutū est, modice cōprimere, quoad totū per suatur. Iam verō, q̄ commoda ratio suendi abdominis in talibus vulneribus sit, deinceps doceamus.

Qm̄ coire coalescere q̄ cum peritonæo oportet abdomen, incipiendum quidem à cute est, atq; ab externo introrsus acus iniicienda. Vbi verō tum cutem, tum rectum musculum totum transierit, praterito, quod ei subest, peritonæo, per reliquū peritonæum eam ab interno extrorsus iniicies, atque inde, per reliquum abdomen ab interno extra transmittes. Vbi hoc penitus transiit, rursus ab externo introrsum idē abdomen est perforandum. Mox, vbi peritonæum, quod illi quoq; subhæret, praterieris, atq; ad contrarium veneris, hoc quoq; ab interno extrorsus perungendum, vna q̄ cum eo totum ipsi vicinum abdomen. Deinde ab hoc rursus incipiendum, atque id eum contrario peritonæo confuendum: ac rursus vicina quoq; cute transmissa, iterum ab ea parte acus introrsus est iniicienda, confuendum q̄ abdomen id cum contrario peritonæo, etiā inibi vicina cute transmissa. Atq; hæc iterum iterum q̄ facienda, quoad totum vulnus similiter confuerimus. Intervallum verō quod futuris interuenit, quod ad compescenda pertinet ea, que subsunt, breuissimum esse postulat. Quod verō ad firmitudinem ipsius cutis, quæ in intervallis futurarū est, nec ubi rumpatur, breuitas parum tuta est. Quare vtriusque vitato excessu, eligenda mediocritas inter vtrumque est. Iam hoc F¹ quoq; oīum vlcetum cōe quodammodo est: sicuti et ipsius, quo suruntur, filii cōsistentia. Nā, quod isto durius est, cutem rumpat, necesse est: quod mollius, ipsum prius rūpitur. Aequè verō, si pxime summas oras acum transegeris, quod reliquū est cutis, qm̄ minimum est, dū violenter adducitur, cogitur per rumpi: si plurimū ab ijs recesseris, multū cutis inglutinatum relinques. Hæc, tamen si oīum sunt vlcetum cōia, maxime tū fugienda in abdomine suendo sunt. Ipsa verō abdominis futura aut iam dicto modo administrabit, vtiq; si quis huc studium dirigat, vt peritonæum abdomini coalescere faciat, vix. n. cū eo coalescit, vt pote neruosum: aut sicut non nulli faciunt, qui, quæ cognata naturæ sunt, ea committunt, vtiq; peritonæa peritonæum, abdomini adomē. Id fiet ad hunc modum. Oportet à vicino nobis abdomine incipere, atque ab externo introrsum per id tantū acum transmittere: post prateritis vtriusque peritonæi labris, ex aduersa parte ab externo introrsus per vtrumq; eius labrū acum reuocare: deinde rursus hanc reuocare, atque ab interno extrorsum per aduersum abdomen transire. Hic modus à publico & ex prompto, quo videlicet vno adactu per quatuor labra acum transmittunt, hoc discriminis habet, quod totum peritonæon intra abdomen prorsus abscondit. Deinceps verō de medicamentis præcipiamus. Sanè hæc quoque eiusdem esse materiæ debent, cuius sunt ea, quæ Enæma dicuntur: quæ q̄ aliarum quoque partium vniere vulnera in superioribus commentarijs offendimus. Deligatio verō extrinsecus, vel præcipue in his necessaria est.

Quarta verō curationis in his pars non paulo ab alijs distat: siquidem, quod inter bubones, & axillas est, id totum molli lana ex oleo mediocriter calido imbuta circumdare oportet. Satius item fuerit, & si per clysterem intestinis aliud simile infundas. Quod liquidum ipsorum intestinorum sit vulneratum, quæ extrinsecus fieri debent, omnia similiter, ut diximus, sunt peragenda. Cæterum, quod iniicitur, vinum nigrum, austerum, & tepens erit, co q̄ magis si totum perforatum usque ad internum meatum sit. Ac^o crassa quidem intestina facilia sanata sunt: è contrario dissilia, quæ tenuia sunt. Leinum autem omnino incurabile est, tum propter magnitudinem multitudine q̄ vasorum: tum q̄ tunica eius præternaturalis que est: adde, q̄ tum bilem synceram hoc intestinum recipit vniuersam, tum q̄ omnium fecinori maxime est vicinum. Ventriculi verō que carnosæ partes infernæ sunt, curare cum fiducia tentabis. Nam fieri potest etiam, ut bene cedat, non solum quod hæc crasiores sunt, sed etiam q̄ sanantia medicamenta facile hoc loco ipsius subsistant: at, quæ in ore eius ac gula vlcetum sunt, dumtaxat contactu medicamentorum in transitu fruntur: quæ verō in ore eius sunt, ijs sensus quoque acumen sanationi obstat. Verum, quæ nam ratione ventriculi vulnerati, aliorum q̄ exitualium vulnerum, Hippocrates sanationem molitur, H ab ipso peti est fatius. Ego nanque non eo consilio, vt nemo Hippocratis libros legat, ad hoc opus scribendum accessi: verum quoniam is mihi primus idonea usus esse uia uidetur, nec tamen eam totam compleuisse, cum quædam minime limitata, quædam imperfecta obscura q̄ ab eo prodita inuenire liceat: idcirco ipse tum omnia ea lucide explicare, tum, quæ parum discreta sunt, distinguere, tum, quæ deficiunt, supplerere studeui. Vbi igitur aliquis se in his nostris primitus exercuerit, tunc se ad libros Hippocratis legendos conferat: ac tum eius de vlcetibus librum relegat, tum quæ de vlcetibus exitualis scripsit. Porro simul maximum adiuuentum ex his nostris libris habebit: si mul certo intelliget neminem methodicæ sectæ, quæ nomine specioso se uendit, re autem maxime est à methodo aliena, commode ulcus sanare posse: sed nec reliquorum Rationalium quempiam, quicumque parum cognitū simplicium partium elementis arte aggredi cēsent: quippe nesciunt hi quoq; rationalem simplicium animalis partium curationē, ut qui ab instrumentalibus tū indicationes sumant. Cæterum paucis etiamnum cōtra Methodicos additis de istis, quæ in ventriculo accidunt, vlcetibus, aliō stilum conferemus. Vulnerato peritonæo excidit subinde omentum: quod primaria ne pars sit, an nō primaria, vel ex quibus condatur, uel quam habeat actionem usum ue, hi cōpertū non habent, Itaq; si iam liuet aut nigricat portio ea, quæ excidit, ibi quid faciant, audire

A. ibidem. h

A. li. 3. f. 16. t. 1. c. 2. fol. 333. d

Audire est operæpretium: vtrum ne præcident, an intra peritonæon remittent? Omnino enim vel ab ipsa experientia, quid agendum sit, intelligent: vel ab ipsa particula natura indicationem sumēt. Atqui refugium hæc vtraque, eam quidem, quam experientia suppeditat, cognitionem, dum vene randum. s. hoc sectæ suæ nomen methodum extollunt: eam verō, quæ ex particula natura suggeritur, q̄ nec substantiam eius norunt, nec actionem, nec usum, dum à dissectione ceu inuili abhorrent. Itaque nesciunt, si ne ex ijs, quæ necessaria ad vitam sint, an quæ necessaria quidem nō sint, non tamen omnino infimæ notæ: sed nec an cum eius affectu simul afficienda pars aliqua primaria sit, an secus: adde, q̄ nec an vasorum, quæ in eo continentur, aliquod possit per sanguinis profusionem hominem interimere: nec si quis post nigrum eius abscessum, quod integrum est, vinculo complectatur, quod sanguinis profusionem declinet, an id ipsum periculo vlli sit futurum: nam leui saltem intuitu omētum neruosum videtur: proinde, nisi quis exacte naturam eius habeat comper tam, nunq̄ audebit vinculo vti, conuulsionis. s. metu. Horum cum nihil mirifici illi Methodici intelligant, vbi nigrum redditum omentum est, sanè dicere, quid agendum sit, non possunt. At nos (arbitror) possumus, qui, cum usum eius non adeo esse animalis magnum, substantiam q̄ eius ex membrana tenui ac arterijs venis q̄ compolitam sciamus, horum tamen initia ex maximis orta tum arterijs tum venis intelligamus, sanguinis quidem profusionem cauebimus, coafficiendos verō neruos non timebimus: proinde id, quod supra nigricans positum est, vinculo excipiemus: quod post vinculum est, amputabimus: atque, vt in imo sine iam comprehensæ gastroraphiæ vinculi fines pendeant, curabimus, quod nimirum facile eas, cum ex vulnere suppurante euomentur, recipiamus.

De ratione Fracturarum Ossium curandarum.

CAP. 5.

AC de reliquis quidem corporis partibus dictum abunde sit: nunc de ossibus agendum superest: quando his quoque, de quo nunc agitur, morbus accidit, quem vnitionis siue continuitatis solutionem appellamus. Huic, cum in hanc inciderit partem, proprium nomen inditum græce est Catagma, omnibus ferè hominibus, qui græce loqui norunt, tritum. Apagma nanque, medicorum appellatio propria est, plebi inusitatam: solent autem ita nominare, quoties ossis finis, qua parte maxime cum alio committitur, abruptus est. Sed & è fracturis ipsi, quæcunque fracti ossis partes iam prorsus separarunt, eas Cauleon factas græce dicunt. Patet verō eiusmodi diuisionē per transversum esse factam: veluti alteram per longitudinem magis esse, in qua sanè non omnino separantur à se partes sic affecti ossis, sed veluti per rectitudinem iunduntur: quod genus Schidædon fieri dicere solent. Non defunt ex medicis iunioribus, qui adeo ambitiose omnes fracturarum differentias proprijs interpretentur nominibus, vt etiam aliquam Raphanædon, id est ad raphani speciem, fieri dicant, non contenti oratione os, quod varie sit fractum, explicasse. At non Hippocrates speciei huius sententia, sed, quoad fieri licuit, vltatissimis vtens nominibus, oratione interpretari non est grauatus non has modo fracturarum differentias, verum etiam earum, q̄ quæ in capitis ossibus eueniunt. Ac si ad eum modum de omni vitio egisset, profectò breuis mihi propolita tractatio fuisset: nunc, cum plurimorum vram, qua sit insitendum, indicat, sed, quæ particulatim sunt agenda, inchoata indefinita q̄ reliquerit, necessum est, in illis immoremur: nec tamen in ipsis plus iusto, sed, quæ tradita illi perfecte sunt, ea summam commemoremus: quibusdam etiam demonstrationem adijciamus, vtiq; ijs, quæ ab eo ratione parum sunt munita: eorum præterea, quæ parum sunt definita, quædam definiamus: & quæ inordinata sunt, ea in ordinem disponamus: postremo ex ijs, quæ ille parum lucida reliquit, quibusdam lucem addamus. Verū, si in singulis verba eius adscriptero, expositorijs commentarijs longitudinem liber nolter habebit. Nec deerit fortassis aliquis, qui immodicam longitudinem nostram hic merito accusabit, qui de hac in tertio & quarto volumine parum merito est questus. In ijs. n. necesse fuit mihi multa Hippocratis ex eo libro, qui de vlcetibus inscribitur, loca apponere: quibus reliquis medicis ostēderem, cuiusmodi res sit methodo quædam vlcetum curationem cōscribere. In libro aut, quo de fracturis præcipit, quis adeo est stupidus, vt doctrinam eius oēm, ceu lucidam plane q̄ absolutissimā, nō suspiciat? Quod si quis etiam vnus videlicet alter ue dicat parum se id opus mirari his opportunissime respondeatur illud poeta: Hos vnus atque alterum permittit tabescere. Quæ nam igitur sit fracturæ curandæ vera methodus, quam q̄ ipsa rei natura præscribat, iam tempelstium dicere videtur, atq; hinc sumpto initio. Quoniam fracti ossis soluta partium continuitas est, vtiq; finis, quod tendet is, qui eas curabit, salte primus, vnitio est: quod si is per affectarum partium licitatem perfici posse nō videatur, restat alter, qui est, vt alterius cuiusdam interuentu glutinentur: qui si nec ipse comparabilis aduertitur, insanabile esse vitium, dixeris. Quod igitur coalescere nequeat tam durum os, quam id, quod in iuuenibus & adolescentibus, & in viris, multo q̄ magis in senibus cernitur, id profectò vel cuius patere potest. Potest certe illud tantum vnitionem recipere, quod abunde molle est: cuiusmodi conspiciuntur in puerulis. Quod autem alia quapiam interueniente substantia ceu glutino quodam agglutinari colligari q̄ secum separata fracti ossis particula queant, hinc maxime speret quispiam. Monstratum est omnem animalis particulam propriam ac simile libi trahere alimentū. Id si verū est, ossium certe idoneum nutrimentum, & crassius, & magis terreum, q̄ aliud quoduis nutrimentum in toto animali, fuerit. Non est igitur nec à ratione alienum, nec quod fieri omnino non possit, vt, quod ex hoc

† ἀλλοτριῶν, ε. ad potentia specie: sic Paulus.

Lib. de Vulne. cap. non longè à principio.

* vlcetibus.

hoc ipso proprio alimento redundat, & in labris fractura cōcrefcit, suo ipsius interuentu illa quoq; E
conglutinet. Quin etiā ita vfu euenire conſpicitur: ſubſcribit q; ſpei, quam ratio ſuppediat, et expe
riētia ipſa. Itaq; cōſiderandū deinceps eſt, quā nā potiffimum ratione corpus hoc, quod fracturis in
naſcitur, quantū quale q; ſit, prouenire poſſit. Nā, q; nec quantūlibet, nec qualecunq; ſed quod me
diocritatem in vtroq; ſeruet, requirimus, id planē eſt euident. Porro huius ſymmetria tum qualita
te, tum quantitate inuēta, deinceps eſt, vt, qua maxime quis vtrūq; aſſequatur, rōnem ipſam que
rat. Sed nec tempus, quo hæc effici conueniat, minus neceſſariū quaſitu eſt, vtrum ne ſtatim à fra
ctura facta, veluti ſtatim in vulneribus moliebamur vnitionē: an id cōmodum tempus non eſt, ſed
aprius aliud requirendum. Sanē inuenias hoc quoq; ſicuti & reliqua omnia ex ipſa rei natura edo
ctus. Quæ nā igitur eſt ipſius rei natura: Nepe os fractum ſub aliqua paulo ante comprehenſarum
differentiarum. Age igitur videamus, nunquid à ſingulis differentijs aliquid deſumi ad eius cura
tionē poſſit, ab ea quā Cauledon, id eſt per tranſuerſum, fieri diximus, ori. Diſſident ſic à ſe in hac
fracti oſſis partes, vt e directo non ſequeant. Quare patet primum id eſſe agendum, ut in directum
agantur, tum eorū, quæ deinceps ſunt, aliquid geratur. Sanē cum ſitum habuerint, ſiquis ea, quæ ſic
diſſident, integræ partis exemplo vſus, in contrarium adducatur: qua nimirum certiffima indicatio
tranſpoſitionis eorū erit. Fieri, n. poteſt, vt tum proſum, tum retroſum, tum in hanc partem, tum in F
illam, membri facta tranſlatio ſit. Quæcunq; igitur retroſum magis ſunt acta, ea proſum impelli
conueniet: nec minus in alterā quoque fracti oſſis partem modice ad cōtrarium retrudī. Cōtra, que
proſum ſunt emota, hæc rursus ipſa quidē retroſum, reliquam verō partem ſenſim duci proſū.
Eodem eſt modo, & eorū, quæ ad dextram ſunt detorta, medicatio eſt, ſi ad ſiniſtram ducantur: con
tra q; eorū, quæ ad ſiniſtram, ſi mutentur ad dextrā, ſemper, ſaltera parte modice in contrarium acta.
Cæterum in adducendis contrario motu partibus, ne quæ frāgantur earum extantia, non leue pe
riculum eſt: neq; enim (veluti in ſerra deſectis viſitur) leuis eſt vtriuſq; partis finis. Nam, ſi ille frā
gantur, non poterunt ad amuſſim ſecum coaptari fracti oſſis fines, duplici de cauſa. Nam, ſiue ipſa
fragmenta inter partes coniungendas interciderint, non ſinent ea, quæ adaptantur, ſe contingere: ſi
ue quid forte oſſium extra ceciderit, ne ſic quidem eorum, quæ effinxeris, exacta coniunctio erit
ſic, vt priſtinam vnionem imitentur, quiſſiue quæ ſolum tum demū erit, cū oſſis extantia in ſuas ca
uitates fuerint recondita. Quod ſi ſemel comminuta perierint, neceſſum eſt, inter applicata ſimul
oſſa vacans interueniat ſpatium, in quod ſanies collecta, atq; in tempore putreſcens, totum pariter
membrum ſecum corrumpet. Atque ob hæc quidem, quæ diſſidēt oſſa, e directo ad mota eſſe oportet:
quod comode certe fieri nequit, niſi retroſum prius ſint tracta: Antitalin vocant. Oportet G
igitur aut manibus ipſis, vtiq; ſi paruū ſit membrum: aut vinculis circūpoſitis: aut vnā cum ijs eſt in
ſtrumentis, cuiuſmodi nos || Hippocrates docuit, antitalin oſſium facere. Poſtea verō, q; abunde re
tracta fuerint, nec vllus ſuperſit metus, ne ſe in adducendo tangant, tum in directum opponere,
vincula q; remittere, ac muſculis ipſis diductorum in idem cōmiſſionem permittere: interim verō
te ipſum quoq; manibus ſubſeruire, ac, ſi cubi aliquid paulū ſubſulcet, corrigere, atq; formare. Ab
his ſecundū, quō diriges, fuerit, vt immotū proſum membrū cōſiſtat, nequid eorum, quæ effinxeris,
moueat: qm̄ ita neceſſe eſt ea rursus diſſidere. Ac, ſi ipſi quidem agrotanti, vt quietudini mem
bri proſpiciat, permiferis, vigilans fortaliſ probe id curauerit, at dormiens omnino membrum
mouebit. Vt igitur non dormientis modo hominis, ſed ead delidendum, item que, cum cubile re
ſternitur, ſurgentis, eorum, quæ formata ſunt, poſitura ſeruetur, tuta deligatura completi fracturā
oportet, quæ que fracti oſſis partes ſecum coactare ad amuſſim poſſit. At verō, cum laxior deliga
tura oſſibus moueri permittatur: tunc verō conſtringendo, dolorem exciter: danda opera eſt, vt vita
ro ambarum incommodo, vtriuſque fruamur comodo. Id fiet, ſi, quod nimirū eſt, declinabimus.
Ergo nec adeo arctare deligaturam debemus, vt iam comprimatur: nec adeo remittere, vt laxa ſit.
Ac, ſi quidem equalis eſſet craſſitudinis membrum quodq; vtiq; latiffima fascia eſſet cōmodiſſi H
ma, vt pote quæ totum æqualiter contineret q; ex omni parte fractum os completeret: ſed, qm̄ id
nō eſt, pectori quidem latiffimā licet circumponas, artubus certē & iugulo non potes: ſed in talibus
vtilior eſt anguſta, vt pote que nec rugas contrahet, & totius membri, cui circumdata eſt, cutem con
tinget: verum, ſi paucis complexibus fracturam continet, parum tuta eſt. Quantum igitur securi
raus ex anguſtia deſicit, tū ei ex iniectionis numero, & verſus integrum deductione, eſt adijciend
um. Sed, qm̄ deligationum, quæcunq; eſt, circa dolorem carnem conſtipant coarctant q; id vritum
habent, vt ex ijs partibus, quibus primum inſciuntur, ſuccos exprimant in eas, in quas ipſæ ſunt ſi
nita, reponant atque figant, non alienū à ratione arbitror deligaturæ principium ſuper ipſam fra
cturam inſci, ab hinc verō ad reliquū membrum diſpenſari: etenim, qui contra deligat, ſab inte
gris ad egram partem ſanguinem compellit. Atqui, ſi ab egro loco incipiat, in integrum finiat, non
ſolum innoxia cuiuſmodi deligatura in ijs, quæ diximus, erit, ſed eſt vtile quiddam contulerit: quiſ
pe cum nullā circū fracturā ſinet excitari phlegmonem: cuius rei curam habere in primis oportet.
Timendum, n. eſt, ne tū ex illa in diuerſum vullione, quā membrū in ſuam formā effingentes ad
miniſtrauimus: tum vel magis ex eo, q; cauſe, que fracturam faciūt, plerūque circumdata oſſibus car
nem conſtipando contundendo q; prius ledūt: magne ſubſequantur phlegmonē. Nec ſanē mirer,
ſi phlegmones

lib. de Fract.
cō 2. c. 3. 7.
232 b
Et cō 3. c. 39.
7. 246. h

A. II. c. f. 4. ca.
28. fol. 82. h

A. II. 4. f. 5. ca.
c. 5. fol. 84. a

A ſi phlegmones quiddam ſimile etiā ipſis fractis oſſibus ad portionem accidat: quando etiā, que
parum probe ſunt curata, magis humida, q; pro natura ſua, manifeſte cernantur, vbi videlicet vnā
cum vulnere os per fractum ſub aſpectus notitiam venit. Quin immo nec oſſis caries, quem ſpha
celon vocant, ex alia occaſione oboritur: quæ ipſa totius oſſium ſubſtantia corruptela quædā eſt.
Non igitur negligendum, quin totum ſuperuacuum humidum ex oibus, quæ circa fracturam ha
bentur, partibus exprimas. Incipies itaq; ab agra parte, ac, cum bis ter ue circūdederis, inde ſanū
verſus progrediſ: ſiquidem, qui ita deligat, & ab integris ad laboratē partem ſanguinis confluxū
arceat: & quod iam collectum in ea eſt, exprimit. Cum verō duæ partes ſint, quæ & recipere aliquid
à laborante particula, & tranſmittere ad eam poſſint, vtiq; quæ ſuperiacent, tum propter multitu
dinem, tum magnitudinem, ad ambo magis ſunt habiles: Extrema verō, propter contrarias condi
tiones, exiguum quidem aliquid vel recipere, vel tranſmittere poſſunt, multum verō nec agris par
tibus ſubminiſtrare, nec ab ipſis recipere. Quo circa, cum duas primas fecerit Hippocrates deliga
turas, priore quidem tum quod in laborante particula continetur, ad ſuperpoſita expellit: tum qd
ex his confluxit, repellit: reliqua verō primis quidem complexibus, quos ſup ipſam fracturam facit,
itemq; fascia ad inferna progredit, eo quædam extrudit, qdam, ne quid illinc cōfluat, prohibet: R e
liquis deinceps omnibus, quibus videlicet ab infimis partibus ſurſum recurrere deligaturā cenſet,
vt eodena videlicet loco cum priore finiatur, tum ad ſuperiora repellit, tum confluxum ab ijs pro
hibet. Muniant igitur ac ſtabiliunt fracturam, nec phlegmonem oriri ſinunt, prima duo lintea: non
tū ea, quæ dicta ſunt, ad amboſ hos vſus ſatisfaciunt, q; præterim ſola. Vnde ad eorū quidem tu
telam Hippocrates præſidium excogitauit, vt ſplenia vnā cum exterioribus faſcijs adhiberentur,
quæ hæc quoq; ipſa ſtabiliunt. Ne autem phlegmone oriatur, medicamento quopiam ex ijs, quæ
phlegmonem prohibent, vti iubet: quale nimirum eſt ceratum humidum. Hæc igitur oia rōne, vt
comprehenſum eſt, dictante, ſunt inuenta: & præter hæc ipſa reſpoſitionis figura: Quæ ipſa quoq;
geminæ indicationi ſubiicitur, priori, quæ ex ſolis communibus notionibus pendet: alteri, quæ ex
curandorum organorum naturali conſtitutione præſtat. Prior igitur eam, quæ maxime à dolore
ab eſt, eligendam figuram ſuadet, quō nec phlegmonē particula cōtrahat, & ager perſillere in vna
ea diutiſſime immotus poſſit. Secunda, quæ ex curandorum ſumitur natura, arterias, venas, ner
uos, & muſculos, q; rectiſſimos poni præcipit. Sed & conſentiunt inter ſe hæc indicationes, qm̄ &
rectiſſima cuiuſque partis figura maxime eſt à dolore aliena: & quæcunq; magis, q; alia, eſt à do
lore libera, ea maxime naturalis membro eſt, brachio quidem anguloſa, quæ Engonios græce dici
C
tur: cruri verō, quæ paulo minus porrecta eſt. Porro ad dolorem vitandum non modo naturalis ha
bitus cuius inſtrumento eſt vtilis, verum etiā conſuetudo quoq; conducere non nihil videtur.
Atq; hæc quidem figura, in qua cuſtodire membrum conueniat, inuenienda ratio eſt: eadem por
rō inuenienda figura ratio eſt & in retractione partium à ſe, quam Antitalin vocant: & cum in na
turalem ſitum aptatur fracti oſſis partes. Etenim expedit, vt in rectiſſima atq; à dolore alieniſſima
forma membrum tum retroſum retrahas, tum in naturalem habitum coaptas: multoq; eſt mag
gis vt ſub eadem figura tum deligas, tum ad quietem reponas. Siquidem ſub alia deligare, in aliam
verō mutare, non dolorem modo incitare poteſt, verū etiā oſſa intorquere: nam, niſi eorum, quæ
præcepta ſunt in commētarijs, quos de muſculorum motibus ſcripſimus, obliuio obreptit, neceſſe
eſt, vbi figura mutatur, alios muſculorum tendi ac uelut contractos rotundari, alios ſolui ac remitti.
Ergo vbi tenduntur, tum premi eos à deligatura eſt neceſſe, tum ex compreſſione ipſa dolere: vbi
uero tenſio remittitur, ea in parte deligaturam eſſe laxam, fracturamq; fulcramento deſtitui. Horū
igitur oium cauſa tum extendere, tum effingere, tum deligare, tum reponere vna ea figura, quæ
doloris minimum habeat, præcipue eſt ſtudendum. Atq; ad primum quidem opus, quod in fractu
ris molimur, nullum iam relictum eſt præceptum. Soluere autem ex Hippocratis ſententia tertio
D
die debebis, quō in membro præter ſolitum cooperto nec dolor nec pruritus creetur: nec eius, qd
iam inſixum fracturæ eſt, perſpiratio prohibeatur, cuius occaſione non modo noxius pruritus qui
buſdam accidit, ſed etiā cutem ex acrimonia ſaniei eroſam exulcerari. Inſundendum igitur tan
tum temperatæ aquæ eſt, quantum ad euocandam eiuiſmodi ſaniem eſt ſatis. Quod ſi rurſus quoq;
ſimili modo facies, vtiq; ſeptimo id à primo die facere debebis. Apparuerint uerō iam oia, modo
nihil impediatur, phlegmone libera, ac, quā pro naturali habitu, magis aliquando gracilia. Tum igit
licebit & ſeuas circūponere, & ſoluere ex maioi e intervallo: nam antea, cum phlegmones ſcopus
vinceret, tutum non erat ſeuas premere: nunc cum ea deliſt, ac ſtabiliſe fracturam eſt opus, ſanē nō
incommode his vitare. Sed & ſoluere ex maioi e intervallo licet, videlicet non deſiderantibus præ
terea partibus ſanie excernere. Quin etiā callus, quem Pōron Græci dicunt, ſœlicitus ita proue
nerit: quando ad hunc gignendum (ſicut dictum eſt) cogi concreſcere q; aliquid proprii oſſium ali
menti oportet. Non eſt igitur hoc à labris fracturæ eluendum, aut foras euocandum: quod certe aſ
ſidua ſolutio faciet. At verō nec tanto intervallo intermittendum, vt neſcias, quemadmodum fra
ctura procedat. Vidimus enim non ſemel, cum valenter ſiccarentur oſſa, agre proueniſſe callum.
Expedit igitur, iſtis tertio vel quarto die modice aquam calidam inſundamus, hanc metam ſinen
dæ perſuſionis habentes, cum carnes in rubrum tumorem attolluntur. Atq; in his quidem prius, q;
Septima Claſſis, ffffff ſubſidere

*Al. Diatelin.
i. extentionē.

*Al. Diatelin.
i. extentionē.

† Diatelin.
i. extendas.

rantis particulae exposuerit, nempe tumorem praeter naturam, & renixum, & pulsatilem dolorem, & tenionem, & ruborem, aliaque id genus: impositaque non nunquam breuitatis docendi causa cunctis simul collectis vnum nomen, sicuti comprehensam iam phlegmonem. Dogmatici vero non itidem, sed ipsam morbi naturam inspicunt, quae symptomatum illorum collectio necessario sequitur. Siquidem Erasistrato videtur sanguis, qui in arterias incidit, vbi spiritum impellitur, in exitu earum impactus habere, idque phlegmone esse. At par(arbitror)erat vel Erasistratum ipsum, vel aliquem ex sectatoribus eius simili modo, affectum, qui in imbecillitate cuiusque partis subest, interpretari. Tanquam, n. de phlegmone, iam quidam translatus naturalis partis habitus sit, explicuit, ita ratio exigebat, ut & traslatio cuiusque particulae in imbecillitatem ab eo explicaret. Non, n. cum pro naturae ratione est affecta, ad propriam actionem est imbecilla: sed accessit oino aliqua praeter naturam occasio, quae eam dissoluit defecitque, & mortuae similes efficit: quae utique nec Erasistratus dixit, nec Herophilus, nec alius quisquam medicorum, qui de primorum corporum natura ausi aliquid pronunciare non sunt.

Communis Methodus Intemperiei Dignoscenda & curanda. CAP. 3.

Ceterum immorandum in his diutius non est, cum praesertim abunde prius monstratum sit & genus hoc morbi vtilissimum esse, quod a medicis disquiratur: & qui commode id sit tractaturus, huic necesse prius esse de elementis considerasse. Itaque, qui nobis habendus sermo est, is totus ex prius demonstratis elementis absoluet: de quibus vnum (vt scis) volumus edidimus, quod de Elementis sicut Hippocratem inscripsimus. Sanè eadem opinio de corporis natura est tum Diocli, tum Mnesitheo, tum Dieuchi, tum Athenaeo, tum probatissimis ferè quibusque medicorum, itidem vt praestantissimis philosophorum: vt qui ex calido, frigido, humido, & sicco mista putet tum alia corpora vniuersa, tum vero animantium in primis. Ceterum ei, qui de his oibus primis pronunciauit, demonstrauitque, iustum est, arbitror, reddere, quod inuenit. Ideoque et nos ea sicut Hippocratem elementa vocamus: etiam si maxime Chrylippus, Aristoteles, ue, aut alius quisquam medicus, philosophus ue, similiter de his sit opinatus. Ergo, quoniam vnaquaque animalis particula propriam actionem edit, quae tamen ab aliarum actionibus differt, quantum ipsa particula ab alijs, quae illas edunt, est diuersa, (differt verò ab alijs particula quaeque eo, quod calidior, vel frigidior, vel siccior, vel humidior sit: aut quibus horum quibuslibet sit affecta,) qui tueri actionem vult, hic temperamentum earum custodiat, oportet. Custodiet autem, si id, quod ad calidius est conuersum, refrigerabit: quod ad frigidius inclinatum est, calfaciet: Pari modo, si, quod ad siccitatem est alteratum, humectabit: & quod ad humiditatem est versum, siccabit: Rursus quoque, si siccabit pariter ac calfaciet, quod humidum est redditum, & frigidum: siccabit pariter & refrigerabit, quod humidius simul & calidius euasit: & in reliquis duabus coniugationibus ad portionem. Semper, n. pro eo, quod exuperat, inducendum eoque contrarium est, quoad particulam in symmetriam, & naturalem habitum vindicaueris. Ac genere quidem, ois aegritudinis, quae in similibus consistit, iam dicta mihi medendi est methodus. Cum, n. octo earum sint differentiae, veluti in libris de morborum differentia est traditum, octo nimirum erunt & medendi rationes, quarum vna (quo medentis consilia dirigitur) curationis meta cõs est, ipsius similis corporis alteratio: quandoquidem et morbus ipse ex intemperie & naturalis temperamenti alteratione est ortus. At, quae membratim medicatio agitur, ex his duobus conficitur, nempe materieg copia, & huius congruo vsu. Ac medicamentorum quidem copiam tum ex libro de simplicium medicamentorum viribus, tum ex ea, quae de eorum compositione praecipit, methodo haurias, licebit: Eorum, quae ad vitium rationem pertinent, hinc sumimus. Sed & quemadmodum cuiusque morbi intemperiem agnoscere oportet, ex tribus operibus intelligas, primo eo, quod de Temperamentis: secundo eo, quod de Partibus affectis: deinde eo, quod Ars medica inscribitur. Non est igitur ad ea, quae nunc ordimur, ijs, qui prudentes natura sunt, ac cogitationem in primis exercitarunt, multis praeterea opus: cui neutrum horum adest, huic certe ad praesentem disputationem non parua re est opus. Quod si in prauae doctrinae secta praeterea sit altus, hic geminum tempus requirit, alterum, in quo prauas opiniones dediscat alterum, in quo melioribus se exerceat.

Quid Rationalis curatio Intemperiei, quae in Ventriculo est, differat ab Empiricorum curatione. CAP. 4.

Sanè te scimus & ex ijs, quae in vniuersum dicta sunt, particularia per te inuenire posse: & alioquin multos id genus morbos a nobis percuratos vidisse sic, vt vtraque ratione particularium tractationem minus requiras. Sed quoniam (vt Plato ait) non possunt, quae scripta sunt, non è manibus excidere, quod, si quando liber in alterius non exercitatae rationis manus deuenit, facilius hunc doceat, ad ijs particularium quaequam oportet: ex quibus et protinus clare id, quod proxime dixi, intelligetur fieri posse, vt per te ipsum particularia inuenias. Siquidem ipse ea per me ipsum oia inuestigauit, ratione ipsa viam monstrante: quoniam, si praecceptores secutus fuisset, ipse quoque ventriculo imbecillis fuisset, vt cibis adstringentibus & subamaris vterentur: vino quoque similiter austero: praeterea abstinthio, & quod ex mali cotonei conficitur succo, alijsque eiusmodi, quae deuorantur, medicamentis: At vero, quod ad ea pertinet, quae extrinsecus applicantur, primum perfundi ventriculum ex abstinthio & oleo crudo iussissem: mox hapsum lanae tum ex iisdem ipsis, tum vero ex vnguētis melino, & mastichino, & nardino imponi: ab ijs ceratū ex iisdem compositum: post alia pharmaca, utique

Ceregal. 1. 2. loco.

*Mopia. i. particulae.

† Ant. habent dantur, vt sic postea vertatur, ut ille alter per seipsu particularia inueniat.

*διουτροπία. i. ex oliuis imaturis expresso.

A utique ceratis valentiora, quae a medicis vocantur epithemata. Ea tum ex dictis vnguētis, tum ex ijs, quae similem vim obtinent, medicamentis componuntur: in quibus est aromatum quoque multitudo non parua, spica nardi, & amomum, & calamus aromaticus, & iris, & ladanum, & malabathri folium, & styrax, & bdellium, & opobalsamum, & balsamum, & xylobalsamum, reliquosque aromatum catalogus. Quod si horum nihil profecisset, commune oium remedium, quibus imbecillitas nocet, in sine adhibuisset, nempe rubrificationem, (ροινιγμων) graece vocant, quae vel per thapsiam, vel sinapi, vel tale aliquid excitatur: deinde ad vsu aquarum calidarum ablegasset. Quippe vltra haec Empiricus nihil nouit, veluti commentarij eorum docent. Quintus vero ijs, qui de cruditate aut inappetentia quaerentur, primum quidem exercitari suadebat: tum esse, quae & concoctusque facillima essent, & non multa: quibus haec non contulissent, cogebatur ipse quoque ad Empiricorum dogmata confugere. Nam quis nescit, quemadmodum calidum, frigidum, humidum, & siccum, mordere sit solitus, balnearum esse nomina dictans: sine quibus tamen methode curare partium imbecillitatem oino non est. Quare per hos nihil obstitit, quo minus ipse quoque eadem instituissem via in eiusmodi affectibus sanandis. Verum ratio me docuit octo imbecilli ventriculi curationes.

Alii, f. 13. t. 2. c. 4. fol. 293. d.

Vidisti igitur & tu quosdam vno die, vel potius hora, frigidae potione leuatos: quorum alijs non aquam modo dedi fontanam recentem, sed etiam, quae niue esset refrigerata, veluti Romae praeparare solent, calfaciens scilicet prius, quam ipsi decoctam appellant: cibos praeterea ad eundem modum refrigeratos identidem me illis permittere vidisti: in quibus est, & quae Melcam vocant, vnum is quoque Romae laudatorum ciborum, veluti etiam Aphrogala: sed & frigidae facultatis fructus, similiter refrigerans iisdem dedi, & pissanam probe coctam, pari ratione refrigeratam, aliaque id genus sexcenta. In quibus vnam rem mihi proposui, ipsam, scilicet refrigerationem. Vtui autem abstinthium, & quicquid adstringeret, contingere: veluti alios rursus a refrigerantibus abstinui. Calfaci autem omni ratione, vinum vetus ex eorum genere, quae facultate valde calfaciunt, exhibens (cuius maxime generis sunt Falernum, & Surrentinum) tum nutrimentum, quod calfaciendi vim haberet, cum largo pipere. In non nullis oem consilium curationis ad siccandum direxi: dabamque ijs tum cibos, qui natura essent siccis, ac probe affatum prorsus exiguum potionem. Iniunxi autem & adstringentium oium vsu: quem vnum, qui illis citra rationem medentur, norunt. Alium vero non pridem, qui iam adeo siccatus fuerat, vt simillimum habitum praferret ijs, qui marasmo marcescunt, sanauit contrarijs oino exhibitis, ijs, quae egregij illi medici suaserant. Quippe non ex alia occasione eo periculi venerat, cum inter initia exigua intemperiem ex siccitate, quae madefieri postulat, habuisset: quae quae cum curandum susceperunt, tum abstinthio potantes, tum amarus asparagos, & bulbos edendos dantes, itemque mala cotonea, & celtiana, & punica, post quoque, vbi venter nihil horum continebat, etiam rhois succum bibere cogentes, tum, quae paulo supra dixi, extrinsecus imponentes, paulo minus, omnis madoris expertem reddiderunt: hunc nos sanauimus omni ratione humectantes, ipsique materiam inuenientes ex ea methode, quae in opere de medicamentis est tradita.

*Al. carpalbalsamum.

*διουτροπία. i. sponte nascentium.

*Calfacientes prius sim eam preparatione, quae ipsi decoctam vocat, sic Graeco: Quae porro esset decocta, & quae fieret docet Plin. lib. 31. c. 3.

Quae Ventriculi intemperiei Citius ac securius: quae Longo tempore & cum Periculo sanentur. CAP. 5.

Nam, sicuti in libro de demonstratiua secta dixi, numerosis medicorum inter se distidijs vndique confusus, vbi me ad iudicandum de his conuerui, intellexi prius in demonstratiua methode exercitandum me esse. Quod cum multis deinceps annis fecissem, singula ipsi dogmata subieci: atque, prout inuentorum indicatio me ducebat, ita curationes institui. Verum, quoniam id non oem saltem possunt, expedit ipsi scribi per octo curandi indicationes particularis materiae comparandae meditationes, a ventriculo rursus sumpto initio, quoniam huius primum mentionem modo fecimus. Ac facillima quidem ad curandum alterationes sunt, quae ex calido & frigido consistunt, propterea, quod maxime actiuis qualitatibus corriguntur. Aegrius curantur, quae in humido siccisque habentur, quod imbecillis & (vt sic dicam) magis materialibus qualitatibus eorum curatio perficitur, postsumumque, cum humectandum esse requiritur. Ac tempus quidem caloris frigidisque reparandi, par quodam modo est, securitas tamen impar. Nisi enim cuncta, quae ei, quod curatur, circundata sunt corpora, valida plane sint, metus est, ne ab ijs, quae refrigerent, noxam contrahant non leuem. In reliquis duabus qualitatibus securitas similis est. Tempus curationis in sicca intemperie multo amplius: quippe, quod fenium in sanis est, id sicca intemperies est in aegris. Itaque etiam insanabilis est, si prorsus sit consummata. Est autem prorsus consummata, vbi solida similiarium partium substantia reddita est siccior.

Alii, f. 13. t. 1. c. 2. fol. 289. c.

De Quadruplici corporum curanda Siccitate, ac de optimo Melle, & Lacte, ceterisque cibis, qui siccatis corporibus conueniunt, eligendis. CAP. 6.

Nam est & altera siccitas, utique cum ea, quorum substantia ex humore concreto constat, sicut caro & adeps, sunt liquata. Etiam tertia, cum propria humiditas, vnde partes nutriuntur, omnino est absumpta. Continetur ea in omnibus animalis partibus, ceu ros quidam per eas sparsus: de qua dictum alibi saepe est. Hanc igitur inserere particulis sine nutrimento non est. Ideoque difficillima est omnium eiusmodi affectuum curatio. Diuersa ab ijs siccitas est, quae in proprijs cuiusque particulae exilibus arterijs venisque consistit: provenit & haec ex sanguinis penuria. Omnibus itaque his siccitatibus maxime contrarius est austerorum vsus, siue ea cibi sint, siue potiones, siue etiam medicamenta: quippe quae, siquid in ijs superest naturalis humoris, id absumunt, partim Septima Classis. ffffff iij ebibentia,

*si obsecras, est in insillis, sed in manus scriptis εὐπρόσθετος, i. in uentione.

1701

ebibentia, partim in sinum ventris per exiguos meatus exprimentia, partim ad continentes partes E
 trudentia. Curabis igitur ipsas, si meatus, qui contracti sunt, dilataueris: ac quod in vicinas particu-
 las est compulsum, reuellas: praeterea singulas simularum partium propria humiditate, humectan-
 tis nutrimenti ope repleas, veluti nos, quem memorauimus a medicis siccatum, curauimus. Is in
 ea contrarietate, quae in frigido & calido consistit, nullam euidenter vincentem habebat intempe-
 riem, nec in vniuerso corpore, nec in ventriculo: siccus tamen & gracilis admodum est redditus, p-
 pterea, quod ventriculus eius ex sicca intemperie imbecillus male concoxerat. Huic nanque omne
 curatiois consilium huc tendebat, vt humectaretur tum ventriculus ipse, tum reliquum omne cor-
 pus. Quibus autem singillatim agendis, quibusque maxime materijs sim vsus, vt voti compos es-
 sem, non sit ab re dicere. Domum ei parauit maxime balneo vicinam, quales multas esse in diuitum
 domibus non ignoras. Ab hac statim in balneum super linteis mane intuli, vtique ne, si ipse se mo-
 ueret, tum siccaretur: tum ante, quam commodum esset, exolueretur: horum enim alterum contrarium
 affectui est, alterum moram in balneo minuit. Longissime nanque in aqua versari hominem expe-
 dit: ideoque etiam natiuones vtiliores sunt, quam parui aluei, quos Pyelus graece vocant: atque ex ipsis
 natiuonibus potissimum, quae propinqua sunt foras egressui, quod scilicet illi ab aqua foras non lon-
 ga sit via: nam aerem balnei in ijs, qui ita sunt affecti, haud quaquam desideramus. Esto autem F
 aqua ad vnguem temperata, cum, quae frigidior est, latenter frigus corpori infirmo insinuet: cali-
 dior autem cogat constringatque tenues meatus, ac denset. At nos eos, cum coacti sunt, remitti, laxari,
 ac dilatare postulamus: quod temperatissimae aquae qualitas praestat, vt pote quae, iucundissima
 cum sit, naturam ad explicandam se, atque ad dulcedinem, quam praestat, quoquo versus extenden-
 dam prouocat, contraria videlicet ratione ijs, quae sunt iniucunda: ab ijs enim recedit, fugitque ad
 profundum. Quo minus mirum est ex offendentium contactu stipari, constringi, ac durari corpora,
 tenuesque eorum meatus cogi, ac densari: contraque, ijs scilicet, quae iucunda sunt, succedere contra-
 ria, vtique lindi ac molliri corpora, dilatarique meatus. Ab eiusmodi lauro statim alinum exhibi-
bit lac, sed inducta in ipsam, qua iacebat, domum asina. Quippe sic mihi persuaseram maxime
 quidem celeriter hominem sanandum, si fieri posset, vt ipse alinam suggereret: in id grauaretur, expe-
 dire, vt quam minimo tempore in aere ambiente lac moraretur propterea, quod celeriter mutari sit
 aptum, vtique genitalis seminis ritu, quod nec ipsum aliquandiu extra propria vasa, si modo suas
 vires seruabit, morari patitur, sed vel in ipsius maris partibus contineri, vel ipsius foeminae parti-
 bus situm esse postulat. Et sane vtilissimum lac est, cum ex ipsis mammillis quis hauserit, veluti Eu-
 rypthon, & Herodotus, & Prodicus censent: qui tantum in eo ad corpora reficienda fiduciam ha-
 buerunt, vt etiam, qui phthoe contabuerant, ex ipsa mulieris papilla lac sugere tubercula. Verum
 cum hoc plurimis non placeat, melius est calens adhuc ex mammillis id in agri ventriculum quam
 ocyllime transferre. Ac optimum quidem, vt pote cognatum, muliebre lac est. Sed, quoniam id
 exhiberi sibi ceu pueris plerique recusant, vtique, ceu alinis, alinum ipsis, dari conuenit. Id enim
 reliquis omnibus ad propositum affectum est vtilius: quippe, cum tenuissimum sit, & minime
 coagulatur, & quoquo versus ocyllime in corpus digeritur. Eget autem horum vtriusque, cui ven-
 triculus laborat, vtique ne coaguletur, communis commodi gratia, omnibus enim id est incommo-
 dum: vt quoquo versus digeratur, propterea, quod & celeriter nutriri est opus, & quae viae, per quas ali-
 mentum transit, iam conuenit. Igitur tum lac ipsum per se est his dandum, tum etiam mellis tepidi
pauillulum immiscendum. Maxima vero habenda cura est in eiusmodi affectibus de vtriusque
 bonitate. Quod igitur mel colore flauo sit, & odore suaui: tum purum ad eo, vt totum pelluceat: ac
 gustanti parum acre iucundissimumque: praeterea tam sibi cohaerens, vt, si digito attollatur, continuu
 sibi nec inter se sum ad humum defluat: id omnium est optimum. Si vero abruptum, nec demis-
 sum ad terram vsque continuitatem seruat, id aut crassius iusto est, aut tenuius, aut anomozomeres.
 Voco autem Anomozomeres, (quod sane & nomen ipsum indicat,) quod est ανωμοζων μερών, id est H
 ex dissimilibus partibus, est compositum. Deprehendas autem id, si diligentius inspicias aut cras-
 situdines, aut humiditates habere innatantes, quae nec inter se sunt similes, nec etiam totae. Cerosum
 itaque magis mel est, quod & crassius est, & cui tales quaequam crassitudines innatant. Excremen-
 tosius vero ac pernici concocuique difficilissimum, tum quod totum humidum est, tum in quo multae
 in partibus sparsae apparent humoris guttae: porro, in quo vel cerae qualitas aliqua, vel propolis, vel
 id genus alia gustu deprehenditur, adeo non est optimum, vt etiam malum sit: quippe nullam peni-
 tus alterius cuiusquam rei eminentem in se continere qualitatem debet. Quocirca, quod thymum
 plane redolet, non probato est. n. id parum consummatum, nec plane quodam modo mel. Quaequam
 non ignoro a quibusdam id laudari, eoque fieri, vt non nulli venditores incisum thymum illi iniiciant,
 quod id redolet, videaturque optimum. Ipse tamen, quod tam improbe thymum olet, non laudo:
 multoque minus, si cui insectum thymum sit. Quod autem confusam quandam qualitatem odore
 gustu ue pra se ferat, id non vitupero. Ad eundem modum & lac nullam externam qualitatem
 odore gustu ue pra se ferat, sed esto quam dulcissimum, & sibi ipsi continuum, & prout lacti con-
 uenit, splendens: super omnia, quoad eius fieri potest, similes habeto partes: nanque hanc dotem,
 veluti mel optimum, ad perfectionem non recipit. Quo vero tale lac fiat, & idoneis nutrimentis
 alendum

καλοριβιθρα

Al. Herodi

Aalendum animal est, & exercitationibus mediocribus ad mouendum, & pullus, si quem lactat, au-
 ferendus. Quod autem atatis quoque maxime florentis esse debeat, id neminem latet. Curandū itē,
 vt quam optime concoquat, contemptis videlicet ijs, qui, si alinis quoque victus rationem praescri-
 bemus, ridebunt. Si enim Veneti & Pralini studiosi sectatores, equorum sterora, quod intelligant,
 quemadmodum alimenta concoxerint, odorantur, tanquam ex eo omnem bonam habi-
 tudinem cognitur, multo profecto magis nostrum fuerit pro hominis salute nihil tale non prospici-
 cere: atque herbas animalis, quae non admodum sint humidae, scenumque & hordeum, quod sit me-
 diocre, obijcere, sed nec illa ommittere, vt alinae corpus refrigeremus, & fricemus, & detergamus,
 & mundemus. Porro si humidiora, & olentiora, & flatus plena excreuerit, planum profecto est non
 concoxisse probe. Quare aut detrahendum aliquid de alimento est, aut exercitationi aliquid adij-
 ciendum, aut qualitates immutanda, aut refrigerationis frictionisque cura varianda. Sin duriora red-
 dat animalis aluus, ad contraria est inspiciendum, atque illorum aliquid immutandum. Nam, si ipse om-
 nia, quae consideranda circa animal sunt, cuius lacte vsuri sumus, deinceps persequar, totam tuende
 sanitatis artem com memorem, quam teneat, necesse est, quisquis idoneum lac praeparabit: nunc
 verò dici opus non est, cum alibi de ea traditum sit absolutissime. Sed ad propositum reuertor. Ac
 B mihi iam rursus memoria repetes hominem, qui & lauatus est, & lac sumpsit. Hunc itaque ad secū-
 dam vsque lauationem quiete permittemus: tum modice fricabimus, & pinguius, vtique si lac,
 quod sumpsit, iam ad vnguem confecit, id quod tum ex ructu, tum ventriculi mole licebit conij-
 cere. Modicum verò temporis inter primam & secundam lauationem intervallum erit, si qua-
 tuor aut quinque equinoctialium horarum spatium interlit, scilicet si tertio adhuc lautare paras: sin
 aliter: plurimum. Sane tertio laubis, si multis lauationibus fuit assuetus: hi nanque & delectantur, &
 iuuantur, si saepe lauent. Quin etiam post quaque lauationem hominem vngemus prius, quam se
 veliat: quippe conducit ad renutritionem id quoque, sicut & frictio. Reddita verò de horum
 omnium facultate ratio est in libris, qui de sanitate tuenda sunt scripti: non tamen inutile fuerit
 nunc quoque summam carepetisse. Nam, siue cuiuslibet partem corporis temperatam infundas cali-
 dam aquam, siue frices, siue aliter quomodocumque calcacias, idem fieri cernes, quod Hippocrates
 de ijs dixit, quibus aqua calida desuper infunditur. Nam primum attollitur, mox gracile effici-
 tur. Ideo que vbi carne implere quodlibet corpus studemus, id catenus calcandum nobis est, dum in-
 tumescat. Vbi verò digerere, & vacuare cupimus, catenus continuandum est, dum, quod prius
 intumuit, subsidat. Sane, qui eiusmodi operibus praesicitur, sollicite attentus esse debet, potissi-
 mum que vbi carne implere studetur: nam digerendi certe tempus adeo late patet, vt, etiam si ve-
 lis, in eo non aberres. At carne implendi plane praecipis est occasio: liquidem, cum primum intum-
 uerit, tum esse desistendum. At intumescere hoc, singulis corporibus suum est. Non enim fieri
 potest, vt, qui nunc nobis propositus gracilis est, ita intumescat, vt illi, qui sani sunt immo, postquam
 leuiter intumuit, protinus digeritur. Itaque attendendum diligenter est, ne clam te clabatur propo-
 situs temporis articulus. Siue igitur hominem, qui extrema gracilitate est, perfrices, suscitabit tibi
 solus rubor: siue laues, satis esto mediocri calor: si quid ultra peragas, resoues hominem magis,
 quam nutries. Vngendum verò post lauationem oleo est, ne videlicet plus iusto digeratur, sed
 obstruantur exiguae cutis spiramenta: idem protinus & siccitatis remedium fuerit: & aduersus in-
 commodum, quod ab aere ambiente contingit, veluti munimentum. Ac, si quidem delectatur lac-
 te, post secundam quoque lauationem id exhibebis: sin aliter, pituitam diligenter coctam, aut ali-
 cam pituitam ritu praeparatam. Hinc, vbi rursus quieterit, ad tertiam reducendus lauationem est,
 aut ilico ad coenam. Sit autem praeparatus illi panis purus, & qui curiose in furno sit coctus, &
 tum fermenti, tum salis, quod satis est, habuerit. Obsonium quoque ex saxatilibus pffibus, aut ex
 albo iure asellus. Praeterea alae testes que gallinae, qui lacte sit altus, idonei sunt. Quorum si copia
 non est, alij vtendum. Ad eundem modum & perdicibus, & passerulis, qui montani sint & mol-
 lis carnis, vescendum. Vitanda autem, & quae palustria sunt, & quae carne sunt dura. Et (vt pau-
 cis alimenti summam complectar) sit coctum facile, & nutriens, minimeque glutinosum, atque excre-
 mentosum. Porro omnium, quos nouimus, ciborum maxime nutriens iuilla caro est: verum non
 aequae, ac praedicta, coctum facilis est: praeterea glutinosum succum crallumque generat. Alioquin nec
 alio esse habitu potest, quod in summo sit nutriens: quippe adherere id debet, & firmiter affigi,
 non autem pra tenuitate distillare. Non tamen ad propositum affectum vt hac conuenit. Si enim
 nutrimentum ipsum se ipsum concoqueret, ac in partes digereret, praeterea alendis partibus assimila-
 ret, & quibus alimento plurimo est opus, adhereret, proculdubio maxime nutriente cibo esset
 opus. Verum, quoniam non aliud est, quod nutrimentum desiderat, aliud quod ipsum conficit:
 sed, quod nutriendum est, ipsum sibi & nutrimentum attrahit, & mutat, & concoquit, & adiungit,
 & assimilat: ad duo nimirum nobis in opportuno cibo eligendo spectandum esse dicitur, vnum ip-
 sius cibi naturam, alterum vires suas proprias inlitasque. Itaque ex his illud patet, nec plane, quod maxi-
 me nutriat, optimum esse ijs corporibus, quae refici magis egent, vt pote quibus concoquendi facili-
 tas non est: nec est, quod facillimum concoctum est, cum scilicet ipsum nequeat maxime esse nutries.
 Cum igitur hae indicationes ex aduerso pugnent, committendum non est, vt, dum alteri nimum
 sis

Li. de Off. me. com. 3. t. 16. 72. 21. h

Al. dyptor, i. agretilibus. *σποδοί, i. auiculis. Nam σποδοί gen. est ad auiculas oēs montanas. Ἰήρρα, sive passeris, lib. 4. & s. historia animalium.

† ἐρέπου τῆς ἀκρότητος, i. alterius excel. sui.

sis intentus, alterius omnino obliuiscaris, sed vtriusq; memor, quoad licet, vtrunque misceas: quod E mihi præceptum vbiq; memoria teneri velim. Iam vini tum qualitatem, tum quantitatem, memoremus, utpote quod maximam ad talia vim habeat: qm̄ vno hoc in potu vtendum censo omnibus, quibus refici corpus est opus, modo non febricitent. Esto igitur vinum (quod exempli loco dicitur) quale est Sabinū in Italia, Arsinūm verò in Asia, ac (vt summa quadam ac generatim cōprehendam,) quod aquosum quidē alioqui est, ceterū leuiter adstringit. Aquosum natura appello vintū, quod tenue est, & purū, & oligophoron, vt Hippocrates graece nominauit. Est autē Oligophoron, quod, si diluatur, minimam sustinet aquae mistionē. Id est sanē imbecillissimum, & vt in vinis, aquosissimum: nam, quod plurimum aquae in mistura sustinet, id tum vehementissimū, tum validissimum est. Eiusmodi vinum Hippocrates Oenodes, hoc est (vt verbi vim exprimam) vinosū, nominat. Verum ab hoc cauendum est, qm̄ imbecillas vires feriat. At, quod aquosū natura est: ceterum austerū, id percommodum est, q̄ ab aquae imbecillitate recessit, & vini noxā non dum habet. Ad hæc itaq; respiciens, tum etate eius, tum temperamentū inuenias. Quippe, quod nouellū est, id tum aquosius, tum verò imbecillius quodammodo est, q̄ vt vino conueniat: adde etiā, q̄ agrius concoquitur, ac magis excrementosum est. Antiquius verò, vt vinolius est, ita vehementius est, q̄ vt propositis sit ex vsu. Quo circa citius sexto anno nobile Sabinum idoneum non est, q̄ & diuissime in stomacho ac ventriculo innatet, & fluctuationes faciat. Nobile voco, quod austerum est, non Sabinum modo, verum etiam Adrianum, & Albanū, & Arsynūm, & Titacazenum, omnia q̄ id genus: dicitū nanq; silius de oibus vinis seorsum est. Ad has igitur, veluti metas, respiciens, et mitturā eius cum aqua temperabis. Quin etiam exactius coniecturam de iam dictis facies, si vitiorum aquae capita memoria teneris. Porro pendet ea ex frigiditate eius omnia: cuius culpa & in præcordiis diuissime moratur, & fluctuationes excitat, & in statum mutatur, & corrumpitur, & ita ventriculi resolut robor, sic, vt deterius proinde concoquat: sed nec digerendo per corpus alimentum aliquid magnopere conducit. At verò memoratorum vinorum virtutes comprehensis iā aquae vitijs aduersam quodammodo naturam habent, cum nec insent præcordia, immo si inflata sint, sublidere faciant: nec inibi moram trahant, propter caloris mediocritatem: adde, q̄, cum digestionis vias aperiant, & pariter impellant, ac nutrimentum sursum agant, ad celeritatem deductionis in corpus conducunt. Sunt præterea boni succi, & ad miscēnda concoquenda q̄ ea, quae in ventriculo & venis sunt, idonea. Iam vires quoque organorum adaugent, & expellendis excrementis viā faciunt. Eo que fit, vt etiam talia vina præter cetera vrinās moueant: quando & ipsa totum corpus celeriter transeunt, & impetu cursus sui excrementa secum expellunt. Ac dictum quidem alibi diligentiū est de vinorum facultate æque, ac ciborum. Conuenit q̄, vt, qui artem methodo tradi libi iudicat, omnis materia vires prius prædidicerit: nec expectet, vt eas in singulis affectibus audiat: sed, simul ac curationis tantum speciem norit, debitam victus rationem inuenire possit. Ego verò ijs consulens, qui veritatis discendae sunt auidi, eiusmodi doctrinam attingere saltem non grauabor: quò scilicet, qui minus exercitata cogitatione sunt, exemplis à generalibus ad particularia, veluti manu ducti, descendant. Ergo, quod reliquum est, apponendum. Potionis is modus erit, vt nec in ventriculo innatet, nec fluctuationis vllius sensum inuehat. Ciborum verò, potissimum si fieri potest, vt ne grauent quidem ipsum. Quod cum difficile sit, vel fortasse eiusmodi, quod vitari in imbecillo ventriculo omnino nequeat, proximum est, vt quam citissime grauis esse desinat. Ab hoc tenso inflatio que præcordiorum vitandae ijs sunt. Quòd si tale quippiā primo die incidit, pro magnitudine symptomatis ad portionem detrahendum postridie de cibo est: sin recte omnia cedunt, paululum adijciendum. Ad eundem modum & in tertio die vel demere vel adijcere contineat cum præcedente conferentibus. Atque ita semper omnia pro renutriendi reficiendi que ratione, frictionibus, gestationibus, inambulationibus, prout corporis incrementum procedit, administrare, etiam reliqua omnia pro resectoria vocata ratione adijciendibus. Quae sane genere à proposita ratione non differt, sed in eo, q̄ sub illa perinde totum corpus est affectum, sicuti sub hac ventriculus. Accidit autem sic affici corpus in diuturnis potissimum morbis, vtique cum natua cuiusq; partis humiditas, ex qua prima nutritur, propemodum omnis exhausta iam est: nam, vt solidarum ipsarū liccitas corrigat, id fieri omnino nō potest, sicuti nec sensum, ueluti in libro de Marasmo docuimus: hanc uerò humiditatem, et si oīno sit absorpta, regigni modo dicta victus ratione licet. Atque in alijs refectionibus ventriculus egregie præ ceteris non afficitur: in proposito autē affectu morbus est ipsius vetriculi, tempore verò totum corpus, utpote parum probe nutritum, macrescit: quo rationabilis est exquisitiorem hos uictus rationem requirere, propter concoctionis imbecillitatem. Ceterum, cum meliores sunt effecti, transferendi sensum sunt ad renutritoriam resectoriam que vocata victus rationem, Analepticen Graeci vocant. Id fiet, si pluribus, & frictionibus, & gestationibus, quam ante, utemur. Mutanda verò interea est & ciborum tum qualitas, tum quantitas sic, ut tum plures, tum ualentiores, quam prius, exhibeantur. Ac tempore procedente, cum ad sanitatis statum prope uentum iam est, seponenda sunt piffana, & lac: præterea sorbitio ex alica: ac ad consuetos cibos ueniendum: post etiam pisces detrahendi, nisi si in consuetudine fuerunt, ac volatilibus cibandum: tum suillas carnes esse à pedibus in piffana elixis incipient: post verò etiam

Al. At. yentū. T Antiqui legunt τὸν λευκὸν καὶ λευκόν, ἢ λευκὸν πρὸν, i quod tenue est & album & splendidum.

* Al. in yentū.

* καταπρασινοί, i. contentperanda.

* ἐπὶ τὸν δαίαι.

* κίνησις, i. motionibus, & in impressis.

A. l. 3. f. 13. r. r. c. 29. fol. 290 d.

A. l. 4. f. 2. r. r. c. 102. fol. 449. b. c.

A etiam inum crus recte sumā: ab hoc etiam reliquas partes: primum quidem iuuenis porcelli: qui, si hyems sit, etiam pridie iuguletur, nam hesternum, quam recens necatum, facilius concoquitur. Aestate sat fuerit: si mane immolatus porcellus sit, ac circa Solis occasum comedatur: quippe, quod in superioribus fuasimus, cum ualentius alimentum uesperis exhibendum censuimus, id semper obseruare studebimus, vtique non leue percepturis commodum ijs, qui ita cibabuntur: quod sane diligentius inspicies agnosces: satius enim est à principio rem coepisse. Quoniam, qui ita se habent, plurimo nutrimento indigent, nequeunt autem, vel quod mediocre est, concoquere, paulatim hos & sapius cibare melius fuerit. Atque idcirco fieri nō potest, vt semel eos cibasse sit satis, sed nec bis, quoad scilicet sunt gracillimi: atque hac de causa ipse ter eos cibare sum solitus. Verum, qm̄ iam manifeste meliores facti apparent, etiam bis nutriti sit satis. Ergo tantam exhiberi primam cibationem est rationabile, quanta prius, quam secunda sumatur, tota prorsus erit concocta. Id contingere ualentiori alimēto non potest. Quare primo loco leue sumendum his est, quò uidelicet concoquatur celerrime & excrementum eius discedat, & uacuu purus que vetriculus secundum excipiat. At, quoniam non solum quies, & somnus, sed etiam longius tempus huius naturalem administrationem excipit, rationale est, vt ualentiores ciborum hoc maxime tempore offerantur. Itaq; B etiam athletæ omnes sic faciunt: qui cum vsum non solum aliqua ratione inuenerunt, sed etiam longa experientia comprobant. Sed enim, & quod illi faciunt, nihil mali sit, si ijs, qui conualescentiū uictu utuntur, etiam faciant, vt illico post cœnam non bibant, uidelicet ante, quam cibum fuerit concoctus: si quidem innatant cibi, si bibant, ita, vt eos uentriculi corpus propter interpositum humorem non contingat. Verum, si sitibundi fuerint, prohibere eos in totum ut graue est, ita nec expe diens: sed tantillum indulgendum, quod & molestiam soletur, & sitim leuet. Postea uerò, quam nutrimentum concoxerint, abunde bibere sunt linendi: quippe celerrime, si ita faciant, per corpus digeritur. Mane uerò post somnum, cum deiecerint, & paulum inambulauerint, modice sunt fricandi. Est autem modica his frictio, quae eatenus administratur, dum corpus incaleat: mox gestationibus utendum: dein rursus tum lauandi sunt, tum fricandi, id que intra meridiem, aut plane circa ipsum meridiem: quò uidelicet inde ad uesperā abūde spatium interueniat. Quòd autem & de domibus, in quibus conualescens nutritur, habenda in primis cura sit, potissimum, ne frigidiores calidiores ue iusto sint, superuacuum dicere arbitror: pari modo & de alijs eius generis, quae inueniunt sibi quisque sine nostra opera potest, doctus uidelicet non solum ex his, quae hic, sed etiam que in opere de sanitate tuenda sunt dicta. Est nanque conualescentium uictus ratio media quadam C inter eam, quae sanorum propria est, & quae agrotantium. Quare difficile non est ex ijs, quae de utraque sunt prodita, vt per se ipsum quis mediam inueniat. Nam, sicut nec aliarum rerum, ita nec uictus vna omnibus species in consuetudine est: cum alijs semel esse, alijs bis: & alijs citius, alijs ad uesperam inceperit cibū, moris sit. Iam cibum ipse alijs piscis plurimum est, aut denique aliquid ex marialijs olera magis, aut deniq; hortensia: alijs pōma: alijs legumina: alijs nūces: alijs aliud quippiā: alijs quadrupedum carnes, atque harum alijs aliae: alijs autem, id q̄ alijs aliarum. Quin etiam caseo & lacte utuntur non nulli plus, quam ceteris cibis, generaliter quidem caprarum, vel boum: sunt tamen, qui & aliorum animalium. Bibunt quoque alijs calidum, alijs frigidum: & uinum uel liberaliter, vel parcius, vel omnino nullum: vel hoc genus, vel illud. Ad ea igitur reducendus quisq; est, quibus insueuit. Scriptum autem diligentius de consuetudine seorsum est. Nunc illud dixisse abunde sit, non modo in conualescentium uictus ratione, sed etiam in morbis magnam partem ad uictus medicamentorum q̄ inuentionem ex consuetudine sumi. Ratio enim totum genus indicare potest: materia cum ex alijs, quae retuli, tum uerò ex consuetudine non minime est iumenda. Sed & naturarum inspicendae sunt proprietates. Noui enim quosdam, qui, si quod uigilantium opus nocte obire fuissent coacti, dormire præterea non poterant. Talibus igitur, vt non D etu bibant, consulendum non est: ne uidelicet ea occasione uigilare coacti, maximam inde noxam sentiant: licet nanq; totum corporis habitum uigilia, eo q̄ infelissima est ijs, qui ex liccitate laborant. Sunt, & qui, si piffanam gustent, protinus nauseant: eadem in quibusdam facile acescit. Esse uerò aliquos, qui facile carnem bubulam concoquant, iam unum ex publice factis est: præterea alios esse, qui ad alios cibos potus que recte se aut non recte habeant. Non solum autem ex his materia, quae ad uictum pertinet, copia suggeritur, sed etiam ex regione & tempore. Scripta que iam hæc sunt à multis, qui me præcesserunt: quo minus ipse istis insulto: qui ideo tantum ea commemo ro, nequid uidelicet sit omissum. Quod uerò ab omnibus iunioribus medicis est omissum, id persequar: nempe quemadmodum affectus corporum methodo curentur. Eam methodum ueteres (vt ante dixi) probe inchoarunt, nemo tamen eorum ipsam absoluit. Verum rursus ad propositum redeundum. Sicca interperies, ubi solida ipsa corpora contigerunt, siquidem in vna quapiam parte consistant, ueluti nunc in uentriculo propositum est, nunquam ad perfectionem sanabuntur, nec in eum statum, qui ante morbum fuit, reuertentur. Sed, quod dici in consuetudine uulgo solet, re scilicet ipsa edocto, id talibus maxime intemperantijs accidit, morbum uentriculum afflixisse, & in reliquam uitam imbecillū reddidisse. Quippe senum ijs uentriculum obtinet prius, q̄ consenuerint: quo fit, ut facile ex leuibus lædantur causis, perinde ac senes, nec probe cōcoquere

* ἀποπρασινοί, i. ἀποδρασινοί.

* οὐκ ἀποπρασινοί, i. οὐκ ἀποδρασινοί, est in antiquis id est ad electionem mure riae alimenti.

bus symptoma permansit, constabat nobis omnibus ventriculi imbecillitatem esse sanatam, gulam E autem esse perfrigeratam. Nec sanè mirandum erat, sicut potione illa, quod immodice calfactum erat, ad mediocritatem est reuersum, sic, quod mediocriter calebat, fuisse refrigeratum. Ceterum gulam eius nemo potuit sanare: sed vitio in vitium mutato, tandem mortuus est. Alium verò huic similem non paucis annis post vidi, cum omnem ventriculi intemperiem discernere iam possem. Visum igitur est mihi statim maiore conatu refrigerandum esse prius, quam homo magis extenuatus simile quippiam priori ex refrigeratione pateretur. Tutius igitur visum est primum refrigerantia medicamenta, quae praecordijs imponuntur, experiri. Quo facto, aëstus sanè ventriculi est remissus, cæterum homo suspiranti similiter respirabat, tanquam ægre totum thoracem moueret. Quin ipse quoque interrogatus, talem quampiam sentire se offensam fatebatur. Aduerti itaque illi transfueri septum refrigeratum esse: proinde quæ abiectis refrigeratorijs, foui locum oleo calido. Cum autè respiratio statim naturalem motus sui ordinem recepisset, à fouendo desisti: statim autem hominem longiore spatio moderate refrigerare. Ergo, & quæ extrinsecus refrigeratoria applicui, infra magis imposui à septo vmbilicum versus recedens: & cibum potionem quæ omnem (excepto lacte) sub fontana aquæ frigiditate exhibui. Atque ita longiore spatio sanatus est, nusquam alibi offensus. Sciri tamen illud ante omnia debet, vbi valde in ambabus qualitibus immutata quauis F particula est, omnem eius actionem perire: nec facile, quod sic est affectum, ad suam naturam reuer- ti posse. Vbi verò altera tantum qualitas plusculum immutata est, veluti nunc liccitate sumaximus; reliquarum aliqua mediocriter se habet: vtique, qui ita affectus est, sanari potest. *finij. obserua. Romij*

De Caliditate Ventriculi curanda, cui Humiditas vel Siccitas coniungantur. CAP. 9.

PROponamus itaque rursus exuperare intemperiem calidam, huic autè adiunctam esse modo hu- miditatem, modo liccitate, sed mediocriter vtranque, ac prius humiditatem. Hanc intemperiem minore metu aqua frigida curabimus: quoniam minime ex ea lædentur vicinæ partes, quæ mediocriter se habeant. Nam in siccis affectibus necesse est non ea modo, quæ proxima sunt, sed et totum corpus gra- cilius reddi: ventriculo autè ipso non dū siccat, vt nunc est propositum, nec totum attenuatum esse cor- pus potest: quare nec frigida potu lædi. Sicubi verò adeo vehemens calor intemperies ventriculū occupet, vt vsque ad cor ipsum perueniat, febricitare hominem necesse est. Quo minus mirum est, si eius modi intemperiem malus periculū insequit, sanatio tamen genere eadem est: tradetur autè postea, vbi de febrili curatio differetur. Qui autem cum liccitate coniunctus calor est, eadè genere reme- dia poscit, cæterum non adeo securus est refrigerantium vsus propter eas, quas restuli, causas. Humi- da verò intemperies, siue sola consistat, siue cū calore frigore ue coniuncta sit, omnium facillime curat. Et, quoniam tres hæc intemperies creberrime ventriculū affligunt, sunt quæ curatu facillimæ, harum cura- tionem in memoria habent, quicquid ab his methodo, hoc est via & ratione, morbis medentur: ac ad alias eam intemperies (vt dictum est) transferunt, ignorantes videlicet plures esse. Sunt porro ipsius humidæ intemperantia, cum sola consistit, remedia, cibi, qui citra valent calefactione refrigeratio- nem ue liccent: præterea consuetæ pottionis parcitas. Eius autem, quæ cum caliditate coniuncta est, adstringentium & ciborum & potionum vsus: sint autem & hi austeri sine calefactione. At eius, quæ cum frigiditate est coniuncta, optima præsidia sunt, acia omnia: quibus admisceri debent, quæ acerbæ sed citra manifestum frigus sint. Optimum est & his præsidium exigua portio, atque ea vi ni cuiusquam insigniter calentis: constat autem id minime nouum esse. Ad portionem verò eorū, quæ comesta & bibita sunt, etiam reliqua omnia, quæ foris applicantur, adhiberi debent.

Epilogus curationis Intemperierum Simplicium & Iunctarum. CAP. 10.

ET, quoniam de his abunde tractatum est, repetito rursus sermonis initio capita eius colligamus. Calida ergo intemperies refrigeranda est, frigida verò calfacienda: similiter humida liccanda, & sicca humectanda. Quod si per copulationem aliquam duarum qualitatum intemperies consti- tat, miscenda amborum consilia sunt: ac, quæ humida calida quæ est, liccanda & refrigeranda: quæ ve- rò humida & frigida, liccanda ac calfacienda: ad eundem modum sicca & frigida, humectanda ac calfacienda: sicca verò & calida, humectanda & refrigeranda. Scire verò licet omnium harum pes- simam esse inter simplices liccam: in compositis siccam simul & frigidam. Atque hoc loco finem ha- beant ventriculi intemperies, quas scilicet extrinsecus nullus alit superuacuis humor.

De curanda Ventriculi Intemperie, cum Vitijs humores vel in eius Cavitare, vel in Tunicis continentur. CAP. 11.

DEinceps ad eas, quæ ex eiusmodi quapiam occasione sunt, stilū conuertā. Sæpe igitur in ipso lino ventriculi contentus humor, qui aut calfaciendi, aut perfrigerandi, aut humectandi, aut liccandi, aut etiā horum aliqua per coniugatione efficiendi naturā obinet, intemperiem creat: inte- rim verò & in ipsas ventriculi tunicas (vt ita dicam) imbibitus siue impactus. Ergo prior affectus, si semel contiterit, per vomitum expurgatus, facile quiescit. Sin rursus ex alia quapiam vel alijs par- ticulis humor confluit, diligenter discerni indiget. Curatio verò post effectricis causæ cognitionem statim se exhibet. Dicitur enim nobis est tū alibi, tū verò in ijs, quæ de differentijs febriliū scripsimus, confluere non nunquam ex alijs in alias particulas id, quod in his redundat: veluti ex capite ad oculos. Quo casu oportet curata ea parte, quæ transmittit, duntaxat firmitati prospicere oculorū: quod videlicet eorum,

Equin & frigi- da potio eis est conueniens, ad dicitur in codicibus graecis.

Al. 3. f. 13. r. 1. c. 24. fol. 289. a

eorum, quæ ad sese conflunt, minus propte quicquid admittat. Ita igitur & in ventriculi affectu oportet, vbi id, quod superuacuum transmittit, inueneris, oem huc curam conferre: de ventriculo autè tantisper esse sollicitū, ne, quæ confluant, propte recipiat. Id quod duplici (vt arbitror) rōne fiet, vna oim fluxionū cōmuni, quippe quæ ab adstringentibus reperiuntur: altera verò non minus ipsa quoque om- nium partium, quæ ad bonā habitudinē reducitur cōi, nempe ex ipsarum temperiei mediocritate. Ergo primum inspiciendum totū corpus est, an excrementosum, an plethoricon, i. nimia æqualitū humorū copia redundans, fluxionē ventriculo immittat. Secundo loco, si id non videtur, singulae partes expendendæ. Atque in toto quidem corpore æstimando tum redundantia, tum excremento- rum notas & ex opere de sanitate tuenda, & ex libro de plenitudine didicisti. Super has tamen illa quoque æstimabis: primū quidem in mulieribus, an naturaliter non purgentur: mox in viris an excre- tio aliqua cōsuetæ his retenta sit. Plerisque enim ora venarū, quæ in sede habentur, vacuare superflua sunt sueta. Alijs profluentæ naribus sanguis, aut vomitus, aut alio quopiam modo in certis periodis vas aliquo reclusum: noui enim tum in ore, tum in faucibus id multis cōtingere. Non desunt, qui- bus & per ventriculū sanguinis expulsiō certo tpe fiat, potissimum ijs, qui cū vehementer exercita- tionem deposuerunt, à priore tū victu non destiterunt: aut et artuum toto aliquo sunt priuati, veluti

*τροπον est in antiquis, vt Li- nacer vertit. τροπον est in impressis, i. lo- co.

Bt Hippocrates indicauit. Sunt, quibus diarrhoea & cholera certis intervalis oem corporis redun- dantiam educant. Ab his illud æstimandum, quæ nam victus rōne sit vsus, vt tum ne frequentī cru- ditati aut fatietati inciderit, id quæ in ociosa vita, ac præcipue præter cōsuetudinē, an cōtra. Illud deinde perpendendū, an alud mēbrū corporis certo temporū circūitu vexari solitū, nunc non vexetur. Alijs enim articularis morbus, aut coxendicus, aut podagra: alijs cephalga, aut et fluxio aliqua, quæ in oculos vel aures procubuit, nunc migrauit ad ventriculū. Non paucis verò catarrhi & coryzae, quæ id est distillationes per guttur & nares, quæ assidue vexabant, conuersæ certo tpe in ventriculi loca sunt. His igitur oibus consideratis, si quidem ex minus momentaneis translatio facta est, quod superfluum est, rursus ad ea reuelles: si in ex ijs, quæ maioris sunt momenti, ambobus simul cōsules, cum semper submouēs affectū, qui fluxionē excitet. Fiet id, si oēs corporis partes ad bonam habitū dinē reducamus, ac oēs naturales expulsiōnes, fluxiles semper reddamus. Hæc quemadmodū effi- cere possis, in opere de sanitate tuenda est præceptum. Nec illud laret, si propter æqualium in toto corpore succorū redundantia ventriculus fluxione tentat, totū corpus vacuandū esse: Simili modo si propter mali succi abundantia, eā purgandā esse, atque hinc ad ventriculū veniendū. Prorsus, n. cū plures iam dies delata in eū superuacua sint, aliquod vitij ex malitia eorū contraxit, itaque non intem- pestiue, qui ita laborat, ablinthij potione vtetur. Sed nec, quæ postea adhibēda prouidentia sit, quo ad ventriculo pristinum habitū recuperatis, latere arbitror. Quippe, si pro temperamento noxiæ flu- xionis, intemperie aliquā labore, corrigi nimirum per cōtraria præsidia postulat. Facillimum verò est eiusmodi noxam corrigere, vbi paucos durauit dies. Nam, si de siderio eius, qui curasset, longio- re spatio permansit, aliquā tunica eius malo succo implentur: aliquā ipsa simularum earum substantia intemperata non leuiter effecta, similis curæ indiget ei, quam prius de intemperantij in hoc libro retulimus. Reliquū igitur est, vt exponamus, quemadmodum curari succus vitiosus debeat, qui in ventriculi tunicis est receptus. Sunt porro ad eiusmodi affectus idonea pharmaca genere quid- dem ea, quæ modice purgant sic, vt eorum vis super ventriculi & intestinorum loca non ascendat: aut, si quid vltra, vasa tantū in mesenterio contingant. Spectoratim verò, quæ ex aloë componuntur, sunt aptissima. Etiam, si illa præsidia non lintaloe ipsa per se. Hæc itaque non elota valentius vacuat: elota purgat quidem minus, sed roborat ventriculū magis: expedit ergo paratam habere, quam omnes medici Pteran, id est amarā, vocant: atque hanc dupliciter confectam, vtique ex aloë elota, & non elota. Admifcentur autè huic cinnamomū, & xylobalsamum, & asarū, & spica nardi, & crocus, & chia mastiche. Sunt autè horū cuiusque drachmæ sex, solius autè aloës drachmæ centum. Præstitū

Di dioplar.

Al. 3. f. 13. r. 1. c. 24. fol. 289. d

simum hoc medicamentū est ad vitiosos succos, qui in tunicis ventriculi habentur: vtilius quæ est eo sicco ex aqua vti duum paruorum cochleariū mensura, vbi mediocriter ac medio quodā modo eo vti studemus: nam maximus eius modus ac absolutissimus est duorum non vtique paruorum, sed magnorum, potio in aqua temperatæ cyathis tribus: minimus, vnius parui. Vtendum verò hoc tempore & pitisanæ cremore est: qui primus à balneo sumetur. Nam medicamen ipsum solito pur- gantium medicamentorum tempore dabitur. Post id verò, vbi modice inambulauerit, & modice se mouerit, de reliqua victus ratione nihil est immutandum. Sunt, qui reponunt medicamentum, excipientes id despumato melle. Et fit quidem ita durabilius, cæterum non perinde ad propoli- tos hoc loco affectus vtile, cum & minus ventriculū roborat, & magis aluum desiciat. Verum quibus lenta pituita ventriculo est infixa, ijs prius exhibenda sunt, quæcunque hanc dissecant: post deinde purgandum. Quod si ad vomendum sunt idonei, non inutile sit per radículas ex oxyme- lite vomere. Sin verò nec lentus humor sit, nec crassus, vtique abunde sit à pitisanæ solius cremore vomuisse: item à mulsā: quo casu sumendum vtiusuis plus est, quam vel nutrimenti vel etiam deiectionis causa fumeretur. Idoneū verò est, & si mulsā, in qua incoctum ablinthium sit, bibatur: nam id quoque tenues succos, quicunque videlicet in ipsius ventriculi ore continentur, commode deorsum impellit. Sanè communis est totus hic sermo, qui de intemperie agit, cum sanitate tuen- dæ

de præceptis, ea scilicet sui parte, qua de parum firmis actionibus disputat: non enim profectio ea, E qua de perditis, ac vitiose functis agit. Quippe pars illa à sanitate tuenda contemplatione planè se iuncta est. Imbecilla verò actio, prout magis minus ue talis est, aut ad sanitate tuenda, aut ad medendi tractatione pertinet: leuiter quidem impedita ad priorè, grauius ad posteriorem. Discernit vtraque ex eo, qd à confuetis actionibus obeundis pp noxæ magnitudinem vel desistatur, vel nò desistatur. De Ratione curandi, cum Intemperies, Humores q, in cavitare ac in Ventriculi tunicis contenti coniunguntur: ac de Indicationibus, que curandi initium sibi vendicant. CAP. 12.

Dictatio nunc est, præsertim omni methodo, qua ventris intemperies sint curandæ, iam perferri pta, siue hæ firmius ex mora inhaerint, siue leuius. Nec verò illud latere puto, esse aliqui mistum ex tribus iam dictis simplicibus in ventriculo affectum ita, vt & ipsæ solidæ partes intemperie laborent: & mali succi ita ventriculo sint infixi, vt elui ex facili nequeant: & alij in interno eius sinu contineant. Potest namq; interim fieri, vt primus cū secundo consistat: pōt & secundus vnà cum tertio: pōt & primus cū tertio: sæpe et oēs simul. Pro quibus methodū, quam prius de vulneribus tradidimus, vbi oēs affectus simul coniunximus, ad memoriā reuocabis: quam nunc quoq; appone re non sit inutile. Primum namq; in eiusmodi complexu aestimabis, à quo maxime discrimen egro impendere videatur. Secundo loco, quid, quæ ue ex his causæ rōnem obtineant, & quæ ab ipsis efficiantur. Tertio, quæ sanari ante alia possint, & quæ non possint: veluti de vlcibus, quæ vnà cū phlegmonis consistere, ostendimus. Vbi nāq; à quoquā affectu non leue periculum inicit, ad id, quod vrget, dirigi primū curantis consiliū debet. Vbi aliud efficiens est, aliud, quod ab eo efficitur, ipsa causa spectanda. At, vbi curari hoc ante illud nō licet, ad id, quod ordo dicitur, est respiciendum. Atque in eo quidem curationis consilio, quod ab vrgente inicitur, affectus magnitudo perpendenda est. **Ea triplex est**, alia, quæ ex læsa actionis præstantia spectanda, quæ ex propria affectus essentia: & tertia præter has, quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, aestimatur. In eo verò cōsilio, quod ex causæ ratione inicitur, animaduertendū est, quid nā eorum, quæ inter se cōiuncta sunt, augere aut gignere reliqua possit: quæ rursus ab eo vel gignantur, vel incrementū accipiant. In eo verò, quod ordo præscribit, quid ante quod, vel quid cū quo, vel quid post quid, sanari possit. Fingatur igitur in ventriculum deluere ex cerebro superfluit quendam humorē frigidum, atq; eius occasio ne intemperiem quandā in ventriculo contractā iam esse: adhuc verò et magis, malū iam succi per totum eius corporis media omnia similariū particulariū spatia occupasse. In eiusmodi cōplicitatis dignatione maior est intemperies, ppterca videlicet, qd & ipsa tēperies: propria verò essentia ratione, quod cūq; vtiq; tale fuerit, circa propositum in sermone agitur. Ac ponat ad præsens maximus tritū affectus esse succorum, qui in tunicis ventris continent. Esto (si libet) vt idem quoq; affectus morfus sensum faciat: atq; ex eo ipso animi defectū & sudores quosdam cum syncoptica dissolutione accer fat, ita videlicet, vt quatenus supra vires est, reliquis sit maior. Cōstat igitur primā esse adhibendam curam, vt ei, quod vires resoluat, occurratur. Deinde, qm̄ omnium maximū propriæ essentia ratione hoc finximus, vtiq; ad id primum te verteris, ac primum id sanes. Vbi id mediocriter se habuerit, ac neq; vires amplius labent, neq; plurimum vitiosi succi in ventriculo sit, tum nimirū ad causam accedes, illud pro cōperto habens, non posse ad perfectionē vllum affectum sanari, manente adhuc ipsa, vnde natus est, causa. **Ordo aut curationis**, modo contraria inter se remedia, sicut in plegmona & vlcere, indicat, ostensum nanque est, quæ phlegmonem sanant, ea maius reddere vlcus: modo alteri affectui nihil nocet, sicut in proposito nunc casu. Qui enim educit humorem, qui in sinu ventriculi continetur, is humorum, qui in tunicis continentur, alimentum admittit: aque & qui cerebrum ita sanat, ne quam sensibilem redundantiam creet, is veluti fontem fluxionis in ventriculum destruit. In his ergo ordo curationis cum ordine causarum consentit, quanq̄ in alijs dissentit. Cæterum, quod ex magnitudine spectatur, id distingui, prout dictum est, debet. Ac primum quidem id agendum est, vt ei, quod maximum est, propriam medicamentorum materiem accomodes: deinde pro causarum ordine totum cures. Etenim, cum neque copia notabilis excrementorum in ventriculo sit, nec eorum quæ in capacitate eius continentur, nec eorum quæ in tunicis, sed neque mordicatio quæ viribus officiat, tum omnium primum sanandum ipsum cerebrum est. Ab hoc sinu ipse ventriculi vacuandus extendendus q; est: postea ipsæ tunice expurgandæ: postremo intemperie est medendum. Dicta verò prius sunt cuiusq; horum medicamenta. Itaq; nec prolixus habendus adhuc sermo est, sed finis iam libro imponendus. Omnium enim reliquarum partium intemperies similiter ijs, quas in ventriculo propofuimus, sanabuntur. Semper enim comparandum remedium est, quod sit affectui contrarium: ac illi remedium indicatio, quæ à laborantis natura sumitur, adijcienda: de qua dictum in superioribus iam est, dicitur tamen in sequentibus vberius. Necessum verò erit & nunc paucis de ea mentionem facere.

Methodus indicationum, que à læsa partis natura desumuntur.

CAP. 13.

Prima quidē indicatio à laborantis loci tēperie sumit, quæ calfaciendi, refrigerandi, siccandi, vel humectandi, vel aliquid horū coniuncte cū alio faciendi, mensuram præscribit. Secunda ex eo sumitur, qd actio eius oibus animalis partibus sit cōis, aut qd cōem virtutem subministret. Tertia, ab ipsa

A ipsa partis figura. Quarta, ab ipsius positura: cuius portio est ad vicinas aialis partes societas. Tum præter hæc oia, ipsa sentiendi vel acrimonia, vel hebetudo. Ac dicitur quidem in sequentibus de lingulis horum latius nunc paucis ea transcurramus. Quæcumq; calidiores natura partes ex frigore laborant, hæ & liberalius & diutius calferi postulant: sicuti etiam, quæ frigidiores natura sunt, si ex calore laborent, refrigerari: & sicciore, si ex humiditate male habeant, siccari: ad eundem verò modum & humectari, quæ humidiora naturaliter sunt, vbi ex siccitate laborant, tum vberius, tum diutius postulant. Quippe eatenus redeat ad naturam eorum quodq; necesse est, quatenus à natura recessit: ac veluti quadam via, retroferat, quæ in diuersum agat ei, quæ facta in ipso est, transmutationi. Contra verò pars, quæ calidior natura est, si calido morbo agrotat, exigua breuisq; temporis refrigeratione eget: sicut, quæ frigidior est, calfaciōne ad quem modū in humidis quoq; & siccis se habet. Siquidem paruus est in eiusmodi in id, quod pter naturā est, lapsus: quare & rursus in id, quod sim naturam, rediens. Vnde et minus periclitant, quicumq; cognato naturæ suæ morbo laborant. Non latet verò, & qd, si cubi coniugatae intemperies inciderunt, eatenus hæc reduci ad naturam postulant, quatenus à natura recesserunt. Atq; ita quidem à temperamento laborantis partibus, aut xiliorum indicatio sumitur. Ab eo verò, qd actio eius oibus animalis partibus vtilis sit, aut partibus quibusdam, aut vni sibi, in ijs intemperie generibus, quæ absq; humore infestant, vtiq; nihil ex hac indicatione sumitur. Nā & refrigerari, & calferi, & siccari, & humectari, & p coniugationē quiduis horū pati, lingulae particulae pro morbi portione requirunt. In ijs tñ, qd ex humoribus sunt orta, si particula soli sibi inseruiat, audacter vacues, licet, prout affectus suadebit, sed tñ et virtuti attentus: Sin necessarium opus eius sit oibus animalis partibus, veluti ventriculi & iecinoris, non leuis habenda sollicitudo de robore virtutis est, ne hanc magna semel vacuatione vsus dissoluas. Est porro cōe opus & venarum, & artiarum, & cordis, & thoracis, & renum, & vtriusq; vesicæ, tum eius qd lotium excipit, tum eius quæ bilem, cum valis etiam, quæ ab vtraq; procedunt. Cerebri verò opus, cum sani sumus, ad voluntarias actiones necessarium est, ijs. In ijs tñ, quibus eiusmodi actiones obimus: cum agri sumus, necessarium non est, nisi ijs tñ, quæ ad respiratum sunt deputata. Reliquorum verò organorum actio certe non est: ministerium tñ est ad vitam necessarium, veluti pulmonis, & asperæ arteriæ, & faucium. Ergo ex eiusmodi particulis quàm primum vacuare redundantiam licet, prout volueris: ex ventriculo verò, & iecinore vtiq; vacuare non licet, sed cum cautione, vt nequid virtuti officias. Qm̄ autem non par est actionum dignitas ad agros seruandos, sed alia magis his, alia minus, vtilis sunt, vtiq; ad portionem actionum dignitatis et cuiusq; partis prospiciendum est robori. Maxima igit est cordis officij dignitas, atq; agrotantibus maxime oium necessaria: cerebri verò ad vitam quidem par est momentum, non tñ par robor eius in agrotis requirimus, cum necesse omnibus non sit neruorum ac musculorum opera vti. Itaq; abunde fuerit, si tñ eius seruatum sit, quo respiracionis munus sit obeundum. At verò iecinoris opus oibus particulis per necessarium est: non tñ adeo saltem perpetuum necessitatē habet, sicuti ipsius cordis. Ad portio nem aut iecinoris, et ventriculi opus se habet. Intelligens ergo oium particularum tum functiones, tum vsus, quos in alijs commentarijs tradidimus, haud difficulter inuenies, quatenus cuiusq; robor custodiri oporteat. Ad eundem verò modum, & quæcumq; partes alijs authores facultatum sunt, harum quoq; robor seruare decet pro facultatis earum vsus portione: quo videlicet aialis partibus subministrent. Sanè de his particulis illud, arbitror, didicisti, cerebrum neruis ac musculis: cor arterijs: iecur venis suppeditare virtutem. **A figura** verò indicatio ipsius modi vacuandi excrementi suggeritur, ad hunc modum. Ventriculus vomitu deiectione q; inanitur. Intestina deiectione tñ, sicuti etiam iecinoris caua. Renes verò, & vesicæ, ac iecinoris gibba, si multo vitioso succo sunt repleta, p deiectiones, & pharmaca deiectoria (Catoterica Græci vocant) expurgantur: sin mediocri, per vrinales meatus: Cerebrum verò per palatum, & nares, & aures: Pectus & pulmones p asperam arteriam, & fauces. A litu indicatio dabitur tum ad solidarum intemperies, tum aut ad succorum vitium sanè non leuis. Nam, qui p summa corporis intemperie laborant, ijs medicamenta, qd intemperies requirit, applicabimus. Quibus aut in profundo corpore intemperies est, in ijs rōnem interualli inibimus. Sin medicamentis ijs vtere, quæ intemperies requirit, vtiq; multo imbecilliora, qd pro vsu tuo, ad locum affectum peruenient. Iam ad vacuationes quoq; non nihil litus indicat, dum societatem laborantis particulae cum alijs docet. Nam, nisi illud compertū haberemus, qd cauo iecinoris subijcitur ventriculus, & iecinum: tum quod ieiuno ipsi tenue intestinum succedit: id verò colon excipit: ac colon, quod appellant rectum: vtiq; inuenisse illud non licuisset, qd iecur & p aluum, & per vomitum, expurgari possit. Cæterum aptior sit prior vacuatio, tanq̄ vsu iam callentibus intestinis iecinoris superflua tolerare. Non spernenda verò indicatio est & ea, quam sensus partium acuitas hebetudo q; suppeditant: qm̄ omne medicamen contemnunt, quæ tardi sunt sensus, etiam si non leuiter mordeat. At, quæ acuti sunt sensus, eorum vires dolore resoluuntur. Expedit igit, has nec cōferri, nec semel valentibus auxilijs, moderi tētes, sed tutò potius in tempore. At, vbi tardus est sensus, in his etiam celeriter obire, quod iustum est, licet, semel vsis remedio, quod sit idoneum. Verum, quod supra dixi p de horum indicatione, latius disceptabitur in sequentibus, idq; eo præcipue loco, quo de tumorum præter naturam curatione agemus.

Septima Classis,

ggggggg

Galenii

* mali succi.
* natura oxalis.
* vlcibus.

Ordo Curationis

* in vlcibus.

A. I. I. R. 4. c. 31
fol. 84. e

† Si dicitur in
πυλῶν τε
καὶ κατὰ τὴν
καὶ ἀνομιᾶν
καὶ φαρμάκων
καὶ ἰ. p. medi-
camenta deie-
ctoria, qd græce
hypelatai: &
catoterica no-
minantur.

† Alii ex antiquis
vnde πῶς ἀπὸ
τῶν ἰσχυρῶν ἐν
δύσχεαι. i. de
indicatione, qd
à locis sumit.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CURANDIS
LIBER OCTAVVS

ARGVMENTVM LIBRI

Abfoluit vniuerfam Curandi rationem, quæ Diarijs Febribus debet adhiberi.

De communibus Differentijs atque Indicationibus Februum curandarum. CAP. I.



Vemadmodum verò febres quoque non secus, quæ alij morbi, qui ex intemperie in nobis consistunt, quosque in præcedenti libro narraui, methodo curentur, tempestiuum nunc dicere videatur. Quod igitur, Eugeniæ charissimæ, simplicium ac primarum partium (quas Aristoteles similes vocat) natura ex calido, frigido, humido, & sicco, inter se mistis constet, vno volumine ostendi mus, in quo de elementis hinc Hippocratem disputauimus. Quod verò ex eo, quod hæc calidior sit, illa frigidior, vel humidior, vel siccior, vel simul horum alij quibus copulatis affecta, simplices ac primæ particule inter se differant, id in

libro de temperamentis est assertum. At in libro, quo de morborum differentijs agitur, duo in vniuersum esse morborum genera, quæ in simplicibus animalis particulis oriuntur, docuimus: alterum, quod etiam secundis, & compositis, & instrumentalibus sit commune, vocauimus autem id vniuersionis solutionem: alterum ipsarum peculiare, quod in calidi, frigidi, humidum, & sicci intemperie consistat. Esse autem ex intemperantibus ipsis, quæ quidem in vna sunt contrarietate, simplices: quæ in ambabus, compositas: in ea itaque, quæ est inter calidum & frigidum, oppositiones duas esse simplices intemperies: alteram, vbi quicquid tanto efficitur, quæ ante erat, calidius, ut eius lædatur actio: alteram, vbi pari modo inualuit frigidum: in ea verò oppositione, quæ est inter humidum & siccum, alteras etiam geminas, nempe humidam, & siccam. Copulatis verò inuicem simplicibus, alias existere quatuor, humidam & frigidam, humidam & calidam, siccam & frigidam, siccam & calidam. Traditæ verò sunt & causæ, quæ has intemperies generant, in alio libro, in quo morborum causas reddidimus. Sanè vnus quispiam morborum est, qui per intemperiem fiunt, & febris, utique cum adeo immodice auctus calor est, ut & hominem offendat, & actionem lædat: quæ, si neutrum adhuc efficiat, quantum vis sit homo nunc, quæ ante, calidior, non tamen febricitare eum monstrauimus. Quæ autem, quicquid præter naturam in nobis oritur, siue speciale nomen sortitum sit, siue generale, id extra corpus non est, sed tum phlegmone, tum pleuritis, tum morbus, tria simul in vno consistunt corpore, verbi gratia, Dionis: indicat autem & horum quodque propriam indicationem acque profectio, ut eius, quod maxime omnium speciale est, ipsæ differentia: ob hæc vtilis visum est seorsum de februum differentijs tractare, quod omnibus prius præparatis sermo nobis hoc loco citra omnem eorum, qui parum recte de his scripserunt, refutationem absolueretur. Reuocemus igitur ad memoriam discriminis earum capita, quod propriam ex vnaquaque indicationem sumamus. Est igitur vna earum differentia illa, in qua causa adhuc adest febris: aut febris excitata iam delijt. Altera verò, quæ uel (ut Græci loquuntur) hecticæ febris est, quæ iam facta est: vel etiam (ut aliquis eorundem dixerit) sphetica. Nam, quæ eos affectus, qui facile discutuntur, in σφαιρα græce vocant: qui tales non sunt, in σφαιρα concedendum est, dilucidioris doctrinæ causa, etiam februum ipsarum eas, quæ agere discutunt, hecticas: quæ facile, spheticas nominari. Dicendumque februum alias facile solubili affectu esse, perinde ut calfactum in Sole lignum: alias difficile solubili, veluti quod igni eatenus excafactum est, ut iam accendatur, & fumum edat. Hæ sunt primæ februum differentia. Quas ubi cum summis primam indicationibus iunxerimus, mox ad magis illis speciales veniemus. Prima, n. ois febris indicatio, veluti à morbo est, ablationem eius præscribens. Secunda verò ceu abs tali est morbo, quæ non absolute sublationem, ut prior, sed certam quandam sublationem indicat. Nam, cum febricitantes ex intemperie laborant, necesse est sanationem quoque eorum intemperantiæ depulsionem esse. Omnis autem excessus per contrarium excessum sanatur: etenim id quoque ante est ostensum. Quare febrilis quoque intemperantiæ excessus per contrarium excessum sanabitur. Est autem febrilis intemperantiæ excessus in caloris abundantia. Huic ergo ad temperamentum via erit per id, quod refrigeret. Itaque, si iam præsens febris est, sed causa, quæ eam excitauit, iam delijt, huc tantum sananda eius consilium dirigitur, ut refrigeretur. Quare quaerenda nobis talis materia est, quæ cum redundante calore paria refrigerando faciat. At, si in generatione adhuc febris est, causa, quæ eam accendit, submouenda est. Sin pars eius iam genita est, pars in gignendo adhuc est, vti que consulendum est: primum quidem submouendo, quæ eam accendit, causam: deinde extinguendo, quæ ab hac accensa est, febrem. Ergo, nisi quis ad vnguem memoria teneat, & quæ causæ febres generent, & in quo cuiusque corporis affectu, is nunquam methodo februi prospiciet.

* eucrasian.
* γρηγοριαν. g
nita.

De Ratione

A De Ratione curandi Febrem Diariam ex Meatum constipationem in calidis & Siccis naturis: ac Aduersus eos, qui hac febre correptos Tridui inedia excruciant. CAP. 2.

Dicendum nanque est in his corporibus meatum constipationem febrem excitare, in quibus, quod transpirat, halituosum non est (Athenodes Græci dicunt) cuiusmodi visitur in ijs, qui boni sunt succi, sed mordax & acre, fumo fuliginis uel non ablimile. His igitur corporibus saluberrima est ex aqua dulci & temperata lautio: tum si frictio, quæ rarefaciat: & exercitationes mediocres: & victus, qui dulces efficiat succos: Aduersissima verò sunt lautio frigida, & aluminosa, & lautionis abstinentia, & exercitatio acuta, & frictio uel planè nulla, uel dura, & victus mali succi, & vigilia, & ira, & tristitia, & cura, vti quoque in Sole, & fatigatio. Verum de reliquis post dicam. De constipatione vero meatum, unde digressus sermo est, liquido scire licet solam cam, si reliqua omnia desint, accendere febrem posse. Si itaque eiusmodi naturas à conuenientibus sibi lautionibus prohibeas, protinus febricitant. Vidisti autem profectio, quo tempore Roma nobiscum egisti, aliquos ita laborare. In quibus, qui mirificam diatriton transmittere eos in cibi inedia censent, ipsi difficillimas febres faciunt: quando protinus in primæ accessionis inclinatione, in balneum eos ducere oportebat: ibique sinere crebro, si uellent, nedum semel, aut bis lauare. Ego nanque, reliquis omnibus omissis, cum tibi in memoriam reuocabo, qui in aquis aluminosis (quæ Albula vocant) lauerat, ac ex eo curte denata, post cepit febricitare: quippe satisfaciet is pro claritate sermonis nostri, ueluti exemplo plurimum. Sanè hominem inuisebant medici quidam non incelebres, alter Erasistratus, alter Menodocus. Visum autem est ambobus hominem à cibo continere. Quod tamen nos, cum post illos digressus superuenimus, non permisi mus: sed statim in balneum perductum, & tepenti oleo largissimo perfusum, tum blandissime perfricatum, quæ plurimum temporis in calidi solij aqua uersari iussimus. Mox egresso, ac frigida ex consuetudine uisio, tum lindone cooperto, collidere paululum ad vires recreandas præcepimus. Postea denuo in balneum perducto, ac rursus similiter tum uisio, tum perfricatio, ac in calida morari iussio, dein rursus educto ac frigida merso deorsum, exhibuimus cibum protinus quidem, ut egressus est atque aquam bibit, pullanæ cremorem: dein paruo intervallo lactucam: ac post hanc ex simplici albo iure piscium aliquid eorum, qui molli sunt carne, cuiusmodi saxatiles sunt omnes, & aselli quos uocant. Porro non alienum sit, quod nihil narrationi desit, omnia recensere. Tempus anni erat, quo hæc agebantur, paululum post caniculares, quos uocant, dies. Homo ipse circiter quinque & triginta annorum, colore nigello, & habitu corporis gracillitatis, atque hirtio: tum qui tangentibus, et cum ualeret, manifeste calorem exhiberet mordentem. Vtinas quoque habebat abunde lauas, ac, si plusculum cibo abstineret, etiam mordentes. Aluus autem sicca erat: tum, quæ exercebat, exigua acritas, & sicca. Mores animi ad iram & cogitationem propensi. Ipse pauci omnino somni, & qui perpetuo de vigilijs querebatur. Et sic quodam loco, quod negotiorum gratia concesserat: Albulis (quæ haud longe aberant) est uisio septima (ut aiebat) diei hora, ac ter quaterque se lauit, salubriter sibi consuluisse ratus. Hinc quoque, ubi rursus in agrum se recepisset, ac cibum sumpsisset, & paululum indormisset, venit ad urbem sero uespere: ubi delitutus idoneo balneo, nocte febricitauit. Cum autem tertia serè diei hora contemplati cum medici essent, iusserunt non cum modo diem, uerum etiam posterum totum per inediam transigere, quod tertie diei noctem obseruarent. Atque his diebus abierunt. Nos tum lauto, tum, ut prædictum est, cibato, ministris præcepimus, si medici uespere uenirent, quiescere hominem dicerent: eosque statim remitterent, ac postridie mane redire iuberent. Ut uero abierunt, rursus hominem simili modo lauatum, ac cibatum, ijs ipsis, quæ egimus, dormire probe fecimus. Accedentes autem mane postridie medici, censuerunt et eo die cibo illi abstinentiam, et si quæ maxime sine febre profusus esset. Illo uero promittente se facturum, quod iuberent, scis, quantum illis digressus risus sit excitatus: quem nos paulo post superuenientes deprehendimus. Non fugit uero, nec quomodo cum laborare ipso sit actum. Nam, quæ (in quâ) cum ualeres, bis lauare solebas, ac medici cibum tibi omnino circuncidunt, nec illis iure in totum obsequendum esse, & aliquid eorum, quibus per sanitatem es uisus, immutandum arbitror. Eo uero putante me sibi suadere, ut lauaret quidem, sed non bis tantum paratū se assumante, quicquid iusserim, exequi: ergo (inquam) neque inediam tolerabis, neque lauabis bis: siquidem & laboralle mihi uideris iam triduo, & calfactus uehementius à Sole fuisse. Propter igitur laborem (inquam) & uisionem, unâ te adijcere lauitionem ad duas oportet, ac ter mihi audierem lauari, quæ id mihi facturum te pollicitus es. Ille subridens, dura (inquit) imperas: ceterum, quæ stare pactus est iustum, faciam, quæ iubes. Quæ uero medici post hæc egere, nostri planè, quanto erant digna risu. Bis iam lauatus fuerat, pransusque dormierat, cum circa occasum Solis ministrorum quispiam adesse medicos nunciat. Hic uero febricitare se simulat: ac ueste circumdatus in uoluntusque, quo minus bibisse uinum ab ipsis deprehenderet, amaro cuidam mandat, medicis, siquid percontentur, pro se respondeat. Erant autem de more, ubi inuolutum curiose hominem etiam cum capite uiderent, primum illud solenne ipsi rogaturi, quæ hora accessio inualisset. Cum autem amicus respondisset sermone unam quidem integram, ex quo cepisset, intercessisse horam, cum horrore ne an frigore cepisset, rogant. Eo cum horrore respondente, tangunt hominem iam corpore propter risum & operimentum madentem. Itaque, ubi hominem laudassent, quod sibi obtemperasset, nec quicquam ante tertiam diei accessionem deliquisset,

καλονθεσω
τουε.

Ob. feb. p. 100

* ciorate spr-
ois.

Septima Classis,

ggggggg ij

quillet,

quisset, ob id ipsum (inquunt) nunc te deseruit horror, estque sudoris indicium, ac multa humiditas circa cutem: quae haudquaquam euissent, nisi inedia tolerantes, & triduum transmississes. Iussis igitur propinquis, si quae guttula illi manarent, diligenter detergerent, ne frigore afficeretur, tum maneat se redituros praefati discedunt, ne tum quidem post sudores iusto homine nutriti: visae namque sunt illis noctes eo tempore breues, vtilisque esse postridie mane nutrire. Digestis igitur ipsis, per fuis sudore iuuenis, ita, ut inuolutus vestibus fuerat, in balneum cucurrit, ac tertio lauit: & similiter est cibus. Postridie prius, quam aduentarent medici, egressus domo dedita opera est, ne se deprehenderent. Itaque, cum paulo post venirent, & egressum intelligerent, mirati inter se sunt, quid tandem hominem egredi subegisset iam bidui passum inedia. Ergo, si hoc vno male ab eiusmodi medicis agri afficerentur, quod pluribus diebus in cubilibus detinerentur, cum liceret sine intermissione hac inedia multo citius ad consueta vitae munia redire, esset profectio vel id pergrauae: Verum longe grauius est, quod accidit. Cum enim memorata naturae, ubi sub tali victu reguntur, grauis occurrentur febribus, qui hunc iniungunt medici, nihil mihi a carnificibus differre videntur. Non enim veluti qui humidus, ac boni succi sunt, ubi in febris diaria transmittere mirificam diatriam coguntur, vnum id tantum patiuntur incommo- dum, quod frustra cruciantur, sic etiam naturam comprehendat: immo ex longiore inedia accerrimis ac vtilissimisque cruciuntur febribus: a quibus promptus est in heclicas transitus: atque ab his rursus in torridum marasimum: aut, si os ventriculi facile iniurijs patet, in eum, qui Syncopen, id est animi defectum, infert. Audisti enim subinde non nullis talium medicorum dicentem me, licere ipsis euidenter intelligere, quantum mali committant, dum eiusmodi naturas in inedia custodiunt, si velint, dum sani omnino sunt, biduum eos inedia iuberet tolerare. Cernent enim illico febricitantes, idque ob nullum profectio aliter, quam famem. Siquidem, cui nec suberat prius quicquam in corpore, quo grauaretur, nec quicquam illi interim accessit extrinsecus noui, is plane ex inedia febricitauit. Quando enim (ut dictum est) non vnus, alterue sic intemperatum, sed plane oes, ubi inedia tolerarunt, & balnei solio abstinerunt, febris corripitur, ne vel leuis quidem amplius relinqui nobis suspicio potest, quali ob aliud quippiam & non inedia febricitarint. Quibus namque in corporis temperatura siccum praeualet humido, & calidum frigidum, his corporis habitus gracilis, hirsutus, & nigrior est: ac reliquis tribus intemperamentis, quae hoc sunt minus calida, taetum calidior aduertitur: plurima quoque his flava est bilis, vrinamque, ac deiectione bili satura, & pulsus magni, & somni leues & pauci, & animi impetus vehementis. Ergo recte horum Hippocrates tum generalem victus formulam, cuiusmodi esse conueniat, tum, quoracumque qualia symptomata in eiusmodi homines incidant, non solum ubi totum diem in cibi inedia transegerint, verum etiam ubi altero cibo, qui pro prandio datur, abstinerint, prodidit. Quippe in sexto de populatim grassantibus morbis ita inquit: In calida natura refrigeratio, aquae potio, quies. In libro autem de acutorum victu, quem aliqui tribus sententijs adscribit, cum de ijs disputat, qui solum prandium dimittunt, etiam huius naturae hominum meminit, Picrocholos eos graecae, quali amarae bilis homines, ab redundante, s. succo nominans. Habent vero eius verba se ad hunc modum: Sed & quibus die comedere consueuerunt, si non prandent, agrotant: tum imbecilli & infirmi sunt, ac timidi ad quoduis opus: praeterea cordis dolorem sentiunt. Siquidem suspensa illis viscera videntur, & calidum, pallidumque mingunt, & deiectione vritur. Sunt praeterea, quibus os venteris amaricat, oculi cauantur, temporas salisunt, & extremae partes frigent. Haec ubi praedixi, mox alia quaedam tum de coena, tum de nocte, ad finem sermonis ait huiusmodi nota homines (quos Picrocholos vocant) tum vnicum in die victum, tum inedia, quam alios homines, difficilius ferre, vnam nimirum in eo libro exponens: partem eorum, quae in sexto Epidemion monuit in vniuersum, nempe quod ad victum spectat. Nam refrigeratio, quam calidis naturis suavit, efficitur cum ex alijs quibusdam, tum non minima ex cibi exhibitione. Qui namque originalem temperaturam parum moderatam habent, horum insitum calorem, si squalens accretus est, cibi mitiorem minusque mordentem reddunt. Sanè illud non latet, & boni succi, & exquilita debere esse, quae his exhibeantur, nutrimenta: non tamen ea, quae boni succi propterea, quod exiguum huiusmodi substantiae in se habent, nominentur, ac nutrire nequeant, immo quod vtile plurimum in se contineant. Sunt namque & maluae, & brassicae, & betae, & lactuca, & denique omnia olera, & fructus, nutrimenta, cum substantia in his habilis ad alendum contineatur. Verum, sicut in his exiguum est, quod nutrit, non exiguum, quod est inutile: ita in pane puro, & ouis, & carne, & alicia, plurimum est, quod nutrit, minimum, quod est inutile. Quod si id inutile, quod admistum vtili est, praeterquam quod non nutrit, etiam acrem, aut acutam, aut acerbam, aut amaram, aut denique vitiosam quampiam qualitatem habet, non modo non proprie nutrimenta sunt, sed etiam medicamentosa facultatis non parum in se habent. Expedit igitur tales homines illis nutrire cibis, quicumque nec medicamento sam vllam sensu perceptibilem vim habeant, sed nec ipsum, quod nutrit, plurimum: quando hoc quoque, si exuperat, vitio non caret. Principio, namque nec, quae in ventriculo eorum agitur, concoctio est exacta: nec, si ventriculus ea superet, quae in venis obitur, est absoluta. Quod si hic quoque haud magnus sit error, saltem tertiam (quae singulis partium propria est) difficile fuerit in omnibus illis rite perfici. Conueniet profectio huic, & ut frigidum humidumque quodam modo

* AP. Εμπορο- τοις. i. sicilicet- mis.
 † εις τον συ- κοποδην. i. in syncopesti. syn coposus est marasmus non inter syncopa: imo sit, ubi, q. id syncopa sine est corrupti, ve hementia quae periculi euitant, relicta est ipsa fuerit aliquid syncoposae affectionis.
 A† Non est in antiquis.
 B. θυμοσ.
 C. Sect. 4. t. 15. 3. 183. c
 D. Co. 2. t. 24. 7. 119. h
 E. † πρὸς τὰς κινδύνας γινώσκων επιτηρησόντων. i. aduersus Caidias se ietias scribit.
 F. nec in Greco est exempla ri, nec forte addendum.
 G. * πάλλονται. palpitant.
 H. Ibidē. t. 29. 7. 120. c
 I. Com. 4. t. 15. 3. 183. c
 * δ' πώρωσι.
 * δ' ἄαν. id est agidam.

A. H. 4. f. 7. r. 1. c. 3. fol. 41. d.

A ei nutrimentum exhibeas, ubi corpus tum calidius, tum siccus solito est redditum. Quare commo- distimus huic est pultana cremor ad vnguem coctus, in quo nullum sit superfluum condimentum, utpote qui & refrigerare, & humectare, ac sine siti seruare hominem potest: cum eo, quod nec haliturosum, nec humidum, nec siccum detinet excrementum. Voco haliturosa, quaecumque per cutim foris effluere sunt apta: humida, quae per vesicam: sicca, quae per aluum: quippe a vincenti in singulis eorum substantia, nomina ipsis imposui. Quod autem nullum horum retinebit pultana cremor, manifestum est. Quae enim per aluum excrementorum deiectiones sunt, eas adstringentia retinere solent: quae per vrinam, & vniuersam exeunt cutim, haec detinent ea, quae exiguis meatibus inhaerent. Emplattomena vocant: praeterea, quae valenter adstringunt, ea Stryphna Graeci vocant: Pultana vero nec exiguos cutis meatus obturandi, nec adstringendi vim habet vllam. Ac, quod non adstringat quidem, vel guttus ipse docet, cuius vnus est proprium, quod adstringendi vim habeat, discernere. Quod vero nec cutis meatibus lentitia crassitudine ue sua inhaereat, id ratiocinari ex alijs eius effectibus est promptum. Nam, siue sordidum corpus extrinsecus pultana defricet, utique, sicut aphronitru, & mel, deterget: siue ex ventriculo per uomitum educere medicorem pultam velis, nihil minus multa vtili pultana cremorem experieris. Additum tamen in diectione est medicorem quoniam, si multa B & vehementer glutinosa & crassa pituita sit, hanc radica ex oxymelite, non multa aut pultana detergere est habilis. Est sane & multa ad omnes ante dietas expulsiões idonea, verum nec sitim reitignit, ut pultana, & in amara bili abundantibus naturis facile vertitur in bilem. Optimum igitur (ut praediximus) in eiusmodi temperamentis nutrimentum est pultana. Proximum ab hoc alica, cui paululum aceti sit adiectum: Tertium, quae sine aceto liquida est, non crassa, qualem non nulli praeparant assumilem pultam: iniecitse vero huic, dum coquitur, aliquid porri satius est: nam, quod tum anethi, tum falis aliquid necessario habebit, neminem later. Quin etiam in sistro coctus panis vtilis est cibus: Sicut etiam e piscibus saxatiles omnes. Nec ipsis minus a selli, nisi si prope lacum, aut magnum flumen, quod in mare decidat, de palti, humidam magis glutinosamque habeant carnem: Proxima asellos sunt solea & torpedo, itemque lupus, & mulus, post mugil e pelago. Omnis autem piscis deterior est, qui prope lacum, qui mari coniungitur, aut magni fluminis ostium patet. Ex volatilibus autem optimi sunt perdices, ac montani omnes palteres: Ab his gallinacci, & phasiani, & iuuenes columbae: sed nec haec tamen intus claudenda, cum excrementosa sint omnia, quae exercitatione carent. Excrementosa vero non minus sunt, tum lacustria, tum palustria omnia. Quo sit, ut etiam ex ipsis fuis carnibus optima sit montana: Ab his deinceps hec di sunt. In omnibus ita dictis C fugienda, tum vetula, tum recens edita, sunt: illa namque duriora, concoctaque difficiliora sunt: haec immodice humida, & excrementosa: ac postillimum quaecumque ex animalium generibus sunt, quae naturaliter humida sunt, ut oues, iuesque. Verum de omnium ciborum facultate alibi praecipimus. Nunc veluti alia in hoc opere, sic ista quoque, exempli causa sint dicta. Si quidem propositum nobis in hoc est non, tanquam in ijs, quae de alimentis & medicamentis scripsimus, materias inuestigare, sed solas facultates generales. Nihil autem profectio referat, generales ne facultates, an vniuersales, ipsas appelles. Reuertamur ergo rursus ad propositum. Quibus acre aliquid quotidie ut aspirat, si cutis ipsis sitpetur, prompte febris corripitur. Sitpant vero hanc tum quae adstringunt, omnia, veluti paulo supra memorauimus de Albulis aquis: tum quae lentitia crassitudine ue sua exiguis meatibus inhaerent. Aliqua autem ipsius cutis immoderatio siccitas exiguis ipsius meatibus densat. Proinde, qui cenante in balneo utebatur, hunc nos vidisti, quo tpe inaequalitatem sentire se quereret, uti ve tuisse: Simili modo, & qui largo vino cum oleo exiguo utebatur. Ite, qui lentescino, tum, cum densitudine sentiebat, hunc quoque de caetero (ut scis) vti prohibuimus. Inhibuimus non minus, & cum, quod quotidie insolabatur: & cum, qui puluere utebatur. Alteri vero, qui iam ad inaequalitatem febrilem peruenerat, vehementiam remittere frictionis iussimus. Iam alium (ut scis) curauimus, mirantē, quo D pacto una lauatione ac debita frictione horridam eius multorum dierum inaequalitatem dissoluimus. Vtebatur autem & ille adstringente oleo, hoc, inquam, iure propter alios vsus celebri: Hispanum vocant. Hoc igitur mutantes, ac Sabino tum pinguitur, tum molliter vberius perficantes, ac bis lantan- tes, illico sanum reddidimus. Non solum igitur haec oia vitanda ijs sunt, qui humidum & fuliginosum e corpore exhalant, sed etiam quae glutinosum, & quae crassum gignunt succum: quoniam haec paruis meatibus inhaerentia transpirationem morantur. Reuenit non minus (ut dictum est) transpiratione, & quae cutim immodice siccant. Multos liquidē talium, cum Sole vterent: alios vero, cum uberiore nitro: alios, cum sale, aut exercitatione multa, aut frictione dura, praeterea frictione sicca, (Xerotri- bian vocant), & calidis fomentis, & puluere, & horum occasione quotannis agrotarent: ipse testis es, ut ab his prohibitos, multis iam annis sanos seruauerimus. Sunt autem merito eiusmodi praec- pta tum valentium adhuc, tum eorum, qui iam de ualetudine querunt, coia. Non enim, quae iam facta est, febris consulunt: sed ei, quae nunc in generatione est, prospiciunt, tollendis. Ijs, quae illas excitant, cautis: quippe, quae adhuc in generatione febris est, dum auferit causa, ipsa vna interit. Quare, quae in libris de sanitate tuenda de eiusmodi temperamentis sunt prodita, ea oia ad eos, qui febricitare incipiunt, siue id sanationem appellasse oportet, siue, prudentia, sunt transferenda. Siquidem sanamus id febris, quod iam inualit, et li exiguum est: pspiciamus, nequid amplius pueniat, adimentes causam.

† Ita hnt antiq. codi. vt Lina- ceo vertit. Im- pressi tñ addit Χερνυ αναδύ- σεως. i. distri- butionis gra- tia. Vidi porro haec veba in margine codi. antiq. illi re- positā, vt glo- serna ac decla- ratio, cui acce- tū adiciatur.

* Uliano.
 * spondoi. i. aui- culae.
 * In antiq. nō inuenitur.

† Impsi codi. graeci habent, πολλὰς γού- εν υλίο Χερ- μάου τοις τροούτοις, id est Multos liquide eis rali bus in Sole ute- rentur.

E

Veluti vero iam dictum maxime naturarum, & cum valent, & cum de se querunt, illud con-

* Al. d'abbece-
os. i. affectiois.

A. li. 4. f. r. t. t. i.
c. 9. fol. 413. a

3. de Rat. vic. f.
ac. t. 1. 7. 125. d
Sec. 4. t. 15. 3.
183. e

* xxi. d. l. v. i. v.

Adum mihi hic multis est eos imitanti scriptores, qui, cum pauca prorsus sciant, ipsa in omnibus libris

† Adde antiq.
cod. 291. no. 100
017. ov. i. & q.
faciatu fuerit.

† Adde antiq.
cod. 309. ov. i.
i. i. facultatem
vel.

A. r. Apho. 7.
Ex. ord. 4. d
B† peracutus.

C* Al. tenuissi
mo.

1. Apho. 8. Ex.
ord. 4. f

* πορτα. i. eu
σιντες.

Et enim, si propter obstructionem aliquando (vt dictum est) morata transpiratio est, si parua

Quo pacto Diaria Febre ex Obstructione curanda sit, vt Pracaeamus, ne in putridam

pertranseat. C. AP. 4.

Septima Classis. gggggggg iij ita

ita promittere. Quod si & multū, & crassū, & glutinosū impaci succi sint, quæ hōs excipit febris, si-
 ri non potest, ut intra fines diariarum consistat: quando ex necessitate huic in mali succi naturis ea,
 quæ ex putredine humorum accenditur, succedet. Nam in alijs saltem temperamentis, quæ in se-
 quentibus exponam, excitari ex tali causa potest citra humorum putredinem: aliqua continentis fe-
 bris species. Porro capere eiusmodi sermones omnino non potest, qui prius in memoratis operi-
 bus non sit exercitatus: ac potissimum in eo, quod de febrium differentia inscribitur. Nam, ubi
 obstructio quæpiam mediocris est, ob quam febricitant, quibus vitiosus est succus, in primo die,
 atq; etiam secūdi aliqua parte, nullum est in pulsu putredinis signum, æque ut nec cruditatis in vri-
 nis. Protracta tamen inclinatione, nec amplius pro ratione, licet post summum vigorem in ceperat,
 cedente, suspectus affectus est: veluti è diverso, in quibus ad solutionem festinat, uel halitus, aliqui
 vel sudores exierunt, uel multa bona vrina, cum signis in pulsu bonis, in ijs proculdubio diarsia fe-
 bris est. Sed, quæ ex parua oriur obstructione, ea (ut dictum est) saltem inter initia similis diarijs
 est. Protracta tamen inclinatione, suspecta redditur, quæ putredinis indicia in pulsu adhuc non ap-
 pareant: quippe, nisi vitiosus succus penitus transpiret, necesse est, putrescat. Ergo, ut transpiret, ma-
 iore iam auxilio est opus. Ac, si quidem vel puer vel senex sit, sanguinem detrahere non licet: inter
 has ætates, ubi robur ægro non deest, secunda vena est, etiam si plenitudinis signa non adsunt. Præ-
 stat, n. vitiosi succi maiore parte emissa ad deterendas obstructions accedere: cum alioqui merus
 sit, si obstructionibus liberandis prius, quæ vacuaueris, studeas, ne ipsas magis impingas. At solvunt
 quidem obstructions, quæ deterforiam facultatem obtinēt, seu foris cuti sunt admota, seu intrò in cor-
 pus accepta. Periculum verò est etiam, ne, quæ foras trahūt, vnā cū ijs, quæ obstruunt, et aliud quip-
 piam attrahant: & quæ ab interno sursum ferunt, aliquid secum in ijs, quæ in uasis continent, rapiant.
 Quod ipsum si tenax sit et crassum, obstructionē planè geminabit: sin aliter, multitudinē certe sua
 non parum oīno nocebit. Cernimus, n. aliquā, etiam quod multum est, cū simul totum confluit, ob-
 struendo harere, insigni quæ non minus, quæ ea, quæ glutinosa sunt, & crassa: quæ si per meatus angustos
 transitus, multo profectio magis retineri. Quod igitur & his iter liberum, & ijs, quæ foras admouētur,
 attractio tuta sit, vtilissimum est corpus inanisse. Quin et fumosa fuliginosaque succorum excremen-
 ta, quæ transpirant, succis ipsi immixtis pauciora restabunt. Quare inde quoque minor reddetur fe-
 brilis calor, sic, ut foras transpirare, si exigua obstructions sint, queat. Ergo, cum suspicio erit cu-
 tim esse ex obstructione oclusam, (id quod tum ex eo conijcies, quod non fuerit in primæ accessionis
 remissione vacuatio satis magna, tum quod similis sibi perdurauerit remissio) si homo ex nulla manife-
 sta febricitauit causa, etiam certius argumentum obstructionis habes: sin ex euidenti aliqua causa
 fieri potest, ut duæ simul coierint causæ: nam, si altera tñ causarum, nempe quam externa im-
 pres- sit, subesset, imminuta remissio fuisset cum sensibili alicuius expullione. Haudquaquam igitur differē-
 dum est sanguinem ita laboratū mittere. s. tum ad virtutis, tum ad obstructionis modū portionē.
 Discernetur aut obstructionis magnitudo ex ipsa magnitudine febris: ut que ex maiore obstructio-
 ne maior, ex minore minor incidit. Vbi uerò modice vacuaueris, haud multo post aut nutrimen-
 tum aliquod, aut pharmacū ex ijs, quæ detergeant, exhibebis. Sunt porro non multa, quæ in febrili-
 bus id præsent. Sed, sicut dictum prius est, in alimenterum rōne sunt puillana, & mulla: in pharma-
 corum, oxymeli, & quæcunq; incoquere in mulla licet, ceu calaminthā, & hyssoptū, & origanū, &
 serpillum, & irim, & apium. Verum hec oīa iusto sunt calidiora, ideoque febres accendunt, ita utiq;
 ut vinū. Oxymeli uerò solū nec febres accēdit, & strenue deterget sic, ut ea, quæ glutinosa crassaque
 sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet. Porro inter mullam & oxymeli medium locum habet,
 quod Apomeli græce dicitur: cuius plurimus in Pelopōneso est usus. Non immeritò, arbitror, &
 saccharum inter hæc numerandum. Ex hoc victu seruabis, quod de febrili calore minuit. Et enim
 si tertio die mane uideris minimum esse, quod de febre relinquitur: ac neque putredinis humorum in
 pulsu nota subit, neque i vrina cruditatis suspecta uerò hora, qua primo die febris occupauit, extra H
 meridiem sit audacter hoīem, quæ ocyssime lauabis, longe ante sextā horā. Abunde tñ sit, si intra ter-
 tiam horam lauationem compleueris. Ad eundem modū, & si decimam horam suspectā habueris,
 usque ad septimam laues, licet: cum tres æquinoctiales horas quatuor ue inter balneū accessionisque
 ips interponi, abunde sit satis. Debet autem in balneo corpus prius vinctum ac moderatissime fric-
 tum, mox detergeri extrinsecus, abluīque. Sanè detergentium materiam expositam habes in comen-
 tarijs ijs, qui de medicamentis sunt conscripti. Deligēda uerò semper sunt, quæ ad rem propositā sint
 accommodata: quippe distincta hæc sunt, tum quæ magis, tum quæ minus, detergent. Sed & nunc
 exempli causa pauca dicemus. Moderatissime detergent tum etui farina, tum hordei, tum fabarū;
 præterea mulla, quæ sita quosam magis uerò, quæ hæc iris, & panacis radix, & aristolochia, & mulla, quæ
 mediocri est miltura: ueluti etiam hac mulla, quæ meracissima est. Fit hæc ubi mulla melli exigua
 est aqua sic, ut liquatum mel exiguos cum meatus facile ingredi possit. Possunt autem uel hæc ma-
 gis detergere tum spuma nitri, tum nitrum ipsum, tum aphronitrum. Si aut nitrum oportet, quod
 extenuibus partibus constet, cuiusmodi Berenicium est: si uerò lapidolum sit, ut id lauigari que
 diligenter debet. Mel autem purissimum, acerrimumque, cuiusmodi est Hymmetum. Est autē
 & lapo: ex ijs, quæ maxime detergere ualeant. Atque hæc satis multa detergentium materia exem-
 pla

† Antiqui cod. addunt yori d'is, i. uel ma- dores.

* In A. C. Græ. legit. expulsi- tuor, i. soluti obstructionē. * Al. i. uel.

A. li. 4. f. 1. c. 1. c. 33. fol. 414. c.

A. ibidem. g.

Apla sunt Tempestiuum. n. est iam ad ea, quæ post balneum adhibentur, accedamus. Sunt autē ea im-
 nime multa. Nam præter aquam, quæ parum apij incoctum in se habuerit, nihil his est offerendum,
 licet, quod inter balneum & suspectas horas spatium erit, trium fore horarum conijciamus. Si uerò
 circa uesperam, aut duabus horis citius, quæ primo die, accessio inuadet, tum lauasse mane liceat, tñ
 cibasse, sed tantum puillana cremore. Deinde, si suspectæ horæ nihil profusus afferant, & laua e rur-
 sus, si uelit, licet, & cibare, ad eas, quas diximus, considerationes intento. Sin aliquid eueniat, & con-
 ferendum id est cum accessione, quæ primo die incidat: & tum vrinæ considerandæ, tum pulsus
 sunt: quæ omnia profectio mediocria apparebunt, ubi exigua relinquitur obstructio. Quare ip-
 sum & lauabis quarto die, & cibabis, ad iam dictas considerationes spectans: sperabis quæ nihil quin-
 to die superuenturum. At, si magna obstructio facta sit, ea febris ex diariarū genere non erit. Qua-
 re in proximum differatur librum, cum in hoc de diarijs tantum agere statuerimus.

De Diarijs Febribus, quæ Superueniunt Cruditatibus ciborum. CAP. 5.

A. li. 4. f. 1. c. 1. c. 34. fol. 414. h.

Quoniam igitur diariæ febres in propositis corporum temperamentis sæpenumero etiam
 ciborum cruditatibus succedunt, proximum fuerit de ipsis disserere. Ergo pessima qui-
 dem in eiusmodi temperamentis cruditas est, citissimeque febrem accendit, in qua cibi in-
 nidorulentam & fumosam qualitatem corrumpuntur: quando ea, quæ in acidam uertit, ut raro
 talibus naturis contingit, ita minus nocet. Dicemus autem de utraque seorsum, incipientes ab ea,
 quæ sæpius his incidit, & magis lædit. Ea est (ut diximus) nidorosa quædam ac fumosa: quæ utiq;
 si alius rubrica est, minus est noxia: sin adstringitur, grauis est. Siquidem ex adstrictione eius vi-
 tiosa naturæ in febres prompte incidunt, ac potissimum cum neglecto consilio in lectulo domi ma-
 nendi, ad solita conuertuntur opera. Febricitant autem non nulli & ex ijs, quos diarrhoea ex cru-
 ditate male habet: quibus utique non minime increfcit febrilis affectio & ex desurgendi frequen-
 tia. Quod si etiam rosio, aut dolor, aut calor immodicus in uentriculo & intestinis sit, hinc utiq; uel
 longe magis affectio febrilis increfcit. Est autem eorum, quibus clausa aluus est, & quibus fluens,
 non eadem sanatio. Itaque et seorsum de utrisque ageatur. Apparebit, n. sic tractantibus non solum
 quatenus differunt, sed et quantum ambobus sit commune. Si igitur ea tantum, quæ corrupta fue-
 re, vacuata esse uidentur, tum lauandum, tum nutriendum in remissione febris est, sed ijs, quæ cir-
 ca uentriculum sunt, prius consulto. Sin ita multa inanitio aut prius facta sit, aut nunc etiam in ho-
 mine duret, ut uirtus iam defeisa sit, fatius est omnia lauatione cibare, sed consulto prius ijs, quæ
 circa uentrem sunt. Consultetur ita laborantibus, si modo vacuatio amplius non duret, fomēto
 ex oleo & ablinthio: expedit autem tingi ablinthium, quo minus nidore offendant, feruenti aqua.
 Quod si quis morfus, aut doloris sensus, in uentriculo adhuc super sit, in cingit illi peniculus post fo-
 mentum debebit, qui uel siccus & calidus sit, uel ex oleo, in quo ablinthium incoctum fuit, madēs,
 ac plurimum ex pressus. Satius autē fuerit, si nardini uingenti, quod curiose sit factum, facultas sit,
 ex eo peniculus eodem modo imbutum uentri incingere. Iam multo etiam satius sit, si purpura
 marina sit: atque etiam longe optimum, si optima sit Tyria: quippe tenuiorem adstringēdi vim
 habet tum ea purpura, tum optima nardus, ita, ut uis earum siccando, calfaciendo, ac robur inferen-
 do, in corpora, quæ circa uentriculum habentur, alte penetrare possit. Quod si uos uentriculi (quod
 stomachum appellare solemus, abutentes nimirum appellatione) imbecillius sit, et tanta portione
 chizæ mastiches in nardino tunsa, unde sordium crassitudo existat, madefactam ex eo purpuram
 imponemus. Esto autem abunde calens talium quodque, cum primum imponitur: quippe, quæ
 tepida sunt, omnia uentriculi firmitudinem dissoluunt. Non autē te fugit solere me uingenta ca-
 lesfacere in uase duplici, utique coniecta prius in uas maius, aqua feruente: quando aliter calefactis
 uitiatur eorum facultas. Cæterum fluente adhuc aluo, utilius est optimo recente que melino simili
 modo, quo nardino, uti. Utile autē ad omnia talia est & mastichinum. Non in postremis accommo-
 data sunt eiusmodi uentriculi affectibus & uingenta ea, quæ ad gratiam delicatarum mulierū fiūt:
 hæc, inquam, pretiosa, quæ Romanorū luxus uidetur inuenisse, appellationesque Romanas dedisse:
 nominantur, n. tum spicata, tum foliata. Si uerò, qui affligitur, cinctum non patitur, siue ob cōsuetu-
 dinem siue delicias cingi recuset, licet, cerato idem efficias. Est autē in eiusmodi usum optimū, quod
 ex cera sit Tyrrhenica in uingento nardino liquata, † cui post, quæ refrigeratum est, aloes ac ma-
 stiches mollissimus puluis est admixtus. Debet autē singulorum hic esse modus: Cera ac nardi par-
 tes pares: aloes pars octaua: sic erit & mastiches, uel (si placet) huius paulo aliquid plus. Quod si cera
 ro aliquid è sumptuosius his uingentis admisceas, præstantius medicamentum habebis. Si aut uen-
 triculus intus urit ita, ut affectus quidam plegmonæ similis in eo consistere uideatur, utilius est ce-
 ratum, quod ex melino conficit. Sunt porro alia medicamenta nō pauca, alia quidem ex cœnanthe,
 alia ex hypocistide, & balauitijs, & palmularū carne confecta, quæ uentriculo tum refrigerando, tñ
 uerò firmando, sunt idonea. Horum ergo, quod ad rem præsentē sit commodissimū, id deliges, ijs,
 quas memorauimus, considerationibus inuentus. Cibandi uerò deinceps his sunt: fluente quidē etiā
 num uentre, polenta, & pane, quem græce Oxylipe uocāt: qui utiq; minimū aceti habeat, nō sicuti
 in dysenteria & diutina diarrhoea præparare solemus. Inspargere autem polentam debetis aliās a-
 qua calida uberitum: aliās ubi si uenter adhuc plus iusto excernit, uel mali punici, uel pisorum, uel
 malorum

* Al. rarissime

* καὶ χυμοί.

* εὐπεροχί.

* In antiquis ita legitur. ἰβ. χθελών, ἰβ. ἔυ- σθειρή, τῆ κη- ρώτῆ. i. cui post, quam re- frigeratum est ac derasū, & c.

malorum succo, potissimum cotoneorum. Quod si iucundius laborati erit, etiam decocto ex piris, E aut malis, aut myrtis, preparato polentam insperges. Sin venter non amplius excernit, suffecerit tum alica similiter pitifana preparata, hoc est aceti habens paucillum: tum ex ea sine aceto forbitio: tum gallinaceorum testiculi: & saxatiles ex albo iure pisces: praeter ea fructuum aliquis ex ijs, qui adstringant, vel solus, vel cum pane. Hos vero vel magis et ventre adhuc fluente dabis. Quod si appetentia careant sic, ut cibos auerferentur, (incidit nanque id non paucis eorum, quos diarrhoea ex cruditate male habet) etiam de medicamento, quod ex succo fit cotoneorum, vnum aut duo cochlearia danda his sunt: aut, si huius copia non est, eius, quod ex carne eorum componitur. Tradita vero eius generis medicamentorum compositio est in libris de tuenda sanitate. Atque ita quidem in prima remissione, ijs, qui ex cruditate febricitant, ventre excernente, mederi conuenit. Si vero omnino venter astringitur, pertractatis prius praecordijs, mox toto ventre considerabis diligenter, num cibus in gracile intestinum, aut in colon descenderit. Deinde agrum interrogabis, qua maxime in parte vel morsum, vel grauitatem sentiat, quales ue habeat ructus. Vbi ex his compertum habueris, in qua nam totius ventris parte nutrimentum consistat, si in superioribus partibus pendet, aliquid diatrion pepereon dabis, non medicamento illius, sed eius, quod in opere de sanitate tuenda, ceu & simplicissimum, & ijs, qui cruditate laborant, aptissimum laudauimus. Post deinde praecordia, omnemque ventrem perfundes. Hoc vero, etiam si inferius descenderit, quae vitio fa sunt, facies, pluris minorisque ratione id varians. Si quidem plus & temporis & perfusionis exiguit ad preparationem eorum, quae deinceps sunt agenda, quibus in superioribus ventris corrupti nutrimentum adhuc manet. Sin motum id notabiliter ad inferiora sit, adiuuandum aut glande subdito, aut leui per inferius infusione est, utique, si morsus simul adsit, hanc mitigantibus: si flatus, hunc comprimantibus: sin neutrum fuerit, ex melle, aqua, & paululo olei id, quod subter infundetur, facientibus. Vbi vero vehementior morsus vrget, Sabinum oleum, in quo aliquid seui anserini sit liquatum, est vtilius: si vero eius copia non est, gallinacei seui: sin nec huius facultas est, caprini: quod si huius quoque penuria est, inijciendum oleoparum cerae est, potissimum elotae. Flatus vero sanandi sunt oleo, in quo ruta, & semina, quae flatus discutunt, fuere incocta: cuiusmodi sunt apij, & cumini, & marathri, & sinonis, aliaque id genus. Vacuata vero aluo, nutriendum protinus in caeteris quidem ijs, quos memorauimus, similiter est, amotis tamen ijs, quae adstringant. At, si quidem primo die ad vesperam haec egeris, aut etiam noctis qualibet hora, etiam secundo die similem adhibebis prouidentiam. In quo et, si plane delit febris, lauari hominem lines. Ac, vbi in sequenti nocte, quietus citra offensam dormierit, sanum iam hominem prorsus existimabis. Si vero, qui cruditati successerit, dies cum sequente nocte febrem attulerit, veluti in secundo die, ita nunc & accurandus & nutriendus homo est. Si vero & nox tertiae diei febrile quiddam paululum afferat, ne sic quidem formidandum, sed hos quoque postridie lauabis, nutriesque, ac reliqua omnia in illis, ut ante definitum est, ad portionem exequeris. Sane mutationes crudi alimenti in acidam qualitatem nec incidere in eiusmodi naturis cernuntur, nisi admodum raro, idque ex cibis, qui prompte acescunt: nec febrem accendere diariam, & que ut nec tarditas concoctionis: quando, sicuti propter talem cruditatem febricitant, quibus amara bilis in temperamento abundat, obstructionis & humorum putredinis suspicio est. De qua postea diligentius definiam, cum de putredine agam. Nunc huic de diarijs febribus disputationi hoc adiecto, ad alia transibo. Fumidus vapor ex tarditate concoctionis, aut cruditate, in qua ructus sentiuntur acidi, nunquam excitatur. Quippe frigidi halitus abs talibus succis ascendant, hi quoque omnino paucissimi, minime autem vapores multi fumidi quoque ac fuliginosi: cum nec in ijs, quae extra sunt, aliter aut fumum edii aut fuliginem videas, quam fumum ex materijs (ut ita dicam) semiustis, fuliginem ex immodice assis vstisque: est nanque fuligo vapor terrestris, fumus mistio quaedam ex terrestri aqua que substantia. Verum non est, quod hoc loco audire expectes, aut quemadmodum ijs, qui tarde concoquunt, aut ijs, qui acidum ructant, sit prospiciendum: est enim de his tractatio ad opus de tuenda sanitate pertinens. Hic tantum earum cruditatum mentionem faciemus, quas febris subsequitur. Quoniam igitur diaria febris cruditates, quae cum acido ructu sunt, non consequitur: quae vero ex putredine humorum oritur, ea quandoque sequitur: non sine ratione in eam tractationem, quae de illis instituitur, distuli de his cruditatibus praecipere, sed ne tunc quidem eo modo, quo in sanitatis tuenda libris. In illis n. diximus, quae nam per sanitatem agenda sint illi, qui cruditate laborat: hic vero, quae nam in ijs febribus, quae cruditati superueniunt.

Quo pacto, qui Diaria ex Bubone correpti sunt, sibi ipsis Consulant, ac Diatriarios vocatos irrideant.

CAP. 6.

DICTA mihi ferme sunt de diarijs febribus vniuersa: quando, qui ex bubone febricitant, medicos, quid sibi sit agendum, ne consulunt quidem, sed, vbi tum vlceri, quod bubonis occasio fuit, tum postea buboni ipsi prospexerint, in remissione eius, quae inciderit, accessionis lauatur. Ac, si quis tum diatrion vel nominet, omnes irridet, scholasticum quoque appellant, natura (puto) ipsa intelligenter transmittendum non esse, quod omnino non erit. Censent quoque etiam in omnibus ijs, quae sensum fugiunt, tales debere esse medicos, quales ipsi sunt in ijs, quae sensui apparent. Porro in omnibus tales esse, nihil est aliud, quam intelligere, quando sit in tertio accessio futura, & quando futura non sit, Quin etiam

διπορπών.

* Graece hypochondria. Linacera autem cum Cellio semper vertit praecordia.

* καὶ βίσις ἐστὶν ἐν ἀπρεξίσι. ἢ μανυφρίστῳ μεθυσθέντες.

* διπορπώνος.

Al. 4. f. 1. r. 1. c. 2. fol. 411. c

Al. 4. f. 1. r. 1. c. 34. f. 415. a

AQUIN etiam, qui refrixerunt, aut vsti sunt, aut fatigati, aut tale quippiam passi, postea vero febricitarunt, hi, vbi in remissione talem statum quietem, qualis erat per sanitatem, sentiunt, ne tunc quidem eos, qui diatrion nominet, ferre possunt. Quod enim usurpare saepe soleo, quemlibet priuatum, qui secundum naturam se habeat, quouis sophista veriores opiniones habere, hoc etiam in diuinissima istorum diatrio videre licet, ut quae ab omnibus, qui naturaliter se habent, sit irrita. Nuper n. e plebe quidam, qui in splendida cena prolixius sibi epulis potuque indulisset, venit domum errabundus, ac manu deductus. Cum autem ea, quibus grauabatur, in ventriculo eius fluitarent, omnia ea euomit: & per noctem quidem febricitauit. Dormiuit autem in magnam partem sequentis diei. Postea surgens, ac paululum inambulans, lauit, risitque eum, qui sibi diatrion manendam suaserat: illo nanque auctore etiam postero die inedia tolerare debuisset. Ut autem (res ipsa monebat, & ipse sua sponte faciebat) lotus & modice cibatus, post somno deditus, eo que inoffense fruens, mane surrexisset: ad consueta quoque rediisset etiam in ipsa diatrio, in qua eum tolerare inedia oportuisset, si diatriarijs medicis paruisset, ita enim eos per iocum eleganter nominauit quidam: & quidem cum coenatus iam ex consuetudine homo esset: accedens facetus ille risum excitauit, commemorans, quemadmodum eum, qui tertio ante vesperi vomuisset, oportuisset etiam biduo inedia siccum ac sordium plenum tolerare, ad horasque spectantem pro diatriariorum iussu decumbere. Sunt enim, arbitror, vel plebi non obscura, quae praeter rerum euidentiam temere audentur. Atque inde merito alios medicos, alios graece Logiatros, id est verbis tenus medicos esse dicunt. Quomodo enim non iure hac appellatione censeantur, qui ea nesciant, quae nemo est vulgo ignorat? Quomodo non meritissime irridendi carpendique, qui etiam, cum talia ignorent, Hippocrati se praepouunt? Verum illorum stupiditatem ne Mercurius quidem ipse cum Musis sanauerit.

De Curanda Diaria in Calidis & Humidis naturis, ac in Habitibus, qui sunt Acquisiti. CAP. 7.

ABSOLUTA vero in ijs naturis, quibus amara bilis redundat, (in quibus, scilicet elementum frigidum vincitur a calido, & elementum humidum a sicco) de diarijs febribus disputatione, ad aliud corporum temperamentum transeamus, quod nihil minus, quam supra dictum, vitioso est succo, in quo calidum praevalet frigido; & humidum sicco. Maxime enim omnium putredinis morbis haec interperies expolita est propterea, quod per ipsam sanitatem proxime putredinem accedit: veluti tum ex sudoribus conijcere est, qui grauius his olent, tum vero ex vrinis, deiectione, atque etiam ipsa respiratione. Etenim, qualis est hircorum, talis est & talium naturarum temperies. Ideo quoque prompte est ex qualibet occasione tum alijs multis morbis, tum vero febribus, corripit. Nam, qui hac interperie sunt, cum stipata cutis eorum est, effugere febrem non possunt: sed nec, cum valentem cruditatem contraxerunt, aut perusti in Sole fuerunt, aut tale quippiam aliud passi. Ac vitiosis quidem habitibus stipatio cutis plurimum esse incommoda solet. Ideo quoque, quibus amara redundat bilis, non minus, quam qui ad putredinem sunt prouisi, (Sepedonades, id est putredinosos Graeci vocant) febribus ijs, quae ex stipata oriuntur cute, patent. At ab nidorosis cruditatibus, quae humidae & calidae naturae sunt, (quas modo putredinosas propterea vocaui, quod succi facillime in ijs putrescant) promptius laedentur. Nam de obstructione quid attinet dicere? quam idcirco maxime febres accendere diximus, quod putredinem in ijs, quae non transpirant, corporibus creet. Verum de eiusmodi febribus post agemus. Sane diariae omnes promptissime in iam dictis temperamentis accenduntur, idque ex qualibet earum causarum, quas modo in amara bili vitiatas naturis retuli: curationemque per similem illis habent, ac in paucis omnino dissidentem. Nam, cum haec humidiores naturae sint, magis ferunt, quam illae, famem sitimque. Itaque minus laedentur haec, si quando fame per diatriarios crucientur, si modo libera ipsis transpiratio non delit. Atque idcirco balneum hi, ceu quod cutim eorum laxet, vel magis, vel certe non minus, quam qui amara bili abundant, requirunt: ceu quod humectet, non requirunt. Quaecunque vero de eiusmodi natura sunt dicta, eadem de de acquisito habitu dicta esse censendum. Aliqui enim, quibus boni sunt natura succi, coeuntibus aliquando eodem tempore pluribus siccantibus corpus calfacientibusque caulibus, in amarae bilis vitiosum habitum mutantur. Da enim venisse hominem aetatis tempore in regionem calidam & siccam: esse praeter ea eodem tempore statum caeli calidum ac siccum: tum vesci eum cibus calidis siccis quoque cogitare quoque, ac tristari, & vigilare, & irasci, & quam plurimum laborare: fieri autem potest, ut idem homo per id tempus venere sit vsus frequenti, & in Sole maiore ex parte versatus, & medicamenta, quae siccant calfaciantque, biberit, veluti aliqui Theriacen, non nulli Ambrosiam, alij Athanasiam, scimus enim profecto medicamenta a iunioribus medicis eiusmodi nominibus vocari: Cui ergo omnia iam dicta per aetatem contigerunt, hunc, necesse est, calidum & siccum reddiderint, ac propterea eo habitu, qui amara bili abundet, quamuis antea optimi succi fuerit. Itaque etiam ex omnibus supra dictis causis facile febricitauit. Ad eundem modum, & si quis naturaliter boni sit succi, ac locum temperatum incolat: si illinc se in alterum locum, qui calidus sit & humidus, veris tempore transferat, id quoque statu caeli calido humido quoque: tum omni vitio ratione calida humida quoque vtatur: is quoque similiter illis, qui natura sunt putredinosa, tum caeteris tentabitur morbis, quibus illi: tum febricitabit non solum alijs, sicut illi ex iisdem causis, febribus, sed etiam non minime diarijs, de quibus nunc instituiamus.

* 2ons.

* ἐκπνοήσ, ἢ expiratione.

Qua

Quae inter Diarias febres, in Acutis, aut Multorum dierum, promptius, ac facilius pertranscunt. CAP. 8. B

CVm verò octo intemperies in vniuersum sint, vt ostēdimus, opportunissima ad febres est calida & sicca: ac, nisi quis hanc, vt dictum est, cibet, ocissime in ea mutatur diaria febris in acutam. Propinqua huic est, praesertim quod ad febrem attinet, quantum ad alia sit deterior, calida intemperies & humida. Tertia ab his intemperies est simplex illa, in qua oppositio altera recte se habet, vtique quae ex humido & sicco constat, in altera calidum exuperat. Quippe opportunior est haec, quam ceterae, quae sequuntur, tum vt omnibus supradictis occasionibus legatur, tum ex diarijs in plurimum dierum, febres transeat: nihil enim alienum fuerit eas sic appellare. Huic proxima est, quae in calido & frigido debitum modum seruat, ceterum siccum elementum habet humido preualens. Ab hac deinceps media omnium est, sicut quae medio ritatem in vtraque oppositione seruat. Quatuor, quae reliquae sunt intemperies, neque facili febribus occasione iam dictarum causarum patent: neque diaria tentatae, si inedia tolerant, in plurimum dierum febres transeunt: immo aliquae saltem earum, vbi redundantiam humorum citra corruptelam contraxerunt, (conrahunt autem eiusmodi intemperies affidue) vtilitatem ex inedia sentiunt: ac potissimum, quae frigida est & humida: ab hac, quae humida est: tertio loco, quae frigida: quarto loco, quae sicca est & frigida. Siquidem post diarias febres discussas, vbi coactus quispiam nulla necessitate est mirificam diatriton transmittere, alia quidem nulla in frigidis temperamenti ex inedia febris excitabitur: laedetur tamen ipse siccus & frigidus corporis habitus, qui maxime, vt, nisi longo tempore, redire ad naturam, qui ea sunt intemperie, non possunt. Ceterum, si quod forte fortuna his adit acquiratium humorum vitium, fieri potest, vbi in fame & illoti per triduum custodiantur, vt ex diarijs in plurimum dierum febres immigrent. At, quae sicca quidem corporis natura est, sed in altera contrarietate temperata, ea in longioribus inedijs gracilescit magis, quam quae sicca est & frigida: reficitur tamen facilius, cum idoneum nata est vitium.

Quo pacto Curatio, ac Vitae ratio, instituenda sit, cum Dissidentes Indicationes in Diarijs febribus coierint. CAP. 9.

ENimvero eiusmodi omnibus vitium ratio alteranda est, multo profectò magis, quam in his, de quibus primum omnium est dictum, nempe calido & sicco, item calido & humido. Quippe, qui frigidus & humidus natura est, quoniam calido siccoque in vtraque intemperie contrarie est affectus, contrario nimirum vitio vitium. Melius tamē est non absolute sermone contrario dicere, sed ex solius temperamenti indicatione, quando ex eo, quod eadem febris febricitant, non diuersam, sed omnino eandem sortientur indicationem. Dictum nanque saepe numero iam est id, quod secundum naturam est, similia semper postulare: quod praeter naturam est, contraria. Siquidem, quod naturaliter se habet, custodire: quod praeter naturam est, tollere oportet. Porro febris omnis praeter naturam est: ideoque vitium rationem humidam frigidamque exigit. Temperamenta vero ipsa aliam similia, aliam postulant contraria. Quae enim vitio carent, similia perpetuo, quippe quae seruari expedit: quae vitium habent (veluti in opere de sanitate tuenda est dictum) aliam similia, aliam contraria. Id quod merito accidit, cum nec ad vnguem naturaliter se habeant, quomodo enim essent vitiosi: nec prorsus praeter naturam, quando, qui sic attemperati essent, perpetuo agrotarent. Ergo similia desiderant, tum in alijs, de quibus mox dicetur, tum vero in vlcēribus omnibus: monstratum enim id saepe numero iam in superioribus est: contraria vero in eo vitio, qui per sanitatem adhibetur, veluti in libris de sanitate tuenda, docuimus: sed neque haec perpetuo, sed tum, cum corrigere intemperiem eorum studemus. Quippe duplex nobis in his, qui sani sunt, finis proponitur: nempe vel corpus sanum in pristina eius temperie tueri: vel etiam hanc meliorem reddere. Sic igitur, arbitror, in his, qui diaria febre laborant, cibandis, vel vni febrili affectui contrarium, vel etiam ipsi laborantis intemperamento, desumemus. In ea tamen natura, quae haud dubie in medio temperamento est, ab ipsa febris contrariorum indicatione accepta, eatenus humidum frigidumque vitium adhibebimus, quatenus siccus calidusque, quam ante, iam redditum corpus appareat. Verum hoc tum perspicuum, tum indubitatum est. Reuertamur autem rursus ad intemperatas naturas. Nam, quoniam eas (sicut in libris de Sanitate tuenda est proditum) licet & quales accepimus, seruire, licet & ad melius transferre, satius, arbitror, est, cum planè valent, non cum agrotant, vel de se queruntur, vitiosum rationem mutare. Gaudet enim natura conuictis semper, vt & Hippocrates euidentissimis argumentis in libro de acutorum vitio adstruxit: & in omnibus, qui se secundum naturam habent, manifeste apparet. Quod nanque, qui sibi iam displicet, extra coetum eorum, qui secundum naturam habent, sint ponendi, id nemo, qui compos est mentis, dubitet: ceterum, si an praeter naturam se, an non naturaliter solum habeant, id vitioque quis estimandum duxerit. Atqui, si ex ipsa consuetudine indicationem aliquam sumi conueniet, si quidem multo iam tempore intemperatas naturas contrario vitio ei, quae vicit, intemperie cibauimus, ita est, & cum parum ex sententia se habet, faciemus: sin minus, quae similia temperamento suadet, indicationem praeremus. Ita verò & Hippocrates mihi sentire videtur, vbi ait: Humidus omnis vitio febricitantibus est idoneus, potissimum autem pueris, & alijs, qui ita cibari sunt sueti. Febricitantibus, n. in quantum febricitant, ex ipsa contrariorum indicatione humidus vitio conducit: pueris, ex similitudine. Eodem autem modo & eam, quae a consuetudine praebet, quo ea, quae ab aetate dat, accipit. Nam & aetas, cum ex his sit, quae natura nobis in sunt, similem

Πολυμήρης

Al. Neeratis.

2. de Rat. Vit. in ac. 20. & deinceps 7. q. 119. a

1. Aph. 16. Ex. ord. 8. h

A. 1. 4. f. 1. 1. c. 2. fol. 41. r.

(A) similem sibi vitium postulat. Et, quae a consuetudine indicatio sumitur, sic sumpta est, sicut ea, quae ab aetate: quippe seruire quoque hanc iubet, perinde ac proprium aetatis temperamentum. Itaque etiam nos tum ex oibus, quae circa agrum spectant, eius, quod conducit, inuentionem moliri: tum, quoniam indicationes oēs secum consentiant, & quoniam inter se dissentiant, inspicere semper conueniet. Oibus, n. consentientibus, vnam prorsus vitium speciem constituemus: dissidentibus verò inter se, quae valentiores, ac plures sint, praeremus ita, vt vitium species, quam haec praescribant, praeratur, sic tamen, vt ne contraria sit neglecta. Porro praeratio haec alias vtriusque in vniuersi auxilij materiam mistis perficitur, alias seorsum sumptis. Ac cōis quidem haec ratio est omnium, quae inter se complicatae sunt, contrariarum indicationum. Quō autem hanc ad vsum conferre oporteat, cum aliqui ipsi morbi coeuntes sint contrarij: aliqui morbus vnus sit, sed qui contrariam indicationem subiiciat, aut naturali laborantis temperamento, aut ei, quod nunc acquirat: praeterea aetate, & consuetudini, & regioni, & anni temporis: in ipsa particulatim tractatione ostendā. Nunc ergo, cum propositum nobis hoc loco sit vnicuique memoratorum intemperie generum idoneum inuenire vitium, cōis, quem coepimus methodi modus, veluti sub exemplo, examinetur. Pone, n. correptos febre esse duos homines in regione natos educatosque temperata: nunc in ea non esse, immo alterum in calida & sicca, alterum in humida & frigida: praeterea eosdem diuerso esse tum temperamento, tum natura, tum consuetudine, tum aetate: et sub diuerso (si placeat) & anni tempore, & statu coeli agrotare, sic, vt Alter calidus siccusque natura sit, ac tali vitio rationi in totum inuenerit: praeterea iuuenis sit, & hyeme agrotet, id quae in humida & frigida regione, ac statu coeli simili: Alter humidus & frigidus, simili vitio assuetus, tum puer aetate, ac aestate, in calida siccaque regione, ac simili coeli statu labore: Quae nam igitur in vtroque horum sunt indicationes: Nempe, quae a febricitando sumitur, communis amborum est, ac, quae refrigerent, humectent, desiderans: reliquorum nulla est praeterea communis. Siquidem Priori & propter naturam, & propter aetatem, quae simili sibi vitio fuere assuetae, siccioris calidiorisque temperamenti cibis idoneus est: idemque propter & anni tempus, & statum coeli, & regionem conuenit: non enim, quae ab his suppeditatur, indicatio similia desiderat, sed contraria: Alteri ex propositis, propter aetatem, & naturam, & consuetudinem, similia ipsis exhibenda indicantur: propter aetatem quidem humida, modiceque calida: propter naturam, & consuetudinem humida, & frigida: propter regionem, & anni tempus, & statum coeli, contraria: quae & ipsa nimirum sunt tanto temperatis frigidiora & humidiora, quanto regiones ipsae sunt calidiores temperatis & sicciores. A consuetudine, n. semper est indicatio similitum, quoad agrotant homines. At ab aetate, natura, regione, anni tempore, & statu coeli, vbi temperata haec sunt, similitum semper praesidiarum est indicatio, siue valeant homines, siue agrotent. Contra ab intemperatis anni tempore, statu coeli, & regione, contrariorum est indicatio: ceterum ab aetate & natura non absolute, sed cum consuetudine. Porro nihil in contrarijs indicationibus tam conuenit expendi, quam magnitudinem eorum, quae ad indicationem coierunt. Quae vtiq; in libris de sanitate tuenda duplicem esse ostendimus: alteram, quae ex ipsorum, quae indicant, dignitatibus censetur: alteram, quae ex ipsorum (vt sic dicam) proprijs substantijs spectetur: quae ex conferendo cum mediocri, & quod secundum naturam est, accipiendas esse testati sumus. Nisi enim ita quis indicationum potestates examinet, nequeat sanè mensuram vitium inuenire. Cum enim refrigerandum humectandumque esse febris perpetuo indicet, reliquorum verò quodque, prout dictum est, vbi concursus eorum indicatio est, nullum exhibetur negocium: vbi discors, pro pluribus ac potioribus formari vitium ratio debebit. Siquidem in modo propositis, ex eo, quod febricitant, communis refrigerantium ac humectantium indicatio praestatur, non tamen ex ceteris. Sed cuius tum aetas, tum temperamentum vnà cum consuetudine, tum regio, tum anni tempus, & coeli status, humectantia refrigerantiaque exhibenda indicant, hunc haud dubium est non solum humectandum refrigerandumque esse, sed etiam nec leuiter haec, nec vtcunque, facienda esse, immo planè magnopere ac vehementer, omnibus scilicet indicationibus idem dicantibus. Cuius verò reliqua omnia refrigerantem quidem humectantemque vitium, quemadmodum & febris, non indicant, sed contrarium ipsi, calfacientem scilicet & siccantem, vti que ambiguitas pugnaque indicationum inter se oritur: quo casu magnopere opus est, tum numerum indicationum, tum magnitudinem, simul conferas. Quippe, quae a febre sumitur, ea reliquis, quoniam omnes contrarium faciendum praescribunt, numero quidem inferior est: magnitudine tamen, quae ex dignitate, aut potestate, aut quomodocumque appellasse libet, spectatur, vtiq; superior est, potissimum, si longe a natura recessit: quippe duplex tum magnitudo illi accedit, & quae ex febris genere provenit, quae omnibus est cōis: & quae propria, suaque ipsius est. Siquidem, & quia febris plus ceteris omnibus sollicitos nos habet: & quia, praeterquam, quod febris est, etiam magnitudo illi notabilis accessit: idcirco contrarias indicationes inducit, atque obumbrat. Sin parua fuerit, fas est reliquas omnes vnà coniunctas cum ea conferri, atque expēdi. Ac, si quidē pares videantur, neque febris indicatio praeretur sic, vt humectandum & refrigerandum sit: neque etiam reliquorum sic, vt calfaciendum ac siccandum sit: immo media vitium ratio, vbi ita se corpus habet, eligēda erit. Sin altera indicatio exuperet, tantum recessisse a temperato & medio vitio par est, quantum ea, quae pollent, sua contraria superant. Ergo tum exercitatum in his omnibus, tum natura prudētem, esse medicum conueniet, quod cuiusque indicationis

*Quidam cod. graecibent, Βουθημάτων ut Linaceo uerit. alij δ' αὐτῶν τῶν Βουθημάτων, i. μέγας ῥόνη, et praesidiarum. alij δ' αὐτῶν τῶν ῥόνη, ut et Aldimus: quae melior lectio uidetur. Ita legēdum esse, ut Linaceo uerit, tū ex codicibus graecis, tū magis ex libro tertio de sanitate tuenda patet, vbi de hoc diffusè tractatur. Neque enim legendū est τῶν συμφορῶν, i. eorum quae conserunt.

indicationis potestate diligenter considerata, omnibus q3 inter se collatis, vnam idonei victus sum- E-
nam, quae laboranti sit commoda, comparet. Ac diariarum quidem febrium indicationes ex his ge-
neribus capiuntur, raro que accidit, (si alicubi) a laborantis virium modo: cum febrili, que pluribus
diebus affligunt, indicationes, tum virium respectum necessario adhibeant, (non enim leue in his
consilium est, quod a viribus petitur) tum causarum, quae ipsas excitant, exceptis tamen hecticis:
vtpote quas nulla accendit causa, quemadmodum nec corpus id, quod iam habitu calorem ignis in
se suscipit, siue id lapis, siue lignum sit. Illud nanq3 comune cum diarijs habent, q3 videlicet no am-
plius fiant. Differunt autem in eo, q3 diariae in leui (vt sic dicam) affectu (κατὰ σχῆμα Graeci vocat)
calorem habent: haec tamen in habitu, qui aegre soluatur. Licet etiam, dicas ea quoque, quae a viribus
sumitur, indicationem tum in reliquis omnibus morbis, tum in diarijs febribus, semper adhiberi:
nobis tamen in praesenti disputatione opus ea non esse propterea, q3 ex prima quidem ratione non
indiceret, ex accidenti vero indicet. De eo vero accidente in sequentibus differemus.

*scopis.

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER NONVS

ARGVMENTVM LIBRI

Curandi ratio Febrium continentium: ac Ordo, & dignitas Indicationum,
quibus curatio vniuersa continetur.

De Transitu Diariarum in alias febres, ac de ipsarum Perduratione. CAP. I.

*τιν τῶν θερα-
πειῶν μέσο-
δον.



Diariarum, o Eugeniæ, curatiõne in libro, qui hunc praecedit, exposui, totius p-
positi operis octavo. Est aut huius febrium generis vnica accessio, vno pluri-
mum die ex ipsius saltem natura circumscripita. Quippe, quacũque vel per
medicorũ ignorantia, vel aegrorum intemperatiam, vel ministratũ errorẽ,
in eiusmodi febribus comissa in aliud ipsas genus transferunt, haec suę nature
sponte nõ incidunt. Non. n. est profecto mirũ, si per ea, quae delinquantur, nõ
solum porrigat, aut in aliud genus trãseat, morbus quiuis, sed et, cũ prius non
esset, nunc excitet. Nã cum ijs, qui integri sunt, delinquere nõ sit tutũ, haud-
quaquã id agris sine discrimine contingat. Reliqua verò cum sint genera duo, (veluti in libro de fe-
brium differentijs est ostẽsum) alterũ ex humorũ putredine nasci docuimus: alterũ, quod iam solidas
animalis particulas occupauit, hecticũ noiant. Transcunt saepe aut diarię febres, veluti superius ostẽ-
dimus, in vtrũq3 genus, nisi quis eas comode tractet. Veluti aut in ceteris rebus oĩbus, quacũque
vno genere comprehensae societate in naturis habet, ac propterea mutuo in se transire valent, tercia
quacũda formula in transitu ipsarũ existit, quę neutrius extremitatũ formã planẽ exhibet: ita nimirũ
& in diariarũ febrium transitu imaginari, licet, alterum quoddã genus in trãitu exoriri, quod neu-
tri extremitatũ sit idẽ. Ac primũ quidẽ de hoc differendũ esse mihi videt: quod, sicuti reliqua, etã p-
sum tũ protinus noscat, cũ inciditũ sic inhibeat in primo ortu, ne aut egre sanabile, aut insanabi-
le post, q3 auctũ est, euadat. Ceterum, medium id cum incidit, nec nosse in possunt, nec sanare, qui
extremitatum, quarum est mediũ, speciem ignorat. At tibi, qui praesertim nõ solum diariarum, sed
etiam reliquorum duũ generum, notas intelligis, vbi vel diariarum nota aliquatenus sunt alie-
natae, vel reliquarũ nota simul apparent, haud difficile fuerit iam transitum suspicari. Ergo ex
adustione, cruditate, lassitudine, vigilia, animi perturbatione, vel bubone, qui ex euidenti aliqua
sit causa, nunquam ad tertium vsque diem progreditur febris accessio, nisi quid delictum circa la-
borantem sit. At, quibus stipatio febris occasio est, ijs etiam vltra hos porrigi accessio potest. Nam,
quoniam stipatio vel obstructio exilibus meatibus, vel coniuuentibus, vel etiam corpore ipso im-
moderatius densato accidit, merito, arbitror, diximus ex frigore & balneis, quae vel contactu refri-
gerent, uel facultate: praeterea pharmacis similis generis: pari modo ijs, quae cutim siccant, veluti So-
le feruente: nec minus etiam ijs, quae densant, veluti dura cum ijs, quae frigefaciant, fricitione: & de-
tineri intra corpus ceu sumida fuliginosa ue excrementa, & ab ijs febrim accendit: Verum ex his
densationem quandam corporum ipsorum fieri, ac veluti exiguorum meatuum coniuentia: ob-
struccionem, verò vel propter glutinosos, vel crassos, vel copiosos succos incidere: Quin etã febres,
quascũq3 vel coniuentia meatuum, vel recens corporũ densatio excitant, has & delistere post pri-
mã accessionem, si quis recte castrahet, & verediarias tũ esse, tum appellari: at, quae ex obstructio-
ne creantur, si hæc pusilla sit, solui ipsas quoq3 similiter, vt alias diarias, si quis eas legitime sanet: sin
valenter impactũ humores sint, sic, vt valentius aliquid, quod eos eximat, deliderent, eas febres por-
rigi vltra vnum diem necesse est, ac diariarũ febrium genus videri egressas. Quomodo enim dici
vltra

A. lib 4. f. r. t. 2.
c. 1. fol. 412. g

A. li. 4. f. r. t. 2.
c. 1. fol. 416. d.

Altra diaria febris potest, quae in tertium vsque diem extenditur, quando ex ipsa nominis ratione in
secundo eam desistere par erat: Dictum enim supra est viginti quatuor horas esse sic appellatae dici
spatium, vtique vt cum nomine dici nox quoque vnã comprehendatur. Atqui, si neque humor pu-
rescens subit, nec corpus ipsum febrilem calorem, vt habitum, susceperit, a duobus generibus di-
uerfum sit. Aut ergo aliud praeter tria iam dicta genus esse in prima febrium diuisione dicendũ est:
aut appellatione pro nihilo habita diarias ipsas nominare oportebit. Neque enim profecto de sub-
stantia ipsa talium febrium est diariae vocabulum: verum conuenienti nomine desituti, clarioris si-
mul breuioris q3 doctrinae gratia, ab eo, quod saepius eis accidit, nomen indidimus. Ac natura qui-
dem eadem his est, quae diarijs, nomen autem non idem.

Quae sint Febres, quae Synochi appellantur, & quae ipsarum enumerentur inter diarias. CAP. 2.

Siquidem, in quibus vna accessio ab initio ad finem perpetuo manes, in multos dies porrigitur,
eas febres synochos, id est continentes, appellant, non illi quidem graeco nomine vli, ceterum
solocicimũ committendum potius rati, q3 formam ipsarum sine nomine linquendum. At non,
sicuti idea vna eiusmodi febrium est, a qua synochos eas nominant, ita & natura simplex vna q3 est.
Quaedam nanque earum manifestam habent putredinis notam: quaedam prorsus nõ habent, quas
B nimirum ex diariarum febrium genere esse diximus. Cum enim accessionis remissio ex feruentiũ
humorum transpiratu contingere solet, non transpirant autem in vehementi stipatione, necesse
est multorum dierum fieri accessionem. Igitur, vbi in tali febre nulla subest occasio, quae alterius
accessionis principium excitet, vltra hoc, quod multorum dierum febris est, nec inuasionem alicu-
ius febrim significationis facit, sed permanet ab initio ad finem vna febris, quae nec quotidiana,
nec tertiana, nec quartana notam praerferat. Ceterum, cum me audis dicentem, vbi vehementer sti-
pata corpora sunt, cohiberi intra corpus febrilem calorem, non ita factam prorsus desitudinem pu-
tandum est, vt nullum ex ijs humoribus, qui tenuati admodum sunt, effluere foras sinat: cum nec, si
de ossibus ita dixeris, id verum sit, nedum carne & cute. Verum, cum a feruentibus humoribus va-
por attollatur plurimus, effluat autem foras exiguus, hunc, qui relictus est, febrim seruare est neces-
se, neque id modo propterea, q3 ipse manet, sed etiam propterea, q3 quae proxima sunt, adurit.

A. li. 4. f. r. t. 2.
c. 1. fol. 413. b

*πυλω. α. δ. ι.
ἀλοιμα.

† ἐπισημασι-
ας.
* ἐπισημασι-
αν.

Quo pacto Febris Continens cum putredine, aut sine putredine oriatur. CAP. 3.

Quoniam igitur ex duobus his seruari febris potest, & q3 totus vapor non transpiret, & q3 idẽ
vapor ea, quae contingit, etiam exalfaciat, necesse est tres esse in synochis febribus differen-
tias: nempe vel pari permanente magnitudine ea, quam in prima accessione summã in ha-
bitu: vel adiacente semper exiguum aliquid, diminuentẽ ue: atque hæc vel æqualiter faciente, vel
inaequaliter. Ac, si quidem, quod accenditur, ei, quod transpirat, par fuerit, nec augeri, nec minui
febrilis calor cerneretur, sed perinde libi similis permanebit, ac si nihil illi prorsus adijceretur, aut de-
meretur. Quippe ad æqualitatis custodiam, nihil interest, seruetur ne eadem assidue substantia: an
ei, quae vacuatur, par sit ea, quae adijciatur. Verum, si altera earum vicerit, vtique si, quae vacuat,
minui febrim necesse est: sin, quae adijciatur, omnino incrementum. Sed nec illud sanẽ quẽquam latet,
q3, cum ex febribus altera magis minus ve, q3 altera, tum augetur, tum minuitur, id ob exuperantia
imparitatem necessario accidat. Nam, vbi alias ampliore mẽsura, alias minore, vel febrim genera-
tio, vel transpiratio exuperat, nec ijs, quae augetur, omnibus par esse auctio: nec ijs, quae minuitur,
diminutio, omnino potest: immo plurimam esse tum excessus, tum defectus, differentiam est necesse.
Atq3 vnum quidem hoc (siue genus, siue speciem, seu quiduis aliud appellare libet) συνόχων, id est
continentium febrium est, quod q3 ex eadem cum diarijs natura conitat. Alterum est, vbi in om-
nibus vasis, ac potissimum maximis, æquabiliter succi putrescunt. Eiusmodi febrim in gracili &
frigido corpore neutra consistere solet: sed plurimum in ijs, qui sanguine abundant, & corpulentis,
gigni cernuntur: quando nec obstructio citra putredinem excitare febrim valet, nisi id, quod trãspi-
rat, & copiosum sit, & calidum: nec humorũ putredo in omnes, quę inter inguina & alas inter sunt,
venas æquabiliter ac cito porrigi in frigido habitu potest. Debent enim semper quae putrescunt,
tum calida humida que esse, tum verò difficilem transpirationem habere. Eo que fit, vt nec in frigi-
da ætate, nec in frigido corporis temperamento, siue id ab initio constitit, siue modo frigidum sit fa-
ctum continens excitetur febris: Sed nec in gracilibus, vel qui raro sunt corporis habitu: Immo tum
ætate, tum natura, tum acquilitatio temperamento, quae calida sint, ac praecipue si & carnosus, & bo-
no ac multo sanguine affluens, & denso corpore aeger sit, aut etiam calidis excrementis refertus.
Proinde fit, vt, qui ita febricitant, ijs & pulsus maximus sit & æqualis, & vehemens: quibus etiam
arteriae habitus, nec durior, q3 pro natura, est, nec mollior, celeritatis tamen frequentia q3 eo perue-
nit, quò febris ipsa magnitudinis. Atque hæc quidem ambarum sunt communia: alteri verò pri-
uatim putredinis insunt notae, id que tum in lotio, tum pulsu, tum caloris ingrata qualitate.

*πολυσάρ-
κοις.

*σύνεσις, ἰ. εἰς
συστήναι.

Adolescentium Duorum Curatio, quorum alter Continente sine putredine, alter cum putre-
dine, febricitabat. CAP. 4.

Ac tibi exempli causa redigã in memoria adolescentes duos, quos vnã mecũ vidisti. Erat alter
eorum liber, & palæstræ peritus: alter seruus, haud in exercitatus ille quidem, ceterũ in palæ-
stra parum vehemens, nec tñ ad quotidiana, quę seruũ deceant, tum exercitia tũ opera tractanda, non
idoneus.

idoneus. Porro liber continenti citra putredinem febri laborauit: seruus continenti cum putredi- E
ne. Horum utriusque quaenam sit adhibita curatio, non intempestiuum dictu nunc arbitror, quando
quidem in exemplis exercitari, quiduis discetes maxime expedit: neque enim satisfaciunt ad exa-
ctam cognitionem vniuersales methodi. Sunt autem exemplorum ea pro potioribus habenda,
quae ipsi oculis viderunt: quando, si omnes, qui docere scribere ue aliquid sunt aggressi, ea
prius operibus ostendissent, prorsus pauca quaedam falso dicerentur. Nunc vero plerique alios
docere tentant, quae nec ipsi vnquam fecerunt, nec alij ostenderunt. Ceterum videri medicorum,
nihil miri est, si contemptis bonis moribus, opinioni sapientiae magis, quam veritati, inhiat. Ve-
rum non sic fuit ratio nostra. Non enim heri, aut nudius tertius, sed statim ab adolescentia, philo-
sophiae studio capti, primum nos ad eam contulimus: Mox patris euidentis in somnio moniti ad
medicinam studium excolendum venimus, ac per totam vitam operibus magis, quam verbis, vtrique
studio incubuimus. Quo minus mirum est, si, in quo tempore alij totam vrbem saluatum lustrant,
& cum discipulis coenant, ac eosdem comitantur, hoc omni nos sedulo laborantes, primum quid-
dem omnia, quae veteribus pulchre sunt inuenta, didicimus: mox eadem opere tum indicauimus,

Diap. obi =
* εὐρηται ἐστὶν
ἐν ἀποστολῇ,
ὡς καὶ ἰματὸν
εἰρηταὶ, ἰ. δι-
ὲτα, ἐστὶν ἐν ἀπο-
στολῇ.

tum exercuimus. Ergo, qui palaestrae peritus iuuenis erat, vbi febricitare hora prima noctis coe- F
pisset, post die eum mane circiter horam diei tertiam vidimus. Cum autem inuenissem febrem F
admodum calidam, sed pulsus aequales, & maximos, & celeres, & frequentes, & vehementes: tum
caloris qualitatem, quae tactum minime morderet: iam vero & vrinas tum crassitudine, tum colo-
re, a naturali habitu non multum alienas: audiens praeterea hominem circiter triginta dies exerci-
tationis consuetudinem intermisisse, pridie tamen exercitasse se vehementius, ceterum non mul-
tum: sumplisse autem solitos cibos, atque eos concoxisse, quamuis tarde & aegre, vtpote cum febris
vespere occupasset: cum interim rubicundus plenusque homo appareret, atque etiam plenitudinis
sensum se percipere diceret: faciente interim quodam eorum, qui aderam, de vena secunda men-
tionem: visum nobis est eius auxilij considerationem in aliud tempus remittere, simul vt certius
sciremus, cuius generis febris esset: simul necessario propter eam, quae praecesserat, concoctionis
tarditatem. Cum autem vesperi similem vigorem tueri febris est visa, ceu nihil sensibilibiter remit-
tens, suspicio iam erat synochon esse, hancque ex obstructione, & sanguinis abundantia, & pre car-
nis copia stipatione. Ac, cum parem magnitudinem per totam noctem febris seruaret, postero
die visum est medicis omnibus, qui eum inuiserant, sanguinem esse mittendum. Discordia vero
orta de tempore: & vinctibus, qui id in sequentem diem differendum suaderent: febris per totum
eum diem euidenter visa est vigorem suum augere. Mox tertia sequente nocte, alia quidem ac- G
cessio minime incidit, quae prima ad portionem responderet: erat tamen aestus ipse laboranti in-
tolerabilis: vrgebatque cum tenio totius corporis, vtpote repleti, tum capitis pulsatio: atque ob haec
gravis vigilia, iuvene in aliam aliam se figuram instantem, itaque, cum vira ferre non posset, hora no-
ctis circiter octava mittit ad me ministrum, rogatque ad se ocyus veniam. Ipse annuo, atque abeo, in-
uenioque febre calidissimam, pulsusque, qualem praedixi. Quoniam autem nec in hoc, nec in
lotio, nec in ipsa caloris qualitate, indicium aliquod humorum putrescentium apparuit, optimum
factum visum est venam incidere ante, quam putredo inciperet. Auctero itaque ab homine eousque
de industria sanguinem, quoad animo linqueretur, maximum plane vbi valentes vires sunt, conti-
nentis febris remedium: id quod tum ratione, tum experientia didici. Primum nanque in contra-
rium statum agitur corpus, celerissime ex animi defectu refrigeratum. Hoc vero nemo inuenire po-
test, neque quod ipsi agris, neque quod naturae, quae animantes gubernat, iucundius vtilius vel sit.

Mis. Sang. Vig.
ad animi de liq.
in synochon q. p.
Au.

Postmodum in eiusmodi corporibus necessario superuenit alui deiectio, non nunquam etiam bilis vomitio:
quas res statim a toto corpore madores sudores ue excipiunt. Quae nimirum oia, cum huic quoque
contigissent, protinus febre extinxerunt sic, vt quidam ex his, qui aderam, iugulasse me febre per-
iocum dicerent: vnde ostendimus. Verum, quod narrationem oem absoluam, nihil mali erit pauca- H
la, addidisse. Post duas nanque a sanguinis missione horas paulo nutrimenti dato, ac iusto quiescere,
discessi. Quinta vero hora reuersus, tam profundo somno indormientem inueni, vt tangentem
me prorsus non sentiret. Cum vero & ministri adeo illi altum somnum fuisse dicerent, vt nec, cum
madores eius abstergerent, expergisceretur, suasi ita facerent: esse nanque hominem iam prorsus a
febri liberum. Reuersus autem & decima rursus hora, et nunc dormientem inueni. Egressus autem iterum
ad alios visendos agros, redeo hora prima noctis, non tamen, vt ante, tacens, sed voce de industria
sublata, quod agrum a somno excitarem. Quod cum ita accidisset, vbi solo pissanae cremore ipsum
nutrui, abij. Cuius modum postero die augens, tertio lauatum dimisi. Ac, quae ad hunc pertine-
bant infirmum, ita sunt gesta. Quae vero ad alterum, nunc dicam. Is, cum toto die multum labo-
rasset, deinde lauatus pauca comidisset, coepit nocte febricitare, totum est continuans sequentem
diem. Hunc nos post secundam noctem vidimus, in ceteris quidem oibus iam dicto iuueni similiter affe-

Mis. synochon putri-
Sang. Mis. Vig.
ad animi de li-
quum.

ctum, vtrum putrescentium humorum euidentes praebentem notas. Itaque vna quoque huic protinus inci-
sa vsque ad animi defectum vacuauimus. Post id, idoneo interposito spatio, cibauimus primum mulla:
deinde vna interpolata hora, pissanae cremore. Atque haec oia intra quintam acta sunt hora. Cum autem
similis sibi per seueraret febris, synochon ea fore et putredine expectauimus. Ita quoque accidit. Quip-
pe cum

Ape cum eam secunda noctis hora pari magnitudine cerneremus, tertiae diei accessionem, futurae ne
esset, an secus, diligenter obseruare volebamus: cuius in septimam horam noctis suspicio erat. Itaque
cum summo mane superuennissem, inueni, quod expectaram. Nam nec tertiana incidit accessio:
febrisque remissior paululo, quam vesperi fuerat, apparuit. Vt autem rursus hominem meridie vidi: eratque
iam certissimum, & febre decreuisse, & synochon febre esse, sed quae assidua: decreveret: satius
visum est tum quoque hominem similiter nutrire. Quarta vero exacta nocte, manifeste minor est quo-
to die erat. Quo rursus quoque ad eundem modum homine cibato, aduertimus tum illo die toto, tum,
quae hunc secuta est, quinta nocte magnitudinem remittere sic, vt quinto die liquido plane appare-
ret minor esse febris, quam ante. Itaque ad portionem minuendis se febris, vrinae quoque concoctio pcesse-
rat. Eratque haud obscurum septimo (id quod factum est) finiendam. Hanc igitur plane continentem
ex humorum putredine febrem, & quae assidue decreveret, vidimus. Multas vero alias continentes
conspeximus, & quarum aliae crescentes aliae similem tenorem seruantes erant (illas Epacmaesticas,
has Acmaesticas vel Homotonus Graeci vocant): aliae, ceu quam modo memorauimus, decrescen-
tes, quas Paracmaesticas dicunt. Aliae rursus in primo die putredinis notas habuerunt: aliae in tertio,
aut certe ad summum quarto, idque alias medicorum ipsorum incicta, qui sanguinem non miserat,
B alias laborantium ipsorum timiditate. Siquidem eorum, qui ex sola obstructione febricitarent, nemo
in putredinis febrem incidit, qui prius sanguinem miserat. Quem, vbi valida virtus subest, & etas
permittit, vsque ad animi defectum mittere expedit: vbi horum alterum non satis tamen det, tutius est,
quantum satis visum fuerit, tum principio detrahere: quod defuit, iteratione supplere. Et enim hoc
praesidio omisso, qui ita febricitant, in summum discrimen veniunt, nisi si eos vel virium robor, vel
largum sanguinis, pluuium, vel sudor copiosus, ex manifesta pernicie eripiat. Et tamen non nulli ex
medicis sunt, qui, tametsi manifestissime vident naturam sanguinis profluuio non paucos eorum, qui
sic periclitentur, seruare, tamen sanguinis missionem fugiant, nullam nec experientiam, nec veram rationem
secuti. Ceterum hos mittimus, disputato praesertim contra illos abunde vno integro libro, qui est
de sanguinis missione contra Erasistratum scriptus: ipsi vero ad propositum reuertamur.

A.I. 4. f. 1. t. 1. c. 44. f. 425. d

A.I. 4. f. 1. t. 2. c. 44. f. 17. c.

De Ratione curandi Continentes Febres per Venae sectionem & Frigide exhibitionem. C. A. P. 5.
ERAT vero in praesenti disputatione propositum de his febribus differere, quae ex stiptatis per obstructio-
nem meatibus oriuntur. Quas, si sine putredine consistant, ex diarum esse genere dixi: si-
ijs putredo aliqua vel ab initio statim, vel postmodum superueniat, vbi in oibus venis, ac praecipue
magnis ea consistit, continentis excitari febres: vbi in vnica animalis parte febres, quae certo ambi-
tu accedant. Verum de his postea. Quod autem & bis, arbitror, & ter, & sapius, iterumque, dicendum
est, qui ita laborant, si recte curabuntur, ijs sanguinis missio est adhibenda: quibus corpus ex suc-
corum abundantia inhabile ad transpirationem iam redditum, tamen caloris congestit, vt inde iam fe-
bricitet, ijs tantum sanguinis est detrahendum, quantum vires tolerant. Pro certo quoque habendum,
nisi ijs, qui hoc per naturam sunt habitu, id adhibeat praesidium fore, vt vel suffocentur, vel certe
syncope prehendi oino periclitentur, nisi (vt dictum est) eos vel virium robor, vel plurimus sudor,
vel largum sanguinis profluuium, a morte vindicet. At illud vel me tacente constat, ijs praesertim
qui librum de plenitudine studiose perlegerunt, quantam & nunc quoque a me dicitur, non esse nunc
nobis de ea abundantia sermonem, quae ad virtutem comparat, (quippe quae nec sic obstruit venarum
ora, vt refrigerationem prohibeat, nec tunicas earum distendit, nec ruborem nec tumorem inue-
hit, multoque minus vel carnis vel cutis transpirationem moratur) verum de ea, quae contineri a vas-
sibus ultra non valet: quaeque ob id ipsum tum perumpere vasa, tum recludere solet: reliqua quoque modo dicta
symptomata inducit, obstructionem, distentionem, tumorem: ruborem: de hac, inquam, mihi ois
fermo tum habitu est, tum vero nihil minus habendus. Siquidem copia haec, dum bonitatem sua
seruat, vt pariter augeri cum robore virium est nata, ita, si quando has grauat, nec de cetero auge-
bitur, & bonitatem naturae amittit. At, si i naturali semel bonitatem amiserit, fieri nequit, vt
non putrescat: quando quidem nec aliud vllum ex his, quae foris sunt, humidum calidumque corpus
manere imputescibile cernimus. Ergo festinare ad sanguinem detrahendum oportet, quo vena-
rum natura ex transpirando ventilandoque naturalem temperiem seruans, humoribus eo, quo inter-
initia, modo dominetur: quando, si ad intemperiem versa laborabit, metuendum est, ne hi putrescant.
Excitatur autem intemperies in ea ex febris calore. Quem, si quis rudis quispiam medicus auxit, non va-
cuata stipationis causa, in incerto reliquum omne remedium est. Vbi nanque emitti abundantia
postulat, calor autem refrigerari, pugna discordiaque inter ipsa sanandi oritur remedia, scilicet ijs, quae
refrigerent, quamuis temperiem naturae concilient, saltem abundantiam intra corpus detinentibus:
quae vero rarefacienda cute hanc educant, omnibus calfacientibus, sic, vt, si abundantiam emittere
velis, febre augeas: si febre refrigerare, abundantiam moreris. In hanc consilij inopiam deue-
niunt, qui statim a principio non vacuarunt, Erasistrati persuasione inducti: qui nec spontanea
sanguinis profluvia potuit imitari. Optimum igitur factum est (id quod nos semper in re quaerere
facere vidissemus) statim non numero dierum, sed vni virium robori, in febris eius generis attentum
esse: quippe quod si seruatum est, non solum sexto septimo ue, sed etiam sequentibus diebus san-
guis est mittendus. Quod si curare aliquando infirmum cogis, cui non solum antea secunda vena

τὸν ἐκ τῆς
φύσεως ἡδὲ
μον ἀπολέ-
σει.

τὸν ἐκ τῆς
φύσεως ἡδὲ
μον ἀπολέ-
σει.
* ἢ ἀγγείων
ἰ. υἱοῦ.

Septima Classis.

h h h h h h

remedium

A. ibidem. c.

administrantur, omnia ferme eius vnus causa fiant: aliqñ mediocriter necessariam sic, vt aliquid ex hac quoq; ad ea, quæ faciendæ sunt, consilij petatur, non tñ præcipua faciendorum ratio huc omnis referatur. Possunt rursus ostendere tibi virtutem adeo exiguum ad inueniendæ remediâ conferre, vt propter exilitatem etiam lateat: aliâs verò prætermitti, ac silentio præteriri, quasi prorsus ex vtiliter considerandis nō sit. Verum, quod accidit in virtute, id in reliquis omnibus, quæ aliquid faciendum indicant, vsu venit. Nam aliqñ aliud eorum alio minus aut plus valet: aliquando adeo est valens, vt solum indicare videatur: aut ita imbecillum, vt omittatur.

Medendi Methodum primum ab Hippocrate Inuentam, deinde à Galeno Declaratam, ac absolutam fuisse.

CAP. 8.

Hæc igitur dum doceo, adis aīo velim, illud habens in memoria, qd nec in alijs vllis curatio, q̄ per methodum agit, consistit: nec alius ante nos quisq; oīa ea ordine definiuit, q̄q; et ab Hippocrate via est inuenta. Hæc, n. ipsa, quæ ego nunc enarraturus sum, ille curatione indicare primus oīum scripsit: verum, ceu primus inuentor, nec debitum oībus ordinem dedit, nec cuiusq; indicationis dignitatem ad vnguem finiuit: & quædam in ipsis discretiones omisit, obscuraq; plurima p̄ antiqua dicendi breuitate est interpretatus. Præterea de complicatis affectibus paucissima omnino præcepit. Ac, vt breuiter dicam, oēm ad medicationem viam aperuisse mihi videtur, sed ita tñ, vt ea curam diligentiamq; ad absolutionem desideret: veluti nūc quoq; videmus quædam veterū in teris viarum, quibus pars quæpiā est vel lutuosa, vel lapidibus sentibus ue impedita, vel moleste ardua, vel periculose prona, vel feris obfessa, vel p̄ magnitudinem fluminum inuia, vel longa, vel aspera. Itaq; cum sic se haberent oēs in Italia viæ, eas Traianus ille refecit: quæ quidem earum humidæ ac lutuosæ partes erant, lapidibus sternens, aut editis aggestionibus exaltans: quæ senticosæ & asperæ erant, eas expurgans: ac flumina, quæ transiri non possent, pontibus iungens: vbi longior, q̄ opus erat, viâ uidebat, aliâm breuiorem excindēs: sicubi verò p̄ arduum collem difficilis erat, per mitiora loca defleatensiam, si obfessa feris, vel deserta erat, ab illa transferens, ac per habitata ducens: tum asperas conplanans. Itaq; mirari nemo debet, si, cum viam rōnemq; medendi ab Hippocrate inuentam esse, sim testis, ipse tñ hoc opus scribere sum aggressus. Neq; n. ceu ea planè non esset inuenta, sed veluti, quæ proxime diximus, desideret, ad hæc conscribenda uenimus, nemine priorum, qui eā methodum absoluens ante me inuentor: qñ aliq; oīno eam non nouerant: aliq; cū nosset, non potuerunt, in quod defuit, adicere: non deerant, qui incognitam esse vmbra q; indiciam, ac prorsus e medio sublata, voluerunt, ij verò qui fuerint, in sermonis p̄gressu dicetur. Nunc, quod promisi, aggrediar: omnesq; deinceps medicandi indicationes exponam.

In Diarjjs Febribus ab Affectus causa, atque Aegri viribus non præberi præcipuam Indicationem.

CAP. 9.

Vtile aut ad claritatem eorū principium sumet ex reuocatis ad memoriam ijs, quæ in pximo libro differuimus, cū de diarjjs agerēt. Videbat, n. in illis prima, ac (ut sic dicam) maxime præcipua faciendorū indicatio esse, q̄ affectum ægotantis amouendū suadet, æque, ut in sanis prima esse, quæ statum eorū seruandū monet. Verū hic, sicut p̄ similia seruat, ita per contraria perimit. Conterre p̄terea ad auxiliorum inuentionē diximus tum ipsam corporis tēperiem vnā cum consuetudine, tum regionē, tum anni tps, tum cœli statū: In quibus verò morbis egregijs aliq; in vna parte aīalis affectus subsisteret, veluti ex aduisione in capite, à parte quoq; ipsa aliquam faciendorū indicationem sumi. De viribus tñ, vel causa quæ affectum creet, in eolibro nihil est dictum propterea, qd nec vires in diarjjs febribus egregiam vllam prudentiam requirant, utpote quæ oīno ualidæ sint: nec affectus ullus in uera diarja sublit, qui eam uel gignat, uel augeat, nam utroq; modo loqui licet. Verum nunc prius de viribus præcipiam: deinde ad causas, quæ febrem excitant, accedam.

Triplex genere in nobis esse, vires, ac quo pacto illarum Ratio sit, habenda, quando, quæ ab eis est indicatio, cum reliquis indicationibus pugnat.

CAP. 10.

Gubernant animal (ut in libris de Hippocratis & Platonis dogmatis est monstratum) tres diuersi inter se gñs facultates toti corpori ex suo quodā ueluti fonte quæq; distributa: eas Plato aīas uocat, propriam cuiusque substantiam inueniens. Est enim earum quædam ad nutriendum animal necessaria, ac cum stirpibus communis, quæ iecur ueluti pro fonte habet: canales uerò ad hoc in totum corpus sparsos, ipsas uenas: hanc seu appetitricem, seu naturalem, seu altricem uoces, nihil interest: ueluti nec, si aīam, aut facultatem. Altera est, quæ non modo ut stirpibus, aut uita præditis, sed et ut animalibus anima est insita: hæc sedem in corde habet, ipso quoq; insiti caloris quodam ceu fonte: ab hoc fonte canales arteriæ sunt: uocaturq; hæc multis sanè nominibus: nam & facultas siue uirtus uitalis, & facultas siue uirtus animōsa, & anima uitalis, & anima animōsa dicitur. Tertia aīa, ratiocinatrix, in cerebro domicilium habet: ea uoluntarijs actionibus unā cum sensibus præsidet: utitur & hæc particulis quibusdā, ceu canalibus, nempe ipsis neruis, sensum motūq; p̄ hos in totum animal trāsmittens. Ergo has facultates seruare, nihil planè est aliud, q̄ uita seruare: siquidem monstratum est qualibet earū amissa necesse esse reliquas quoq; unā perire. Ac p̄terea in opere de sanitate tuenda huc omne cōsilium direximus. In hoc uerò, quod est de methodo medendi, primū propositum, & ei, quod in opere de sanitate tuenda proponitur, ad portionē rēdens; morbi

A* φουσην est in impassibilis. i. ha tuale. in appeti quis φουσην: i. vegetabilem. B* nobis. C* φουσην dicitur.

A. li. i. f. i. d. 6. c. i. fol. 25. h

A. li. 4. f. i. c. 2. c. 7. f. 419. c

A morbi est sublatio: qñ cuiusmodi in illo sanitatis est tuicio, eiusmodi i hoc est morbi sublatio. Quorum vtriq; vnum est cōe, ipsa scilicet vitæ custodia: quæ nimirum in illo de sanitate tuenda opere sanitate custodiam sequēbatur: quod. n. secundæ valetudinis tuendæ gratia geritur, idem statim & vitam tuetur. At in hoc opere aliter se habet, propterea, qd quæ affectiones præter naturam in nobis discutiunt, ea non omnino vitam custodiant: quippe aliqua eiusmodi prædita sunt facultate, vt, si immoderate aut intempestiue utare, uitam adimant. Si quidem in sanguinis missione, quam vsq; ad animi defectum faciendam esse paulo ante diximus, quo flammâ in continentibus ex meatuum clausura febribus extingueretur, non paruum merito subsequetur incommodum, nisi opportuno tempore aut debita mensura fiat. Duos namq; in ipsis medicorum manibus perire vidi, qui post, q̄ animo inquerentur, nunquam reuixerunt. Multi uerò, etsi non protinus, at postea propter virtutis infirmitatem perierunt: quos si quis citra eius resolutionem vacuasset, minime perisset. Quin etiam aliqui in morbos inciderunt longos, post, q̄ in modica inanitione resoluta naturalis uis fuit. Alijs, cum in modica uacuationis noxam sarcire non potuissent, in omne reliquum vitæ tps totius corporis temperamentum redditum est frigidius. Ex qua refrigeratione facile ex quauis occasione læsi, aliq; decolorati, ac malo corporis habitu vixerunt: aliq; ex eo ipso in morbos deciderunt exitiales, & aquam inter cutem, & orthopnoeam, & iecinoris ac ventriculi imbecillitatem, & apoplexiam, & deliria. Ergo, cum virtus tanto per se necessaria sit: eam aut lædant omnia uacuantia remedia, si quis scilicet ijs parum moderate utatur: vtiq; aduersa inter se faciendorum indicationes in talibus corporibus sunt, in quibus affectus, quod expugnetur, notabilem uacuationem desiderat: virtus aut hæc ferre non ualet. Verum, cum sæpe ex uacuatione, virtus nihil lædatur, hinc sumitur inconsideratis, & temerarijs medicis occasio, vt eam prætermittant, ceu nusq; quicq; indicet. Falluntur aut (ut dictū est) propterea, qd non intelligunt alterius cuiusdam rei causa virtutem esse spectandam, nec quicq; ad affectum amouendum indicare. Tanq; igitur in ijs, qui valent, semper ea comitatur, quæ sanitatis gratia administrantur: nec est quicq; inuenire, quod sanitatem tueatur, q̄ quod idem vires corruptificæ in ægotantibus aliqñ ijs succedit, quæ veluti in perniciem eius administratur: aliqñ ab ipsis soluitur. Si namq; abundantia paulo viribus superior fuerit, vtiq; ex moderata uacuatione adeo nullum accedit viribus incommodum, vt et maximum comparetur commodum, quod eas premebat, sublato. Sin, quod affectus sanetur, multa uacuatione est opus, resoluatur aut ex tanta inanitione virtus, non modo rursus homini non proderit, sed etiam maximum illi periculum afferet. Porro in ijs continentibus febribus, quæ ex stipatione meatuum accenduntur, qm ualida plerunq; uirtus est, contra periculum uacuatō adhibetur: in alijs uerò morbis maxime est periculosa, veluti si forte incidit in corruptela humorum. De qua tempestiuum est mentionem facere, quod oēs mittendi sanguinis indicationes in hoc libro decidam. Ergo, quod corruptum est, id alienum à natura est: quod tale est, id se auferendum dicitur. Si igitur cum uiribus imbecillis corruptela incidit, vtiq; quod affectus remedium est, id cum virtutis custodia pugnat. Si quidem affectus uacuandum esse præcipit, idq; vel uena incisa, vel purgatione: harum autem neutram ferent imbecillæ vires. Quin igit in omnibus eiusmodi repugnantij incerta succurrendi ratio est, aliâs insanabilis omnino affectus relinquetur: aliâs spatio, & ægre, idq; si magnum nactus sit medicum, sanari poterit. Oportet namq; vbi indicationes ita sibi aduersantur, & paulatim, quod vitiosum est, uacuare: & paulatim inuicem, quod salubre est, pro eo reponere. Vocant medici eiusmodi vitiosi succi curationem græce Epicralin.

Vene sectionis exemplo ostenditur, quando Virium indicatio consideranda, aut omittenda videatur.

CAP. 11.

Memineris uerò mihi ad ea, quæ dicenda sunt, etiam quorum causa uena sectio petitur. Nam, qm hæc sanguinis uacuandi causa adhibetur, sanguis autem inutilis naturæ est, vtiq; probe hanc administrari conueniet sic, vt, quod inutile naturæ sit, emittat. Fit aut sanguis naturæ inutilis bifariam, vel cum propriam qualitatem ad vnguem non seruat, nec amplius nutrire, sicut prius, cū utilis esset, potest: vel ita multitudinē creuit, vt aut vires premeat aut tum uenas tum arterias uel distendat vel fundat vel obstruat. Ac in his quidem missio sanguinis utilis est, ceu uacuantium prædidiorum vna: q̄ in alijs, ceu quorum uehementiorem impetum ad diuersam partem reuocet, uel per propinqua deriuet. Postulat autem semper ualentes vires, quæ modo uacuationis eius respondeat. Ad hæc igitur respicientes sanguinem detrahimus, aliâs semel, aliâs bis, vel ter, vel sæpius: veluti in sequentibus patebit. In præsentia uerò illud manifestum fecimus, virtutem uacuantia remedia aliqñ citra noxam ferre, utpote nec adiutam ab his quicq; quod sit æstimandum, nec uerò læsam: Sæpe uerò magis minus ue, tum iuuari, tum lædi: Præterea, quoties notabilis illi ex uacuantibus auxilij noxa incidet, toties patere ipsam quoq; tunc utile aliquid ad considerandum indicare, æque utique, vt cum manifeste iuuabitur: Vbi uerò ex ijs, quæ affectum submouent, nec commodum illi accedit ullum, nec incommodum, ibi ueluti inutilis, prætermittitur.

Ex ijs, quæ Indicat, quædam simplicem Indicationem, quædam non simplicem præbere. CAP. 12.

Porro una semper est, quæ ab hac præstatur, conferentis indicatio, ueluti etiam reliquorū omnium. Nam, quicquid pro natura sua indicat, id unum semper indicabit, ceu quod unam habeat naturam. Atque id vnum, si, quod indicationem facit, simplex est, ipsum quoq; simplex erit: Septima Classis, h h h h h h iij fin

Sanguinis missio. Vg. ad arrium. Deli quio.

* παραπληξια, seu παραπληξια, quid autem sit paraplexia tñ ex periclyca alijs Galeni locis, cum præcipue ex cōmento 27. quartū cōmentarij de digna in morbis acutis, patet.

Tclarus, quod idem uirtutē tollat: sic in ægotantibus ipsa (virtus) aliqñ ys succedit, q̄ pro solutione morbi administratur: aliqñ ab ipsis tollitur.

* χρησιμ. i. uilis.

† Ad uerbū. in alijs autem vt reuulsū, vel deriuatiuum, quando impetū humorum uehementiorem uel in contrarium reuellemus, uel deriuabimus latera.

fin illud est compositum, hoc quoque erit compositum. Sanè quædam sui custodiam indicant, quædam amotionem. Siue autem hanc indicent, siue illam, quod simplex est, simplicem quoque indicationem habet: quod non simplex, etiam non simplicem. Idcirco in superioribus semper simplicem intemperiem simplicem indicationem præbere diximus, veluti in frigiditate caliditatem: non simplicem verò, etiam indicationem suggerere non simplicem: calidam enim siccamque intemperiem curationem sui per ea, quæ humectent, & refrigerent, molendam indicare.

Quo pacto Indicatio, quæ est à Viribus, nunc reliquis prior, nunc posterior esse videatur. CAP. 13.

Ergo vires quoque vnam rem semper indicabunt, utique sui custodiam. Quibus ergo (rogetur) rationibus seruabitur? Nempe potissima ratione ex eo, quod de substantia earum vel inanimatum, vel alteratum est, corrigendo: Secundo loco ex prohibendis ijs, quæ ipsarum substantiam vacuare alterare uel possunt. Comprehensa verò inter ea, quæ alterant, breuitatis causa sint, & quæ earum unitatem distrahunt. Hæc itaque cum vires perpetuo indicent, in valentibus (sicut dictum est) consensum agendorum omnium ad ipsarum perennitatem est: in agrotantibus autem non semper. Quo tempore æstimari debet, quod vel magnitudine, vel dignitate (ut prius est dictum) præualeat. Maxima igitur dignitas ipsarum est virium: quando viuere ipsum nobis ex harum custodia constat, utpote cum vitam aut ipsas esse vires, aut earum actiones, sit necessitas: ut ipsa nihil esse prius in animantis corpore potest propterea, quod nec sanos esse citra vitam licet. Virtus ergo omnium prima custodienda hominibus est. Seruabitur autem, si nec eius substantia inaniatur: nec tanta alteratione alteretur, ut ea corruptioni sit propinqua. Atque huius custodiæ pars est, ubi uel temperiem ipsam præsentem seruamus, vel absentem inducimus. A virium indicatione proxima est, quæ ab affectibus, quos curare proponimus, datur: postea deinceps reliquæ. Quicquid igitur indicationi, quam vires præbent, aduersatur, id secundum loci, ac posterioris ijs, quæ illæ præcipiunt: quæ verò cum ijs, quæ viribus conducunt, in idem competunt, hæc utrunque calculum referunt, & eorum, quæ primæ (ut ita dixerim) sint notæ, & eorum quæ secundæ. Itaque hæc citra controuersiam sunt faciendæ: quæ verò aduersantur, aliquando administranda prorsus non sunt, aliquando paulatim. Quippe, si, quem curare studeas affectum, is uacuationem requirit, vires autem extrema imbecillitate laborant, toto illo tempore, quo vires reficimus, eorum, quæ affectum sanent, nihil planè agrotanti exhibebimus. Vbi verò eorum roboris peruenisse eas conijcimus, ut nihil aut parum ex vacuando sint lædendæ, tum est ad affectus quoque curationem accedendum. Prima igitur omnium indicatio est, quæ à virtute sumitur: verum non sic prima, ut quæ curationem doceat, cum ex numero curatricium indicationum non sit, verum (ut ita dixerim) vitalium, siue quæ ad vitæ custodiam pertinent. Nam, neque ut ualeamus, nec ut à morbis liberemur, ab ea quicquam primum desumimus, sed ut uiuamus. Additum in sermone est illud, primum, quod ex accidente aliquando virtutis roboratio ad affectus curationem conducit. Verum id in sequentibus docebimus.

Curatiuas omnes indicationes tribus hisce contineri, Affectu scilicet Naturali, affectu Præter naturam, & Aere nos ambiente. CAP. 14.

Nunc ad pensum rursus redeamus, in paucas summimas, compendij causa, rem omnem cogentes. Medicatoriæ indicationes à morbo ipso sumuntur, à corporis temperamento, & tertio ambiente nos aere. Quod si alia quædam antea sunt posita, vel postea non hæc modo, verum etiam alie dicentur, omnes tamen ex ijs in partes diductis natae videbuntur. Si quidem corporis temperies, quæ illo tempore fuit, quo agrotare id coepit, quæque ad inuenienda remedia est utilis, ex natura, ætate, consuetudine, & ambiente nos aere ortum habet. Ambiens uerò ipse eiusmodi est redditus propter tum regionem ipsam, tum anni tempus, tum coeli statum. Ergo, cum vnum sit eorum utriusque, ex pluribus in tale efficitur. Affectus uerò haudquaquam in causas diduci est aptus, sed in differentias: nam aut in similibus consistit partibus, aut in instrumentarijs. Ac in similibus quidem, uel simplex est intemperies, uel composita: in instrumentarijs, circa simplicium partium uel posituram, uel formam, uel numerum, uel magnitudinem, tum quæcumque horum singillatim tradita sunt differentia, consistit. Hæc itaque tria illa prima sunt, quæ curationem indicant, nempe ambiens ipse cum geminis corporis siue affectionibus, siue constitutionibus libitum est appellasse, una naturali: altera, quæ præter naturam sit, quæ sanè morbus est. Non posse autem plura esse prima genera indicationum, quæ ad medendum pertineant, quæ tria, quæ modo diximus, ex ipsa rerum substantia scire licet. Nam morbus & sanitas, corporis sunt affectus, ille se tollendum, hæc se tuendam indicans: ambiens uerò is est, sine quo nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest. Hic igitur causæ, sine qua non, obtinet rationem. At uerò cum id, quod agrotat, alteramus, nisi constat, quousque sit mutandum, utique, quando sit ab alterando desistendum, non intelligemus. Generatim igitur in omni curatione agendorum indicationes in his ad summum tribus consistunt. Membratim uerò (ut supra est comprehensum) aliquæ simplicium particularum sunt propriae, aliquæ compositarum. Eorum ergo, quæ in simplices incidunt partes, unum est intemperies ea, quæ in calido consistit. Hæc, cum in totum diffusa corpus est, febris nominatur: ideoque omnis febris, qua febris est, humectatio refrigeratioque remedia sunt. Ac, si sola hæc sit, ad refrigerandum humectandumque omnem medentis consilium, ueluti ad finem, dirigetur ita, ut nihil sit, quod præterea ad curationem desideretur, nisi ut materia inueniantur,

A. li. 4. f. r. 22. c. 7. fol. 418. d

A inueniantur, quæ huic proposito sunt idoneæ: materia uerò inuenta, ut opportunum tempus ex qua tuor febris temporibus captes: quantitatem uerò, ex conferendo cum naturali habitu morbi, quippe quantum is à naturali habitu recessit, tum, opus est, agrum refrigeres & humectes. Sanè ambiens, si contrariam morbo temperiem habet, est præsidiorum numero vnus est: si similem, ægritudinalium causarum est vnus. Quæ autem reliquas materias tum deligere tum fugere licet: quam autem ambiens præstat, fugere non licet, immo necesse est præsentis coeli statu uti: idcirco huic quoque attendi esse cogimur: qui utique sæpe cum ijs, quæ morbus facienda suadet, (ut diximus) est concors: sæpe discors, & qui contra moliat. Hæc igitur ergo (ut diximus) ambiens rationem modo materiae sanantis: modo causæ morbum fouentis. Quippe, cum humectari refrigerarique morbus postulat, si hæc præstat, sanantis materiae rationem obtinet: si calefaciat & siccet, morbificis causis est annumerandus. Vbi igitur cum medendi indicationibus consonat, pro gratia est habendum: sicubi aduersatur, inhibenda eius noxa est, scilicet reliquorum auxiliorum humiditate ac frigore intensis adactisque. Sedulo igitur agendum est, ut ambientem, quoad fieri potest, qualem esse expedit, præpares. Si humidiores frigidioresque sedos tum deligens, tum uerò præparans: sicut è diuerso, si frigida sit humiditasque morbi species, quæ calferi siccarique postulet, & eligendæ, & præparandæ domus sunt, quæ calfaciant, & exiccet. At deligendas quidem dico, quæ ex se ipsis eiusmodi sunt: præparandas uerò, cum arte nostra molimur. Per æstatem subterraneas eas, & ad septentriones uersas: ac pauimenta earum assidue humore aspergentes: tum ut ex euripo aliquo aura inspireret, machinantes: flores præterea, ac germina, quæ frigida, humidæque facultatis sint, per æream proijciantes: Per hyemem uerò contraria horum molientes, præsertim ubi morbus (ut prædictum est) suadet: ubi non suadet, excessus tantum utriusque temporis remittentes. De quo mihi aliquid necessario postea est dicendum. Nunc auxiliorum materias indicare non decreuimus, sed methodos docere.

Quo pacto curatiua Indicationes modo in plures diduci, modo in pauciores cogi possint. CAP. 15.

Quare rursus ad has disputationem reuocemus: doceamus que quemadmodum & pauca & multa pro diuersa sectione curatoriæ indicationes sint: quæ modo & tres uniuersas (ut proxime docuimus) facias, licet, in pauca capita tota summa reducta: & qualibet earum rursus diuisa, ex ipsis multas efficere: id quod etiam iam monstratum est. Quæ & ipsarum sectionum quamlibet rursus diducas in membra, licet, donec ad insectile uenias. Iam primas quoque illas tres, quas memorauimus, fieri potest, ut redigas ad pauciores sic, ut duo eorum scoporum, qui curationem indicent, omnino capita sint, nempe præsens affectus, quem morbum nominamus: & qui prius fuit, quem sanitatem & naturalem habitum diximus. Neque enim aliud est ipsa sanatio, quam præsentis in corpore uitiosi affectus in naturalem habitum mutatio: cum autem contrarij hi affectus sint, necesse est, per contraria fiat eorum alterius in alterum translatio. Atque ita rursus una sola erit curationum maxime generalis indicatio, nempe contrarietas. Ergo hinc rursus sumpto initio, age particulares indicationes disquiramus. Quoniam id, quod agrotat, ei, quod ualet, est contrarium, utique per contraria est ab illo in hoc uia. At quomodo (inquies) in contrarijs inuenietur modus? Non enim satis est calido affectui admouisse frigida, nisi id debita fiat mensura: cum alioqui metus sit, si intra modum id fiat, ne morbi reliquum quippiam relinquatur: si modum excedas, contrarium genus morbi inducas: qui enim supra, quæ par est, calidum morbum refrigerat, is sanitatis mediocritate transmissa alium excitabit morbum, qui sit frigidus. Quod quò minus accidat, naturam curandi corporis scias, oportet: quò, quantum morbus ab illius symmetria discesserit, intelligens, mensuram refrigeranti præsidio imponas. At fieri non potest, ut quantum à se inuicem distent, inuenias, nisi compertum habeas, quæ esset corpus aut humidum, aut frigidum, aut calidum, aut siccum, cum ualeret: quantumque ex his excesserit post, quæ egrotauit. Quippe, quod plurimum à naturali habitu recessit, id uehementibus eget contrarijs: quod non plurimum, leuibus. Sanè plurimum recessit frigidus morbus à corpore natura calido, ita ut è diuerso calidus à frigido: minus recessit tum calidum à calido, tum frigidum à frigido. Quare ex utriusque indicatio curationis præstat. Verum, cum materiæ reliquorum præsidiorum omnium electio in nostra potestate sit: eius uerò, quam ambiens præstat, in nostra manu non sit ratio est, ex hoc quoque propriam quandam indicationem sumamus. Ceterum, quoniam nosci ad uingem oportet corporum temperamenta, id uerò est planè difficile, utique tentandum est tum ex ijs, quæ in libro de temperamentis sunt scripta, ea inuenire: tum uerò ultra hæc, quò magis scientifica notitia sit, ex ætate, & tota antea acta uicta, quæ nimirum in uitæ exercitio, & uictus ratione consistit: præterea in hac regione, & hoc anni tempore, & hoc statu coeli, conuersatione. Si namque natura gracilis & tangenti calidus & biliosus, & propensus ad iram, & hirtus sit, calidus hic succusque natura est. Non tamen necesse est nunc quoque, cum egrotare incipit, eundem planè habere affectum: fieri enim potest, ut in desidia uixerit, idque cum frigidis humidisque potione & cibis, ad hæc etiam cum balneis post cibos, & multo somno: præterea in regione humida & frigida, & hyeme in qua frigidus & humidus exuperabat coeli status: Rursus fieri potest, ut horum præcesserint contraria, id est calfacientia & siccantia, idque per singula dictorum iam generum. Ergo, si quo ad præsens temperamentum noscendum deficiamus, id ex præuentibus ipsis supplebimus: ex illis uerò inuento, administrandorum indicatio suppeditabitur.

Septima Classis. h h h h h h iij Utilem

Vtile esse ac minime contemnendam Indicationem, quae a Consuetudine praebetur. CAP. 16. E

Ad dictum quidem prius est, ubi de frigida exhibenda praecipimus, illud quoque ex his vnum esse, quae consideranda tum essent, nunquid particula quae praecipiam, cui frigida natura esset, laedi magnopere ex eius potione posset. An igitur fas est in aegrotante homine cuiusque particulae temperamentum inuenisse absque his notis, quas in libris de ipsis retulimus? Atque illi quidem nec inquirunt, nec norunt, sed iuxta proverbium, vno calopodio omnes calceant. Nos certe (quibus inquirendi cura fuit) illud inuenimus, quod per plures ac cognitum difficile notas cuiusque membri temperamentum coniectura potius, quam scientia, inueniatur. Si igitur notis multis & paruis aliqua certior apparuerit, non ne abiectionis illis hanc pro omnibus arripiemus? nemo id, arbitror, qui mentis est compos, negabit. At qui, si omnes temperamentorum notas in vnum colligas, haec longissime absunt, ut parem ei, quam consuetudo praestat, fidem faciant. Si, n. antea per sanitatem quispiam frigidam perpetuo biberit, ne utique nec in iecinore, nec vesica, nec ventriculo, nec alio quopiam talium offensus, planum est & valida illi esse haec omnia, nec nunc a frigida laedenda. Non est igitur, quod paruum quiddam, atque ad spectandum leue, ad inuentionem remediorum consuetudinem existimemus: veluti nec ad sanitatem tuendam. Nemo, n. adeo est stupidus, ut magnopere ex frigida potione laesus hanc in diutinum usum duxisse velit, propterea, quod laesus interim, atque ab ea euidenter aegrotans, omnino abstinerebit. Ergo, sicut alia non pauca quidem medici praeter communes sensus, ita illud quoque effuderunt, quod nulla nec salubris inueniendi victus, nec aegrorum curationis, ex consuetudine sumatur occasio: videtur enim, non sicut alia quaedam, exiguam leuemque, sed maximam ac maxime principalem vim habere: ut quae singulorum corporum naturam ostendat. Sane ipsi via rationeque ab ea procedentes fatemur nos partium affectum inuenire, deinde ex illo rursus ad faciendorum indicationem venire. Empiricus vero praeterire se naturae inquisitionem profiteatur, quippe, quod per eam consecutus fuisset, id iam se habere, intelligere. scilicet, non laedi a frigida potione aegrotantis corpus: id vero esse, quod nobis ab initio proponatur, non ut naturam noscamus. Post (arbitror) nos quidem, veluti ambages frustra secutos, merito taxet: eos vero, qui in totum inutile esse consuetudinem dicunt, veluti a communi sensu alienos, iuste accuset. Quid igitur, inquires, eis respondebimus nos, quod methodo artem condimus? Nempe quid aliud, quam quod vera dicunt de his consuetudinibus, quae adeo euidentem utilitatem offensam, ut ostendunt, quippe quas nemo vel ante methodum non nouit. At reliquarum quaedam, quae scilicet paulatim magnum contrahunt incommodum, non aequales licet per experientiam inuenire: dictum autem fuisse de eiusmodi consuetudinibus est in libris de sanitate tuenda. Vnde, si in frigida quoque exhibitione consuetudo citra methodum satisfacit, nec nos profecto experientiam fugimus: immo omnem, quam illi, utilitatem ab ea capiunt, etiam extrinsecus praeter haec adiciamus, qui saltem id possumus, eam, quae a rerum natura suggeritur, indicationem. In hoc vero libro methodi rationem sequentes fatemur longiore via idem inuenire, quod breuius inuenire citra rationem liceret. Si quidem, cum saepe iam viderimus non paucos ex his, qui febribus ardentibus premerentur, cum iam mediocriter concocti humores essent, statim ex frigida potione febre liberatos, quibus ei potioni parum assueti fuissent, multo (arbitror) magis in his, qui assueverunt, utilitatem fore citra noxam ullam sperabimus. Habes itaque nunc et de consuetudine rationem, et si ex incidenti oblatam, tamen satis definitam. Est, n. ea quoque unum quiddam eorum, quae curationis rationem per morbi naturam intercedentem indicent, quemadmodum & aetas. Si quidem ipsa quoque temperamenti interuentu indicationem praestat, veluti puerorum: quae, cum humidam & calidam temperiem habeat, facile digeritur.

De Indicatione ab Aetate, ac Summa vniuersarum indicationum. CAP. 17.

Adis enim animo, velim, ad ea, quae de corporum diuersitate hoc loco dicam. Lapidum substantia constans stabilisque propter siccitatem & frigus est: ad eundem modum aeris, & ferri, & auri, & vno verbo, omnium, quae ex terra sunt, corporum. At quae humida calidaque sunt, eorum substantia celerrime in ambientem dissipatur, alias in halitum sensibilem soluta: alias in perspirationes, quae visum fugiant, sed ratione deprehendantur. Atque haec corporum naturae, veluti ex diametro, (ut Graeci loquuntur) id est longissimo intervallo, a se distant. Reliquarum omnium illarum, quae frigida ac sicca proxime accedunt, aegre quidem per halitum digeri possunt, minus tamen aegre, quam ferri, & lapidis, & adamantis. At, quae calida & humida sunt vicinae, haec promptius quidem digeruntur, atque exhalant, ceterum minus haec quoque, quam aqua calefacta. Nam citra calorem non potest in halitum digeri corpus vllum, substantia eius coacta, densataque manente: sed nec per calorem omnem, immo quod habile est in halitum resolutale porro est, quod humidum est. Ergo puerorum substantia omnium facillime digeritur ac dissipatur, propterea, quod est omnium humidissima: nulla vero frigidior. Quo minus vacuantis praesidij eget, cum habeat ex se ipsa, vnde naturaliter vacuetur. Fit autem profecto & propter calidam siccamque regionem, & tempus aestiuum, & statum caeli impense calidum & siccum, notabilis per cutim vacuatio. Itaque etiam huius causa his, qui sanguinis detrahendi egent, aut prorsus venam non secabimus, aut parum detrahemus. Sane erunt in hac quoque detractione multi seopi medico spectandi, natura ab initio, consuetudo, aetas, locus habitationis, anni tempus, caeli status: ad haec graditudinalis, quem curamus, affectus: aliaque ratione ante hunc laborantis vires.

Cum

* in graecis, i. l. 5. gis.

* ἀναλογισμῶν.

* corporis.

A Cum vero affectus numerosi sint, cuique eorum sua est curationis indicatio. Quippe a calido indicatio est refrigerandi: a frigido calfaciendi: ac a reliquorum quolibet contrarium applicandi. Quare, cum octo intemperamenta sint, octo etiam erunt morborum, quibus simplicia corpora sunt obnoxia, particulares indicationes. Ultraque has vna eius affectus, qui etiam instrumentalium est communis, cuius nullum apud priores nomen fuit: sed nos, qui eum interpretari sumus coacti, continui solutionem appellauimus: ostendimusque communem curationis indicationem hae quoque esse vnitiviam. At vero, quae ex hoc rursus in partes ductio particulares consistant, haec quatuor voluminibus sunt prodita, nempe tertio, quarto, quinto, & sexto, huius operis. Ac nunc quidem institutum de intemperamentis sermonem etiam in sequentibus libris persequar. Hoc absoluto ad instrumentalium partium morbos conuertar: ostendamque secundum eandem methodum in his quoque tum primas omnium curationis indicationes, quas utique generalissimas appelles, licet: tum quae ex harum sectione nascantur: deinde rursus, quae ex illis oriuntur, donec ad eas, quae ultra sectionem non admittant, peruenero: hanc etenim omnis constituendae artis methodum Plato nos docuit. Verum de instrumentalibus postea (ut promisi) dicetur. Nunc (si prius, in qua parte propositi operis sumus, admonuerimus) praesenti iam disputationi finem idoneum imponemus. Est igitur vnum morbi genus, quod similes & simplices animalis vexat partes, quam intemperiem vocant. Huius aliquas differentias ex corporibus nuda qualitate alteratis provenire docuimus: aliquas cum materia quapiam, quae in ipsa confluit: rursus que ambas incidere vel in vitam animalis particulam, vel plures, vel etiam totum corpus. Ergo, cum in operis huius libro septimo intemperies eas, quae alteratis tantum qualitatibus in partibus proveniunt, pertractarim, in duobus deinceps libris ad eas, quae in totum se animal extendunt, venientibus, primum agere de febribus placuit. At, quoniam harum ipsarum aliquae adhuc sunt, manente scilicet in corpore causa, quae eas excitauit: aliquae factae iam sunt, sed, quae eas accendit, causa iam absit: satius visum est de his primum sermonem facere, utpote simplicem primam curationis indicationem habentibus: deinde illas quoque stilo aggredi, quarum in corpore causa subsistit.

GALENI METHODI MEDENDI IDEST DE MORBIS CVRANDIS LIBER DECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Docet Prae caueri, ne Diariae febres in Hecticas pertranscant, ac ipsas Hecticas, cum inuaserint, curare.

De Ratione curandi, cum Indicationes ab Affectu, a Causa, & a Viribus in idem coierint, vel inuicem pugnarint.

CAP. I.



D Rogo in diariis febribus simplex quidam est in corpore praeter naturam affectus, utpote caulis, quae primum eas excitant, iam ademptis. In quibus vero causa, quae eas accendit, adhuc manet, in his nec affectus simplex, nec sanatio est: si quidem, quod febris iam receptum in corpore est, id ex propria ipsius curandi indicatione discutere oportet: quod adhuc est futurum, id propulsare, ac, ne fiat, vetare: vetabitur autem, si, quae id excitat causa, prorsus sit submota. Itaque in diariis faciendorum indicationem ex ipsa febre maxime capiemus, sed cum illa natura, & aetate, & consuetudinem, praeterea anni tempus, caeli statum, & regionem, & vires, simul expendentes. In reliquis, quae accensionis suae causam intus habent, prima indicatio ab ipsa sumetur causa. Itaque, si febris, quae multos dies continuant, recte ostendimus putredinem esse causam, haec nimirum sananda est prima: sed nec interim extinguenda febris, quae per eam iam accensa est, ratio non habenda. Ac, si quidem in id consentiant, & quae febre extinguunt, & quae causam oppugnant, quod ab utrisque indicat, cum vnus sit, sine cunctatione agendum est. Sin febris, quae iam accensa sit, sanatio, causam, quae hanc excitauit, est auctura: aut, quae causam submovent, febre exasperabunt, diligens habenda consideratio est de remediorum specie. Sane diligenter considerauerit, qui totam de liberationem in tria haec aestimanda diuiserit, febris ne sola curanda sit non sollicito de causa: an causa oppugnanda, minime curanti de febre: an plurimum quidem remediorum ad alteram earum sit adhibendum, non tamen altera neglecta. At, quod primo quidem loco est dictum, probare non debemus: quando, si, quibus praesidij id febris, quod semper gignitur, oppugnamus, ea effectum eius causam auxerint, plane nec generationem eius aliquando inhibebimus, nec magnitudinem minuemus: quippe & generatio eius, effectricis causae specie imitabitur: & magnitudo cum illa pariter inaugebit. Quod secundo loco diximus, si id distinguemus, poterit esse non incommodum. Nam, si intolerabilis aegro magnitudo febris sit, committendum non est, ut per ea, quibus causam adimimus, febrem

A. li. 4. f. 1. t. 1. c. 7. fo. 41. b. c

Hae verba impressi cod. graeci habent, antiqui non habent.

febrem augeamus. Simul enim arbitror vtrunq; & febrim sustulerimus, & hominē. Sin ita medio H. etis sit febris; vt, quo tempore contra causam tantum pugnas, obrutenā interim vires agrotantis non sint, vtiq; contēnendus is modus non est. Non contēnendus autem nec tertius est, qui contra id, cuius maius momentum est, instare iubet, nec tamen alterius omnino negligentem esse. Sanē plerunq; causae maior est vis. Feri tamen aliquando potest, vt ea sit febris magnitudo, quae praesentem perniciē, nisi occurras, afferat: quo casu oportebit hac prius submota, deinde ad causam submouendam accedere. Atq; haec, mi Eugeniāne, decidenda tibi inter initia statim de contrarijs indicationibus sunt. Cum autem in ijs examinādis non parū visa est ad hominis salutē momenti habere vis ipsa naturalis, vtiq; de ea quodq; nō leuis ad agendorum inuentionē consideratio est habenda. Ita fit, vt tres primū scopi sint, qui in propositis iam ob putredinē febribus agendorum indicationem nobis praebant: vna febris ipsa: altera effectrix eius causa: tertia vis ipsa naturalis. Caeterum priores duo scopi submouendi sunt: tertius est tuendus. Erit igitur rursus hic quoque eadem tibi consideratio, quae paulo supra, vt cum viribus tum febrem tum causam inuicem cōferas. Mox, si eadē ambo remedia requirunt, ea prompte exequaris. Sin indicationes pugnabunt, vnam praeferas, vel quae a viribus sumitur, vel quae a causa, vel quae a febre ac, quae caeteris sit valentior, hanc magis sequaris, nec tñ caeteras negligas. Ex hac nanq; discretione doceberis primam causam febrem q; profligare, vbi videlicet conijcis harum remedia vires posse ferre: rursus primā roborandam virtutem esse, vbi haec imbecillior est, q; vt causae febris que praesidia sustineat. Quin etiam omnia pariter sub coniecturam agi licet, veluti paulo supra de febre & de causa est monstratum.

Quae ex Diarjjs Febribus magis apta sint Perdurare, & in alias febres Transire: qua q; ratione id periculi declinemus.

C. A. P. 2.

ERgo, cum tria haec sint, ad quae attentum te esse in propositis febribus curandis oporteat, febris ipsa, huius efficiens causa, & agrotantis vires inuenti que praeterea sint generales indicationum modi, quos etiā generales vniuersales q; dicimus: transeundū, arbitror, nunc est ad praesidio rum differentias, quae specialia particularia que sunt, sed mentione de diarjjs repetita: qñ quidem ab ipsis in eas, quae plures dies continent, aliqui trāseunt. At verō, cum in has transeant vna quidem ratioe maxime communi, ipsa in editorum inscitia: duabus magis priuatis, q; ipsarum febrium vel causa effectrix iam abijt, vel etiam nūm manet: de vtriusq; seorsum est dicēdum. Porro abijt effectrix causa, quoties ab ira, dolore, vigilia, cura, aestiuo Sole, fatigatione, & bubone iam inclinato, excitata citra stipationem febris est. Manet, quoties vel ab externa causa, vel ab ipsa febre stipatio aliqua facta est. Nam & frigiditas, & adstringentium vsus, per mediam stipationem semper febrem exci tant. Vt si praeterea non nunquam corporis habitum consipat. Iam ipsum febris principium, vbi cum horore inuasit, stipationem subinde fecit. Quin etiam glutinosi, & crassi, aut etiam copiosi succi, vbi mediocriter obstruxerunt, diarjam aliquando febrem accendunt, vtiq; cum idoneum fortitū sunt medicum; vt supra est indicatum. Sanē dicuntur idcirco id genus febres omnes diarjæ, quia solui, (quod vtiq; ex ipsis est) vno die sunt aptae, computata cum hoc vna & nocte: quemadmodum cum dicimus mensem esse triginta dierum, & annum trecentorum sexaginta quinque, & hoc gestum esse ante tres dies, aut gerendum esse post quatuor. Caeterum, non est idem ipsarum omnium affectus, sed ab aliquibus inseparabilis stipatio est: ab aliquibus minime inseparabilis, sed vel vt plerunq; simul adest, vel ambigua forte, vel raro. Inseparabilis stipatio est ijs, qui ex alumi nosa aqua, vel chalcantode, vel tali quapiam alia, aut ex frigore, aut leui obstructione, febricitant: Plurimum verō ijs adest, qui ex vitione febricitant: Ambigua forte, ijs, qui ex fatigatione: Quicunque verō ex ira, vel tristitia, vel vigilijs, vel pertinacis studio, vel cruditate, vel bubone febricitant, ijs raro adiuncta stipatio est. Atque harum omnium febrium nulla, (quod vtiq; ex ipsa sit) ad secundam vsq; accessionē perdurat, sed intra quatuor & viginti horas omnino desinit. Aut, si qñ earum aliqua (quod tamen rarius fit) longius trahunt, duae ijs accedunt causae, quae ipsas solui videntur: Vna frigus est, quod vel ex ambiente aere, vel ex vntione quapiam extrinsecus admora, proueniat: Altera egregia ista diarjta est, si qui videlicet hanc transire medicorum inscitia coguntur. Quod si & ambiens aer calidus sit: & nemo ex medicis, qui diarjton suspiciūt, ad aegrotantem accedat: febris quidem post primam accessionē finietur, id q; cum sudore, vel madore, vel transpiratu, qui haliuosus sit. Aeger autem, vbi se liberatum a febre senserit, ad consueta munia redibit, lauans, vngens q; se: aut etiam, si agrestis quispiam monticola ue sit, his omissis, comedens. Ac uulgus quidem, sicuti multa alia, vtiq; ab ipsa rerum natura edoctum, melius, quam sophista, agit, ita & in diarjjs febribus omnia sibi ipsi praestare sufficit, praesertim vbi citra valentem stipationem consistere. Vbi verō cum eiusmodi stipatione inuasit, qui infortunati sunt, in medicum aliquem incidunt eorum, qui diarjton efferunt: qui fortunati, in eum, qui ipsos & lauabit, & nutriet, caetera q; omnia praestabit, quibus stipatio soluitur. Saepē nanq; (ceu dictum est) ex leui obstructione cum cutis latente densitudine, quae vel ex vitiosa lauatiōe uel alio quopiam est contracta, diarjjs non nulli febribus sunt correpti: quo tempore, nisi quis celeriter obstructionē submouerit, in plurimum dierū febres transeunt. Est nanq; eiusmodi febris (quantū ex ipsa est) earum, quae plurcs dies insistant, & quae diarjæ sunt, cōis, caeterum propter causae paruitatem, vnius diei efficitur: sicut etiam

τὴν τοῖς ὑποκειμένοις τῇ οὐκ ἐστὶν πυρετοῖς, habent omnes graeci codices quos viderim, quae interpret vertit, in subiectis consideratione febribus, & ita veteris interpretis.

* τοῦ πινειν, & ita veteris interpretis.

A. li. 4. f. r. t. 1. c. 5. fol. 412. d.

A. li. 4. f. r. t. 2. c. 8. fol. 420. d.

Atiam propter magnitudinem, multorum interim dierum: verum accessio eius ab initio ad exitum vsque vna est, modo ne ipsam excipiat ea, quae ex putredine humorum nascitur. Ergo, quoad nec in pulsu, nec in calore, nec lotio, putredinis adhuc aduertitur nota, atque ex sola obstructione ortum habet, vtiq; ipsa obstructionis solutio eius est sanatio: quemadmodum que hanc soluere conueniat, ante est dictum. Multae igitur apparent diarjarum esse febrium particulares differentiae: Vna, quando iam profusus abijt effectrix ipsarum causa, veluti vntio: Altera, quando haec etiam adest, sicut stipatio: cuius duae monstratae sunt differentiae, nempe exiguorum meatuum densitas, & de qua nunc agimus, obstructio. Sanē densitudo ipsa aliās ex liccitate prouenit, veluti post feruores, aut fatigationes, aut iras: aliās ex frigore, eo q; vel simplici, vel cum adstrictoria vi: quae quemadmodum inter se differant, in libro de medicamentis est praecipuum. Iam verō obstructionum ipsarum alia est, quae ex abundantia: alia quae ex qualitate succorum, scilicet qui aut lenti, aut crassi sint, incidit. Praefertur autem inter remedia, in ea, quam copia facit, sanguinis missio: In ea, quae ex humorum qualitate consistit, attenuantium vsus. Quod verō ex viribus consilij petatur, vt in diarjjs sanē est exiguum, ita in ijs, quae pluribus diebus vrgent, satis magni est momenti: eo q; maioris, quo haec sunt longiores. Enimvero, vbi naturaliter se vires habent, ne minimum quidem in plurimum dierum febribus vacuantium auxiliorum vsum morantur: Vbi non naturaliter se habent, (voco autem non naturaliter, cum infirmiores quodammodo sunt) pro magnitudine imbecillitatis impeditur vacuantium auxiliorum vsus. Sanē rarius accidit, vt protinus in primo secundo ue die vires imbecillae cernantur: accidit tamen interdum, vel propter agrotantis malum corporis habitū, vel propter senium. Non nulli etiam fatigatio, vbi vntio, & tristitia, vigiliae q; praecesserunt, & inedia per totum secuta est diem, dein febris prius, quam homo cibaretur, circa vesperam occupauit, & nox in somnis est acta, vires magnopere resoluunt.

Quo pacto in Iuvene febricitante Diarjtorum errorem Galenus indicauerit, ac emendarit.

C. A. P. 3.

NEc alienum sit, si tibi talem egyptum describam, in quo primum auus sum ratione ipsa mihi viam monstrante, & diarjton contemnere, & virium rationem habere: postea q; alios, quos in simili casu vidi, audacter eodem modo, quo illum, curare: siquidem primum periculum post, q; ijs, quae ab indicatione sunt inuenta, subscripti, ad secundum vsum reddidit magis animosos. Ergo iuuenis, qui febris est correptus, annos natus erat quinquē & viginti, gracili corpore & musculoso, veluti canis: tum sicco calido que omnino temperamento. Iam idem exercitatione quodammodo delectabatur, & alioqui cogitabundus & indultrius erat. Is peregre agens, cum nuntium parum gratum accepisset, & tristatus est, & prope se accingens ad urbem festinauit. Ac priore quidem die & laborauit modice, & lotus coenatus que in quodam diuersorio quieuit, sed maxima ex parte sine somno. Postera die etiam magis festinauit: ac longa via, & fabulosa, & squallente, tum sub feruente. Sed confecta, hora propē septima & semisse peruenit in urbem. Ibi, cum ea, quorum causa maturasset, meliora audiret, in gymnasium lauaturus proficiscitur: dein vntus, vna cum quodam eorum, qui aderant iuvene, perfrictus est. A quo cum, vt paululum dimoueret, prouocaretur, orta inter eos contentione, (qualia saepe incidunt ijs, qui exercitationibus indulgent) plus iusto est exercitatus: erat q; iam immodice liccus. Egressus verō gymnasium, inuenit amicorum quosdam pugnantes: quos dum dirimit, imprudens in aliam exercitationem non leuem incidit, dum alios eorum diuellit, alios impellit, alios complectitur medios, alios vt iniurios increpat, ac pro ijs, qui iniurijs affecti essent, irascitur, adeo, vt domum se in summa siccitate reciperet, lassitudinem inaequalitatem q; sentiens. A quam igitur ex consuetudine bibens, vbi nihilo se leuatum, sed inaequalitate sibi intendi sentit, hanc quidem vomuit. Rarus autē vt ilius adhuc cibo abstinere, accubuit, ac quieti se dedit hora ferme diei vndecima: quod cū fecisset, ac nocte tota febre diuexatus vigilasset, postridie quoq; quieuit vsq; ad meridiē, sperans se somni aliquid consecuturū. Quo tpe cum eū medici quidem diarjton colentes, inuiserent, tum quidem homini satis magnam esse febrem aiebant, vesperi autem se illum reuirsuros. Itaq; & vesperi cum redirent, ac febrem inclinatam cernerent, ne tū quidem nutriendum censuerunt, quāuis etiam id alius quidam medicus suaderet: immo strenue resistunt, adijcientes, si quidem sine febris esset, fortasse cibum duros: febricitante adhuc minime id facturos. Quin etiam, cum tertio die mane redirent, etiam tertiae diei accessionem transmittendam censuerunt: erat autem (vt prius dictum est) suspecta hora illius diei vndecima. Ergo digressis illis, ipse accessit, ac faciem iuuenis contemplatus vidi talem esse, qualem in prognosticis Hippocrates his verbis pingit: Nasus acutus, concaui oculi, ac reliqua, quae deinceps ab eo dicta scimus. Itaque cum omnino mihi persuaderem fore, vt tum in hecicam febrem, tum quam marasmode vocant, homo, nisi cibaretur, incideret, sorbitionem ex alica quam primum paro, atque exhibeo. Et tamen quamuis hac sumpta, cum accessio suo tempore circa vndecimā inuaderet, sic extremis partibus perfrixit, vt calferi hac vix possēt, & pulsus illi paruus rarus que quam maxime fuit. Qua ex causa illi etiam quarto die tum mane, tum vesperi cibum dedi, quo s. & vires repararem, & corpus humectarē: erat nāq; cutis eius, ceu corium, arida. Vbi autem febris tenuis & similis perseuerauit, statim deinde quinto die non simplici sorbitione hominem cibare, vt ante, sed alica ex aqua calida,

τὴν τοῖς πολλοῖς πυνυμένοις πυρετοῖς, legunt tū impressi, tū plerique ex manu scriptis codicibus, vt etiam Linacer vertit. Sunt tamē qui dam codi. qui addant τὸν δλιγμύροισ, i. & in ijs, quae paucorum sūt dierum.

Ob. febricitantem, qui ab calore et abstinere cibum in accessu de sanis fuit.

* ἀπώροτος, i. imbecillus.

quod sit alica

octauo.

calida, citra q3 condituram, iniecit in eam mali punici granis. Est namque is optimus cibus bilioso E stomacho: nam & roborat hunc malum punicum: & alica, cum diutissime in ventriculo citra corruptionem maneat, sensim concoquitur, nec acefcens, nec innatans: quæ vitia accedere forbitionibus aliquando solent. Incidit verò & in ipso quinto principium accessionis simile. Item que, cum & sexto & septimo cum simili ratione cibassem, in nono rursus simile principium præcedentibus fuit. Vbi nimirum vel amentiam, vel pertinaciam, vel, haud scio, quid dicam, eorum, qui in principio hominem transmittere tertie diei accessionem sine cibo iusserant, prorsus intelligere licebat. Nam, cum cunctis euidenter appareret tanquam peruenturum eum ad quartum fuisse, si nutritus ante accessionem tertij non fuisset, illi & tum eum, & secutis etiam diebus non recte nutritum aiebant. Cæterum committendum non erat, vt eorum redarguendo studio, agrum quis non exhibito in ipso accessionis die cibo proderet. Igitur nono die similiter hominem nutrens: cernēs q3 in accessione pulsum eius redditum, quam prius erat, firmiorem, cæterum imbecillitatem illam adhuc præferentem cum extremarum partium frigore: non potui sustinere medicorum illorum meras nugas, sed vndecimo die præfatus prius ægrotantis amicis fore, vt ipso die intelligerent hominem hæcenus nostra opera fuisse seruatum, permisimus illi præterire accessionis horas. Ergo, cum & sine pulsu omnino in ipsis esset: & frigus eum vehemens totius corporis premeret sic, vt nec loqueretur amplius, & vix impellentem sentiret: conuocati in vnum medici omnes, qui ab initio videramus ab ægrotantis propinquis propemodum sumus discerpti, ego quidem, quod ob pertinaciam vltro ægri salutem prodidisset: qui verò diatriton colebant, propter ignorantiam & stupiditatem. Ac illi quidem pallidiores frigidiores que, quam ipse eger, consilium quoddam fugge captabant: quod ego prospiciens, aula ostium obserari iusseram, & simul amico cuidam clauem seruare. Post medius eorum stans, iam, inquam, vobis constare plane arbitror, quis hæcenus hominem seruauit. Seruabitur autem & nunc nostra opera. Neque enim, si periturum omnino in hac accessione putassem, à cibatone destituissem: sed, quoniam ex præcedenti iam victu tantum illi roboris superesse noueram, vt tolerare accessionem posset, permisi accessionis horas sine cibo transmittere. Ac satius quidem fuisset, multo ante hominem nutrire: uerum, quo & istos redarguam: & quibusdam his auscultantium, qui confici à nobis iuuenem, quod illam occasionem omiserim, dicunt, persuadeam: nunc illis ostendam vel in accessione ipsa ægrotantes quosdam nutriri debere, nedum ante hanc. His dictis, ac diductis hominis maxillis, infundo ex angusti oris vasculo, cremoris ptisanæ tres cyathos: paulo autem post albi & tenuis vini, modice que calida diluti, duos cyathos. Post quos & sustulit oculos, & tum audire, tum loqui, tum præsentis nosse cepit, cum ante, G veluti lignum aridum, porrectus, sine voce ac sensu iaceret. Rursus itaque dato ex vino, quo dixi modo, diluto, pane ad comedendum exiguo, prorsus hominem reuocauit. Quem, vt rursus ad institutam ab initio victus ratione reduxi, & tertij decimi diei accessione facile tolerare vidi, in quatuordecimo rursus mane cibauit: ac post circiter horam octauam laui: deinde rursus liberalius cibauit: ac mox vinum bibendum exhibui. Idem verò & in duodecimo & teriodecimo feceram. In quinto autem decimo rursus cibauit mane. Cum verò facilius tum quoque accessionem ferret, in sexto decimo denuo laui: cætera que circa hominem peregi, sicut in præcedentibus diebus. At, vbi in decimo septimo minime grauis parua que accessio fuit, audacter hominem de cætero sub conualescentium victus ratione habui. Hic æger non paucos semimalorum, ac non penitus a sanorum, docuit etiam ante accessiones ipsas non nunquam esse cibandum, vel si duarum horarum intercedat spatium: ac multo magis ante accessionem tertij. Ostendi autem tibi & in prima ipsa accessionis inuasionem eiusmodi homines esse nutriendos. Dico autem eiusmodi homines, in quibus corporis intemperies ad liccum & calidum conuersa febres accendit.

Ratione atque Experimento monstratur, quam Vtilis non nunquam sit Ante Accessionem vel in ipsa accessione Cibatio.

C. A. P. 4. H

Porro hoc quoque plerique medicorum fortasse sit incredibile. Sed, siue rationi ipsi fides est adhibenda, siue operibus, nos fidem ambobus facimus: Operibus quidem, dum homines ijs monstramus, qui, si biduo patiantur inedia, necesse est, febricitent, ita scilicet, vt non nulli, vbi concitati ad iram sunt, vel moerore vel vigilijs affecti: euidentissime enim tum in conualescentibus ex diutino morbo talia fieri cernuntur, tum ijs qui calido & sicco sunt temperamento. Quam verò ratio ipsa fidem huic rei facit, alibi iam dicta est: dicuntur tamen & nunc eius rei summa. Mordens halitus & succus, vbi per sensibilia corpora fertur, horrores & inæquales totius corporis concussiones (βίγη græce dicunt) facit: ex quibus cute stipata, quæ prius transpirabant, iam retenta, quoties fuliginosa sunt, febres accendunt. Ergo eiusmodi halitus & succos, tum multa & vehemens dimotio, tum vigiliæ, & ira, & dolor, & curâ augment: tum proxime ab istis vnum illud per se interdum augere eos sufficit, vtique si cibum quis non sumpserit: efficitur enim corporis habitus in ijs naturis, quæ facile amaram bilem generant, ex longa inedia biliosus. Si igitur tum id incidat: tum æger motu quopiam valentiore, quam pro viribus, vsus mordentium excrementorum impetum confertim foras excitarit: necesse est (veluti in symptomatum causis ostendimus) vel concussionem, quam modo dixi, vel horrorem subsequi. Ac concussio

zabuo qna id probat

A cussio quidem ista succedet propter eorum, quæ feruntur, excrementorum tum multitudinem, tum acrimoniam, tum impetus celeritatem: tum laborantis virium infirmitatem. Nam, & quæ multa, paucis: & quæ qualitate sunt insigni, ijs, quæ ita non sunt, mordēt magis: pari modo, & quæ cum celeritate feruntur, ijs, quæ tarde. lam vires, vbi valentes sunt, omnia contemnunt ac tolerant: vbi infirmæ sunt reddita, vel abs quouis offenduntur. Horror fiet, vbi & qualitas eorum, & impetus velocitas est remissa: tum copia minor: ac potissimum, cum vires tristanti obliuiscunt. Si verò iam dicta largius remittantur, ne horror quidem fiet, sed vel vlcerosus quidam sensus, vel tantum inæqualitas. Ergo coeuntibus omnibus iam dictis, quod vehementissimum est, oritur, vtique supra prædicta totius corporis concussio: rursus remissis omnibus, nullus ex transitu excrementorum fit sensus. Quod si quædam sint, quædam non sint: & quædam maiora sint, quædam minora: in eiusmodi multitudine media latitudo omnino, quæ inter id, quod maximum est, quod βίγη græce vocari diximus, & minimum, qui est nullus omnino excrementorum sensus, efficitur. Itaque nihil mirum est, si dictarum causarum quælibet vel per se, vel cum alijs iuncta: alij inæqualitatem, alij vlceris quempiam sensum, aut horrorem, aut dictam concussionem, afferre videatur. Nam potest, vires imbecillæ sint, corpus ipsum admodum sensile, quippe id quoque ostensum est non parum B ad eiusmodi symptomatum generationem conferre: habitus autem corporis gracilis, & temperamentum biliosum, stomachus q3 similiter bili affectus, tum his omnibus accedant inedia cibi, & vigiliæ quæpiam, & tristitia, & sollicitudo: ad hæc progressus à domo, qui ex urgente quapiam causa sit necessarius: postea his propositis (id quod aliquando fieri vidisti) det sedulo operam, vt plus tineris per urbem, re ita postulante, festinus peragat: nunquid huic ex eo, qui excitatus est, mordentium excrementorum motu, primum quidem inæqualitas quædam, mox verò etiam horror, prompte incidit: quod si motum quoque continuet, vel cibum sumere non anteuerat, protinus etiam febris: Equidem ita febricitantes aliquos ostendi tibi, maxime ex ijs, qui è longo morbo conualuerant. Quorum cum vni forte fortuna occurrissem, qui mox ante horrescere cepisset, vt rem exposuisset, dato ex vino diluto pane, continuo horrorem inhibui. Verum hunc (vt scis) per viam in officinam quandam perductum febricitare prohibui: alios verò, qui prius se domum suam recepissent, in ipso principio horrores, vel paulo posterius, cibauimus. Atque, vt semel dicam, quibus incipientis adhuc accessionis aderant symptomata, ijs omnibus panem ex vino diluto ac calente mature exhibens, & horrorem statim inhibui, & febrem prohibui. Quanto verò hos citius cibaueris, tanto scilicet magis febrem prohibueris. Quod si paululum aliquando morere, vtique febris nec C tum quidem, calor tamen multus, ijs aduenit, simillime plane ijs, qui per vehemens frigus facti itinere, reuerfi domum, calidis sunt nutriti. Quippe, si plusculum morere, maiorem calorem sentier, talem que ac tantum, vt dubites, an hunc febrem appelles. Si in duæ horæ ab initio inæqualitatis interposita sint, nutries tunc quoque, modo horror adhuc duret, prædicens tamen, quod hi febricitant, cæterum innoxia febre, & cui cutis mador succedet: quo facto, tum lauare, tum rursus nutrire debebis. Quod si horror præterierit, ac iam plane febricitent, cibandi id temporis non sunt, sed decrefcente iam accessione illico sunt nutriendi in integritate non expectata. In nullo nanque squalido affectu commode finitur accessio prius, quam illi uel ex lauacro, vel humido victu, humectatio accesserit. Hæc ego omnia cum operibus indicarem, qui me vel laudabant, vel amulabantur, scilicet quod supra eorum opinionem erant, que egeram, παραδοξοποιον, quod paradoxa facerem, (vt scis) vocabant. Cum verò ratione de iisdem differens docerem aliquos ante accessionem esse cibandos: aliquos in ipsa, id que vel inclinare iam incipiente, vel etiam in ipso summo vigore: tum παραδοξολόγον me, quod paradoxa dicere viderer, appellabant. Ergo quid facias his hominibus, quibus nec opere nec ratione persuaderi potest? At, inquit, fieri nequit, vt eiusmodi affectus quis agnoscat. Quomodo igitur nos eos agnouimus? Videtur ne cuiquam fieri non posse, vt calida & sicca intemperies agnoscat, vel quæ ab ortu vsque fuerit, vel quæ in præfenti tempore talis sit reddita: Mihi sanè tam videtur facile, quam has ipsas agnouisse literas. Quid illud verò, si huic non sit adhuc in succis putredo vlla, illi verò sit, non posse vobis videtur hoc discerni: Mihi posse videtur. Nam & ex pulsu, & vrina, & ex ipsa non nunquam, quæ in calore est, qualitate, euidenter id discernimus. Quod si propterea, quod nec ipsi quicquam discernere volunt, nec se se exercitare, scientibus parum credunt, quid uetat, quò minus tum geometris ipsis, tum arithmeticis, tum reliquis ratiocinibus omnibus nihil credant?

τὸ σφοδρότατον ἐστὶ βίγη. i. vehemens istiusmodi oritur rigor. τὸ τοῦ τε μεγάλου βίγους καὶ τῆς παντελοῦς τῶν περιττωμάτων ἀνασθησίας. ad verbum inter maximum rigorem & omnimodam excrementorum insensibilitatem.

Calidas & Siccas naturas Inediam non tolerare: ac de Primis capitibus, quibus Ratio Cibandi continetur.

C. A. P. 5.

Misso igitur hoc genere hominum, rursus seriem sermonis nostri persequamur. Calidis ac siccis naturis aduersissima res inedia est, ac februm paratissima causa. Voco naturas calidas & siccas non solum, quæ à primo ortu tales ex proprio temperamento sint, sed et, quæ posterius ex calido sicco que victu, & plurima dimotione, & vigilia, & cura, & tristitia, & regione calida sicca q3, & tempore æstiuo, & cæli statu calido sicco q3, sint acquisita. Sanè licet & citra temporis anni mentionem, in eiusmodi sermone statum cæli solum nominare. Verum, si altius repetam, id, quod dico, magis credes. Calida & sicca temperamenta, siue ea ex prima origine talia sint, siue ex victu, &

& immodico labore, & animi perturbationibus, & regione, & coeli statu, inedia vehementer laedit. In hac dictione, ipsis saltem verbis, omiffum est anni tempus: potestate tamen omiffum non est, utpote quod in coeli statu comprehenditur, quando calidus in summo siccus q̄ coeli status iam dictam temperaturam efficit. Hic autem status alio anni tempore, quam aestate, plane incidere non potest: quando nec in autumnus nec in vere, multo que minus in hyeme, fieri potest, ut calidissimus simul siccissimus q̄ coeli status sit. Nec humidissimus pariter frigidissimus q̄ in alio, q̄ hyeme. Ob hac igitur ipse quoque aliquando praetermissio anni tempore, coeli status sum contentus. Liceat tamen cuique nominibus, quibus vellet, modo a rerum natura non discedat. Est porro rerum natura, qualem & modo diximus, & nihilo minus nunc dicemus: nam, quae maxime sunt ad curationem necessaria, eadem que maxime ignorata, nec Hippocrates ipse identidem repetere grauat. Igitur inedia siccis calidis q̄ corporibus, valentibus quidem noxia est: ijs vero, qui in calida & sicca aestate febre laborant, quae scilicet ex vitione, aut labore immodico, aut vigilijs, aut comprehensio iam animi motibus sit contracta, non simpliciter noxia est, sed, si quicquam aliud, plane perniciofa: quippe vel in febres ardentes ex ea incidunt, a quibus, nisi prius mors occupet, in heclicas migrant, atque ab his in marasimum: vel proinus ab initio ardentibus praeteritis, in heclicas. Maxime tamen (ut dictum sapius est) siccos calidos que affectus statim a principio hectica corripit. Si ficuti mulieri accidit, quae autumno ex tristitia & vigilijs febricitare coepit: perseueravit autem ad plurimum hyemis. Hanc quarto die (ut scis) vidimus, deprehendimus q̄ statim hecticam esse febre, cum alia, quam humores excitant, coniunctam. Curatio autem vna tum fuerat, ut frigida temperstue & moderate daretur, consuetae scilicet hanc per sanitatem bibere: verum alijs curatio huius erat commissa, quare nobis silere est visum. Alteri vero, qui eodem tempore aegrotat, & se nobis commiserat, quoties nutritus est, fontanae plane gelidae dedimus interim binos cyathos, interim ternos: quando frigidam simul multam sibi dari, qui ita sunt affecti, citra noxam non ferunt. Quocirca vtilissimum est, vbi febris ideam perspexeris, in prima statim accessione minore cum periculo, copiosiore frigida uti, corporibus ad validam siccitatem non dum perductis. Qui enim in feruoribus sub canicula ex ira febricitauit, (iuuenis autem hic erat siccus & calidus) vbi in prima accessione duas frigidae heminas bibisset, statim quidem inuouit flauissimam bilem: non multo autem post etiam deorsum excreuit. Deinde, cum rursus post cibum aquae circiter heminam similiter sumpisset, iam febricitare desijt. Non desuere tamen medici, qui, cum nullam a principio febris speciem agnoscerent, sed postea, cum iam praeterisset occasio, intelligentes vel in hecticam, uel etiam in marasmoden febre aegrotantem incidisse, frigidam bibendam, nos imitantes, praebuerunt. Sed nemo metam attigit: nam magna sollicitudo habenda est in ijs, qui ita se habent, de frigidae potionis mensura. De qua paulo post dicemus, vbi propolitae disputationi finem imposuerimus. Quippe ager is, quem ante descripsimus, exemplo omnibus est, quibus propter siccitatem a principio statim dari cibum debet, etiam si febricitare iam incipiant. Nam, cum accenditur in his febris propter mordentem acrimoniam ex caliditate attenuati que ex Sole & inedia & laboribus succi, maximum eius remedium est humidum nutrimentum: sicuti e diuerso, vbi ob copia, vel obstructionem, vel phlegmonem, vel (ut semel dicam) humoris alicuius putredinem, febris est orta, maximum malo est cibum. Atque hos quidem nec in inclinatione febris citra noxam nutrias, nec ipsa accessione inuadente: illos vero omni certe tempore, sed potissimum per inclinationem. Me quoque subinde vidisti eos, qui ex abundantia, & qui ex phlegmone laborarent, sub longa inedia tenuisse. sic, ut prorsus ante septimum diem non cibarem, sed sola mulla contentus essem, viribus scilicet valentibus. Quosdam eorum, quibus videlicet vires valida non fuerant: aut stomachus biliosus, aut imbecillus, aut plus iusto sensilis: solo ptisanae cremore vsq; ad septimum diem traxi, quo morbus in summo esse incremento debuerat, aut etiam omnino per crisis discuti. Sunt igitur tibi a primo statim die in omni agro spectanda duo illa, quae Hippocrates iussit, a quibus cibandi con-silia petas, morbi summus vigor, & aegrotantis vires. Postea, si transiri summum incrementum line omni cibo potest, in cibi abstinentia hominem seruabis: si exiguum admodum incrementum requirat, abunde erit sola mulla: quod si maius desiderat, q̄ sit ex mulla, ptisanae cremor satis erit. At, si fas non est summum morbi incrementum, aut tenui victu, aut inedia transmitti, id agendum, ut homo statim in prima accessione inclinatione cibetur. Aliquos vero eorum (ut dictum est) & cum inuafura adhuc est, & cum incipit, cibabis. Sint porro hi sicco temperamento ac calido, aut a primo ortu, aut certe illo tempore, oportet: tum viribus necessario imbecillis: neque enim fieri potest, ut abunde sicco calidum q̄ corpus, cum febricitet, viribus sit valentibus. Si tamen cum eiusmodi febre ac corpore, momentanei mēbri phlegmone sit coniuncta, oino ager morietur: nam id quoque praedixisse me semper, nunq̄ vero falsum, ipse testis es. Magis q̄ id certum est, si pulmonis, vel membranae quae costis subtendit, vel ventriculi, vel iecinoris phlegmone sit: etenim, quae has partes phlegmonae occuparunt, non modo ijs, qui tam imbecillis sunt viribus, sed etiam ijs, qui valentiores ipsis sunt, mortifera esse solent. Vna q̄ salus tum pleuriticis, tum peripneumonicis, adde et synanchicis i. qui angina laborant, est ipsum virium robur: non secus vero, & quibus vel iecur, vel ventriculum phlegmone obsidet. Nam, quod ad phlegmonem, quae in ijs est partibus, spectat, minime plane est cibandum: quod ad virium infirmitatem, utique

* dicitur est in impressis, ut Linacis vertit. radosis autē i. temperaturas, est in quibusdam antiquis.

† At. παραμαδ. C. 1. i. decimae.

Ab. Struuij in heclicas. A. li. 4. f. 1. r. 1. c. 1. fol. 432 a

Atque saepe. Ita necessario aut vires resoluunt, aut phlegmone augebitur. Atque haec mihi latius fortassis, q̄ pro re proposita, sunt dicta: qui praesertim hoc libro statuerim de febris, q̄ absque phlegmone infestant, differere. Ceterum tractationis conuenientia fecit, ut quatenus necessarium esset, digrederemur.

Quo pacto Praeueniendum sit, ne Febris in Squallente Habitu in Hecticam pertranscat: ac de Duplici Putredine, quae febres accendit. CAP. 6.

De nouo igitur redeamus ad febres, quae iam comprehensio febris sunt affines, quas nominare heclicas solemus. Nam, qui supra descriptus a me iuuenis est, hectica febre laborasset, si mirifica diatriton transigere fuisset coactus: nisi tamen prius ab ijs, qui absque methodo victus ratione ordinare consueverunt, fuisset interemptus. Proponat igitur alius quispiam, cui cum supradicto cetera quidem oia sint eadem, vires tamen tanto sint valentiores, ut tridui inedia tolerata duret: Necessesse est hunc, si modo ita cibetur, quemadmodum cibant, qui diatriton extollunt, in hecticam incidere. Nam ij primū in quarto ipsum cibaret, post in sexto, mox in octavo, deinde in decimo: quippe talis est (ut saepe vidisti) eorum cibandi formula. Prima quidem cibatō post primam diatriton: reliquae alternis diebus. Protinus autem (arbitror) & ex artomelite, i. pane ac melle, siccaffent eius praecordia: nam id quoque ex legibus eiusmodi medicorum est, siue phlegmone viscus aliquod labore, siue secus. At, quemadmodum quidem eos cibare, qui ita laborant, inter initia conueniat, supra est dictum: sed nihilo tamen secius nunc quoque summam repetetur. Quoties vel ex lassitudine, vel ira, vel pluribus curis, vel vigilijs, vel tristitia, vel longa inedia, vel vniuersis vna (sicut in supra descripto iuuenis) coeuntibus siccatum corpus est: ac febris inuasit, quae & arida reddat cutem, & igneam habeat calorem: utique hunc talē timor est febris hectica correptū iri, potissimum in aestate, ac coeli statu calido sicco q̄. Oportet autem, q̄ primum ptisanam cremore, & forbitione ex alica nutritū, pane q̄ post oblato, aquae frigidae potione hominem cures: quippe protinus extinguitur ac cessat oino febris, modo (ut dictum est) nec phlegmone aliqua ei sit adiuncta, nec putredo humorum. Nam, si horum vtrumuis sit, attendere diligenter oportet, ac discernere, quo primum tpe aquam frigidam dare homini sit audendum. Ego enim talium quoque non paucis deditus esse ratus phlegmonas in praesens augere, q̄ sinere hominem hecticam febre incurrere. Vbiq; igitur (ut semper dicere soleo) curatio dignotionem praenotionem q̄ consequit. Siquidem, & dignoscatur, quod praesens est, & praenoscatur, quod ex eo futurum est, oportet, qui volet notabilis efficaciae remedium vti. Si tamen magnum fore incommodum vel humorum putredini, vel phlegmone, conijcias, a frigida quidem danda abstinebis: refrigerantibus autem remedijs, quae foris applicatur, vteris, modo ea super os ventriculi aut tota praecordia, modo super pectus imponens, vbi si plurimum subesse caloris maxime iudicabis. Sanē diximus ijs, qui ita laborant, balnea quoque esse non incommoda: dico ijs, qui siccatum plurimum corpore sunt, & ex aliqua earum, quae dicte sunt, causarum citra humorum putredinem febricitant. Monstratum vero nobis est in ijs, quae de febris scriptimus, phlegmonas quoque pp putredinem humorum, qui in ipsis habent, febres subsequi. Quocirca, si quā dicā febris, quae ex putredine accenduntur, tale quippiam conducere vel non conducere, et eas, quae a phlegmone excitantur, in coī putredinis genere comprehensas intelliges. Sicubi vero deinceps vtraq; nomina re videris, scias eas, quae ex phlegmone, ab ijs, quae ex sola putredine ortum habent, tum discerni. Cuiusmodi autem sit phlegmones affectus, tum in libro de inaequali intemperie, tum vero in eo, qui de tumoribus praeter naturam est inscriptus, docuimus: admonuisse tamen & nunc te non sit inutile. Cum sanguis calidus copiosior in aliquam animalis partem procubuit, maiora eius vasa protinus distenduntur, utpote abundantiae continendae non sufficientia: ab his deinceps, quae minora sunt. Mox, vbi nec in ijs satis continetur, exudat foras in ea ampla spatia, quae inter vasa sunt, sic, ut etiam omnia, q̄ in copiosa carne habent, loca occupet. Atque haec quidem est phlegmones affectio. Posuit vero & line hac in ipsis vasis humores aliqui putrefcere, id q̄ aut in vna animalis particula in finibus ipsorum impacti: aut etiam in totis eorum capacitatibus, quae inter bubones & alas sunt, comprehendunt. Cum igitur (ceu diximus) citra putredinem squallenti corpori febricitare contigerit, caput totius curationis in ijs remedijs, quae refrigerent, & humectent, statuere oportet.

Sex esse Materia Differentias, quibus Frigus & Humiditas Hecticis Febris conciliantur. CAP. 7.

Porro duplex genere est harum rerum prima materia: una eorum, quae fortis admodum: altera, quae intro in corpus sumuntur, quae sanē & prospera, id est sumenda, vocantur. Extrinsecus corpori incidunt tum aer ipse, qui nos ambit: tum pharmaca, quae cum humectandi refrigerandi q̄ vim obtinent: & tertium praeter haec, dulcis aqua balneum. Intro in corpus sumuntur, quae eduntur ac bibuntur, & inspiratus aer. Ab his generibus tentandum est propositis hoc loco febris tum humiditatem, tum refrigerationem comparare. Verum refrigeratio, qm per efficacissimam qualitatem inducitur, & parui temporis est, & periculosa: contra, siccitatis per ea, quae humectant, curatio, ut longi temporis est opus, ita minus est, q̄ refrigeratio, periculo exposita. Igitur dictas sex materias differentias deinceps iam examinemus, ab ambiente exoriri.

De Eligendo ac parando Aere, qui Hecticis Febris conueniat. CAP. 8.

Hic igitur si temperatus est, qualē se exhibet, utique talis nobis est vtiendus, nihil amplius de eo sollicitus. Si in admodum calidus est, vel admodum frigidus, pro calido inducendus arte contrarius est, subterraneis inuentis domibus, quae & frigidissima sunt, & maxime perflata, & ad septentrionem uersa:

* προσπι- τωση

ἢ δ' εἰς, id est
suaus

verfætum auris quibusdam, quæ ipsi sunt propria, opera nostra paratis, aliàs ex euripis, in quo se E
deiciant n.ulti aquarum. fontes: aliàs aqua frigida de vasis in vasa transfusa. Iam hoc statim etiã som
niferum est. Præterea domo affidue aqua, quæ prorsus frigida sit, asperfa: ac rosas plurimis humi fix
fis, aut vitium capreolis, aut ruborum summitatibus, aut lentisci ramis, aut denique reliquarū, quæ
refrigerent, stirpium aliquibus. De quibus et prius est dictum. Turba quoq; hominū ingredi pro
hibitam id quoq; domū calefacit. Atq; ita quidem calidissimum aerē refrigerare, qui. i. in æstate
calida & sicca accidit, est tentandum: quandoquidem in hyeme calidissimus esse non potest, sicuti
nec frigidissimus in æstate. At, si quis modice frigidus est, hoc esse contentos oportet, nihil aut ma
chinantes, aut de temperie eius alterantes. Qui verò frigidissimus est, vtique, quatenus respirando
attractur, admittendus est, vt qui calorem, qui est in corde, admodum refrigeret: non tamen quate
nus extrinsecus ægrum contingit, quippe id densat cogit q; cutim, ac putredinosorum humorum
effluxum transpirare prohibet. Si quidem per pulmonem, quod rarum viscus est, difficile nō est,
vt tum qualitas ipsius, tum etiã substantia, ad cor facile perueniat: at, per cutim, fieri nequit, vt eius
vel qualitas, vel substantia, ad cor perueniat, vt pote prius densatam. Nam, quod in libris de simplici
cium medicamentorum facultate, de ijs, quæ vehementer adstringunt, est dictum, id hic quoq; re
uocari ad memoriam debet, ac sciri, qui nimium frigidus aer est, hunc cutim densando, semper
sibi ipsi viam præcludere. Scire tamen licet maius fore ex frigida inspiratione commodum, q; ex cu
te densanda incommodum: præsertim cum operimentis hanc calfacere licet. Porro vtendum maxi
me eiusmodi aere est in ijs hecticis, quibus primum, quod afficitur, ipsum est cor: æque vt, si vtri
culus primum esset afflictus, ipsi per comesta & bibita esset succurrendū: huic enim illa cū integris
adhuc viribus occurrunt, sicut cordi inspiratus aer. At iecinori ex inspirato aere nulla certe vilitas
accidit: a comestis verò & bibitis minor planè, q; ventriculo, cæterum aliqua non obsecure aduenit.

* σπινθηρο
δόν. αλ. σπυ
ρομέρον, i.
eorum qui cō
buruntur.

* ex

* ex pectore, &
melargo, & c.

* ex

Communis autem omnium sanatio est per ea, quæ extrinsecus applicata refrigerant & humectant.
Atque in his quidem visceribus magna ex parte hecticas marasmus q; febres accidere contem
plati sumus. Superueniunt tamen aliqñ & pulmonum siccis calidis q; intemperamentis: attamen
opportunum eiusmodi febribus id viscus non est, vt pote humidum laxum que. Incidunt præ
rea & pectori, & pingui membranae, quod Mesarion dicitur, & ieiuno, & colo: interim verò &
vtero, & renibus. In septo verò transuerso marasimum non vidi, hecticam sanè febrem vidi, &
hanc semel quidem plane absolutam, sæpe verò citius interimentem, q; plane esset completa. Eius
modi namque affectum & spirandi difficultas, & delirium excipere solet: ex quibus magna ex parte
prius moriuntur, q; hectica prorsus sit perfecta. Est autem eorum agnitio facillima, tum ex pulsus
duritia: tum ex eo, q; præcordia plurimum trahuntur sursum: tum ex difficultate spirandi, quæ il
lis est & inæqualis & varia: quippe aliàs quam maxime paruum & frequens spirant: rursus aliqñ
manifeste spiritum tardant, dein subito, quemadmodum gementes respirarunt: vel duplicem spi
ritum intromissionem, quasi superinspirantes, vel duplicem foras missionem faciunt: † veluti respi
ratio respirationem comprehendat. † Respirant verò hi sæpe & reliquo thorace toto, non sensibili
ter modo, verum etiã notabiliter, tum operas scopulas, quas Homoplatas vocant, attollentes: ali
qñ admodum raram & magnam respirationem edunt, vtique cum delirij malum præcipue domi
natur. Verum presentis institui non est vel laborantium partium notas, vel earum causas referre.
Quare denuo ad curationes reuertamur: assimemus q; quas vires propolite iam materiae aduer
sus hecticas febres habeant. Sanè diximus iam non nulla de aere tum calido, tum frigido: qui præ
cipue quidem est utilis, cū, quod primum afficitur, ipsum est cor: quibus cōfert. & in reliquis febribus
nō parum, qñdoquidē in his quoq; necesse est, cor simile intemperie recipiat: citra quā nec maras
mus, nec hectica, nec reliquarū vlla febrium cōsistere potest. Quo facile apparet etiam pulmones,
vbi scilicet ij sunt, qui primum patiuntur, plus cæteris omnibus refrigerantem aerem requirere.

† οὐδὲν περ
ἐπιπνεύον
τες, i. veluti su
per expirantes.

De parandis Medicamentis, quæ Extrinsecus Hecticis admoventur. C. A. P. 9. H

SEquitur iam, vt de ijs medicamentis agam, quæ extrinsecus adnota humectent, & refrigerent.
Porro horum quoque ea deligenda esse, quæ " citra vehementem adstrictionem refrigerent, ne
minem later. Talia enim; præterq; q non humectant, etiã demittere frigiditatem suam alte nō
valent propterea, quod cutim cogunt, ac coarctant. Optima verò sunt, quæ non modo citra adstri
ctionem refrigerant, sed etiã corporis substantia sunt tenui. Ac, quæ quidem absolutissime te
nuium partium sit, substantiam exacte frigidam inuenisse fortasse non est. Dixi, exacte, propter
acetum, quod cum omnium, (quæ nouimus) potestate refrigerantium planè tenuissimum sit
partium, admistam sibi aliquam caliditatem habet. Præterea corpora, quæ contingit, siccata, quāuis
ad imaginationem sit humidum. Quo fit, vt ad eos affectus, quos humectari & refrigerari expe
dit, solo eo nō vramur, sed tanto aquæ frigidae admisto, vt possit bibi. Cæterum, quamquam corpus,
quod absolute tenuium partium sit & simul frigidum, inuenire non est, attamen deligi materias
oportet; quæ ad eiusmodi medicamentū compositionem maxime sint idoneæ. Ac dictum quidem
latius de his est in opere de medicamentis. Dicitur autem in exemplis non nihil & nunc, quod in
hoc quoq; genere membratim his exercitatus. Incipiam autem ab eo medicamine, quod omnium,
quæ humectent ac refrigerent, est simplicissimum: quo etiã aduersus erysipelata vtor, & phle
gmonas

A. li. 4. f. 1. r. 1.
c. 4. fol. 432. c

A. li. 4. f. 3. r. 1.
c. 3. fol. 432. c

Agmonas in pudendis, vtique inter initia, prius, q; depascens aliqua subinducetur putredo. Debet aut
tem ad id præparata esse cera quā optima, & clota. Sanè optima fuerit vel alba pontica, vel quæ
ex atticis sit fauis. Esto autem & rosaceum, quod ex oleo fit à nonnullis vocato omphacino, ab alijs
crudo, quodq; citra salem sit confectum. Maxime verò ad rem pertinebit, si & ipsum oleum tenu
ium prorsus sit partium: cuiusmodi sabinum est. Cum uti uoles, ambo mista liquantur in vase du
plici: factoque humido cerato, (cuiusmodi, ferit, quod triplum aut quadruplum ad ceram rosaceum
habet) post, quā ipsum fuerit refrigeratum, miscetur ei paulatim in mortario tantum aquæ, quan
tum in se, dum cum ea mollitur, accipere possit. Expedi autem & ceratum ipsum prius admodū
esse refrigeratum: atq; etiã, quæ huic admiscebitur, aquam esse frigidissimam. Abunde autē cera
tum refrigerabis, si, cum modice coitit, torum vas, in quo continetur, in aquam frigidissimam di
mittas. Quod si aceti quoq; admodum tenuis ac clari paululum adijcere velis, vtique magis adhuc tū
refrigerans tum humectans medicamentum efficiet. Non debet autem medicamentum hoc cō
vsq; super ægrum corpus manere, dum manifeste incaleat, sed affidue subinde mutari. Aliud me
dicamentum. Oxalidos, aut oxylapathi succus cum exigua tenui polenta mista excipiat duplica
to peniculo detrito: affatimq; frigidum & ipsum imponatur. Quod si eiusmodi peniculi occasio
non sit, tum linteam duplicatum, & madefactum refrigerandæ particulæ impones. Quin etiã por
tulacæ, & semperuiui, & vuæ immaturæ succus, similiter polentæ miscetur. Ad hæc lens palustris,
& viridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus, aliaq; quæcunque refrigerare est dictū,
cum tenui polenta. Præterea sine polenta licet integris herbis tunlis vti. Iam verò, quod epithema
ex pinguibus sit palmulis, quas πατηρούς græce vocant, salutare medicamen est. Porro coquere
oportet harum carnem, omni membranoso exempto, aliàs ex solo claro aceto: aliàs & aqua ipsi ad
mista: atq; hac, vbi tenera fauis reddita est, tunsa uti. Quod si parum molli crassitudine videbitur,
præstiterit iam dictū aliquid admiscuisse cerati. Quod si rosacei quidpiam dictorum singulis aliqñ
miscere volueris, nihil inutilius pharmacum habebis: esto autem, quod admiscetur, tum minimū,
tum & simplex & perfrigidum, & quod factum ex oleo sit salis experte. Sanè, quoties simplex, ro
saceum, aut aliquid quiduis id genus dico, quod sine aromatis est confectum, intelligi volo. Est ve
rò salutare ad talia medicamen & rosarum succus frigidus, vnā cum polenta. Salutares verò sunt
& ipsæ rosæ tunsa: præterea stirpium, quæ moderate adstringunt, germina trita. Ad quem modū
vti aliquando licet & herbis, quæ mediocriter adstringant, veluti lolano. Verum eiusmodi medica
minum materiam in alio opere reddidimus vniuersam: nunc abunde pro exemplis sunt, quæ iam
dicta sunt. Porro vtendum his est, non (sicut vulgus facit) toti impolitis thoraci, aut toti ventri, im
mo illi maxime, quod primo est affectum. Neq; enim necessum est, vt aut cum eo, quod refrigerari
valenter desiderat, etiam id refrigeres, quod prorsus non desiderat: aut ante iultum tempus refri
gerare desistas, timens vicinam aliquam particulam ladi. Ego namque hominem scio, qui impolito
præcordijs refrigerante medicamento, difficultate statim spirandi laborari: alterum verò, qui protin
sus tussierit: atque paulo post vtrique finitum symptoma, vbi, quod refrigerauerat, est ablatum.
Quod si adeo strenue refrigerare non studebis, habes, quæ id modice efficiant, adhaerentium medi
caminum, ac cerati speciem referentium magnam copiam. Quorum non materiae modo vim, sed
etiã compositionis methodum didicisti.

De Balneorum partibus, ipsorumq; facultate, ac qua ratione Hectica febre laboran
tes sint in Balneum ducendi. C. A. P. 10.

VERum ego, cum iam sentiam mensuram presentis instituti me excedere, ad ea, quæ tractatio
nis series proxima exhibet, conuertar. Proxime verò se à iam dictis exhibet consideratio de
balneo, tum ipsius rei causa, tum vel magis propter Philippum, qui † hecticis, quas μαρασμοδεις
vocant, ipsum noxium putat. Ipse igitur tum de omni balneorum vi, tum etiam quæ ad eos, qui
D hectica & marasmo laborant, vel (vt semel dicam) omnibus est accommodata, in hoc maxime libro,
quid sentiam, explicabo. Memini nāque me & supra in diarijs febribus illa laudare: & in septimo
huius operis libro, in ijs, qui propter siccam ventriculi intemperiem cruditate laborabant atq; exte
nuati erant, sæpe utenda iubere. Cæterum de vniuersa eorum vi nullo alio libro disserui, sed in hūc
seruavi: vbi & de ijs agitur, quibus efficacissimus eorum est vsus, & quibus Philippus ea interdicit.
Atque prius quidem, vbi de vlcere curatione egimus, indicata causa est, cur propriae cuiusq;
morbū indicationes sint ignoratæ: dicitur autem nihil secius & nunc, vt pote tum ad ea, quæ nunc
paramus, tum ad ea, quæ dicenda sunt, utilis. Cum enim vnus in corpore affectus est, eius curatio
nem inuenire, si non ratione, certe experientia, haud difficile est: vbi verò connexi duo tres ue sunt,
præsertim qui maxime contraria inter se auxilia requirant, fieri nequit, vt experientia, quod agen
dum sit, inueniatur: immo nec facile ratione. Si quidem & substantiam cuiusque affectus ad vnguē
nouisse oportet: & propriam curationis indicationem à quoque affectu cepisse: præterea quem pri
mum omnium, aut magis quem rursus minus, aut secundo tertio ue loco curare conueniat. Hæc
igitur causa est, cur vulgo medicorum ignotum sit, & quod febrium omnium, quæ febres sunt, pro
prium remedium refrigeratio sit, siue ea talis actu sit, siue potestate: & quod alia multa ex acciden
ti refrigerantia, febrium sint remedia. De quibus & dictum non nihil in præcedentibus est, & in
Septima Classis. iiiiii sequentibus

ἔυσθεν, id
est derisio, est
i. antiquis cod.
græcis.

* αλοπίτων,
quæ dictionē
alij farina ver
tunt.

† i. passus, seu
calcatas.

† τοὺς μαρ
ασμοδεις, i. eis,
& marascent.

sequentiibus dicitur. Quaedam nanque remedia complicata quodam modo duplicemque facultatem habent ita, ut & prima ratione proficiant, & ex accidente. Quod genus & balneum est. Nam frigida potio per se quidem proficit, ut pote actu refrigerans: succus autem vuae immatura potestate refrigerans medicamentum est. Atque haec quidem ambo refrigerant primum, id est per se ipsa, nec intercedente alio: at sanguinis missio (veluti prius indicauimus in febribus continentibus, quas synochos vocant) non primum, sed ex accidenti calidam aliquando intemperiem sanat. Ad eundem modum & clyster, & purgatio, & fomentum (ex calido liquore, & cataplasma, quod digerat, aut concoquat. Viranque verò facultatem in se comprehensam habet propositum nunc in sermone balneum, ut pote ex partibus varia facultate praeditis compositum. Quippe ingredienti in aere verfantur calido: postea in aquam calidam descendunt: mox ab hac egressi, in frigidam: postremo sudorem detergent. Potest autem prima eius pars materiam per totum corpus tum calfacere, tum verò liquare: praeterea, quae inaequalia sunt, aequare: & cutim rarefacere, & multa, quae sub hac ante detinebantur, vacuare. Secunda eius pars, ubi quis in sicco corporis affectu cauitur, potest madorem utilem solidis partibus immittere. Tertia balnei pars potest, ubi quis frigida vitur, & totum corpus refrigerare, & cutem densare, & vires firmare. Quarta verò corpus per sudores citra refrigerationis noxam vacuare. Ergo, cum haec omnia circa hominis corpus efficere valeat dulcis aqua temperatum balneum: & praeter haec etiam, si quis intempesitue lauetur, tum horrores, tum cutis densitatem: tentandum nobis est omnia deinceps distinguere, ac primum de illis sermonem facere, qui, cum in balneo se lauant, horrore tentantur. His enim vna (ut sic dicam) continens excitati symptomatis causa est: alia, quae hanc praecedunt, multa. Sanè horrores causam esse dico mordentium excrementorum confertim aetiorum citatiorem motum. Proinde, quibus horum est abundantia, caro verò ac cutis densa, siue balneum sint ingressi, siue steterint in Sole, siue quoquo modo vel gestati, vel perfricti, vel exercitati, vehementius sint dimoti, utique ipsi horror incidit. Contra, quibus haec pauca sunt: & corporis habitus, ut laxetur rarefiat, quae à balnei calore, promptius: ij non modo horrent, sed etiam meliores redduntur, ut pote excrementis per id vacuatis. Quo rationabilius nec in febrilis significationis principio, nec in incremento quisquam agrotantem lauit, quippe densata est hoc tempore coarctataque & cutis ipsa, & quae sub hac habetur, carnea substantia. At in febris inclinatione vel incipiente, vel procedente, vel amplius progressa, & nos saepe, & alij medici nonnulli multos saepe numero agrotos lauantes non parum his contulimus. Porro, quando inclinatione incipiente, aut iam progressa, aut etiam in summo incremento (interdum enim id quoque accidit, tametsi raro) aeger in balneum sit ducendus, in sequentiibus definiemus. Nunc, cum de generali facultate singularum balnei partium differere institui, vnum omnium primum exponam. Dicoque multos eorum, qui cruditate laborant: plures verò eorum, in quibus mordentium excrementorum abundantia subest: omnes praeterea, qui vel in febrili significatione, vel in ascensu: etiam omnes, qui in summo sunt incremento praeter admodum paucos: siue hi sint in balneum ingressi, siue steterint in calido Sole, siue exercitationes frictions gestationes uentauerint, merito horrescere: singula namque horum confertim & impetu agi excrementa subigunt. Cum igitur tam adhuc densa lauantis cutis sit, ut ad primum ambientis aeris occursum nequeat naturalē suum habitum recipere, sed maiore ad id spatio indigeat, excrementa verò foras versus ruant vniuersa, & retineri illis ea est necessesse, & quae sub cute sunt acervata, & quae per carnes feruntur, mordere. Porro in libris de causis symptomatum indicauimus mordentia excrementa, ubi per sensibilia corpora feruntur, tum concussiones, quas *πύλη* vocant, tum horrores excitare. Ergo, quamobrem horreant in balneis omnes, qui ante sunt comprehensi, iam causas inuenimus. Pari modo, & cur non horreant, quibus aut nullum est in corpore excrementum mordens, aut tantillum, ut facile vacuetur. Ergo de his deinceps loquamur: propter quos etiam de ijs, qui horrent, meminimus. Si quis enim balneum ingressus non inhorruit, sed laxata est illi rarefacta quae cutis, huic planè necessario praedita succedent, excrementorum vacuatio, aequalis per totum corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, tensorum relaxatio, densatorum fusio. Ac vacuatio quidem excrementorum omni febrili est utilissima: pari modo, & rarefactio, & relaxatio: fusio tamen & calor non item. Sed calor omni febrili est inimicus: quando refrigerari, non calferi febrium affectus postulat. At fundi aequaliter, id. solidis quidem aialis partibus non est alienum: succis certe non perpetuo est utile, sed quoties in animali uel phlegmone quae piam, vel affectus phlegmonae similis constitit, vel vtrauis abundantia, siue ea quae ad vires cofertur, siue ea quae ad vasorum capacitatem, omnium profecto inimicissimum. Ac phlegmone quidem, cum calefacti, & liquati succi ad ipsas confluunt, augentur. Tunicae verò vasorum impares abundantia, quae iam ex liquatione spiritu est impleta, distenduntur: ac vires, hoc ipso male afficiuntur. Ergo calidis his siccisque affectibus, de quibus agebamus, emissio mordentium est salubris: fusio enim eorum est citra periculum: calefactio tamen noxa non caret. Atque haec quidem ex prima balnei parte ijs, qui ita laborant, prouenire, modo tempestiue balneo vtantur, memoria teneamus. Transeamus modo ad secundam eius partem, quae erat id, quod maxime proprie lauacrum vocant. Ergo in hac, sicut ex humectatione iuuantur, sic ex calore nihil illis commodi accedit. Accedamus & ad tertiam, in qua & refrigerantur innoxie, quae fuerant excalecta, & vires firmantur.

επιπροσχη.

In codicibus graecis impressis, ac antiq̄s ple-riusque legitur, θερμὴν τε δὲ ὕδου τὸ σάμα, ἢ χέου τὰς ὕδρας, i. tu totū corpus equaliter calfacere, tum mactias sudare. Linacet v̄ legitur, ut aliqui et codices legunt, δὲ ὕδου τοῦ σώματος τοῦ ἔσθιο-rem τῆ ἰσθιο-νὲ meliorē esse indicabūt verba paulo inferiori a Galeo scripta, hoc ē, aequalis per totum corpus calor &c.

Impressi cod. & multi ex antiq̄s legunt, κατεχόμενον ἢ Linacet ver- tit, sunt in, qui legunt, κατὰ χρομὲν ἢ i. fu- ra erant.

Handwritten flourish

ἀποχρισθαι

A Si qua verò & rarefacta, & iusto plus sunt laxata, ea in naturalem redeunt mediocritatem: id quod quarta balnei pars indicat. Quippe, quibus omnia rite sunt adhibita, ij post frigida vsum adhuc sudant, & omnia ipsis excrementa vacuantur. Itaque ex omnibus, quae de balneis retulimus, vna summa colligitur, quae vacuatur quicquid in corpore vel fuliginosum, vel humidum fuit: consistit autem in naturali symmetria, tum caro ipsa tum cutis: solidarum partium ariditas corrigitur: & calor non modo is, qui ex lauacro accessit, verum etiam qui prius fuit, ex frigida vsum submouetur. Maximo huius rei documento est status, qui ex huiusmodi balneo redditur post, quod in Sole feruente iter fecerimus. Quippe accedimus ad id ne loqui quidem praeter linguam & faucium ariditate valentes, totumque corpus stipula ritu aridum habentes. At egressi è frigida, ilico omnia pro naturae habitu recipimus, nec febrili calore vexati, nec liccitate afflicti, prompteq; loquentes, ac plurima sitis parte leuati. An igitur euidentius adhuc balnei vires in sicco & calido corporis affectu cognoscere desideras? Ego sanè non arbitror. Licet autem, cui placet, experiatur, quod incommodum sequatur, vbi tali peractio itinere non lauerit. Aut enim statim febricitabit, aut multo plenus taedio, grauato. scilicet capite, perseuerabit, potissimum si frigida calorem non dum extinxerit. Multum tamen iuuenes eiusmodi confectis itineribus, vbi ilico se in aquam frigidam proiecerint, iuuantur: ac potissimum, qui valentibus sunt uiribus, & frigido solio assueti. Ita uerò & ruri facium, vbi, quae balneae non sunt, in signa uel flumina se ipsos conijciunt, nullo medici suasu, sed ipsa gubernante corpus natura ad id, quod conducatur, impulsu. Quae eadem, etiam ratione carentibus animalibus instinctum inserit ad eorum, quae offendunt, contraria: si quidem ea quoque, ubi aestu uexantur, frigida se lauant: si cuti etiam, ubi frigore urgentur, calida cubilia sibi inueniunt. Eodem contrarietatis studio etiam, cum esuriunt, comedunt: & cum sitiunt, bibunt: reliquaque omnia naturae impulsu obeunt. Ac si certam febricitantium naturae notitiam haberemus, non, arbitror, dubitarem eorum aliquos assidue in aquis frigidis citra balneum lauare. Nam, quod sint quidam, qui eam desiderant, vel ex ijs, quos iuuat, constare potest: ut quibus frigida lauatio haudquaquam contulisset, nisi eo tempore recte ad eam dispositi fuissent. Verum, quoniam exacta nobis dispositionum notitia non est, ac maxima ex errore impedit noxa, utique eiusmodi praesidia recusamus: potissimum in febribus haecicis: quando per has, & pauci sanguinis, & nudum carne, & expers adipis redditum corpus est. Nullum enim hi solidarum partium munimentum habent, quod frigida occursum sine noxa excipiat: sed protinus similibus ipsis partibus occurrit, à quibus omnes animantium actiones obeunt. Iuuenis uerò, cui abunde sit carnis, aetatis tempore, atque in febris summo uigore, modo nulla viscerum phlegmone subit, si in frigidam se coniecerit, sudabit: quod si frigida lauatio sit assuetus, securus remedio utetur. Verum de eiusmodi corporibus post agetur. Qui autem ex calida, & sicca intemperie, haecica febricitant, ac potissimum qui iam marasmodes sunt, ijs, ubi tale praesidium petunt, tutum non est in totam conijci, aequae, ut nec gracilibus & imbecillis, qui aestate calida & sicca, longa via peracta, refrigeratione indigent: nam neque his tutus est frigidus solij usus, nisi prius fuerint in balneo aequaliter excalecti. Quippe simile quiddam nobis accidere uidetur, cum in frigidum solium post balneum ingredimur, ei, quod ferro accidit, cum tingitur: etenim tum refrigeramur, tum roboramur, quemadmodum & illud, ubi candens iam redditum frigidam mergitur. Atque huius rei causa ad imbecilla corpora inuenta sunt balneae, quae ea praecalcant, atque ad frigidum solium praeparant. Non dissimile quiddam faciunt, & qui sine balneo frigida vtuntur, cum scilicet se ab exercitatione in eam saltu demittunt. Si quidem, cuiusmodi nobis est balneum, eiusmodi illis est exercitatio: ut quae non tantum calfaciat, sed etiam insiti caloris motum à profundo corpore extrorsum conciter sic, ut & frigida impetui occurrat: & quò minus uolenter in profundum ruens, viscerum aliquod feriat, aduerfetur, atque prohibeat. Nam neque ipsam frigidam substantiam, neque eius qualitatem omnino integram usque ad uiscera pertingere est salubre: immo & tutius est solam eius qualitatem, praeterquam quae intercedunt (ut sic dicam) propagatam, citra substantiam ad profundum permeare. Iam, qui haecica febricitantes ad balneum accedunt, nisi in frigidam sint dimissi, nihil iuuantur. Qui n. aliter febricitant, eorum solidae partes non dum difficile separabilem calorem obtinent. Itaque etiam ex sudoribus, vna cum insensibili transpiratu, abunde his remedij est: & sanè diariarum febrium ipsam propemodum substantiam vacuari per haec contingit. In ijs uerò, qui ex sicccitate & caliditate febribus haecicis urgentur, solidarum partium affectus candenti ferro est similis. Quo utique minus eos in balneis calcasse duntaxat humectasseque contenti esse debemus, quippe cum sic alimentum, incrementumque febrili praebuerimus: immo melius erit, ut merlis in frigidam extinguamus calorem. At in hoc metus est, ne corpus in diuersa transferas, ac frigidum reddas. Quis hoc negat? Non tamen propterea vitio dandum est, quod prospere ex praesidio succedit: nec propterea, quod mensura eius deprehendi est difficilis, prorsus est deserendum. Si quidem, si aliter liceret tum ceteras haecicas febres, tum marasmodes sanare, consultius esset tutiore via insistere: nunc, quoniam totum curationis momentum in refrigerando humectando que consistit, omnibus uerò refrigerantibus auxilijs propter corporis horum gracilitatem noxa imminet, necessarium arbitror Thucydidis esse consilium, Agentes aliquid uel periclitari. Quibus enim alia salutis ratio non est, & quae vnica uidetur, ea dubia est, necessum, arbitror, his est aduersos periculis ire. Sed nec error ipse aut

A. li. 4. f. 1. r. 3. c. 6. fol. 433. a

B

Handwritten flourish

τὸ τῆς δια-δύσεως λόγῳ

mortiferus est, aut irremediabilis. Si quidem, quos in extinguenda febre aqua frigida in contrarium **E** affectum transtulit, hos licet in toto, quod sequitur, tempore calfaciendo sanare. Iam nec periculum par est nec frigidus affectus, nec etiam ipsius remedium. Indicauimus nanque tum prius in huius operis septimo, tum in libro de marasmo, tum ante hos in libris de tuenda sanitate, fieri non posse, ut solidorum partium siccitas consummate sanetur. Quod si fieri id posset, utique fieri posset, ut non senesceret, qui ea victus ratione uteretur. Si igitur insanabilis solidorum partium siccitas est, tum expeditissima in eam per heclicas febres uia patet, melius est hominem in frigidam intemperiem transferre, ac cui curationem deinde adhibeamus, habere. Quippe, qui id fecerit, is postea noxam oppugnauerit: qui uero mortiferam insistere uiam sinet, is desperatam aegrotanti salutem fecerit. Quanto itaque satius est aliquid non nulla fiducia, vel cum periculo facere, quam spe adempta certo perire: tanto profecto satius est potentibus praesidijs pugnare, quam nihil agere. Ergo ilico eos, qui hectica febricitant, omni ratione refrigeremus ante, quam progressi in marasimum peruenerint. Quem autem marasimus plane iam occupauit, hunc sanare ne tentaueris. Nam, et si calorem eius extinxeris, attamen siccitas, quae relinquitur, senectutis ritu hominem conficiet, tantisper nimirum victurum, quoad solidae eius partes reniti aduersus summam siccitatem ualebunt. Atqui maluerit fortasse propinquorum aegrotantis aliquis, atque etiam aegrotans ipse, aliquo spatio in senis habitu **F** uiuere, quam ilico mori. Itaque curare hos quoque cum praesertatione expedit, ac in alterum transferre marasimum, quem iam nominare senium ex morbo insueuimus: licebit enim his non tantum plures dies, uerum etiam menses uiuere. Ego nanque, cum iuuenem quendam, qui ita laborabat, sanassem, reficiens deinde, ac senilem eius imbecillitatem pro senum ratione tractans, non solum in menses, sed etiam annos uiuum seruauit. Nec est, quod hic eiusmodi marasmi curationem audire desideres, utpote iam in huius operis septimo, dum siccitas & frigiditas intemperies sanauimus, traditam potestate: tum operis de sanitate tuenda ea in parte, quae senibus alendis est delegata. Praesens autem liber non marasimorum, sed hecticarum febrium curationem docendam promissit. Ex quo genere sunt, & quae marasimodes graece dicuntur: de quibus tum alia non pauca diximus, quae non modo rationis, sed etiam uisus iudicio probauimus: tum illud, si non oportere balneum (ut Philippus facit) formidare: qui cautius fortassis eo utitur, ad eum modum, quo in ceteris febribus, quas uel phlegmonae, uel putrescentes succi accenderunt. In his enim nihil offendes, etiam si in frigidam aegrum non mereris, sed eum (ut mos est) profundas primum tepida, postea quae ueluti ex Sole tantum altitudo tepet: mox hoc, etiam paulo, quam illa, frigidiore. In hecticis uero febribus, id, quod remedium affert, calidae solium non est, sed frigida: ad quam balnea aegrotantis praeparant corpus **G** aequae, ut reliquorum omnium, qui per sanitatem lauantur. Porro non propter id modo uidetur mihi Philippus ignorare, quam salubris res balneum sit in his, qui marasimode hectica laborant, quod tam extenuatos in frigida solo tingere nemo audeat, aut saltem ultimam aquam ipsi frigidam infundere, sed etiam quod saepe altera coniuncta febris est, quae uel ex humoris putrescentia uel phlegmone sit excitata: tum uero quod tali hectica laborantium mortiferum est uitium: ac propterea quidam non recte omnia, quae his exhibentur, culpant, cum non sit illis imputanda culpa, sed affectui. Ergo recensitis denuo, quae diximus, huic disputationi finem imponemus. Quicumque hectica febre laborant, atque ex his praecipue, qui iam marasimode hectica febricitant, modo his alia nulla febris uel ex sola putredine humorum, uel cum phlegmone, sit adiuncta, eos oes audacter lauabis, sed prorsus citra omnem laborem, ne vires resoluas: quod ipsum cum noceat vehementer, occasio sit balnei culpandi. Quod citra laborem dixi, id ita intelligo. Volo, ut aeger in balneum super lectulo deponatur: in cuius prima est tribus domo nudetur, ac transferatur in sindonem calentem prompte in id ipsum paratam. Sint autem quatuor, qui hanc teneant, a quoque fini vnus. Ac, si quidem prima domus satis calida sit, aeger in ea nudatus, in secundam portetur: si tibi frigidior uidetur, non nudus, sed coopertus uel alia sindone minime frigida, uel tali aliquo inuolucro. Constat autem & sindonem eam, qua portabitur, esse ualentiorum oportere: aut, si imbecilla per se sit, duplicari eam erit satius. Esto autem media domus non tantum media, sed etiam temperie, tanto scilicet prima calidior, quanto est tertia frigidior. In hac domo oleum tepidum esto, quo aeger super sindone illatus protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum, ducantque hominem, ubi solium est sic, ut per tres balnei domos duntaxat transierint. Per quas nec celeri gradu tranlibunt ipsi, qui agrum portant, sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera transferatur tantum a lectulo: in media uero, dum perfundatur oleo. Esto autem & aer cuiusque domus nec summo calore, nec etiam frigus, sed admodum temperatus, & modice humidus: id fiet, si aqua temperata ex labore sit liberaliter proiecta sic, ut perfluat per omnes domos. In ipsa uero solij aqua mediocriter moretur, idque in sindone sustentus, nulla infusione aquae, cuiusmodi in alijs uis solemus, adhibita. Immo nec capiti eius infundi quicquam uelim, cum sit satis id quoque bis ter uel una cum toto corpore in aqua mergi, demissa mediocriter deorsum sindone, ac rursus per quatuor iuuenes, qui eum portant, leuata. Mox hinc eductus, in frigidam semel totus tingatur, ne uel breuissimo quidem spatio illic moratus. Porro, qui eum portant, tum reliqua omnia curiose esse edoctos conueniet: tum celeritatem tingendi, non documeti modo, uerum et praesertatione loco, praeter caetera habere. Protinus

† Paratam ad manū habeat calentē sindonē, sup quā, in prima triū domorum balnei nudatus, transfertur.

A. li. 4. f. 1. 3. c. 6. fol. 433. 6.

A Protinus uero alter paratam, habens sindonem ipsi iniiciat, ac deinde aliam. Tum in lectulo collocatus, primum spongijs detergatur, deinde mollibus linteis. Nec committent, qui eum detergebunt, ut uiolentius eum contrectent, sed, quoad fieri potest, blandissime. Post haec vnctum ac uelutibus amictum, rursus super lectulo in domum, ubi cibatur, reducent, ac nutrient. Sanè dictum supra est in horum commentariorum septimo, ubi siccam uentriculi intemperiem sanauimus, domum balneo debere coniungi. Ac de balneis quidem satis (quod ad rem propositam spectet) haecenus.

De Alimentis eorum, qui hectica correpti sunt, ac de Curandis hecticis, quae Marasimodes appellantur.

CAP. II.

Sequi praedicta uidetur, ut de nutrimenti facultate praecipiam. Sanè frigidum esse, ac humidum, quod hecticis febribus sit conducturum, nemo nescit. Eiusmodi uero sunt tum pissanae cremor, cum frigidus sumitur: tum alica similiter pissanae cremori condita, id uero est ex aqua, & exiguo porri, & anetho, tum sale, oleo, & aceto. Commodus praeterea ijs, qui sic laborant, est & exiguus in aqua frigida panis. Caterum nullius horum pura frigiditas esse debet, sicuti potionis. Quippe haec mature tum incalescit, tum per corpus digeritur: illa, cum plusculum temporis in uentriculo moretur, ipsum fortassis refrigerant, si fuerint immodice frigida. **V**bi uero febris iam moram traxerit, dandum quoque alinum lac est, sed diligenter obseruato, ne in uentriculo cogatur. Id uero interim ipse nos ager docebit, utpote suae ipsius naturae peritus: interim id nobis inueniendum est, paulatim ad eius usum accedentibus: ac expedita quidem ratio est ad symptoma declinandum, si mel illi admisceas, aut salis, quo uescimur, exiguum. Caterum abstinendum (quoad fieri potest) in hecticis febribus a melle est, atque idcirco etiam a mulla: quippe protinus uertitur in bilem, & siciores acriorisque caloris febres reddit. Dandum itaque principio est alinini lactis non plus cyatho, ueluti a me datum uidisti, sed inducta in ipsum cubiculum alina, quod nullum tempus interponat, sed aeger id protinus bibat, contemplantibus diligenter nobis ac cōferentibus arteriae motum, qui a sumpto lacte agitur, cum eo, qui ante id sumptum, fuit. **S**i n. corruptum sit, eiusmodi inuenies pulsus, cuiusmodi in oris uentriculi afflictione accidere noscitur: si n. corruptum non sit, & maiores & ualentiores redditos inuenies. Itaque etiam licebit, cum postea exhibebis, mensuram lactis dimidio cyatho adaugeas, ac deinde rursus alium dimidium adijcias, sicque sensim usque ad mediocre mensuram addas. Mensura uero non lactis tantum, sed et reliquorum ciborum omnium metra, quibus attentus eris, in septimo huius operis, ubi uentriculi sanauimus intemperies, sunt tradita. Nam, cum primum in eo libro frigidam eius intemperiem haecenus inueteratam proposuerimus, ut totum iam corpus **C** gracile reddiderit, indicauimus, quo pacto quis simul ambo probe sit sanaturus, tum uentriculi intemperiem, tum corporis gracilitatem. Ideoque fortasse sit satius, quod minus multa scribamus, ad illum te librum pro reliquis omnibus cibis remittam: cum, n. similes affectus sint, similia nimirum remedia postulant. Verum, quanto hecticarum febrium affectus est calidior, tanto utique frigidiora requirit auxilia: & simul maiorem sollicitudinem, ne ualentibus auxilijs utentes, quicquid laedamus. At, qui iam marasimo urgentur, eos, sicut dictum est, lauabis: quos uero hectica premit, non dum tantum marasimo tentantur, eos, licet, etiam sine sindone subiecta laues, utpote uiribus adhuc ualentes. Inferri tamen & hos in domum uel super lectulo, uel saltem alio quopiam idoneo conueniet: mox ipsos se ipsis ingredientes ad calidam duci, quod in ea morentur. At, qui ex his minus sunt ualentes, eos non tutum est permittere in frigidam natationem descendere, sed foris potius ipsos perfundere, primum tepida, secundo frigida. **E**sto autem tunc praeparata in labro aqua frigida (quanta, scilicet ex eo semel hausta perfundere simul totum iam lauatum possit) ea frigiditate, ut nullam euidentem qualitatem nec prorsus frigidarum nec tepidarum aquarum praeserat, sed qualis ea, quae fontana uocatur, quae & frigoris quod ferit, & teporis qui resoluit, est in medio. Ac, si quidem omnia curiose administrabuntur, tum quae ad balneum, tum quae ad nutrimenta spectant, utique sanandi iam eius, quem marasimus consumit, **D** spes est: si error uel in uno committatur, is reliqua subuertit omnia: quippe, cum exitialis horum affectus sit, ne leuissimum quidem errorem tolerat. Ac, si quis talium est seruatus, huic carnosam portionem marasimus occupauerat: ipsis uero solidis siccatis fieri nequit, ut homo, prorsus perfanet: sed omnino uel statim eum febris ipsa iugulauerit, uel postquam in eum affectum est translata, quae senium ex morbo uocamus. Nam primum eiusmodi febris propria partium humiditatem, ex qua nutriunt, depascit: hinc uero ad carnosum genus transit, quod circa, tum fibrosas, tum membranosas partes solidorum corporum haeret: ita deinde ipsas solidas populat. Si quidem in singulis simplicium ac primarum, quas uocant, partium (ut in dissectionibus es contemplatus) alia portio substantiae eorum est ueluti fibrosa, alia membranosa, alia carnosae. Sicut, exempli causa, cum uena vnā tunicam habeat, & eam tenuem, licet fibras in ea inuenire multas, quae sint araneolis quibusdam interstitis contextae: quibus utriusque ipsa propria uenae substantia adnascitur. Haec alia in alijs partibus habet, nec ullum eodem nomen est nata: caterum docendi causa nihil uetat, eam carnosam substantiam uoces, uel certe huius particulae quandam carnem, quae in uentriculo quidem sit alia, in iecinore alia, similiter in arteria & musculo. Vocat autem caro tantum ea, quae in musculo est: reliquarum nullam homines carnem uocant, praeterquam admodum paucis: sed, quae in uisceribus, uel iecinore, renibus, liene, & pulmone uidentur, eas Parenchymata (quasi affusiones dixeris) graece uocant: quae in intestinis, uentriculo, isto

*Dicitur siccam.

*quod opus, id est uehiculo.

Septima Classis. iiiiij iij macho,

macho, & utero sunt, sine nomine relinquunt. Tu tñ de nominibus non laborabis. Illud potius intelliges, singularum particularum substantiæ molem ex tali maxime completam esse natura, quæ utiq; (vt in linuosis ulceribus videre licet) & perire, & regigni potest. At verò nec fibrosa, nec nervosa membranosa ue natura eandem gnationem habere cernit; nec fas est eiusmodi singulari partium fibras à malignis febribus liquari, sicuti carnes: qñ animal ipsum prius, q̄ hæ prorsus sint siccatæ, interemerint. Sanè sunt, & quas marasmodes febres vocant, vniuersæ ex earum genere, quæ colliquant: sed toto differunt, quæ portio carnis in his colliquatur, ea semper vaporis vice digeritur: in illis defluit in ventrem. Cernit hoc etiam in carnibus, dum in craticulis torrent, euidenter fieri: siquidem ab aliquibus plurima liquatio defluit, deciditq; in prunas largiter: ab alijs nihil omnino, quod utiq; sentias, defluere videtur, etiam si par sit prunarum subdita copia. Quippe feris suis aut nihil oino, aut planè minimum est, quod defluat, cicuribus verò plurimū: quantoq; magis vel adipe, vel carne, animal abundat, tato profectò, quod ab ipsis carnibus, dum in craticulis torretur, defluit, cernitur copiosius. Ad eundem itaq; modum in calidissimis febribus, si carnes humidæ ac molles cū adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehendas: si in line adipe & sicca sint, in marasmodes febres transeunt. Clarissimo huius rei argumēto sunt infirmi, qui per aluum, quod liquatur, excernunt: qui, nisi prius vel morbi violentia, vel medicorū inscitia moriantur, in marasmodes febres incidunt. Si quidem, quoad materiam vberem hñt, hanc colliquant: vbi illis tum adeps, tum caro mollis defecit, duras & agre liquabiles carnes siccant, à quibus pp siccitatem nihil defluit: vel uti nec ab ijs, quæ sale sunt siccatæ, si quis hæ quoque torrere parans, pari cum alijs igni admoueat: nam & sicciore earum carnes reddentur, & corij ritu durabuntur: nec defluet ex his vlla sensibilis liquatio. Hæc igitur cum scias, etiam colliquantium febrium iisdem methodis curam ages, tum ad frigidam exhibendam quam primum properans, tum ijs, quæ humectent & refrigerent, nutriens. Multam verò inimicissimam censetis: qua tamen vt pleriq; medicorum in eiusmodi febribus vides. Verum de colliquantibus febribus differere in posterum licebit, æque, vt de ijs hec tics febribus, quæ in pestilentijs contingunt: cuiusmodi ea est, quæ nunc publicè grassatur: dicetur nanq; & de hac inter pestilētes febres. Reliquarum verò tum hec ticarum, tum quas marasmodes vocamus, abunde mihi sanationis methodum tradidisse videor.

GALENI METHODI MEDENDI

IDEST DE MORBIS CURANDIS

LIBER VNDECIMVS

ARGUMENTVM LIBRI

Indicationes Omnes explicat, quæcunque in curandis Putridis Febribus æstimantur: ac pertractat de Cataplasmatibus, Perfusionibus, & Balneis, quæ pro ratione inflammatarum partium adhibentur.

Quid Actum superioribus libris, quid hoc agendum: ac de Primis, & communibus Fontibus curatarum Indicationum. CAP. I.



Febrium, quas putrescens accendit humor, primæ remediorum indicationes dictæ prius sunt: quo loco, eas quemadmodum & duas & tres efficias, docuit etiam, si velis, unam. Nunc verò, quod in alijs febribus fecimus, ut ex primis generibus diducimus, ad vltimas vsque. Species diuidendo perueniremus, idem & in proposita differentia facere tentemus, illud prius admonentes, qd etiam in libris de pulsuum differentia ostendimus, siue primas differentias, siue prima genera, siue maxime generales ideas, siue quomodocunque aliter appellare libeat, modo exactam rei notionem serues, nihil interfuturum. Ac febriū quidem ipsarū quemadmodum eas, quas diarias vocamus, cures, in horum commentariorum octauo expōsi. pari modo & quemadmodum continentes, in libro, qui illum sequitur: atq; etiam quemadmodum tertias, hec ticas scilicet, in eo, qui illi succedit, qui totius operis est decimus. In quibus non propria modo cuiusq; sed etiam communium pleraq; explicauit. Nunc, quemadmodum, quæ ex putrescentibus humoribus excitentur, methodo sint sanandæ, aggredi statui. Quæ rationem indicant, prout in duo diuiduntur, affectus quem curamus, & partium agrotatis temperies sunt. Licet autem, ea (vt dictum est) & una summa interpretemur, dicentes vnam esse omnium morborum communem curationis indicationem, nēpe contrarietate ipsam: qua rursus diuisa, duas existere, morbo, s. ex ijs, quæ sibi contraria sint, adhibenda remedia indicante: laborantis verò temperie, vnà cum ipso morbo, contrarietatis mensuram desinente. Porro dictum in illis est ambientē quoq; nos aerem vnam efficere indicationem posse: Et, cum primam sectionē in duo tñ facimus, ambientem vel ægritudinis causis, vel sanitatis, annumerandū esse. At verò cum sanitatis causæ sint omnia,

Aomnia, quæ sanitatem efficiunt, vna certe earum est, quod auxiliū, remediū ue vocatur: quod pro varijs notionibus & vltima & prima sanitatis causa recte dicitur. Quippe tempore vltima erit, propterea, q̄ tempore natura & ars & fortuna priores eo sanitatis causæ sunt: prima verò est, quatenus id laborantis corpus tangit, alteratq; eius affectum: ac pp alterationem, quam id facit, cum agra corpora ad sanitatem perducuntur, ars & artifex sanitatis causæ fiunt, non q̄ hæc morbos primum submoueat, sed alia materia ad id commoda intercedente, quod auxiliū appellatur. Si quidem sanguinis missio, quam phlebotomia vocant, ipsa quidem per se hoc, quod iam dictum est, nomen possidet: at, cum homini malum affert, ex causis sit morbificis: contra, cum prodest, ex salubribus. Ac propterea, cum proficit, vocatur auxiliū: sicut, pfecto ois materia, quæ quomodolibet corpus alterat, quo tpe iuuat, auxiliū dicitur. Ad eundem modum & ambientis proprium, p natura sua nomen est aer: relatus tamen ad nos, aliās auxiliū & sanitatis causarum vna efficitur: aliās ijs contrariarum, nempe morbificarum. At, qm̄ aeri tum ex præsentē cœli statu, tum anni tempore, tñ regionis natura, suæ in humido sicco calido & frigido mutationes accedūt, ex illorum rursus vnoquoque alia particularis indicationes oriuntur. Ac fortuna quidem, & ars, & artifex, materiarum interuentu agunt: natura verò per se ipsa. Ea ex tribus his partibus completur, ex spūs, & partium, & quæ vere dicuntur solidæ, substantia, quas alibi ex semine genitili conditas esse monstrauimus: & tertia ab his carnosæ, quæ cuiq; particula est sua. Singula autem iam dictarum trium ppriam p natura sua tum qualitate hñt, tum quantitatem. Ac qualitas quidem earū ex congrua temperie humidi sicci calidi & frigidi consistit: quantitas verò solidarum partium par semper manet, sed ijs, qui adhuc in augmentur, numero duntaxat: qui verò absoluti iam sunt, etiam magnitudine. Carnosæ verò substantiæ magnitudo variatur, et si præterea non augeat animans. Pari modo & spūs substantia, tñ non quolibet momento, tum minor, tum maior cōspicitur. Ergo etiam supra ea, quæ indicationes prætare prius diximus, virtus vel sola ijs tribus substantijs, quas modo comprehendimus, simul enumeratis additur: vel, si temperies seorsum sit discreta, in ipsa. Atque hæc ipsa rursus bifariam quoq; vt ostēsum est, scinditur, & in originalem naturam, & in acquilitū affectum, sic nimirū, vt ex illis, & alijs, quæ prius dicta sunt, ppria quædam cuiusq; remediorum sit indicatio. Sæpe aut adscititia temperies ad efficientes causas reducta, illis indicationē concedit. Ad hunc itaq; modū ex ætate, vitæ instituto, & consuetudine, indicationem remediorū suggeri diximus, consentireq; inter oēs iam dictas indicationes: si quidē in ijs, quæ magis sunt speciales, contineri semp, quæ magis sint generales: agi verò in vsum, quæ magis sint particulares, s. ex magis gnaliū sectione inuentas.

C De Indicationibus, quæ ab Affectu febriū præstantur: ac quid differat Putridarum curatio à reliquarum febrium curatione. CAP. 2.

Prima nanq; oium curationis indicationum, quæ ex ipso, qui curatur, morbo accipitur, contrarietatem præscripsit. At, qm̄ morborum plura sunt genera, cuiq; eorum sua erit contrarietas. Verum cætera in præsens omittant. Proponatur aut nobis ad pntem disputationem dūtaxat morbi, quem curamus, genus in intemperie positum. Id igit per contrariam ipsi intemperiem sanabit. At, qm̄ vniuersi febrium generis intemperies est calor, nimirum per frigiditatem curabit sic, vt oēs indicationes inter se concordent. Nā, siue dixerimus absoluto sermone febrem p ea, quæ contraria sunt, sanandam esse, siue adiecerimus, per ea, q̄ contraria sunt temperamento, nulla pugnantia in sermone erit: similiter nec, si per frigida sanandam febrem esse dixerimus. Sed nec, si diuidentes id, dicamus aliqui, sanare nos febrem per ea q̄ actu, aliqui & per ea quæ potestate, aliqui & per ea quæ ex accidenti refrigerant: aut etiam ista coniungentes: nulla pugnantia cum ijs, quæ dicta sunt, in sermone erit. Pari modo nec, si quis dicat, quæ actu, vel potestate, vel ex accidenti calfaciant, ea febres deteriores reddere, q̄ prius fuerant: contra, quæ actu, potestate, vel ex accidente refrigerent, ea febres sanare. Quippe indicatio, quæ ab affectu sumitur, in tot numero particulares indicationes est diducta. Hæc verò rursus ipsæ particulares indicationes materias inueniunt iuxta eas methodos, quæ in opere de medicamentis sunt traditæ: qñ illarum principium id est, in quo finita est curandi affectus diuisio. Ac maxime quidem propria in soluendo morbo intelligitur curatio, sed per abusionem etiam mistum genus tum ex vera curatione, tum prouisione, quam Prophylacen appellant. Ac diariarum quidem febrium, quemadmodum & hec ticarum, vera & propria curatio est. Earum verò, q̄ ex putrescentibus excitantur humoribus, vocata curatio p phylacen quoq; sibi adiunxit: cuius officium est causam, q̄ morbum creat, adimere. Sanè nominatur hæc ipsa quoq; artis pars, curatrix: quæ utiq; ab ea, quæ pure syncereq; prophylactice dicitur, in eo distincta est, q̄ sub hac iam sensibilibiter, ex ipsa causa morbus est genitus, in prophylactice verò est futurus. Atque nominibus quidem quisque, prout volet, vtatur, (id enim semper monere oportet) sed remediorum indicationem, quæ à rebus singulis præstetur, seruet: quando, si vel vnam aliquam earum prætereat, ad portionem tum magnitudinis illius, tum facultatis, curatio claudicabit.

De Curationum modis, qui ex Indicationibus ab agroti Viribus sumptis præstantur. CAP. 3.

Porro, quemadmodum ab affectu ad materias præsidiorum peruenimus, eodem modo ab singulis reliquorum generum primorum descendendum ad eas est: veluti à virtute. Nam ea morbo ceu aduersatrix est opposita: propositumq; medico est huic omni ratione opitulari ac subuenire.

Tu si tuum id est & fortuna, addunt antiqui cod.

uenire. Ergo quis primus est à virtute scopus, aut quæ nam indicatio prima? nam hic quoque loqui E pro arbitrio possis, s. virtutem ipsam vnum scopum ac primum statuens: quod verò ab ea indicat, alterum & secundum. Itaque, cum monstratum sit virtutem sui custodiam præscribere, sicuti morbum se tollendum, erit rursus in virtute secundus scopus, ipsius custodia: sicut in morbis, ipsorum sublatio. At verò custodia similitum exhibitionem indicabit: sublatio contrariorum. Quoniam verò virium substantia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis completur, ex his, quæ similia sunt, moliri cuique suam Diamonen, i. custodiam, conueniet: Spiritui ex respiratione, ac transpiratione, & qui ex sanguine attollitur, vapore liceat verò hic quoque volenti, vel græcè Aerwin, quasi aerationem dicas, vel sanguinis attenuationem, vel in halitum solutionem, vel vitæque liberit, appellare: Solidorum verò generi, ex solido nutrimento: Quænam admodum carnoso generi, per eam naturam, quæ in medio humidorum ac solidorum corporum est. Porro cuiusque horum mensuram ex conferuandæ substantiæ quantitate inuenies: qualitatem verò ex ipsius temperie. Cum verò horum cuiusque vel optima temperies sit, vel aliquatenus vitiosa, quæ quidem optima est, semper seruari debet: Quæ verò oïno vitio non caret, hæc in sanis quidem vel seruanda est, vel alteranda: in agris verò seruanda est, ea ipsa, s. rone, Quæ prius ostendimus maximam esse à consuetudine indicationem, quippe vel temperamentum originale ipsam seruare, vel adscititium inducere: Præstari verò (vt prædictum est) mensuræ auxiliorum indicationem ex eo temperamento, quod iam præsens sit, ita nimirum, sicut ex atate, non quam æger prius habuerit, sed quam nunc habeat: Cum verò diuersitas non parua sit in partium aialis temperamento, propriam cuique mensuram fore eorum, quæ ipsi sint similia: nempe ei, quæ terrea magis est, eorum, quæ magis sint terrea: & ei, quæ humidior est, eorum, quæ sint humidiora: ad eundem modum & ei, quæ magis aerea est, eorum, quæ plus huius substantiæ in se habeant: sicuti calidiori, eorum, quæ magis substantiæ igneæ participant: Hinc verò iam materias particulares omnes in cibis, potione, aere, & omnibus peragi solitis, inueniendas esse: Vbi verò secum pugnaverint indicationes aliquæ, superius comprehensa methode ad ea, quæ agenda sint, inuenienda viendum esse, perpenlis scilicet indicantium scoporum tum magnitudine, tum dignitate. Ostendimus. n. eligendas eas indicationes esse, quas scopi digniores maioresque præscribent: ac dignitatem eorum, vel vitæ, vel sanitatis respectu iudicandum: Magnitudinem verò duplicem esse, vel propriæ substantiæ ratione, vel declinationis à naturali habitu. Ergo ab his iam metho disage dum exercitemur in genere febrium, quod ex putredine nascitur.

*Xpian est in antiquis, id est fusionem.

Temperamentum dicitur.

Indicationes, quæ ab affectu ipso, qui putredo est, in Continentibus Putridis præbentur. CAP. 4.

Quoniam putredo vel æqualiter in omnibus subsistit valis: vel in maximis, maximeque principibus, ea porro sunt inter alas & inguina: vel vna quapiam particula, quæ vel phlegmonem in se habet: vel etiam citra phlegmonem, veluti in foco quodam, principium febris in se continet: in singulis his differentiis seorsum exercitari conueniet. Ac primum eam tractandam proponemus, quæ vel in maximis valis, vel simul omnibus consistit. Quæ igitur ex tali affectu oritur febris, plane necessum est synochon, id est continentem, esse. Nec fieri potest, vt ea sanetur, nisi inhibita prius putredo sit. Porro ea inhiberi, causa manente, non potest. Quare submouenda ipsius causa est, si modo putredo ipsa prior, mox post ipsam febris, sanari debet. Ergo quæ causa putredinis est, quæ se per omnia vasa æquabiliter diffundit? Sanè reuocare in memoriam prius conueniet, quæ nam aliàs putredinis indicata sit causa: ac deinde, cur pari modo in omnibus animalis partibus fiat, inquirere. Ergo ostensum est, vbi morborum causas reddidimus, illa tantum putrescere, corpora, quæ, cum calida humidaque natura sint, neque persitata neque uentilata, in calido humido que loco maneant. Quod si in motu sint, ventilenturque ac persilentur, posse ea non putria integrasque seruari, potissimum quæcunque corpora sua ipsorum natura reguntur, vt animalium & stirpium: eamque (sicut in opere de naturalibus facultatibus est proditum) ab initio congenitos secum motus habent, quibus superflua excernant. Ostensum non minus & in alijs duobus libris est, quanta sit huiusmodi respirationis tum pulsuum utilitas ad persilatum ventilationem que corporis, atque eius naturæ calorem tuendum. Itaque, siquid in eo manifeste putrescere debet, diastas transpirationes impeditas esse oportet. At verò qui fieri potest, vt illæ per totum animal sustantur, nisi vel finibus valorum stipatis, vel tota cute: Porro accidere in finibus valorum stipatio potest vel ex uehementi extrinsecus refrigeratione: vel ex succorum, qui extrorsum in ipsis confertim ruerint, crassitudine, multitudine, vel lentitia. Accidit hoc illis & ex his exercitationibus, quæ in palastra, vel aliàs obeuntur, & itinere laborioso, vel ambientis statu, cum ex rigore in æstium subito est mutatus. Nonnullis verò feruente ex ira succi, ac foras simul impetu ruentes, diastas stipationes effecerunt. Quisquis igitur propositam sanaturus est febrem, hic simul causam eius adimat oportet: simul calorem, qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac, quemadmodum quidem ille sit refrigerandus, prius est dictum. Causam verò adimi oportebit propria cuiusque naturæ inuenta contrarietate: vtique, si ex frigida causa stipatum densumque redditum corpus est, relaxato eo, omni que ratione rarefactio: si ex obstructione ita est affectum, hæc reclusa. Quod verò recludet, hic quoque ad contrarietatis indicationem attentus inuenies: vbi namque abundantia humorum est, hos vacuabis: vbi crassi sunt & glutinosi, ténues eos ac fluxiles efficies. Si plures causæ aliquando coibunt, omnibus per contraria

A. li. 4. f. 1. 1. 1. c. i. fol. 416. d.

Contra aria occurrer: siquidem fieri potest, vt & coarctatum corpus sit, & exigui meatus densari, & multi simul ac lentis humores subsint. In eiusmodi autem causarum complexu, si recte, quæ prius comprehensa sunt, meminimus, coepisse à sanguinis missione conueniet: ac abundantia vacuata, tunc ad extenuandos humores venire: ab hoc ad remittenda, quæ sunt contracta, & rarefacienda quæ sunt densata. Atque hæc quidem à morbi affectu indicatiue sunt sumenda.

Indicationes à Viribus eorum, qui Continente Febre Putrida correpti sunt. CAP. 5.

Viribus autem (quæ has cibi, potiones, & spiritus certa mensura & apta qualitate exhibita seruant) inuentus autem est quantitatis eorum modus ex virium substantia: qualitatis verò à temperamento nimirum æstimari debet, quemadmodum vires, quæ corpus regunt, in his se habeant. Quippe, si valentes sint, auctacter vacuantibus præsidijs vteris, hæc autem ab affectu morbi fuere accepta: in infirmiores sint reddita, vacuantia remedia cautius administrabis. Sed & nutrimenti modus hinc tibi est desumendus. Quippe, cum vires legitimum robur suum habent, & morbi summus vigor breui futurus expectatur, tenuissimo victu licet vti: cum sunt infirmiores, non licet sine graui noxa: sed adijcere ad nutrimenta tantum oportet, quantum est de robore virium imminutum. Atque ex his scopis accipiendus est nutrimenti modus. Qualitas verò ex morbi affectu, vna cum solidorum corporum, quod tum est, naturali temperamento: ab affectu, si is obstructio est, quæ extenuet: à naturali ipsorum temperie, vna cum consuetudine, prout etiam prius est definitum. Tempus verò nutriendi, quod quædam spectat febres, quæ ex putredine oriuntur, in progressu sermonis dicitur. Quæ verò vnicam tantum à principio ad finem accessionem habent, (de his namque præfens est sermo) in his facilis toleratio & consuetudo spectari debent: quando cibus illis eo tempore est offerendus, quo facilius, quæ in cæteris, morbum tolerant: eo que potissimum diei tempore, quo prius in sanitate cibari erant sueti: etenim facillime cibum ferent, si ex his considerationibus alimur. Quod autem frigida quoque his, qui ita laborant, sit exhibenda, cum si iam succi concoquantur, & crassitudo eorum præuata est, id ex his, quæ prius sunt comprehensa, manifestum arbitror.

quæ offerenda est, si huius in febribus, quæ ex putredine oriuntur, in his namque præfens est sermo.

Quid Cœ habeant Continentes Febres cum Diarijs, & reliquis, quæ ex putredine oriuntur. CAP. 6.

Siquidem, cum eiusmodi febris cōia quædam cum ambabus habeat, tum his, quæ ex humorum ortæ putredine circuitibus quibusdam accessiones habent, tum his, quas diarias vocamus: merito in vtroque genere de ipsa mentionem facimus, cum vnicam accessionem habeat, vt diaria, cæterum ex putredine orta multos daret dies. Itaque vnum cum diarijs cōe habeat: duo cum his, quæ ex putredine ortæ multos durant dies. Reliquum continentium febrium (quas synochos vocant) genus duo habet cum diarijs cōia, nempe & quæ sine putredine sit, & quæ absque circuitu: tertium verò commune non est, cum subinde in quintum porrigitur diem. Atque harum quidem continentium febrium prodita prius curatio est. Continentium verò, quas putredo excitauit, curatio, cum vtriusque generi cōis esset, et nos in ambobus de ipsa differere cogit. Cæterum substantia earum tota que natura ex eo est genere, quod nunc nobis proponitur. In vno autem eorum, que ipsis accidunt, cum diarijs conueniebant. Id fuit, quod vna in totum totius morbi accessio erat. Ergo & curatio earum vnum hoc duntaxat cōe cum diarijs habeat, oportet: in reliquis autem omnibus bifariam diducatur. Atque aliæ quidem curationis indicationes ex communi genere earum, quæ ex putredine sint orta, accipiantur: aliæ ex propria earum substantia. Ad eundem verò modum & cæteras naturarum ex putredine febrium differentias sanari conueniet: nempe (sicut sæpe prius dictum est) indicatione tum à communi ipsarum genere, tum verò à cuiusque propria differentia desumpta.

Quot in Totum sint Prima Febrium Putridarum Differentiæ, ex quibus Petēda est Curandi ratio. CAP. 7.

Ergo denuo repetentes dicamus primum, quot sint febrium, quas humorum putredo accendit, in vniuersum differentia: deinde quæ nam sit ipsius generis earum, communis vtilium auxiliorum indicatio: mox quæ sit singularim cuiusque propria. Par est enim profectò, ut quod omnium earum commune est, communem habeat indicationem: & quod in singulis est proprium, quantum à reliquis eiusdem generis est diuersum, in tantum & diuersam ab illis sortiatum indicationem. Sunt igitur naturarum ex humorum putredine eiusmodi differentia. Vna ex eo, quod causa ipsius putredinis adsunt, vel non adsunt. Secunda ex eo, quod per totum animal, aut eius partem aliquam diffusa putredo sit. Tertia, quatenus cum phlegmone est, aut citra hanc. Igitur considerandum nobis est, quid nam commune habeat indicatio, quæ à causa sumitur adhuc manente: quid nam ea, quam putredo ipsa præstat: ab his deinde quid indicatio putredinis, quæ per totum diffunditur animal, aut certe maxime principalia in eo vasa: quid eius, que in vna consistit parte: mox deinde earum, quæ in vna quadam parte sunt, æstimabimus differentias. Quippe aliam esse indicationem eius, quæ cum phlegmone coniungitur, ratio est: aliam eius, quæ sine hac consistit. Rursus in his etiam ipsi aliam esse præsentem adhuc effectrice causa: aliam verò hac submota: Postremo cuiusque causa adhuc manentis differentias, per omnia, quæ in specierum diuisione sunt inuenta: siquidem hic iam delinant, necessum est, indicationes, quæ ex curandis sumuntur affectibus. Post has verò eas nimirum, quæ ab ipsis curandis suggeruntur particulis, pro iam dicta methode sumemus. Quibus si eas, quæ à viribus præbentur, adiecerimus, absoluta nobis methodus de febribus omnibus sanandis erit.

*In grecis im prælis additur ἐπι σφαιρι. à putredine incensis.

*διὰ ποσιν.

Ergo ordiamur ab eo, quod primum in diuisione indicans fuit, ea erat humorum putredo: ac consideremus, quibus maxime indicantibus, quibusque indicationibus vli, curationem eius inuenire possimus. Principium verò inuentionis, ipsa erit rei natura, qua de agitur: etenim id quoque in demonstrandis methodis didicimus. Quæ nam igitur est putredinis natura? Nempe mutatio totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelam, à calido externo. Non enim profectò proprio calore corrumpitur quicquid, immo contra profus, quicquid in rebus subsistit, id gliscit, roboratur, sanum est, ac viuunt, dum proprio calore regitur. Veluti nimirum ipsa animantium corpora, tametsi plurimam substantiæ suæ portionem humidam & calidam sunt sortita, magnam tamen annorum numerum sine putredine, ac sana viuamque exigunt, si seruetur (vt monstratum est) eorum proprius calor, in cordis quidem corpore, per respirationem: in reliquis omnibus partibus, tum per contuminitatem, quam habent cum corde: tum per aliam quandam respirationis speciem, quæ per totam agit cutem, & transpiratio perspiratio ve dicitur: his verò lætis, vnà est naturalis calor lætis. Alter vero quidam alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus, primum quidem ipsos succos propter humiditatem & putrefacit & corrumpit, spatio verò tum adipem inuadit, tum et carnem: Tanquam igitur in his corporibus, quæ non viuunt, ac putrescunt, primum, quantum eorum iam computruit, separant, dein ei, quod reliquum est, in frigidum aerem sublato perspirationem refrigerantem moliant: ita vitæque & putredinem, quæ in viuus est orta, sanabimus, id scilicet, quod iam corruptum est, omni ratione vacuantes: quod reliquum est, moderatis modis, & refrigerante perspiratu, ad exactam symmetriam reducentes. Ac vacationem quidem illius per vrinam, defectiones, vomitum, ac sudores, moliemur: post hanc dimotiones mediocres, vnà cum ambientis bona temperie, adhibebimus. Quemadmodum autem horum quodque recte administrandum sit, paulo post æstimabimus. Nunc ad secundum in diuisione transeamus, nempe quemadmodum quis causæ, quæ putredinem excitauit, adhuc manentis remedium facillime inueniat. Est autem neque in hoc difficultas vlla, quippe cum per contraria tollatur. Itaque quæ transpirationis prohibitio, putredinis occasio fuit, hanc, arbitror, submouere oportet. At ea cum varijs generibus est orta, & densatis exiguis meatibus, & constrictis corporibus, & humoribus tum abundantia tum crassitudine tum lentitia sua obstructibus, singulæ harum affectionum curandæ per contraria sunt: densitas, per ea quæ rarefaciant: constrictio, per ea, quæ fundunt: abundantia, per ea, quæ vacuant: crassitudo, per ea, quæ dissecant: & lentor, ijs, quæ detergent. Ac, si quid totum corpus dicitur iam singula occuparint, et toti corpori per contraria est succurrendum: in vnâ partem quampiam putredo inuaserit, illi adhibenda iam dicta sunt remedia. Sanè non easdem omnes partes vacationes medicamentarum ve requirunt, cum & tempera mentis, & posituris, & forma, & omni denique constitutione naturaque inter se distideant.

De curandis Putridis Febris per medicamenta Purgantia, Balnea, Inunctiones, & Potus. CAP. 9.

Ergo, quemadmodum singulis sit opitulandum, id postea pro conueniente sermonis ordine disciquiramus: cuius initium à putredine, quæ totum corpus occupet, quæ ipsa continentes quoque febres, quas synochos vocant, excitet, faciemus. Ergo à corporibus, quæ sic afficiuntur, expellenda, quæ putruerunt, per vrinas & aluum & sudorem sunt: quæ si ad os ventriculi aliquando sua sponte impetum capiant, etiam per vomitiones: aliter autem non est, quod ea præter naturam irites. Ac eorum quidem, quæ iam dictas vacationes promoueat, non parua materiæ copia est: sed maior eorum portio, cum calida liccaque facultate sit, febrem auget. Itaque deligenda medico sunt ea, quæ citra calfactionem siccationem que valentem supradictas vacationes præstent: cuiusmodi sunt cremor pitissanæ, & aqua mulsa, & oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Hæc autem ipsa ventri quoque sunt idonea: qui si nihil reddat, inijcenda per clysterem aqua mulsa cum oleo est. Sanè totum corpus prius, quam id vacuaris, rarefacere non expedit: vbi vacuatum est, vtique licebit id medicamento aliquo, cui calor tepidus insit, rarefacias: cuiusmodi est, quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tempore si vinum quoque aquocum bibatur, id omnes vacationes promouerit: idem faciat & temperatum dulcis aquæ lauarum. Quod si appositum aliquando in dictione vocabulum dulcis non sit, vtique id subaudire de bebis, certo sciens de eo nos in febricitantibus lauacro semper loqui, non bituminoso, aut sulfureo, aut aluminoso, aut chalcantode, aut salso, aut ex marina ipsa. Caterum, vbi magnitudo febris obstat, sicut in continentibus, nec vinò est utendum, nec lauacro, nec ijs, quæ habitum rarefaciant, vncionibus: sed aqua frigida, sicut prius diximus, pota in his febris est aptissima, nisi tamen aliquid eorum, quæ prædicta sunt, hanc quoque prohibeat. Quippe ipsius febris frigida pota perpetuo est remedium, non tamen putrescentium humorum per aluum, vrinas, vel sudorem vacuandum. Quo magis exercitatum esse in ijs, quas nunc tradimus, methodis oportet: ac in ægrotantibus considerare, & quæ sint ipsius febris remedia: & quæ ipsius, vbi per se sola subsistit, putredinis: quæ rursus efficietis hanc causæ: atque huius quoque, cum per se ipsam subsistit. Quippe non semper inter se consentiunt hæc omnia, sed plerumque aduersantur. Quo casu memores eorum, quæ didicimus, id, quod maximum omnium est, aggredi oportebit, atque ei vel soli, vel magis, quam cæteris, subuenire. Sanè scire licet difficile esse, acri que iudicio indigens, febrem, putredinem,

* αὐξάνεται.

* ἀπορίσσει.

* ἀπορίσσει.

* κίβησται.

A. li. 4. f. 1. t. 2. c. 1. fol. 416. d.

Anem, & effectricem causam, vbi si ipsa quoque adest, inter se cõferre: difficilius tñ est, si vires, quoque cum illis vnà conferre velis: quod vtique, sicut ante cõprehensum est, pp vitæ ipsius respectum semper est necessarium: aliquñ verò & ex accidenti, sicut ad morborum sanationem. Hoc verò me ostēsurum promisi. Siquidem, quod putrescit, si vestis esset, aliud ve inanime corpus, vtique ex ijs duntaxat, quæ prædicta sunt, indicationem caperemus. Nunc, cum in viuente corpore putredo concipitur, quod tum alterare potest, tum concoquere, tum vtile reddere, quicquid putrescentium, veluti semiputrescens semiminalum que est, vtique facultatem eius, qua naturaliter concoquit, excitans firmansque, quæ putrescentia sunt, sanabis. Itaque et tum maxime eos cum fiducia vel in balneo lauamus: vel ijs, quæ habitum rarefaciant, medicamentis vtimur: vel aquam frigidam, vel vinum bibendum damus, cum notas humorum concoctionis cernimus. Neque enim pullus duntaxat vires ad eiusmodi agenda firmas requirimus, veluti nec eius facultates, quæ voluntarium motum præstat, sed, sicut est dictum, ipsius potius concoctricis. Ergo, si & vires cunctæ valentes sunt, & febris ardentissima, & concoctionis notas planè euidentes, frigidam homini dare aucter debebis: constat nanque talem hominē senem non esse, ex quo omnes illi virtutes valentes esse proposuimus. Quod si etiā bona corporis habitudine sit, quod ἑσσορροῦν Græci vocant, tum status cœli calidus ac siccus, etiā si in frigidam nationem hunc dimittas, haudquaquam lædetur. Eiusmodi nanque temporis opportunitate vli, qui se in frigidam coniecerunt, & protinus oēs sudarunt, & non nullis eorum aluus biliosa reddidit. At, si mediocris est febris, & vires non validæ, sed cum notis concoctionis, ijs qui ita se habent, balneum prodest, & vini potio: tum verò ex vncionibus eæ, quæ rarefaciant, idque multo magis cum ambiens est frigidus. Neque enim aut frigidam in balneo lotionem, aut frigidam potionem in eiusmodi cœli statu ferè expetunt, vt pote in spiratu ipso assidue refrigerati: cum, siquē in frigido ambiente vehementer vri ægrotum contingat, exigua salutis eius habenda spes est. Si verò nec concoctionis habeat signa, nec vires validas, seruari is planè non potest: quo minus aut idem lauandus in balneo est, aut medicamentis ijs, quæ rarefaciant, vngendus, aut vinū illi dandum, frigida ve offerenda. In quo enim desperata oino salus est, imprudentis consilij fuerit, apud vulgum infamare præsidia, quæ multis fuisse salutis. Ipse siquidem aliquos noui ex amethodis istis medicis, qui, cū ea, quæ nos gessimus, essent imitati: idemque præsidia in ijs, qui profus morituri erant, vli: adeo nihil profecerunt, vt etiam tēpeltium eorum vsum suspectum formidolosumque reddiderint. Verum nos tempora præsidia que ijs, quos seruari spes est, scribimus, quando ægris, qui insanabiles sunt, ijs nec tempus vllum opportunum, nec præsidium est. Atque hoc mihi per oēm sermonē teneri memoria velim, quod minus præcipua illa primaque omnium curationis indicatio conuelli aliquñ posse videatur. Quippe, cum dicat Hippocrates, Contraria esse contrariorum remedia, quid vetat omnibus febricitantibus frigidam vno ordine exhibere? Verum nec exhibenda est, nec subuertitur eo tempore generalis omnis curationis indicatio. Vnū enim ex ijs, quæ actu refrigerant, aqua frigida est. Sed & alia plura sunt, quæ partim potestate (vt dictum est) refrigerent, partim ex accidenti: quorum alijs propter concursum pugnantium inter se indicationum alias vtimur. Porro tradita iam methodus est eius, quod conducit, ante alia semper deligendi. Ostensum præterea est ipsius febris, prout febris est, aquam frigidam semper esse remedium: quod verò ad alia spectat, non semper: veluti cum ex obstructione glutinosorum & crassorum humorum putredo orit. Ponatur verò & cū his redundantiam in toto esse corpore, tum virtutem non imbecillam. In eiusmodi nanque complexionibus cum multa præter naturam in corpore sint, quædam eorum præcedentes causæ erunt, veluti redundantia cum glutinosis & crassis humoribus: horum enim vitio obstructio est orta, quæ morbus instrumentalis est eorum, quæ obstructa sunt, corporum. Hanc symptoma secutum est, ipsa transpirationis rentio: quam rursus putredo humorum excepit, ipsa scilicet febris antecedens quædam causa.

Quæ Putredinis & Causæ ipsius Indicationes sint, & quæ Remedia præscribant. CAP. 10.

Ergo, qui febrem curare volet, necesse est, putredinem inhibeat. Ita duæ indicationes se exhibent, altera à febre: altera à putredine. Atque à febre rursus duæ, scilicet vt portio febris, quæ iam facta est, percuretur: quæ verò in generatione est, inhibeat. Alia que duæ rursus à putredine erunt indicationes, vt & quod putredinis iam factum est, sanes: & quod in generatione adhuc est, sistas. Porro, quod in generatione est, id adiapneustia, id est perspiratio impedita, facit: nihil enim deterius fuerit clarioris doctrinæ gratia ita eam nominare. Ita ab hac quoque alia duæ indicationes nascuntur, tum vt, quod retentum est, vacuetur: tum, vt quod retinendum est, prohibeatur. Sanè prohibebitur ijs præsidia, quæ obstructioni medentur. Cuius rursus ipsius, quod iam factum est, sanandum est: quod futurum est, inhiendum. At curabitur quidem, quod obstructio nis iam factum est, per ea, quæ obstructa liberant: inhiabitur, quod futurum est, si affluxum obstructiuum succorum compescas. Ergo, quod vltimum in ipsa resolutiua methodo est inuentum, id primum omnium in curatione est peragendum. Ostensum enim in prioribus libris est, si ijs auxilijs, quæ obstructione eximant, vt non vacuata prius abundantia velimus, fore, vt non modo nihil proficiamus, sed etiam affectum maiorem reddamus, pugnantibus scilicet inter se indicationibus. At, si vacuata prius multitudine ad curandam obstructionem accedamus, medicamentis ijs, quæ obstructiones expediant, erit opus. Verum, quoniam horum plurima calida sunt, metus est,

Lib. de Flatu à principio. Et 2. Aph. 22. Ex. or. 15. a. Et 2. de Natura hu. t. 1. 7. 181. c.

est, ne tū putredinē, tum febrē augeant. Itaq; ijs, quæ citra calorē liberare obstructions valeant, vte E mur: vbi autē, q̄ obstruunt, deterfa dissectaq; sunt, p̄ aluum, vrinas, & sudorē, ea vacuare tentandum. Cum verò materia, q̄ hæc efficiat, et calidæ sint, necesse est interea tum putredinē augeri, tū febrē. Quare, quoad licet, id agendum, vt, q̄ minus calfaciat, materia deligat: aut, si qua inueniri p̄t, quæ non calfaciat, quemadmodū in hoc casu balneū: vtiq; ea est petenda. Hoc verò rpe et vires roborare, quò putredinē superantes, succos cōcoquant, studebimus. Quòd verò febris ipsius iam factum est, id refrigerabimus: in auxiliorum. n. inueniēdorū ordine vltima est, q̄ ab hac sumitur, indicatio, quāuis alia ratione sit prima: quippe cum à febrī cōperit inueniendorum præsidiorum methodus.

Ex Symptomatis superuenientibus nunc Protrahi, nunc Perverti febrim curacionem. CAP. 11.

AC, si nullum quidem interim vehemēs incidat symptoma, prohibeat q̄, quò minus auxilia ab initio morbi ad finem ita procedant, celerit̄: se finiet̄ febris: sin tale quippiā incidat, quod totā ad se curacionē reuocet, necesse est, serius adueniat curacionis finis. Siquidē, quod ita interuenit, oīno vel cōtrarium est remedijs, q̄ antedictū causarū, affectū, & symptomatū ordinē sanēt: vel oīno nihil salē confert. Enimvero, si eius, quod interuenit, sanatio antedictio p̄sidiorū ordini sit cōtraria, necesse est interim cuncta deteriora reddi: sin nihil originali affectui interuenientis obiter mali, correctio nec officit, nec prodest, totius curacionis celeritati in mora erit: si autē nocet, necesse est aut vni uersam medicationē in lōgius spatium trahi, aut aliquod subsequi periculum, aut et fore vtrunque.

Fingēnanq; exempli gratia, afflicto interim stomacho syncopen incidisse, cui succurrere coacti cibū in tēpestiue dederimus, ac vinū cū frigida: Ex horū. n. vsu tū obstructionem, tum corporis coarctationē, tum putredinē, auctas esse necessum est: atq; ex harum auctu ipsam etiā febrē: Verū, vbi tū virtus satis valens est, nec quicq; interuenit, cuiusmodi, quā modo diximus ex vitio stomachi ortā syncopen: sed nec, quæ aliqñ accidere possunt, aut sanguinis profluuiū, aut vigilā, aut dolor, aut error aliquis vel ipsius agrotātis, vel eius familiarium: vbi in quā nihil tale accidit, totus, qui proxime dictus est, remediōrū ordo hoīem profectō sanabit. Sed nec ipse tñ quocunq; remedio oīa, quæ præter naturā sunt, sanant. Nā aqua mullā, quod ad crassos succos extenuandos, & glutinosos detergendos, & excretionē promouendā atinet, optimum planē medicamen fuerit in ijs synochis, quos habitus coarctator, & putredo excitarunt: quatenus verò calorem febris adauget, est noxia: vnde, si hic immodicus sit, parcendum aquæ mullæ est, vti dūm q̄ p̄stilla cremore: Quòd si difficiles ac contumaces esse obstructions iudicaueris, etiam oxymelite. At hoc ipsum rursus, si immodice vtare, & intestina radit, & tussim excitat, & neruosa lædit. Adeo si difficile est eiusmodi aliquod auxiliū inuenisse, quod citra vllā noxā magnifice prolit. Id accidit (vt dictū est) ex cōplexione ortorū in corpore præter naturam affectū, vñ cum præcedētibus eos causis, & sequētibus symptomatis.

Præceptum hoc, Contraria contrariorum esse remedia, non in Affectibus modo, sed et in Symptomatis verificari. CAP. 12.

NVnquam tamen propterea præceptum illud, quod Contrariorum contraria sint remedia, ali quando verum erit, aliquando falsum: immo id perpetuo verum est: quando fieri non potest, vt eorum, quæ præter naturam sint, quicquam per aliam vllam remediōrum speciem curetur. Nō tñ ex vsu est semper oibus, quæ præter naturam sint, mederi, sed cum sola per se subsistunt. Nam, si cum alijs vnā incidant, alijs sæpe est ante illa medendū: sicut in cauis vlcerebus, vbi ea simul cum phlegmone sunt coniuncta. Quippe verum in his quoque manet, q̄ per ea, quæ carne implent, curantur: ceterum his vti prius, q̄ phlegmonem curaueris, non licet. Ac interim, dum hæc sanatur, vlcus cauum adeo non melius, q̄ fuit, redditur, vt etiam fiat magis cauum. Quòd si ijs, quæ carne impleant, medicaminibus vti velis, neq; ipsum impleueris, & phlegmonem auxeris. Quæ nanque carne implent, ea demum implere possunt, quæ phlegmone vacāt, non quæ phlegmone adhuc sūt oppressa. Hoc itaque, quod in dictione tam est breue, nempe, Contraria contrariorum esse remedia, potestate deprehenditur maximum. Quippe omnem medendi methodum confundet, quis hanc indicationem neglexerit: cum omnia, quæ præter naturam sunt ab ijs, quæ ipsis sint contraria, curentur. Cum autem eorum, quæ præter naturam sunt, duplex prima differentia sit, alijs per se subsistentibus: alijs in ipso (vt sic dicam) fieri, essentiam suam habentibus, ac vmbra ritu affectus comitantibus, sanatio quidem affectuum ipsorum est sublatio: hanc verò symptomatum amotio sequitur. Quibus quanq; ipsis nihil prima ratione adhibetur, attamen in ijs quoq; perpetuum illud præceptum manet, quod Contraria contrariorum sunt remedia: quippe, cum affectus, quos symptomata sequuntur, sanamus, symptomata nimirum ipsa in contrarium statum perducimus. Quare, quæcunque symptomata exiguorum meatuum densitas inuexit, ea rarefactione tollentur. Quòd si ipsi quoq; symptomati, quod ex densitate spiramentorum est natū, id est minori, q̄ iustum sit, excrementū effluxit, (quod sanè paulo sup̄ius adiapneustia vocauimus) symptomati genus aliud contrarium opponere velis, ne sic quidē delit, qd̄ dixeris: sunt nāq; plura iusto defluvia, iusto paucioribus cōtraria. Adeo, licui in symptomatis ipsis libet cōtraria contrariorū remedia dicere, in ijs quoq; stat immotus primus oīum, q̄ p̄ter naturā sunt, curacionis indēx. Verū fatius est (vt prædiximus) eorum, quæ vere & primum curantur, id est affectuum in corpore, qui vere sunt subsistentes, contraria esse remedia existimes. Quippe actiones eorum, atque et offensas, vt eas in ipso, vt sic dicam,

† ἄσπορος ὁ λό γος.

Acam, fieri esse dixeris, ita absolute subsistere minime dixeris. Nā manū extēdere aut flectere, ex ijs, quæ absolute sunt, dici non possunt, sed ex ijs, quæ sunt: multo q̄ minus ipsius immobilitas, quæ ipsa quoq; symptoma est eius, qui in musculis neruis ue subest, affectus: sed affectū, qui ex subsistētū numero est vnus, contraria postulare remedia dixeris: Hunc verò solutū, contrariū sequi statū, quæ sanitas est: atq; hanc rursus, quandam naturæ actionē, q̄ symptomati iā finito sit contraria. Sed nec noibus falli, (quæ sæpe alia forma proferuntur, q̄ vt contrarijs conueniat, sæpe verò planē non sunt) sed ex ipsa rerū natura contrarium inuenire debes, habens f. quò pro illo discernēdo specteris, confessum illud, contraria esse, quæ sub vno genere plurimum inter se distent. Ergo, si intellexeris, in illo genere, quod mediocre est, (id verò est, vt sæpe monstrauimus, quod inter extrema est medium) infinitā quandā cōtrariarum rerū multitudinē, quæ maioris minoris q̄ ratione inter se distideant, ex eo inuenies. Verbi gratia, In affectibus, tenuium spiramentorum symmetriā intelligēs, ex vtraque parte duo immodica, quæ inter se sint contraria, inuenies: in actionibus verò, symmetriam vacuatorum considerans, ipsi quoq; ex vtraq; parte ametriā responder. Verū in paruis spiramentis nomina excellentibus non desunt, nempe densitas & raritas: in vacuatis posita non sunt. Eoq; fit, vt cogamur plures paucioresq; effluxus dicere, ita nimirum, vt si dēstatis raritatis q̄ nomina nō essent, B spiramentorum ipsorū alibi plura iusto esse, alibi pauciora, dicere cogemur. Ergo (sicut diximus) hoc maxime cauere debemus, simul etiam in eo nos exercitare, quò celerius cuiusque sic dicti contrarium inueniamus. Non. n. in corporum modo qualitate, verum etiam in quātitate eiusmodi contrarietatem inuenias: quam vtiq; Aristoteles oppositionē vocat, non contrarietatem. Neq; enim magnum paruo vult esse contrarium, sed in eo, quod ad aliquid dicitur, oppositum: neque multum paucio: sed nec rarum denso: neque relaxatum contracto: neque ipsi, quod secundum naturam est, id, quod præter naturam est. Verum Hippocrati omnia id genus contrariorum habent appellacionem, sicuti etiam Platonī, qui generationes ex contrarijs esse dicit. Ostensum quoque à me in alijs est nec Aristotelem ipsum suam ipsius legem in nominibus seruasse, quo loco principia eorum, quæ natura reguntur, materiam, sp̄ciem, & priuationem statuit. Verum (quod diuinum Platonem secuti semper testamur) contemnere nomina oportet, imminime autem scientiam rerum. Eaque nanque ad salutem hominum pertinet, errorisq; in ea finis est pernicies: nominibus siue proprie, siue improprie vtare, ad agrotos id parum attinet. Intelligas id clarius, si non contrariorum contraria, sed, quemadmodum illis placet, opposita sibi inuicem esse remedia dicas. Siquidem copiam sanat vacuatio: defectum nutrimenta: in summa, quod exuperat, ablatio: quod deficiens est, adiectio. Itaq; etiam in alio opere recte arbitror à sene dictum: Medicina appositio est & detractio: deficientium quidem appositio, redundantium detractio. Porro deficientium redundant que quædam in quantitate, quædam in qualitate: in quantitate, cum sanguis immodice est auctus, aut rursus minor redditus: in qualitate, cum vel calidus, vel frigidus, vel crassus, vel tenuis plus iusto minus ue est effectus. Siue igitur contrarietatem, siue oppositionem, nominare libet, eius indicationis medēdi, quæ ab omnibus, quæ præter naturā sunt, præbetur, semper meminisse debebis, ei q̄ esse intentus: potissimum quidem, vt dictum prius est, in affectibus: sed tamen & in symptomatis: quamuis horum nec primum curatio sit, nec proprie contrarietas, sed curatio quidē simul, cum affectibus, ex accidenti: contrarietas verò, lucidioris f. breuiorisq; doctrinæ causa loquentibus, abulsiue.

Indicationes Omnes tradit tum rerum Præter naturam, tum Secundum naturam, quibus vniuersa Continentium putridarum Curatio continetur. CAP. 13.

Verum ad medendi indicationes propositi nobis febrim generis reuertamur: repētamus que singula genera, quæ in nobis præter naturam sunt, nō causarum modo, verum etiam morborum & symptomatum. Et causarum quidem genera sunt multitudo, & crassitudo, & lentor humoris. Causa simul & symptoma est transpirabilis excrementi retentio. Simili modo causa pariter & affectus est ipsa putredo. Morbus verò tum obstructio, tum febris ipsa. Symptoma verò est ipsa transpirabilis excrementi retentio. Ergo indicabit (vt dictum est) præcedentium causarū quælibet proprium aliquid: multitudo ipsa, quæ ex eorum est numero, quæ sunt ad aliquid in prædicamento quantitatē, vacuationē: lentitia verò & crassitudo, quæ sunt in qualitatis affectū, sanationem, que per contraria p̄ficiatur. Cum verò in plerisq; oppositionibus consueta nomina non sint, accidit, vt, qui in rerum essentia minus sunt exercitati, fallantur. Cum. n. vno nomine nequeunt, quod animo concipiunt nominare, id, ceu prorsus nō sit, dimittunt, quemadmodum profectō in glutinosi & crassi succi faciunt. Quippe crassus succus ex aduerso oppositum habet tenuem: glutinosus verò (sicuti primus græce nominatus) rhypticon, quasi detergium dicas: sicuti verò aliquis dixerit, quæ solidis corporibus nominandi occasionem acciperet, friabile. Siquidem hoc pacto semper videtur Aristoteles oppositionem facere, verum non in succis, (vt dixi) sed in solidis ipsis corporibus. Quòd si glutinosi humoris naturam sub ea ratione intelligas, q̄, quicquid tetigerit, huic ægre dissolubilis adhæret, non immerito, arbitror, eum qui nec adhæret, & ea quæ adhærent, deterget, contrarium ipsi statues. Et antecedentium quidē causarū contrarietates abunde sunt dictæ. In instrumētali verò morbo, qui est obstructio, contrariū ei est græce ecphraxis, quæ reclusionē (puto) dixeris: symptomati verò, qd̄ est transpirabilium retentio, excretio ipsorū contrarium est. At verò in humorum

* formam.

Lib. de Flat. à principio.

A. T. 2. d. med. cor. ca. 1. fol. 161. b

* ΑΕ πρὸς Δευ. i. ante.

si tum fluxio humorum per ea remedia compescitur tum densitas, quae ex adstringendo in affecta E particula relicta est, crassiora detinetur iam tempestiva relaxatio est, quod ea, quae retenta sunt vacues. Praecipue autem adstringentibus est utendum, ubi in iecur aut ventriculū superuacuum profuit: quā & e primoribus admodum haec partes sunt: & munus suum obeant vel in ipsis morbis, est necessarium. Porro est non exiguum eorum munus, quale quibus reliquarū partium, quibus illud modo negocium est, ut id, quo nutriantur, conficiant: verū quod tantopere animalis interlit, ut, si neque in ventriculo probe alimentum fuerit concoctum, nec in sanguine in iecinore mutatum, utique, quod in fame nobis accidit, ut cibi penuria degere in abstinentia cogamur, idem tum omnibus animalis partibus accidat: non enim ex ijs, quae deuorantur quis, sed ex ijs, quae in iam dictis visceribus confecerit, alimentum toti corpori suppeditatur. Atque ob haec nimirum impensius, quam cetera membra, ventriculus & iecur adstringentia desiderant. Ergo, cum ea, quae iam infixa sunt, euocandi tempus est, tum quoque modice adstringi postulant: quod, n. adstrictionis in principio largius, ijs, quam ceteris partibus, adhibetur, id seruandum assidue est, nimirum manente, qui id indicet, vltur: vltur vero est (ut paulo ante testati sumus) nutrimenti confectio. Si igitur per imbecillitatem parum recte concoxerint, non modo assumpti cibi nulla est utilitas, sed et ventriculo non raro ex eius corruptela laessio expellitur quoque aliquid prioris. Ita fit, ut duplex iam noxa toti corpori accedat, cum nec ex cibo sumpto nutriatur, & F aliquid ex eo, quod sibi reposuerat, amittat. Huc accedit, & quod ciborum concoctio, siue ea in iecinore, siue in ventriculo sit improspere, febres intendit, ac succi vitio exacerbat. Quo magis in omni febre, ciborum concoctioni prospicere magnopere oportet: atque eius rei causa roboris quoque instrumentorum, quibus perficitur, non leuis habenda est cura. Sane aliqui sunt (ut Hippocrates ait) qui ex eo, quod ignorant, non parum lucrifaciunt. Arbitrantur enim iecinoris se phlegmonem relaxantibus praesidijs curare, ex eo scilicet famam sibi comparantes, quod in agnitione falluntur: si quidem videntur non nunquam lineamenta musculi, qui a costis thoracis ad praecordia peruenit, per similia iecinori. Mirum autem minime arbitror eos, qui nec aliud aliquidquam in arte probe didicerunt, nec in agnoscendis affectis partibus se exercuerunt, licet laudem aliquando consequi.

† τῆς διηθείας παρασκευῆς
* περιγραφή, i. circumscriptione.

Qua ratione Cataplasmata parare oporteat, quae Ventriculo, Iecinori, Lieni, & Reliquis inferioris ventris partibus conducant. CAP. 6.

Verum istos mittamus. Nos, vel si minima suspicio sit iecur ventriculū ue laborare, ablinthium protinus oleo incoquemus, ac eas particulas perfundemus. Cum autem duplex in omni ablinthio facultas & qualitas sit, veluti in libris de medicamentis est traditum, utique in pontico adstringendi facultas non parua est: in reliquis omnibus amara quidem qualitas est vehementissima. G ma, adstrictio vero (quam saltem gustu agnoscas) aut plane obscura aut prorsus nulla sentitur. Proinde ponticum ad iecinoris & ventris phlegmonas eligi praestat. Porro id est tum folio, tum flore longe, quam cetera ablinthia, minore: odor quoque huic non modo non insuauis, verum etiam aromatum quid praefrens, reliquis autem omnibus est foedus: quare haec fugere conueniet, uti autem semper pontico. Etiam reliquorum medicamentorum, in quibus mista cum amaritudine adstringendi vis est, aliquid in oleum conficere, atque ad eundem modum uti licet. Ostendimus namque in opere, quod de medicamentis inscribitur, amaram qualitatem praerere, ac viam adstringenti facere. Quo fit, ut medicamentum id genus, omnibus, quae tantum adstringant, sit praestantius. Ac, si quidem intendere adstrictionem studes, etiam oleum ipsum adstringendi vim habeat, cuiusmodi est, & quod Hispanum vocant: & quaecumque cum frigidibus olea praeparare solent: vel quale est crudum, quod graeci omphacinon vocant. Sin leuiore, uti adstrictione placet, aliud olei genus praeparabis, praecipue quod tenuium sit partium: quod genus Sabinum est. Optimum tamen, ubi adstringere vehementius est opus, Histricum oleum est, ut quod ambas in se virtutes habeat, & amaram, & quae adstringat. In penuria vero ablinthij inter initia vel melinum, vel mastichinum, vel lentiscinum satis fecerit: quod si exigua febris sit, etiam vnguentum, quod ex nardo componitur. Esto autem optimum id quoque: neque, n. parum interest inter id, & quod vitiosum est: cum id, quod Neapoli in Italia conficiunt, nomine tantum nardinum vnguentum sit, si cum eo, quod in Asia fit, conferatur. Id antea Laodicea tantum componebatur: nunc etiam in multis fit oppidis. Quod si inclinatio febris, in qua ista moliris, non admodum sit facilis, abstinebis a nardino: vteris autem hoc tempore rectius melino: aut, si id non est, lentiscino: ab hoc vero, mastichino. Omnibus namque his nardinum vnguentum valentius excoctat: quare, si reliquorum copia non est, rosaceum illi admiscebis. Sane myrtini adstrictio idonea non est, cum crassiorum sit partium, quam ut alte descendere possit. Atque haec quidem exempli gratia protulimus: nam magnam eorum copiam deligere ex medicamentorum libris licet. Ad eundem vero modum & cataplasma compositam vim habeat, ex ea, quae tenuium sit partium, ac relaxet: tum vero ex amara & adstringente. Superet autem in ijs, ubi scilicet, tum reprimere, tum robur addere studeamus, quod adstringat: ubi tenuare ac detergere, amarum: ubi euocare, quae ex relaxantibus tenuium maxime sunt partium: si quidem, quae crassae substantiae sunt, ea pus mouentibus monstrauimus esse accommoda. Cum autem definitum in opere de medicamentis sit, & quae vel solam obtineant adstringendi qualitatem, vel amaritudinem, & quae ambas possideant qualitates: maxime deligenda sunt, quae ambas habent: ubi ea non adsunt, ipse amara ijs, quae adstringant, miscebis,

* θαλασσινόν, libro sequenti uerit, gemina.

A. I. 2. f. 1. 64 fol. 95. b

A miscebis, ita nimirum, uti nos in iecinoris phlegmone, ex copijs praesentibus componere cataplasma vidisti. Erat enim is, qui aegrotabat, medicus: quem iam lucernis accensis inuisimus: quo tempore ab ijs, qui talia venditant, nihil emi potuit. Ergo, cum inclinatum notabiliter febrem inuenissem, utendum occasione quam primum cenui, eo certe magis, quam suspectam horam, quae gallicinio futura erat, alterius accessionis initium allaturam verebamur. Incoxi in oleo quidem ablinthium: in aqua vero malum cotoneum. Dum autem haec coquebatur, myrobalani piefma, & iteos radicem, quae intus inueneram, cotudi cribrauique: dein olei & aquae, quae paraueram, portionem in lebetem immisi: ac ubi modice coxeram, myrobalanum & irim vna cum exigua cera inieci. Coquimus autem cotoneum non in aqua modo, verum etiam per sepe in austero vino: ac omnibus eiusmodi cataplasmatibus de ipsa quoque cotonei carne interdum admiscemus. Quippe, ubi, & quod confluit, copiosum est, & particula ipsa infirmior, adstringentem vim (sicut scis) inuagemus: ubi vero tum corpus totum purum est, nec membrum ipsum imbecillum, nec vltra quid confluit, ibi in ijs, quae miscentur, mater ijs minimum quidem sit, quod adstringat: copiosius vero non solum, quod relaxet, sed etiam & quod amarum est, & quod acre. Quod si exigua febris sit, ac phlegmone non adeo calens, tum aeger ipse in aediam tolerare valeat, hoc casu digestoriam quidem curandi speciem intendes, adstringentem autem remittes. Neque, n. amplius ipsi saltem phlegmonae conducere possunt, quae adstringunt, ubi nec affluit quicquam, & crassus humor affecto loco tenaciter est infixus, sed (sicut praedictum est) trahenda potius curationis: ac, quae adstringant, miscendi consilium probamus, quod robur membrorum tueamur. Vnde nec colo laborante, nec reliquorum intestinorum quouis, nec musculis, qui in praecordijs habentur, aut ipso peritonaeo, miscenda adstringentia sunt: sed nec, cum vesica male habet, vterus ue, modo (ut dictum est) nihil vltra ad locum fluat, nec sanguinis redundantia, nec excrementorum copia in toto sint corpore. Porro renes & pectus in media praedictorum conditione sunt, quantum, scilicet ventriculi iecinorisque sollicitudine absunt, tantum reliquorum supergressa: si quidem in ventriculo ac iecinore exoluti robur est perniciosissimum, in illis minime est periculofum. In his vero est quidem periculofum, non tamen perinde, ut in illis: nisi si pus educere ex pectore, aut pulmone, aliquando sit opus. De liene pronunciare absolute non est, nec nisi prius deflinita tum corporis totius natura, tum vero affectu, qui curationis tempore occupauit. Nam, si vel aeger ex ijs sit, qui tatrae bilis excrementum naturaliter congerant, vel etiam eo tempore succus in eo abundet, necesse est in liene curando adstringentia reliquis admisceas, quod visceris robur custodias. Ita enim & excrementa ad se trahet: & cum corpus expurgarit, ipse rursus per ventriculū excernet: veluti in naturalibus commentarijs de his est proditum. Sin nullum omnino sit tatrae bilis excrementum, aut omnino adstringendum non est, aut parcissime. Obseruandum vero diligenter est non in liene modo, verum etiam in omnibus partibus, in quibus humor putrescit, quod symptomata maxime sit vehemens, quod secundo loco, aut tertio: quo videlicet affectu ex ipsis plane inuento, idoneam ei curationem adhibeas. Alias nanque in membro affecto calor superat: alias tumor, qui vel propter abundantiam humoris, vel propter crassitudinem sit durus. Si igitur calor praeponderat, id agendum, ut sensim per ea, quae tepentem calorem obtinent, digeratur: quod genus est tum lini semen, tum chamamelum: quibus adijci vel hordei vel fabarum farina debet, quippe quorum neutrum excoctat. Saepae autem (uti non ignoras) quod medici artomeli vocant, pro cataplasmate eiusmodi phlegmones praeparamus, atque aquae aliquid miscemus: ad lienem vero etiam aceti aliquando aliquid. Si vero laborantis phlegmone partis calor non multum a natura excefferit, sed magnitudo eius notabilis fuerit, digerere haud timide sine aqua debebis, etiam scenigraci aliquid supradictis immiscens. Si vero, veluti scirrhosa phlegmone sit propter humorum, quos continet, uel crassitudinem, uel lentorem, tum aceti aliquid, tum amara medicamenta simul immiscenda curabis: potissimum in liene. Etenim viscus hoc propterea, quod ab iecinore crassum humorem trahit, eiusmodi humoris occasione plerumque laborat. Quo magis cataplasma, quae ex oxymelite & ablinthio & cappari fit, illi sunt idonea. Haec igitur cum medicorum uulgus ignoret, omnes oleo perfundunt: & cataplasmatibus relaxantibus curant prius, quam corpus uacuetur, omniumque maxime diuites: quibus non solum in talibus obsequuntur, sed etiam eos lauare in balneo permittunt. Ego uero nec eorum, qui ex putredine humorum febricitent, lauem quencquam: nec relaxantibus cataplasmatibus prius, quam superuacua purgarim, utar. His uacuatis non solum audacter lauem, sed etiam cataplasmatibus utar, in alijs quidem membris, ijs, quae relaxent: in iecinore vero ac ventriculo, additis etiam, quae mediocriter adstringant.

Quae Cataplasmata Cordi, & Pulmoni, & omnino Pectori conueniant. CAP. 17.

Parcius uero ad pectus, quam ad ea, est adstringentibus utendum: quoniam talia humores, quam phlegmonem excitant, in pulmones & cor non nunquam reprimunt. Ac cibis potius horum firmitudini est consulendum: neque enim, sicut in iecinore & ventriculo, ita hic quoque tenuissimo victu est utendum: In illis namque alimentum concoquit, metusque est, ne ipsis phlegmone laborantibus nec nutrimentum rite concoquatur, & phlegmone augeatur: in pectus uero tum alimentum iam concoctum peruenit quantum vni ipsi particulae nutriendae satisfaciat. Ac longe quidem magis in pulmonis phlegmone abstinentium ab adstringentibus est: quoniam in eo ipsis quoque relaxantibus admiscendum aliquid acrum quodam.

Septima Classis. k k k k k k k k quodam.

quodammodo & euidenter calfacientium est: quippe foras trahere potius, q̄ reprimere, in eo debe...

Cataplasmata laboranti Cerebro & Capitis partibus accommodata. CAP. 18.

Adem rōne nec in cerebri & eius membranarum phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio...

Que Partes per quas Vires, & per que Remedia vacuentur. CAP. 19.

Illud te profectō non fugit, nos singularū particularum meatus, qui ijs ad superuacuorum emis...

Quo tempore, & qua ratione Cataplasmata relaxantia, & Balneum agrotos iuuent. CAP. 20.

Enim horum quoque omnium vberem materia suppellectilem in illis commētarijs habes...

Quod

A Quod si, præter q̄ nulla princeps pars imbecilla sit, etiam inferioris notæ partium aliqua sit inua...

Quo pacto Ratio victus, estimato initio ac febris vigore, statuenda sit. CAP. 21.

Porrō apūssimum in febribus, quæ intermittunt, & repetuntur tempus est, cum, vti dictū est...

† AP. ὀστρε...

* οὐρεχίς. i. cō...

* ἴθι. i. more...

Septima Classis. k k k k k k ij Galeni

GALENI METHODI MEDENDI
IDEST DE MORBIS CVRANDIS
LIBER DVODECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI

Symptomata, quæcunque Insigniora sunt ad euertendas vires, ac cum febribus
inuadunt, curare docet.

Quo pacto aduersus Symptomata pugnandum pro ratione noxæ, quam
viribus inferunt.

CAP. I.



Non sunt, sicut non nulli autumant, eæ, quæ cum symptomatis consistunt, fe-
bres, aut febrium genus vllum, aut species differentia: ue: sed, veluti tum alius
morbus alij morbo, tum symptoma symptomati, vno tempore, eodem in cor-
pore copulatur, sic & cum febre incidunt quædam grauiora symptomata, q-
bus prospici maiore medentis sollicitudine debet. Nam de leuioribus, quæ fe-
brium generationi necessario succedunt, adeo omnino non meminerunt, vt
etiam, ceu prorsus non sint, innominata ea reliquerint: at, quæ vel rarer
febricitantibus incidunt, vel communem magnitudinem excedunt, seorsum ab

alijs tradenda censent. Sunt porro eorum primæ differentia tres. Aut enim in actionũ offensa consi-
stunt: aut in retentorum vacuatorum' ue immodico excessu: aut corporum ipsorum affectu. Quar-
tum enim genus numerandum inter symptomata non est, etiam si inter symptomata q- maxime
non pauci id posuere, sicut erysipelata, ophthalmias, vlcera, parotidas, reliquaq; id genus. Ex præ-
dictis vero tribus, actionum quidem offensa si contristat, sollicitudinem medici ad se conuertunt,
affectumq; deserere cogunt: idem faciunt & eorum, quæ retinentur vel expelluntur, excessus. At
genus symptomatum, quod in affectibus consistit, alterius quidem, quem curare oportet, affectus
est signum: ipsum tamẽ nullam seorsum curationem exigit, utpote cum affectu, unde nascitur, vnâ
cessans. **Vt enim in summa dicam, nullum symptoma, quæ symptoma est, nec curationis rationem
indicat, nec primum immutat.** Monstratum enim est ex morbis ipsis curationis indicationem præ-
stari, veluti ex causis ipsis prouidentia. Dicitur præterea est & quomodo prouisio ipsa cum me-
dendo simul sit mista. Ex accidenti tamen symptomata quoque curandi rationem aliquando mu-
rant, causa scilicet locum eo tempore habentia. Eorum omnium, cum, veluti causa, curationem
immutant, vnum' caput est: dico id vnum læsionem, siue ea ipsius virtutis sit, siue affectiõnis: quan-
do, si nihil ijs officiant, curationem non interpellant. **Lædunt autem vires vigilæ, dolor, & immo-
dica vacuatio.** Affectui vero eadem non vtique semper, ceterum magna ex parte nocent, ac potissi-
mum cum fuerint immodica. Ob hæc igitur sola, curandi ratione, quam ab initio institueramus, ad
præsens mutata, symptoma submouere primum cogimur. Ergo, si resoluantur vires, non tamẽ ve-
hementer sunt iam resolutæ, sed adhuc resistunt, ad symptoma tantum sumus attentus, atq; id q- pri-
mum submouere maturamus: si iam resolutæ vehementer vires sunt, non modo symptoma sedare,
sed etiam illas firmare, properamus. **Quod si vno remedio tum symptoma leniri, tum morbus
curari queat, id vtique non fuerit symptoma respicere, aut symptomatis causa remedia sumere: sed
omnis eiusmodi auxiliorum species planè morbi curatio est.** Neque enim, cum lateris dolorem in
pleuritide, misso sanguine, vel corpore purgato, sanamus: nec, cū abscessum distentum & cū dolore
pulsantem diuidimus, ac pus emitimus: eiusmodi curatio symptomatis est: sed cum exempli gra-
tia, in dysentericorum deiectionibus, vbi uehementer rodūt, vel tragi succum, vel hircinum seuum, H
vel rosaceum ceratum, per inferius indimus: quibus utique præsidijs ipsa exulceratio intestino-
rum non sanatur, maxime si putredinosum aliquid habeant: sed vires interim conquiescunt: atque
id est contra symptoma instare, morbo ad id tempus neglecto. Quippe, vbi virium roboris fidu-
cia est, adeo nunquam contra symptoma pugnamus, vt contra prorsus per ea non nunquam præ-
sidia, quæ dolorem afferunt, morbos ipsos curemus: veluti profectio dysenteria ipsi mordentibus
maxime medicamentis tum potissimum medemur, cum vtique est grauissima. Quippe medicus
quidam quinquaagenarius, cum iam septimam noctem agrotaret, nec viribus admodum ualentibus
esset, dolore illi capitis uehementi in dextro potissimum tempore oborto, non expectans, dum
amicorum quispiam ad se veniret, sibi ipsi, nocte venam incidit. Itaque dolor illi protinus con-
quieuit, ceterum longo tempore tum decolor, tum viribus imbecillis, tum exilis mansit: aliq; cor-
pus eius delijt (Atrophian Græci uocant) sic, vt uix pristinum habitum receperit. Est porro hic
quoque duplex medicorum contra dolorem instantium ratio, altera, qua delicijs cubantium sub-
scribunt: altera ex artis ratione. Quippe, si licet agrum doloribus obnitentem ualentibus remedijs
vno die perfanari, qui tota neglecta curatione dolori tantum est intentus, non id ex artis ratione,
sed in agrotantis gratiam facit. At, si ex dolore vires resoluuntur, atque ex eo periculum impendet,
& miti-

A. lib. 3. f. 16. t. 1.
c. 1. fol. 189. b

A. lib. 3. f. 16. t. 1.
c. 7. fol. 189. c

Nota de Pleuri-
tide. V. 3.

† Græcus cod.
habet. ἡσίοζ-
αὐτοῦ. i. ca-
primum seuum,
sic et uetus in-
terpres: & si
verba præceden-
tia male trans-
ferat: Nā Gal.
4 de simpl. me-
dic. cap. 6. scri-
bit. seuum hirci-
ni acre multū.
& igneum esse.

A & mitigari dolor, & roborari vires debebunt: quod & morbo resistere, & curationis spatio sufficere
valeant. Equidem noui quosdam tum medicos, tum ægros, qui, dum animoli uideri uolebant, ob
id ipsum perierunt, q- fortiter ac uiriliter contra dolorem semper sunt renixi, nec, quod eum leni-
ret, quicq; ceperunt, sed in asperis & (ut ipsi interpretabantur) affectum delirantibus auxilijs per-
seuerarunt. **Quos sanè** spatio longiore curatos esse satius fuisset, q- breui uiriliter mori. Quidam autẽ
(vt sibi est uisus) generose dyntericos uehementissimo medicamento curans, multos uno sanauit
die, quosdam uero iugulauit. Erat namq; eius medicandi ratio eiusmodi. Capas id genus, qd' Graeci
Carton uocant, uno die comedendas cum pane dabat, tum potum parcum: postridie mane mur-
riam acerrimam per inferiora infundebat: secundum hanc etiam pharmacum ualidum. His igitur
tolerandis quicunque sufficere potuerunt, prorsus sunt sanati: aliqui uero cõuullione, & aut animæ
ex dolore defectu vnâ cum madore cutis oborto, interiire. Esto igitur terminus in agrotantibus,
quem non transibitis, qui ex arte generose contra morbum pugnat, vt tuto medicetur: ei uero, qd
dorem mitigat, ut vires custodiat. Vbi ultra pergitur, crudelis hominis officium facit, qui unâ cum
morbo vitam quoq; homini auferit: qui uero cubantis delicijs subscribit, eiusq; uoluptatem non sa-
nitatem pro meta gerendorum habet, adulatoris. **Committunt medici eiusmodi excessus cum in
B alijs quoq; remedijs generibus non paucis, tum uel maxime in ijs uocatis anodynis:** quæ ex pa-
paueris succo, uel alteri semine, uel mandragoræ radice, uel styrace, uel tali quopiam fiunt. Nam,
& qui agris gratificant, in eorum medicamentorũ usu modum excedunt: & qui in tempestiue im-
modicèq; sunt animoli, dum prorsus horum usum refugiunt, doloribus ægros iugulant. Ergo, ue-
luti in omni totius uitæ tum habitudine tum actione, ita hic quoq; consilium illud sapientis, q- Ne
quid nimis, dixit, complectemur, hñtes pro fine, quod tendamus, cubantis utilitatem. Quippe, si fas
est ijs remedijs, quæ morbum sanent, vtendo, quod optamus, efficere, abstinentum ab sopiētibus
medicamentis est, quæ uocant Anodyna. Sin ex uigilijs, & uiribus resoluendis, ad mortis discrimẽ
ager tendat, tum profectio tempestiue eiusmodi medicamentis utare, scilicet non ignarus corporis
habitum non nihil ex his lædendum: læsionem tñ, q- mortem, potius eligendam. Nam, si hæc admo-
dum magna non sit, saltè postea spatium longiore eam sarcire licebit: sin ita est immodica, vt nec proli-
xo spatio perfanari queat: at certe hanc ipsam eligendam potius remur, q- ut homo pereat. Hæc ni-
mirum persuasione ipse quoq; tamet si oium maxime ab usu grauius sopientium abhorrens, aliqui
tñ ea & colicis exhibeo, & ijs, qui uel oculorum, uel aurium, uel aliarum partium uehementissimo do-
lore cruciantur. Interim uero, & cum ager ex tenui destillatione, uigilijs, & uehementi tussi urget,
C pauxillum eiusmodi medicamenti ostero, facile noxam eius, si quis semel est usus, spatium emenda-
tum iri ratus. Porro distident inter se ipsa medicamenta. Quippe quæ plurimum sopientium in se
hñt, ea ad præsens quidem magis sunt efficacia, ceterum ualentem, & remedijs rebellem in agro-
tantis corpore frigiditatem relinquunt: quæ horum in se hñt minus, calfacientium uero sibi admi-
storum plurimum, ea, quanto sunt ad præsens minus efficacia, tanto in futurum minus sunt noxia.
Omnia tñ id genus magis sunt salubria, si post annum à compositione sumantur, ueluti quod ad
Philonem referunt auctorem: quod ad dolores sedandos sensum stupesciendo nullo minus est ce-
lebre. Sunt sanè & alia medicamenta non pauca ex seminibus confecta, græce Diaspermaton &
Trigona nominata, quæ, sicut ad torporem in præsens inducendum mitiora, ita in futurum sunt ta-
tiora: atq; hæc quoque omnia utilius annotina sumuntur. Philonis uero medicamen-
tum, et si duorum
trium ue, aut quatuor annorum sit, multo sanè est melius, sed nec in utile tñ sequētibus annis ad de-
cimum usq;. Quod, n. ultra inueterauit, tanto quidem est minus noxium, quanto est uetustius: cæ-
terum languidis est uiribus, coq; parum nauiter, cuius gratia paratum est, perficit. Ergo, sicuti ca-
uendus est, quoad fieri potest, eiusmodi medicamentorum usus, ita, si necessitas urget, nec admodum
nova sunt offerenda, q- frigida, quæ in his sunt, præuolentes vires adhuc habeant, nec ita antiqua, ut
D spem nostram frustrantur: sed, uti comprehensum est, tandiu dimittenda sunt, quoad uolentia reser-
gerantium, ab eorum, quæ calefaciunt, ut mitigetur. Et talium quidem medicamentorum usus, eo-
rum, qui aduersus symptoma pugnant, est proprius, potissimum ubi ex frigida causa dolor est ex-
citatus: ob sunt, n. talia plurimum toti affectui, ac curationi contumacem eum reddunt.

Inter Remedia, Quædam vnâ cum affectu, cui adhibentur, Quædam seorsum Sym-
ptomata curare.

CAP. 2.

At sanguinis missio, quæ scilicet vires non deijcit, symptoma spectantis medici, opus non est,
sed eius, qui totum affectum adimere studet. Ad eundem modum & balneum, & purgatio,
& fomenta calida, & uini potio. Quorum omnium Hippocrates in aphorismis vbi de oculis do-
lentibus loquitur, his uerbis meminit: Oculorum dolores meri potio, lauatio, fomentum calidum,
uenæ sectio, uel purgatio soluit. Hæc namque omnia, dum affectus sanant, unâ etiam cum ipsis do-
lores sedant. Eodem modo nutrimentum, (ut in superioribus est dictum) ubi in sicco & squallente
corpore, stomacho laborante exhibetur, dum affectum ipsum sanat, etiam syncope. prehendi
prohibet. At non ea, quæ ex redundantia frigidorum humorum incidit, siue exolutio, siue stomachi
syncope est: alimentum ceu medicamen desiderat: quanquam etiam in eiusmodi affectibus nõ
solum nutrimentum, sed etiam uini aliquid, non raro agrotanti dare cogimur, non vtique quod affe-
Septima Classis, kkkkkkk iij Etum

6. Aph. 31. Ex.
ord. 49.

* AP. vobis uari-
i. morbo.

Etum curemus, sed quod periculum in praesens depellamus. Quippe vacuatio potius, quam adiectio, est hoc genere laborantium curatio: licetque quotidie videre sic agrotantium plurimos, medicorum ignorantia perditos. De quibus agere nunc mihi tempestuum videtur.

De Curandis ijs, qui ex summa Crudorum succorum copia Febricitantes, Syncope facillime corripuntur. CAP. 3.

ERgo febricitare incipiunt non nulli, ubi maximam crudorum succorum copiam vna cum oris ventriculi (quod sane stomachum vocant) offensione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occasione congesserunt. His & praecordia inflata, & totum corpus ampliore mole, quam pro naturae modo, cernitur: tum color alius quidem ad albidius, quam pro naturali habitu, & inter cutem aqua laborantium magis simile, est mutatus: non nullis etiam ad nigrius, aut liuidius, quos quidem medici plumbei coloris appellant. Omnibus pulsus minores sunt, quam pro caloris ratione: praeterea obscuro omninoque inaequales: saepe ea inaequalitate, quam Systematicen Graeci vocant: semper vero ea, quae in uno est actu. Nulli talium sanguis mitti sine maximo dispendio solet, cum tamen vacuationem desiderent: verum nec sanguinis missionem, nec purgationem sustinent, utpote quos sine his syncope subito adortur. Quae nam igitur est ratio talibus medendi, qui, cum vacuari possunt, uacuantia praesidia non ferunt? Sane nullam aliam his idoneam vacuationem inueni, praeter eam, quae ex frictione paratur. Incipere vero in principio statim morbi oportet, ac primum a cruribus, superne deorsum, idque lente non admodum mollibus, sed asperditis mediocriter quid habentibus: debet enim radi ab his cutis, cum simul & calescit per eam & digerit agrotus postulet. Dehinc tota brachia, ab humeris usque, superne deorsum simili modo sunt fricanda. Vbi vero artus omnes abunde calere videbuntur: & metus fuerit, ne quis ex multitudine frictionis contusa iam carne, lassitudinis sensus ipsi superueniat: oleo relaxante vteris, quod genus est Sabinum: ab adstringente uero abstinebis, cuiusmodi Hispanum est, Histricumque, & quod una cum germinibus vel ex oliua adhuc immatura conficitur. Hyems uero si fuerit, nihilo deterius sit, si ad digerendum aliquod traseris, cuiusmodi Sicyonium est, aut quod cum chamamelo componitur, & quod apud Aegyptios est in pretio. Quod si horum copia non sit, oportebit accepto relaxantium oleorum aliquo, & in quo nulla sit adstrictio, potissimumque quod est antiquius, immittere ipsi anethi, quod uidebitur satis. Mox, (ut ipsi solemus) ubi in vase duplici tantisper calefeceris, dum mediocriter qualitate herba imbiberit, yngere hoc artus, & fricare tunc quoque plurimum debetis: postea oleum, quoniam tardum afferat, detergere: atque ad spinam dorli transire, hancque totam pariter fricare, primum sicca frictione, post oleo. Ab hac rursus ad crura te cōferes, & ab his ad brachia, exin denuo ad spinam, G ita totum agens diem in domo purae lucis, nec madente: esto eius domus & calor media temperie. Sane nulla, in qua coctum hyssopum fuit, his est aptissima. Seruandumque, ne uel cibum, vel forbitionem, vel aquam exhibeas, vel omnino liberaliter bibere sinas, nisi nulla tribus primis diebus duntaxat uti, ipse, quas dixi, partes ordine fricans, eoque solum tempore intermittens, quo somnus hominem occupauerit: ad quem etiam alliciedum, & frictio vberior facit: itaque uel hoc nomine utile praesidium fuerit, nedom quod vacuet. At ueronec uberior somnus his est salutaris, cum nec crudos succos digerit sinat, & viscera grauiora reddat: sed, si quis alius affectus est, qui somnum & vigilias modicas desideret, hic profecto in his est. Quippe somnus concoquit, vigiliae digerunt: quorum utroque est opus ijs, qui ex multitudine crudorum succorum agrotant. Ergo inuicem mediocriter adhibiti, iuuare se mutuo utiliter poterunt. Atque, si pulsus his paruus admodum infirmusque sit, aut etiam supra haec uehementer inaequalis, scire licet extremum periculum esse: faciendae tamen nobis, quae retuli, sunt, nec aliud quicquam molendum. Sin pulsus robore mediocri sit ac magnitudine, praeterea minime intercisus, & aequalis, considera, quae ad aluum spectant: ac, si sua sponte commode non deiciat, audacter per inferius aliquid infundes. Accidit namque post aquam nullam, ut, quae in primis uenis, quae, circa iecur & mesenterium sunt, colligi superuacua solent, hac commode deiciantur. Quod si maior iusto superfluorum impetus ad aluum citetur, principio quidem percoquere nullam amplius oportebit: ea namque, sicut minus aluum subducit, ita magis nutrit: Contra cruda ut minus nutrit, sic magis subducit. Post haec, si superuacua largius descendunt, ne sic quidem listenda, sed exhibendus pro aqua nulla pitissanae cremor est. Si uero fluere pergant, alicui forbitione nutries, pulsuum interim ratione obseruata: aliquando enim subito ad imbecillitatem, uel inaequalitatem, uel paruitatem mutantur. Quo tempore panem ex uino diluto exhibere conueniet, utique, si nec ventriculus, nec iecur, phlegmone labore: quando, si hac infestetur iam corpore crudis succis referto, plane desperata salus agro est, pulsibus sic mutatis. Ergo in eiusmodi agri casu te ipsum a culpa immunem praestabis, si moriturum praedixeris, ac nullo generosiore medicamento usus fueris. Quibus uero spes est salutis (est autem omnibus, qui ita citra phlegmonem agrotant) maximum medico, qui utique ipsos in principio suscepit, videtur mihi dedecus esse, si in syncope inciderint: quaequam per incitiam medicorum quotidie id fieri cernitur. Verum non est, quod hos spectemus, aut cum his nosmet conferamus, sed cum eo, qui, cum re ueraperitus in arte sit, sedum putet agrum sanimo extemplo linqui, & ipso nec symptoma praedicente, nec ad id preparato, aut idem prohibente. Sane dictum a me etiam in superioribus est, qui cataplasmatis

† υ δ α λ ε ο / ρ ο υ . i . a q u o l i u s

α μ ω π τ τ ο θ α ι

* Libro superiore uerit sit des.

* εν διαδοχη

* α β λ π τ τ ε ς

† Syncope exte plo deprehēdi. Inter syncope aut & ijs, poplychia dicitur est, ut inferius patebit ca. 5.

A. li. 3. f. 1. t. 1. c. 8. fol. 28. d.

A. li. 4. f. 1. t. 1. c. 52. fol. 42. d.

A. li. 4. f. 1. t. 1. c. 30. fol. 41. d.

A. li. 4. f. 1. t. 1. c. 55. f. 42. d.

Apasmatis & perfusionibus assidue praecordia vexant, ipsos in eiusmodi affectibus phlegmonas accersere. Minime igitur est his utendum prius, quam superuacua magna ex parte partim vacuata sint, partim concoctata: tum uero etiam his vtaris, licet, non tamen duntaxat relaxans, sed ex absinthio mediocriter perfundens: si tamen febris non plane sit magna. Si uero medicanti tibi tres primos dies, ut dictum est, nihil occurrat incommodum, isdem ipsis uteris usque ad septimum, aqua duntaxat mulla, in qua incoctum hyssopum sit, contentus: si quidem longissimam, qui ita sunt affecti, cibi abstinentiam ferunt, corpore scilicet ex crudis ipsis, quos continet, succis concoquendis alto. Quod si non modo crudi succi sint, sed etiam eo corruptionis peruenierint, ut concoqui ad perfectionem non queant, qui sic agrotant, eorum desperata est salus. Sed qui, si nullus praesertim committatur error, seruari possunt, si aqua solum mulla ad septimum usque sunt nutriti: aut, si cibi id res exigat, vel aluo fluente, vel agro mulla fastidiente, ad pitissanae cremorem est transeundum. Sin hunc quoque auersec, alica ad eundem, quo pitissana, modum ei praeparabitur: neque enim ijs, qui ita sunt affecti, acetum incommodum est immo, si cibi crudos affatim succos esse animaduertes, oxymeli pro mulla exhibere assidue debebis. Quod si huius assidui usus tadio esse coeperit, transire inuicem ad mullam & pitissanam conueniet: dein rursus ad oxymeli reuerti. Maxime uero, quibus tum paruus, tum tardus ac rarus pulsus est, ijs frigidus subesse succos putandum. Isdem, protinus & color uitiatu in toto corpore manifeste cernitur: qualis nimirum prius est traditus. Sed fieri fortasse, quod dictum est, non posse cuiuspiam uideatur, cum nulli febricitantium aut tardior, aut rarior pulsus fiat. Caeterum duplici ratione uerum esse, quod dictum est, comperietur: una, quod euidenter in accessionibus appareat & tardiores & rariore, quam pro naturali ipsorum habitu, pulsus fieri: altera, quod & reliquis praeter accessionem temporibus, horum arteriae tum rariore, tum tardius, quam aliorum quorumuis qualitercunque febricitantium, pulsant. Ergo, si aestas sit, & aeger frigidae potioni assuctus, frigidum huic oxymeli dabis: sin hyems sit, omnibus calidum, tum ijs, qui calidae, tum ijs qui frigidae infueuerunt, offeres: acque ut, si immodicus aestatis tempore aestus sit, etiam ijs, qui calidae affucti sunt, frigidum, utique si nullum sit ijs viscus ad iniuriam opportunum. Sane propositis aduersissima sunt tum balneum, tum aer ambiens, quoties uel nimium calidus est, uel frigidus. Itaque, ut lauandi hi non sunt, sic & reclinandi in domo sunt, aestate quidem, quae frigeat: hyeme, quae caleat. Laeduntur namque non parum ab utroque excessu, uidelicet in balneo, aestate, & omni caloris incremento, crudis humoribus liquatis, ac per omnes corporis partes fluentibus ita, ut metuendum sit, ne ad pulmones & cor ferantur: aliquando etiam ne ad cerebrum subeant: cum longe praestet, ut circa iecur & primas uenas adhuc ipsi subsistant. In domo uero immodice frigida, & hyeme, & denique ambiente frigido, succi, qui crudi sunt, & inepti ad concoquendum manent: & iecinoris obstructions, si leues sunt, augent: si nulla sunt, eas crassitudine sua haerentes in partibusque creant. Atque haec quidem agenda sunt, ubi a primo die ipse curacionem susceperis. Si autem ad eos, quos syncope iam premit, sis accitus, si ea, quae retuli, loca phlegmone vacent, panem exhibebis non multum, huncque ex uino aliquo, quod celerem in corpus digestionem adiuuet: statimque ad frictions uenies: quas etiam pro tradito iam modo administrabis. Ac, si quidem aestas sit, & regio naturaliter calens & aestuans, aut status coeli uehementer calidus, cum frigida uinum dabis: si nihil eiusmodi sit, cum calida. Quae tamen secundo & tertio dabitur potio, omnino calidam exhibendam curabis. Quippe ad uniuersam eam curacionem, cuius gratia frictions adhibuimus, calidum praestat, utpote crudorum succorum concoctionem adiuuans.

De Curanda Syncope, quae oritur ex Flaua bile: ac de natura Vinorum, quae Curandis Syncope conueniunt. CAP. 4.

AT, quibus ex flaua bili, quae os ventriculi infestet, syncope incidit, ijs frigida exhibenda potio est. Vinum tamen, quod & calidum natura sit, & deductionem in corpus promoueat, omnibus, quos syncope male habet, offerre conueniet: distribuendum namque per corpus nutrimentum, quod sumptum est, non in ventre manere volumus. Constat autem ex uinis ea deligenda esse, quae & flauo sint colore, & substantia tenui, & aetate uetera: talia nimirum & boni odoris continuo fuerint. Quin etiam ipse, si paululum, ubi mista sint, gustes, senties calorem per totum corpus transmitti. Caeterum amara praetestate uina ne sunt, praesertim quae ijs exhibebis, quorum stomachus flaua bili vrgetur. Talia namque simul laudabilem ac nutrientem uini succum iam amiserunt: simul, iniucunda cum sint, hoc ipso stomachum offendunt. Commodissima igitur his uina sunt, quae, cum naturaliter austera sint, sensilem iam adstringendi vim propter uetustatem non amplius exhibent, calorem tamen admodum euidentem habent. Omnia enim, quae requirimus, in ijs, quorum stomachus amara bili uexatur, efficiunt, cum & iucunde sumantur: & tum ad concoctionem, tum ad digestionem in corpus, etiam faciunt: & succi uitium mitigent: & corporis habitum excalescant: & stomachum ipsum firment. Huiusce generis uinorum optima sunt Surrentinum, Signinum, Sabinum, Tiburtinum, Marsum, omnia quidem Italica, & adstringentia, non tamen pari modo omnia. Nam Surrentinum, cum mediocriter adstringat, tum calidius caeteris, tum iucundius est. Ab hoc nobile Tiburtinum: est enim & aliud quoddam imbecillum Tiburtinum, quod etiam, sicut Sabinum, leuiter potest adstringere. Signinum uero austrius est: sicut etiam Signino multo Septima Classis, k k k k k k iij magis

A. li. 3. f. 16. t. 2. c. 8. fol. 28. a.

magis Marsum. Hæc omnia vina stomacho, qui amara uexatur bili, salubria sunt. Ideo que illis E utendum, quoties is uel ex ardentis febris offensus syncopen attulerit, uel aliis multa in eum bilis fluxerit, uel multam imberit. Quibus tamen ex crudis humoribus syncopes periculum imminet, sanè Falernum tanto iam memoratis præstat, quanto tum melioris est succi, tum etiam calidius: utpote quod & uelocius illis per corpus digeretur, & crudis succis concoquendis auxilio erit. Quæ cum dictorum singula, aliud magis, aliud minus, faciunt omnia, tamen Falerna magis stomachum roborant. At, quoniam ipsorum Falernorum aliud dulce admodum est, quod Faustianum vocat: aliud, si cum hoc conferas, austerum: si cum Signino & Marso, dulce: deligendum ad talia secundum est. Si uero cubans per sanitatem dulcibus uinis insueuit, huic nihil prohibet dulcius Falernum exhibere. Verum in Asia, & Græcia, & nationibus, quæ his sunt vicina, ubi copia iam dictorum uinorum aliquando non est, ex ijs, quæ illæ regiones suppeditant, aptissima ad digestionem in corpus sunt Ariulium & Lesbium: hoc quidem, ueluti ex ipso nomine patet, in Lesbo natum: Ariulium locis quibusdam in Chio prouenit. Cum uero tria sint in Lesbo oppida, minus certe tum odorum tum dulce in Mitylene gignitur: magis & odoratum & dulce in Ereffe, dein in Methymna. Porro sumenda ex his, quæ aparachya sunt, ita enim nominant ea, quibus marina aqua admixta non est, raris maximum futurum incommodum ex ijs, quibus est admixta. Alioquin nec assolent in Lesbo nobilibus uinis, de quibus nunc agitur, marinam aquam immittere: ueluti nec Ariulium in Chio. Prouenit & in Hellepontis Mylia uinum Surrentino non ab simile: Mylinum per eminentiam uocant. Hæc omnia uina flaua & odora sunt, & consistentia, quæ inter aquosa crassa sit media. Aquosa porro consistentia sunt Adrianum, & Sabinum, & Albanum, & Gaurianum, & Thuscum, & Neapolitanum Aminæum quod scilicet in locis Neapoli uicinis gignitur, unde etiam ita id nominant: in Asia uero & Tibecinum, & Titaczenum, & tertium ab ijs Arsyinum. Contra uero crassa sunt, ueluti Siraon, id est sapa, quod apud nos hepsema nominant, & Scybellites, & Thæreum, & Albates in Asia uero Ægeates, & Perperinum. Ergo, quibus ex abundantia crudorum humorum syncope incidit, ijs crassa uina ceu noxia, aquosa ceu parum efficacia, sunt fugienda: deligenda uero eorum sunt media, quæque, ut prædictum est, flaua sunt & calida. Neque enim inuenias ex albo uinorum genere calidum ullum: quando etiam austera, & mediocriter alba, cum inueterauerint, fuluora quodammodo reddantur: quod si aliter nominare fuluum colorem uelis, licet, uoces igneum pallens. Quotquot autem in ijs calidissima sunt, omnia certe flaua sunt: cuiusmodi in Italia est Cæcubum. Quod etiam unum quoddam genus eiusmodi uinorum ab initio, sicut aliqui putant, non est, uerum ex uetustate eo peruenit, ut igneum colorem contrahat, unde ipsum quoque nomen est sortitum: non tamen eo omnia perueniunt, cum prius crassentur, quam in perlucido flauorem accipiant. Reliquorum uini generum, austerorum, quæ mediocriter alba crassa sunt, certe nullum ad digestionem in corpus est idoneum: si tamen abunde inueterauerint, nec aliorum copia sit, ut illis licebit: sunt uero eiusmodi omnia, cum inueterauerint, stomacho uilia. Quod uero habeas horum quoque exemplum, tum eius, quod ex Nicomedia affertur, memineris, uelim, quod omnibus hominibus est notum: tum Siculi Aminæi, quod in magnis reponitur fictilibus: quod enim in paruis seruat lagunculis, maxime huic est contrarium, cum & malum stomacho sit, & capitis dolorem excitet. Ac semper quidem est id agendum, ut optimum eligas: si id non est, quod illi pro iam comprehensis notis est quam simillimum. Aptissima nanque ad deductionem in corpus sunt Ariulium, & Lesbium: sed, si ea desint, simus que in Asia, aut Aphrodisiense petemus, aut austerum Tmoliten, aut aliquod his similius, quod & colore sit fuluum, & ilico, cum bibitur, manifeste exalfaciat. Considerandum uero ante omnia est, qualis nam agrotantis natura sit. Nam, si imbecillum illi caput est, & quod facile calidis uinis impleatur, quæ minus calida sint, potius sunt offerenda: si in firmo admodum capite est, & talibus uinis delectatur, aut etiam citra noxam ea ferre est solitus, haud timide his utetur. Porro uina, quæ odora fuluæque sunt, quantum ex ipsorum est natura, omnia caput grauant: eo que tum Falernum, tum Tmolites, tum Lesbium, infirmo capiti noxia sunt. Qualis autem in Falernis tradita nobis differentia est, talis profecto & in Tmolitis habetur: alterum enim admodum est dulce: alterum austerum, si cum illo conferatur: calida tamen admodum ambo sunt, eo que caput grauantia. Austera uina uentriculum roborant, caputque inter omnia uina minime tentant: ceterum digestionem in corpus non promouent: quo magis fugienda tibi in syncope prehensis sunt non secus, quæ aqua. Habile uero ad facilem in corpus deductionem, & Hippodamantium, cum inueterauit, est, ipsum quoque ex ea specie, cuius tum dulce Falernum est, tum uero Tmolites: inest huic & adstrictio manifesta, quæ tamen in neutro illorum est, itaque etiam salubrius stomacho est. In penuria uero uini, quod accommodum utriusque syncopæ sit, ei inquam, quæ ex multitudine crudi succi oritur, & ei, quæ ex bili incidit, coactus prius uino uti, fugere (ut prædiximus) oportebit omnia tum austera, tum noua, itemque crassa: deligere uero aquosa, magisque si sint antiqua: talia nanque, tamen non valenter exalfaciunt, tamen facile in omne corpus deducuntur. Proinde, cum celeritas digestionis in corpus sit his cum fuluis communis, differentia rursus in his erit, quæ concoctioni, quæ uel in uentriculo, uel uenis agitur, fulua magis conducunt propterea, quæ magis exalfaciunt: præterea mistibilia sunt & nutrientia, eo que ad succi boni.

Hæc erant in cod. grecis.

AP Mysum. & calida.

ἐπι κεραινοδι, aliter ἐπι κραινοδι.

Ac si bonitatem opportuna uilia ue. Quorum omnium nihil in aquosis uinis est, minimum enim ex horum substantia in sanguinis mutatur speciem. Sed, cum fulua caput feriant, quæ aquosiora sunt, nusquam id contristant: uinas autem præter cætera uina mouent. A quibus secundum locum obtinent, quæcunque fuluorum maxime sunt tenuia: quæ et ad syncopas potissimum sunt deligenda. Tardius his deducitur in corpus, quæ fulua sunt, & crassa: quæque ea quoque austeris omnibus magis sunt pe netrabilia. At uero nutriunt hæc magis, quæ tenuia, ac uitiolosos succos omnium uinorum celerime, bono sanguine generando, corrigunt. Ergo institutum sermonem de uero repetamus.

De Affectibus tum in Spiritu, tum in Partibus corporis, quibus uires laeduntur, & syncope exoritur, remouendis.

CAP. 5.

All. 3. fit. t. 2. c. 6. fol. 279. h

Quod syncope præceptum uirium lapsus sit, id ab alijs ante me dictum est. Sed, cum, essentia uirium, quibus regitur corpus, tum in spiritu, tum in solidorum corporum temperamento consistat, hæc nobis, & ubi integra sunt, seruari: & ubi corrumpuntur, ad integrum reuocari omnino debent. Ac, quemadmodum tueri ea per sanitatem conueniat, in opere de tuenda sanitate est præceptum. Quemadmodum uero & in morbis, traditum iam aliquatenus & in præcedentibus commentarijs est. Non tamen adhuc res tota ad talem, qualem exigit, contemplationem est perducta: nec talem methodum habuit, qualem priora. Quod igitur deest, id nunc adijciamus. Spiritus substantia uia cum solidis corporibus sic nobis custodienda in morbis sunt, ut tum qualitate, tum quantitate, quoad fieri licet, naturaliter se habeant. Ac, si quidem sic prospici his posset, ut nec substantiæ eorum quicquam aut uacuaretur, aut prorsus immutaretur, id esset optimum: sed, quoniam in commentarijs de sanitate tuenda ostendimus fieri non posse, ut id generabili corpori inquam contingat, id agendum est, ut, quæ substantiæ portio defluit, hanc apponendo sarciamus: quod altera scit, in debitam temperiem per contrariam alterationem vindicemus. Si igitur tum uacuatio, tum alteratio sensim paulatim que fiat, etiam correctio utriusque sensim administrabitur: quod munus ad artem sanitatis tuendæ spectare est monstratum. Sin confertim & semel ac magna aliquando uacuatio, uel etiam adiectio incidat, & morbus ita efficiatur, & medendi methodum ad eorum sanationem requiramus. Ueluti enim mutationem in non naturalem habitum, quæ sensim paulatimque irrepit, corrigere, sanitatis tuendæ artis sunt partes, ita eam, quæ multa simul irruit, sarcire, ad medendi peritiam spectat. Ergo animalis spiritus cerebrum ueluti fontem esse, clare ostendimus: qui partim ex inspirando, partim ex eo, quod reticularis plexus suppeditat, irrigatur atque alitur. Vitalis spiritus non æque euidentis demonstratio erat: sed tamen in corde eum & arterijs contineri existimare, alienum à ratione non est: eundem que nutritum maxime quidem ex respiratione, sed tamen & ex sanguine. Quod si naturalis quoque aliquis spiritus est, utique is quoque in iecinore & uenis continetur. Sanè dictum fuisse de uirium essentia est in libris, quos de Hippocratis & Platonis placitis scripsimus. Solidorum uero corporum substantia certa esse quantitate proculdubio desiderat: eo que nutrita mortale genus tuentur. Sed nihil secius & elementa, ex quibus componitur, mediocri esse temperie requirit: dictum que subinde est, quemadmodum temperies ea sit tuenda. Cæterum, uirium lapsus, de quo nunc agere institui, qui quidem solidorum corporum substantiæ digerendæ succedit, in longissimis morbis subinde incidit, animante ex frequentia atrophia, id est nutriendi defectu, extenuato: præterea in ijs febribus acutis, quæ corpus liquant: qui uero ex substantiæ temperie mutata, prouenit, cum uel immodice ipsa fuerint calefacta, uel frigefacta, uel madefacta, uel liccata, aut horum aliquibus copulatis affecta. Alteratio uero in spiritu, tum ex uitiolis prouenit succis: tum ex ambientis aeris malitia, qui alias alia de causa in hanc est mutatus: præterea uenenatis facultatibus, aut animalium, quæ uires eieciunt, uenenis. Verum hæc à præsentis instituto seponantur. Ipsi uero essentia spiritus corruptio, & quæ futura timetur, & quæ iam adest, quæ tum ex affectu animi incidit, tum ingenti dolore, tum pluribus motibus, cuius generis & uigiliæ sunt, tum ex immodica eius tenuitate, & contentum eum corporum raritudine, tum uero ante hæc omnia ex ipso respiratu prohibito, & nutrimenti defectu, diligentius corrigi profecto postulat. Sunt porro affectus animi, timor subitus & uehemens, quem Ecplexin Græci uocant: præterea, quæ contraria huic timori est, uoluptas maxima, Græci Perichærean uocant, quasi excessum gaudij dixeris. Scimus enim amborum occasione perijisse quosdam. Iam reliqui quoque magni tumores omnes, & cum his maximæ uoluptates, et si non iugulant, at certe facile resoluibilem infirmumque spiritum reddunt. Tristitia uero, & anxietates, & ira, & cura, eo genere sunt noxiæ, quo frequentes uigiliæ, quoniam uires resoluunt. Ac in ijs quidem omnibus ipsa per se ipsam mouetur anima, in corporalibus autem actionibus ipsa corpus mouet: resoluuntur autem eius robur utroque motuum suorum genere, si modum excedant. De laboribus uero quid attinet dicere, quo pacto & uehementius aucti quosdam iugularint, & omnes certe læserint, tamen non sustulerunt: In omnibus eiusmodi casibus manifeste uidentur agrotantes, tum animo linqui, tum uiribus resoluti: non nulli uero (ut dictum est) etiam mori, scilicet alias spiritu ipso deperditio, alias alterato, aliquando ex parte digesto, non raro hæc utraque perpeffo. Tractatum autem fufius de his est cum in alijs libris, tum uero in ijs, quos de Hippocratis & Platonis dogmatis prodidimus. Ad rem uero propositam, modum, quo singula lædere sunt

† Adduntur quidam hoc in loco et in grecis cod. & in translatione ueteri, dicitur uero et in præfati. ea uero uerba Zi nacer uidetur consilio omni-ssse. * euvod. l. vi.

† præterea in acutis, per febres colligantur.

* prædictis, est in plerisque cod. grecis, ἡυξη uel ἡυξη, i. animalibus est in alijs quibus.

A. ibidem.

re sunt nata, disquirere necesse non est, immo, quod laedunt, ab ipsa euidencia accipere, ac eo ad vires E
 tuendas in morbis salubriter vti. **Pari modo,** & si spirituum, qui nostrum corpus regunt, substantia
 aliquam plus iusto extenuata fuerit, utroque profecto modo imbecilla fuerit, & tanquam temperie altera-
 ta, & tanquam dissipabilis, vel exhalabilis, vel, quocumque modo libet appellasse, reddita. Eadem nimi-
 rum ratione, & si totum corpus transmutatum in immodicam raritudinem sit, facile spirituum sub-
 stantia digeretur: quod & ipsa tenuium partium sit, & corpus eam non contineat. Ergo nec rarefacien-
 dum immodice agrotantis corpus est, si spirituum retineri in ipso studeas: sed nec, quae in eo sunt, per
 comesta & bibita valenter extenuanda. Iam vero, quod ipsorum quoque ciborum ac portionum non le-
 uis habenda sit cura ad robur virium tuendum, ut videlicet tum quantitate modici, tum qualitate
 exacti exquisiti quae sint, id neminem latere arbitror: Sicut illud profecto cuique perspicuum, quod etiam
 substantiae, quam inspiramus, habenda sit cura, ut scilicet tum optima temperie sit: tum ab omni
 inquinamento purissima, nec aliquid ex metallis, aut caminis, aut barathris libi admisceat: aut ali-
 quid ex putredine leguminum, vel olerum, vel animalium, vel cuiuscumque rei contrahat: aut halitus
 ex stagnis, vel paludibus, vel fluuio recipiat. His itaque omnibus prospiciat, oportet, qui vires illas fas tue-
 ri volet. Ad haec etiam ipsorum corporum solidorum, in quibus utique vel maxime consistere virium
 substantia videtur, non parua habenda prouidentia est, ut si sano temperamento sint: atque hoc qui-
 dem omnium partium commune modum est. **Ad robur autem virtutis conseruandum,** & ad synco-
 palem accessionem, quod minus de repente incidat, cauendam, singulare praesidium est temperamē-
 ti custodia, ante omnia quidem trium principiorum: mox vero reliquarum partium, quaecumque
 in consortium affectus, principia secum ex facili trahunt: cuiusmodi est ventriculi os, quod propter
 exquisitum sensum tum alia symptomata non pauca, tum vero syncopas accerit. Porro memorat-
 us iam crudorum humorum affectus, si & copia sua hi vires premant, & propter tum multitudinem tum
 crassitudinem exiguo aialis meatus obstruant, iam multis noibus exitialis est, ac syncope opportu-
 nos reddit nempe & quod animal sub eo non nutriatur, & suffocetur, & quod mediocritas temperamenti
 eius non solum alteretur, sed et corrumpatur. **Quippe crudi succi nutrire prius,** quam sint concocti, nequeunt:
 idem quae, cum multi sunt, grauant: si vero spiramenta, quibus perspiratio agitur, obstruant, calorem
 extinguunt: quod si nec obstruant, nec onerent, syncopen si certe non inferunt, sed animi deliquia,
 quas Leprosychias Graeci vocant, liquidem resoluuntur: eiusmodi agrotantes, nisi frequentius nu-
 triantur. Porro exhiberi his oportebit non copiose semel, nec quae crassa frigidaue potestate nutri-
 menta sint, sed, sicut dictum prius est, quae ex genere extenuantium calfacientium quae sint. Ad eundem
 modum & medicamenta, quaecumque saltem medicamenta sumere febricitans homo potest, extenuan-
 tia calefacientia quae sunt offerenda. His & aquosum vinum idoneum ab initio statim est, si tum vehe-
 menter non febricitent: quod haud sane frequenter in hoc affectu fieri solet: magis est, si, qui labo-
 rant, senes sint, praebendum iis post quaeque cibationem vinum est, magisque est, si interposita quietis spatia
 mediocritas sint. Sane, qui ex eiusmodi succis laborant, hos quotidie accessiones exercet, praecipue quae
 ad vesperam, & noctu, non mane, nec usque ad meridiem. Atque de his quidem haecenus abunde.

*De curanda Syncope in iis, qui tenuissimos succos, & qui facillime
 exhalant, obtinent.*

CAP. 6.

Age modo transeamus ad eos, qui contrario quidem huic laborant affectu, sed tamen syncope
 similiter opprimuntur, nisi quis sedulo sit attentus. **Hi sunt,** qui praetenuis succos habent sic,
 ut occyissime exhalent. Itaque etiam diuersa a iam dictis ratione sunt curandi. Illos namque paulatim
 & assidue vacuauimus propterea, quod multam simul uacuationem ferre non poterant, qui sic se
 habent, hos paulatim & assidue nutriemus. Quod si a principio hos viribus adhuc valentibus, cu-
 randos susceperimus, nec paulatim eos cibabimus: possunt namque iis, vel quod liberius semel datū
 est, nutrimentum superare. **Tanquam autem eos,** qui ex crudi humoris multitudine syncope pericli-
 tantur, prorsus periclitari diximus, si vel iecur his vel ventriculum phlegmone obsedit, **idem de**
 quibus nunc agere instituimus, in sanabiles sunt existimandi, si viribus iam languentibus aliquod
 eorum viscus phlegmone infestetur: quando nec assidue hos nutrire fas est, sed tantum in remis-
 sionibus, nec seruare eos, si non nutriantur, licet. In eiusmodi affectibus mortifera illa species in fa-
 cie celeriter apparet. **Nasus acutus, oculi caui, & reliqua,** quae deinceps sunt adscripta. Nam, siue
 multum excernant, siue vigilant, siue tristentur, siue non cito nutriantur, protinus eiusmodi faciem
 habent. **Porro,** si alicuius horum, aut etiam plurium occasione tales esse videbuntur, minus esse
 malum putabis, quam si absque his essent emaciati. **sin absque his tales appareant,** permitiosum iudica-
 bis: atque hoc amplius, si a principio morbi eam habeant speciem, neque enim, dum concoquatur, suf-
 ficient. Atque ob id Hippocrates dixit, si quid eiusmodi consenserit, minus subesse periculi putandū.
 In morbi namque principio (ut praedixi) etiam si cum aliquo diciturum in eo sint statu, haud quaquam
 id bonum est: ceterum minus id periculi minatur, quam si cum horum nullo, immo ex spiritu ipso
 prompte digesto. Non solum autem extenuatis ad eum modum spiritu horum & sanguine, dige-
 stio saepe incidere assuevit, sed etiam expultrice vi per vniuersam corporis molem immoderatus
 cocitata. Id quod incidere maxime ex imbecillitate retentricis solet. Sane nutrire, quicquid horum
 incidit, est necesse: sicut etiam corporis summa densare non secus, quam priorum rarefacere. Cum enim
 maxime

* διαφορ-
 οσα.
 * διαθε-
 σεις.
 1 Prog. 8. 4.
 191. 6

A. li. 4. f. 1. t. 2.
 c. 3. fol. 427. a

A maxime si affectus inter se diffideant, etiam praesidiorum speciem diuersissimam requirunt. Ergo fri-
 gidum iis aerem adstringentemque comparabimus: qui, quemadmodum fiat, prius est dictum. **Vn-**
gendi praeterea sunt adstrictioris vnguentis. Tum cibi iis dandi, qui non admodum prompte dif-
 fluant, non aqua mulla, non pultanae cremor, sed panis, & sorbitio ex alica, & fructus austeri, & qui
 non facile corrumpatur, tum ipsi per se, tum vero & cum pane: et alica, quae in aqua sit cocta. Dabis
 vero aliquando iis & oua, praecipueque eorum vitellos, album enim eorum agre concoquitur: praeterea
 gallinaceorum, qui lacte sint alii, testiculos: itemque suillum cerebrum, sed vel diligenter assum,
 (quando, si cruentum detur, summopere laedit) vel in albo iure legitime elixum, porro & anetho
 iniectis. Denique omni ratione agendum, ut & succorum materiam crassiorem reddas, & cutim den-
 ses, & exhalationem inhibeas. **Vinum vero iis aquosum necessarium** est inter initia est, sumptum
 post cibum. Quod si ex sententia nobis omnia responderint, etiam carni iis aliquid nutrimenti
 post alia dabimus, potissimum post quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui, id quae ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera non
 exhibito illi cibo, accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. **Ergo in omnibus eiusmodi cu-**
rationibus, si iam deprehenlis syncope cubans est, omnis sollicitudo medentis ad symptoma verti-
 tur: sin non dum ea premitur, utriusque quartum diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad conco-
 ctionem venientibus. **Tali affectu laborantis iuuenis,** in decimo libro meminimus, quem (ut dixi)
 quotidie nutriui,

menter excafcit, aut refrigerat, diuifionem aliquam continui efficiat, longiore fortaffe difputa- tione eget: & vtiq; hoc oftentum a nobis eft in commentarijs de fimplicium medicamentorum facultatibus. Verum quid agendo, quæ vehementer vel excafciant vel refrigerant, dolorem inferant, quærere, ad rem propofitam minime eft neceffe: fiue enim vt fubftantiæ fenfibilem continuitatem diuidentia, fiue vt eam femel & confertim alterantia, id ad eorum inuentionem, quæ dolorem leuabunt, nihil refert, modo fciamus, quod violenter vel excafcit vel refrigerat; id fentientia corpora dolore afficere. Ergo, fi cepiffet ab euidentibus conueniet: euidenter autem videntur, eorum, quæ corporibus noftris propinquant, hæc fola effe dolorifica, & quæ vehementer vel excafciant vel refrigerent, & quæ fubftantiæ continuitatem diuidant, hæc autem funt, quæ vel contundunt, vel incidunt, vel diftendunt: vtiq; curationis eorum inuentionem quæremus via aliqua infiftentes, quæ a quærendorum natura fit accepta, quæ methodos appellatur. Rurſus igitur fupra repetentes dicemus, Quoniam id quærimus, quemadmodum in morbis dolore affligamur, vbi nihil nobis extrinſecus triſte appropinquat, neceffum eft, aliquam talem cauſam in corpore quæramus, quæ fcilicet vehementer excafcians, vel refrigerans, vel diuidens fubftantiam fenſilis alicuius corporis, nos ex cruciet. Ac primum illud ſpeculabimur, cuius nam effe naturæ debeat, quod continuitatem diuidet. Neceffe igitur eft vel ruptionem, vel contuſionem, vel Eroſionem, effe affectum eum, qui diuifionem continui faciat. At verò ruptio ex diftentione quadam: contuſio ex grauate: eroſio ex mordente prouenit qualitate. Ergo, cum nihil extrinſecus fit, quod vel diftendat, vel grauet, vel erodat, fed ex fe ipſo horum aliquod corpus ſentiat, neminem latere poteſt, diftentionem ab aliqua intrinſecus ſubſtantia, quæ multitudine ſua corpus ſe continens diftendat, aut immodica ſiccitate, prouenire: contuſionem ex eo, quod aliquod corpus ab externo ſuperceiderit, quod vel durum, vel magnum, vel graue, vel ſimul ambo fuit: eroſionem verò ex ſucco aliquo, cui mordens natura inſit. Igitur, vbi vehemens dolor vrget, ſcrutandum nobis eſt, an ſuccus plurimus, an ſpiritus cui non lit exitus, an mordens humor, an ſiccus affectus ſublit: ad hæc, veluti inter initia eſt definitum, an aliquid, quod valenter excafciat, vel refrigeret. Quorum ipſorum quoque ruſum cauſæ vel in ſpiritu, vel in humoribus, vel in ſolidis ipſis ſunt ſtatuendæ: quicquid enim eorum vehementer excafcatum refrigeratum ue ſit, quando, quod vicinum eſt, tangit, dolorificum illi redditur. Igitur, quemadmodum ſingula, quæ comprehendimus, agnoſci poſſunt: tum verò quod non omnium habcamus manifeſtas notas: quod que, ſi aliud quicquam, etiam cauſarum & affectuum, quæ ſenſum fugiunt, agnitiõ ex multa exercitatione, & curioſa omnium perpenſione nobis tandem pariatur: alibi monſtratum eſt. G Nunc verò id conſiderare propoſitum nobis non eſt, immo ſolam ipſam medendi methodum perſequi. Ex qua ſcienter perſpecta quantum auxilium compendiumq; medicis non ad præſidorum modo curationum que facultatem, ſed etiam ad affectus aliquando agnitionem comparatur, ſæpe vobis in ipſis ægrotantibus manifeſte oftendi: quorum iam duos tres ue, qui haud pridem ſunt ſanati, referam. Vnus enim, vt ſcis, quadragenarius erat: qui cum colo laborare putaretur, non modo nihil eſt a fomentis tum humidis tum ſiccis leuatus, ſed nec cataplaſmatis, nec clyſteribus, quibus ſcilicet publice uti in eiufmodi affectibus ſolent, verum etiam a plurimis eorum exacerbatus. Nam a rutaceo oleo per ſedem inſuſo deterius habuit, item que a caſtoreo: quin etiam, vbi mel coctum cum pipere aſſumpſit, extremis doloribus eſt afflictuſ: iam, cum cremorem cocti ſcenigræci vnâ cum melle accepiffet, vehementer eſt iritatus. Ipſe igitur, vbi mordentes ſuccos in tunicis in teſtinorum immerſos conieci, qui ſcilicet ſecum vnâ corrumperet tum ea, quæ per inferiora eſſent inſuſa, tum ea, quæ per os ſumebat, exhibui homini nutrimentum, quod non facile corrumperet. Deinde, cum minus eum cruciatum intellexi, vitioſos humores purgandos iudicavi. Cum verò aptiſſimum ad eiufmodi vitioſos humores eſſet medicamentum, quod ex aloë cõponitur, quodq; iam vulgo picran appellant, vtiq; ſemel hominem iuſte purgare non ſum auſus, q; doloribus & inedia duobus menſibus conſectus eſſet: verum ex quibusdam interuallis moderate id faciens, H quindecim circiter diebus hominem (vt ſcis) prorsus ſanauit, idq; nullo præterea adhibito præſidio. Atque hic quidem illo primum tempore lic eſt vexatus, nunquam prius in teſtini dolorem expertus. At alius iuuenis huic quidem ætate propè par, ſed qui ſæpe ante colicis cruciatibus fuerat affectus, accepto ſcammonia ſucco fuit purgatus. Cum autem bene largiter fuiſſet vacuatus, primo quidem die veſperi in balneo lotus, mox piſſanæ cremorem ſumens, poſt piſcæ quoque comedens, nocte ea, quæ ceperat, euomuit. Secundo die itidem lauatus, comedit primum lactucam, mox autum carnis aliquid in albo iure clixæ: ab hac alicam ex aqua ſumpſit vino auſtero iniecto. Vbi verò ab ijs mediocriter ſe habere eſt viſus, etiam tertio die nutritus ſimiliter eſt. Reddidit tamen per aluum plura, quam pro ciborum portione, ea que cum morſu. Deinde quarto die etiam magis dolere ſibi ventrem ſenſit: & cum ſe in balneo alicubi frigus accepiffet imprudentem putaffet, rutaceum ſibi oleum per ſedem inſundens, non ſolum vehementiſſime eſt vexatus, ſed etiam liquidam deiectionem copioſiſſimam excreuit: quod facile declarauit aliquid a toto corpore ad loca ventris deferri. Poſt deinde per circuitus ſimilis redibat cruciatus. Audientes aut eius ſymptomata, intelleximus noxam ex ſcammonia in illis maxime in teſtiniſ procebuiffet, quæ prius etiam fuerant imbecilla ſic,

A. li. 3. f. r. c. 2. c. 1. fol. 139. a

* vbi dicitur, id eſt ab interno, eſt in aliquibus cod. graecis & ita videtur eſſe legendum.

* vbi dicitur, id eſt ab interno, eſt in aliquibus cod. graecis & ita videtur eſſe legendum.

g. b. =

g. b. =

A. li. 3. f. r. c. 2. c. 2. fol. 139. a

A la ſic, vt quaſi fluxionis quidam exortus eſſet affectus. Ergo, quemadmodum hunc quoque ſanauerim, ſcis. Abijcere enim iuſſi præſidia colica, alicaq; calente, quæ cocta in aqua eſſet, nutriti, immiſſis ei mali punici granis. Cum autem tota nocte citra dolorem dormiuiſſet, miratus proſectus eſt remediij nouitatem: rogauitq; quid eſſet bibendum. Dedimus itaq; bibendum dilutum rhois cremorem: quò videlicet, ſiue aliqua eſſet in ſummo in teſtino facta vlcerofa affectio, eam adſtringeret: ſiue etiam ex conſuetudine aliquid ex ſuperioribus locis in partem afflictam confluere, id reprimere: prandio que eodem vti iuſſimus: deinde ad veſperam cenare pane puro madefacto in vino aliquo naturaliter quidem auſtero, ſed veteri. Conceſſimus præterea, vt auſterum quæcumq; vellet, fructum ſumeret, ſiue malum, ſiue pyrum, ſiue punicum. Simili ratione etiam tertio die cibatus, in quarto theriacen bibit, ſanus que omnino eſt redditus: ac de cætero ad conſuetam reuerſus, nullam ſenſit incommodum. Simili genere & alteri cuidam in aſtate affecto, cum ſubundus admodum eſſet, ſupra alia, quæ memorauit, etiam frigida potione vti permiſi. Ergo, ne requiras in omni affectu eiufmodi notas, quales in pleuritide vel dyſenteria apparent. Quippe ſcientifica eſt morborum id genus agnitiõ, certis videlicet definitisq; notis comparata: cum eorum, qui proxime ſunt dicti, coniecturalis agnitiõ ſit, ac ſolis ijs inueniri potis, qui exacte cuiusque morbi propriam curationem norint. Quare, quoniam de hac propoſita nunc diſputatio eſt, ipſam per ſe abſoluamus. Nec affectuum agnitiones attingamus: maxime quæ ex coniecturalibus notis incipientes, cum eorum, quæ proſunt obſuntq; cognitiõ ſunt conſunctæ. Methodum enim in ijs, atque etiam exercitacionem, in morborum agnitionibus ſeorſum per ſe fecimus: quò ſcilicet arte quis inſtructus, in omni ægrotum locum, qui aſſigitur, tum ipſius affectum, ſicuti nos, inueniat.

g. b. =

Ratio Curandi Dolores.

CAP. 8.

Ergo reuertamur ad affectus, qui dolores excitant. Si ſanguinis abundantia ſit, quod diſtendat, veluti proſectus in phlegmone fieri ſolet, protinus, vbi vires ægri valentes ſunt, ſanguis mittendus eſt. Sed, ſi ſis vel ſanguinis miſſionem timeat, vel imbecillis viribus ſit, tum reuellendus (ſi diuerſum) ſanguis eſt: tum (per propinqua) deriuandus: dictumq; nobis prius eſt, quemadmodum hæc fieri conueniat. Quod ſi his peractis dolor etiam perſtat, patet proſectus in ægrotante particula impactum eſſe, quòd contriſtat. Patet verò non minus, & q; curatio ipſa per digerentia medicamenta ſit molienda. Pari ratione, & qui ex flatuofis ſpiritu dolores ſunt, curabimus, ſed ſimul in his potius tum extenuantibus cibis, tum potione, tum per ſedem iniectionibus, tum cataplaſmatis, tum humidis ſiccis que ſomentis, auxiliantes. Sin moles aliqua grauando contundendo ve dolorem excitet, molli ipſi eſt medendum. Sin mordens humor eſt, qui aſſigit, aduerſiſſima huic ſunt, quæ extenuant & caſciant. Poſtulat nanq; huius generis affectus, ſi modo curandus eſt, vt ea, quæ contriſtant, vacentur: ſi id oino fieri nequeat, vt per epicraſin ſane: ſi id quoque fieri non poſſit, vt, quæ torporem inferant, medicamenta exhibeantur. Quæ quanq; ſunt reliquorum communia, minus tamen hos affectus, q; alios, lædunt. Quippe tenuis conſiſtentia, & calidarum vitium, plurimi talium humorum ſunt: quæ autem ex papaueris ſucco, & alterco, & eo modo frigidis com poſita medicamenta ſunt, ſimul omnino & refrigerant & ſiccant: qua ratione non ſolum, vt ſenſu torporem inducentia, ſalutaria ſunt, ſed etiam vt humorum tenuitatem cogentia atque craſſantia, præterea vehementem calorem refrigerantia. Vbi verò craſſi glutinoſi q; humores exuperant, alieniſſima ſunt, quæ torporem inducunt: cauendusq; magnopere in eiufmodi affectibus eorum vſus eſt. Sed nec alioqui comitatur eiufmodi ſuccos, modo ſoli ſunt, dolor vehemens. Si verò ex accidenti aliquo coniunctus his halituoſus ſpiritus eſt, qui ex ijs, quibus continetur, corporibus erumpere prorsus non poteſt, grauiffimis omnino doloribus, qui ita ſe habent, cruciantur. Porro accidit id illis duplici ex cauſa, vel obſtructione, vel calore: nam & obſtructio ſpiritum cohibet, nec exire permittit: & craſſa glutinoſa q; cum caſcunt, flatuoſum ſpiritum gignere ſolent. Eiufmodi ſane affectus ijs, qui ſe cibus natura frigidis, & conſiſtentia craſſis ac glutinoſis refererunt, qñ in ipſis in teſtini tunicis flatuoſus ſpiritus continetur, poſſimum incidit. Nam, cum he du plices ſint, vbi medio earum ſpatio eiufmodi collectus humor eſt, in flatulentum mutatur ſpiritum. Sane ſis & craſſus, & frigidus, & tardi motus eſt. Vbi igitur tum retinetur: tum tunicas diſtendit: tum ſuccus, vnde oritur, in teſtini partes, quas contingit, vehementer refrigerat: duplici occasione aſſiguntur, qui ſic laborant. Ac ad tempus quidem, vbi torporem faciens medicamen biberunt, prorsus indolentes redduntur, cæterum affectus his omnino fit maior: nam & in teſtini tunicæ medicamentorum frigiditate denſiores, minus que flatui tranſmittendo habiles redduntur: & humor ipſe tum craſſior, tum ad motum ineptior euadit. Itaque & ſpatio longiore ad ægri curationem, & medico, qui egregie in arte ſit exercitatus, eſt opus. Niſi enim certa ratione poſtmodum curationem aggredietur, verendum erit, ne ſucci ſecundo in flatuoſum ſpiritum verſi, eundem dolorem renouent: vnde ruſus ſtupeſcientium aliquid medicamentorum exhiberi ſit opus, eadem ſcilicet neceſſitate urgente: ac pari modo tertio, & quarto, & ſæpe deinceps, quoad homo inſanabilis eſſe ſit, in malum totius corporis habitum perueniat, & poſt longa tandem tædia pereat. Quo pacto igitur dolores eos, quos frigidus humor in medio in teſtini intercluſus excitauit, ſanare conueniet: ſane non per uſionibus & cataplaſmatis, quæ valenter excafciant: quippe leni omnes

interpretis verba.

A. li. 3. f. r. c. 2. c. 1. fol. 139. a

A. li. 3. f. r. c. 2. c. 2. fol. 139. a

omnes crassi q; & frigidi humores ab ijs, quæ calfaciunt, nisi etiam valenter digerant, liquantur, ac in flatum mutantur. Conuenit igitur eos incidere simul & concoquere: quas res tenuantia medicamenta præstabunt: potissimum tamen, si calida vehemēter non sint. Quod autem horum quoq; ipsorum ea maxime deligenda sint, quæ magis flatum discutiant, magis que siccant, nemini potest dubium esse. Sæpe que ex plebe non paucos audias minus sibi dolere colon affirmantes, cum nec ipsis cataplasma imponitur, nec oleo aliquo perfunduntur, nec per clysterem aliquid infunditur. Et sanè, qui generosi animi fortes que sunt, si mediocri viuuntur victu, tutius longiore in tempore percurantur, quam qui violenter (vt dictum est) calfacientibus vtuntur. A nullo enim in eiusmodi succis tam est metuendum quam a calore, qui eos liquet, atque in flatum vertat, sed digerere non valeat. Vidimus nanque ex agrestibus operis, quempiam, qui, vbi coli dolorem sensit, protinus se cinxit, cum cingi ante non soleret: comedit autem cum pane allium, nullum dimittens consuetum opus: nec toto die quicquam bibit, sed vesperi meracius: ab his & tota nocte dormiuit, & mane ab omni dolore planè liber surrexit. Est enim profectò allium ex eorum ciborum genere, qui & flatum discutiant, & minime sitim inferant. Sunt, qui parum id experti existiment maiorem, quam cepas, sitim excitare, sed planè errore: cum non modo non maiorem, quam cepas, sed nec omnino sitim faciat. Idem omnium planè eduliorum maxime flatum discutit. Itaque ipse certe agrestium thetriacen id appello. Ac, si quis vel Thracas, vel Gallos, vel denique qui frigidam regionem incolunt, vel si alijs veterit, non leuiter ijs hominibus nocuerit. Ac, quos ex supradicta causa vehemens intestinorum dolor citra febrem exercet, ijs & allium esse licet: & theriacen bibere, quippe quæ eiusmodi affectibus magnopere subuenit. At, si cum febris vnà talis dolor aliquando incidat, principio quidem, si id ferunt, fomentum siccum ex milio est adhibendum. Si ab hoc non quiescant, semen aliquod, quod flatum dissipet, in oleo, quod tenuium sit partium, coquere: mox per linteam, quod purum sit, oleum colare: deinde anseris seuum in oleo liquare, & per sedem infundere oportebit. Si anseris seuum non sit, gallinaceo est vtendum: in primis que curandum, vt sit expers salis, esto autem nec admodum vetus: licet verò & recenti vti, præsertim anserino. At, si neque ex hoc remittuntur dolores, secundo rursus inijciendum idem est, adiecta etiamnum castorei & papaueris succi, vtriusque fabæ non amplius magnitudine: olei verò hemina modus esto. Excipitur & lanula ex hoc medicamento aliquid: debetiq; appensa forti filo, quam penitissime in rectum intestinum dimitti, quò vtique, & cum liber, id facile recipiatur, & euidentem conferat vtilitatem. Ad eundem modum & oculorum & aurium dolores, qui ex huiusmodi humore aut spiritu flatulento in febris excitantur, sedare conueniet tum fomento ex milio, quoniam id omnium & leuissimum est, & maxime siccans, quod que ab eo destitit, innoxium expers q; morsus est: tum auribus medicamentum id, quod ex castoreo & papaueris succo conficitur, infundentibus: quo scilicet ad talia vti solemus. Liqueor, quo hæc liquantur, sapa esto, quod apud nos vocant Hepsema: pleriq; medicorum Siraxon græce appellant. Quòd si imponi cataplasma aliquando oportebit, papauerum capitibus in aqua coctis, ac fœni græci, vel hordei, vel lini seminis farina aqua immissa, cataplasma conficies. Scire autem licet medicamentum, quod castoreum recipit, non solum aurium sedare dolorem, sed etiam oculorum & dentium, si auribus instilletur. Iam verò collyria, quæ ex opio fiunt, vehementissimos oculorum dolores remittere omnes norunt: Vtendum que (vt prædiximus) his est, cum maxima necessitas vrget, illud minime ignorantibus particulas ipsas non nihil lædendas, imbecilliores que in reliquam vitam ex refrigeratione futuras, ceterum salutis hominis in præsens, ipsam futuram postea noxam posthabentibus. Siquidem non paucos eorum, qui his sunt vti, eò infirmitatis venisse, vt alij ferè nihil omnino viderent, alij propemodum surdi forent, id omnibus iam notum est. Itaque nos, si quando cogimur his vti, postmodum in sanitatis tempore particulas ipsas excalfacimus, nempe auribus oleum id, quod solum castoreum habet, infundentes: oculis verò collyria, quæ tantum excalfaciant: ad quod scilicet munus maxime id probamus, quod ex cinnamomino conficitur. Ac de doloribus quidem, qui ex crassis glutinosis ue aut frigidis succis, vel etiam flatuoso spiritu excitantur, hætenus abunde. Similis nanque est eorum omnium curatio, vt quæ per comprehensas iam materias perficiatur, nisi q; is, qui spiritum flatuosum comitatur, propriam quædam curationem est sortitus ex cucurbita cum flamma copiosa subinde admota. Videbiturq; tibi præsidium hoc in huiusmodi affectibus incantamenti cuiusquam simile quid efficere, siue hi in intestinis, siue in quauis corporis particula sunt excitati. Illico enim cucurbita admota, qui spiritu flatuoso cruciantur, tum a dolore liberi, tum omnino sani redduntur. Quos verò non spiritus modo flatuosus, sed etiam humor quispiam, vnde is oritur, male habet, ijs illico ad tempus dolor sedatur, redit tamen vel in sequente nocte, vel postridie, vel etiam tertio die similis dolor: ac potissimum, vbi in victu aliquid deliquerint, aut importunius particulas excalfecerint. Tibi verò hoc quoque maximum indicium affectus erit: ac curationem pro ratione prosequeris, nec impense particulam excalfaciens, & tenuatoria curationis ratione vtens. Quòd si in ventre quoq; talium quispiam incidat, mirifice hi ex acrium iniectione leuantur. Sed percuranda in his primum doloris accessio est, admota scilicet cucurbita, quò ventosus digeratur spiritus: post id vacuandus humor est, infuso per sedem eiusmodi medicamentorum aliquo. Ego verò oleo quopiam tenuis substantiæ

ob. =

Curatio Colly.

Tex. Græ. Basil. m. mei. Cor. xv. d. bou. i. non plus cyatho. quo etiam pacto videtur antiquus interpret legisse, ac melius xv. m. ut hic legit, aut saltem corpeix.

A. li. 3. f. 7. c. fol. 249. g.

A. li. 3. f. 13. c. fol. 253. a.

A vt affuevi, rutam incoquens. Porro aliqui in tali curandi ratione, vbi oleum acceperunt, maximo dolore cruciantur: postea exiguo interpolito spatio excernunt humorem vitreum, atque ex hoc protinus simul & a dolore & ab affectu liberantur: quippe sublata causa, quæ spiritum flatuosum gignit, omnia conquiescunt. His humoribus contrariam maxime naturam habent, qui tenues sunt atq; acres, sed similem dolorē inferunt: non nunq̄ autem & conuulsiones crebras accerunt, vtique cum in ore ventriculi sunt collecti: veluti dudum illi contigit, qui paulo post æruginosum humore euomuit. Satius verò sit non æruginosum ipsum dicere, sed exactam planè æruginem: talis nanque erat, qualis pulcherrima est ærugo. Verum huic adolescenti cum conuulsione & syncope, etiam gutta quædam frigida, & pulsus in summo gradu parui erant. Ex quibus cum conijcerem in ore ventriculi, quem publice stomachum vocant, mordentem aliquem contineri humorem, dedi illi aquam tepidam bibere: post quam protinus tale quid euomuit, quale si ipse facere velles, floridissimam æruginem aqua misceres. Cum igitur talis humor in ventriculo consistit, vomitu est expellendus: cum in intestinis, inijcere per sedem conueniet, quod eluere eiusmodi humorem sit aptum. At id deteriuum sit omnino, oportebit. Cum autem talium plurima mordeant, commodissime ex ijs aliquid deligitur, cui morus ablit: eius generis maxime est pūllanæ cremor. Cibi verò exhibendi his sunt, & qui boni sint succi, nec facile corrumpantur: quorum etiam exempla in priore libro iam tradita habes. Quoniam verò etiam eorum, qui ex siccitate vehemēti tendunt crucianturq; mentionem feci, satius fuerit de his et aliquid apponere. Scire nanq; licet eiusmodi affectum, si modò curabitur, humectationem poscere, ceterum curatu perdifficilem esse, vel potius, qui curari omnino non possit, si febris occasione est contractus. Succedit maxime exitiali phrenitidi. Nec sanati quempiam ita conuulsorū aut ipse vidi, aut alium narrantem audiui. Nam temere conuulsio vel ex repletione neruolarum partium incidit, qua rōne eos, quos magna phlegmone premit, adoriur: vel ex mordente & tenui humore, qui neruosa corpora rodant: vel ex ingenti frigore, quod tale quippiā, quale gelu, efficit. Atq; hæc tres conuulsiones subinde percurantur: sed, quæ ex neruolarū partium siccitate provenit, insanabilis est. Quippe etiam in libro de marasmo docuimus solidorū corporū siccitatē omnino esse insanabilem. Quo minus adijciendum quicquam de eiusmodi symptomatis præterea puto: sed nec de ijs, quæ vitio immodicæ vacuationis vel per aluum, vel per vomitū, vel sanguinis profusionem incidunt: q; & antea de his mediocriter sit dictum, & posthac dicere sit necessum, potissimū cum mihi de tumoribus, qui præter naturā incidunt, erit agendum. Itaq; librū hunc iam claudam, qñ de symptomatis ijs, quæ vtiq; tractatu maxime erant necessaria, & præcipue quæ cum februm affectibus ipsis sunt connexa, abunde differui.

ob. =

A. li. 3. f. 2. c. 5. fol. 215. c.

* outrōus, vehementes.

* vorides.

~

GALENI METHODI MEDENDI IDEST DE MORBIS CVRANDIS LIBER TERTIVSDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI

Inflammationes, ac Reliquos præter naturam Tumores curare docet, id que Indicationibus diligenter adscriptis, ac ijs maxime, quæ sumuntur ex affecta parte.

Quid Hactenus hoc opere actum est, quid Hoc libro agendum: ac de duplici Inflammatione. CAP. I.



Vo iam genera morborum, quemadmodum quis methodo sanet, docuimus, alterum in intemperie positum, cui antiqua est appellatio: alterum cui nos nomen indidimus continuitatis solutione. De qua prima in tertio quarto, quinto, ac sexto horum commentariorum præcepimus. Post eam de ijs, quæ in intemperie consistunt, vtique ad duodecimum egimus. In hoc verò totius operis tertiodecimo de tumoribus, qui præter naturam incidunt, differere incipiemus, in quibus scilicet partes a naturali habitu in quantitate recesserunt. Sanè, sanitatem, an naturalem habitum dixeris, ad ea, quæ nunc paramus, nihil interfit. At, cum plures specie affectiones in his sint, primum agemus de phlegmone. Expedi enim ab hac coepisse, & q; frequentissime incidit, & q; febres alia que symptomata periculosissima excitet. Cum autem veteres Phlogosin (quæ inflammationē interpretare) subinde phlegmonen appellant, sciri volumus non hoc loco nos de hac phlegmone differere, sed de ea, quæ supra inflammationē, tenlionē quoq; in particula facit, quæ non modo ipsi tactu deprehendamus, sed etiam ipse ager proprio sensu aduertat. Quin etiam pro tenlionis modo tangentū quoq; remittit pars phlegmone obfessa, auctiorq; est, q; pro naturali habitu: nec dolor illi deest, maior minor ve: cum quo non nunq̄ & pulsationis est sensus, cum s. malum amplius increuit, ac potissimū cū suppurat, Rubor

* δὲ τῆς ἰδῆ. αὐτὸν οὐκ ἔστι. μένεις οὐκ αὐτὸν σθένος, i. eo σέλι, qui pecunia dicitur. σθένος (quasi cōsensum dicitur) appellatur. σὺν τοῦ σθένος.

Rubor

In cod. grecis antiquis legitur dei de πάλ- τος φλεγμαί υσι μορίσ, i. semper tamē (iple rubor) omnino inest pibus phleg- mone laboran- tibus: & ita om- nino videtur legendum.

Rubor quoque in parte, quæ phlegmone laborat, maior minor ve semper visitur. † Semper autē E omnia partibus inflammatis insunt adeo, vt siue in ipso pedis vestigio, siue in parte interna manus magna phlegmone incubuit, hæc quoque magis rubra videntur, quam ante.

Indicationes, quæ ex feuntibus vel factis Inflammationibus præbentur. C A P. 2. Tenim ostensum est phlegmonem omnem e sanguinis confluxu consistere: qui alijs statim calidior est, quam pro natura fuit: omnibus certe in ipsa parte, quæ phlegmone vexatur, calidior efficitur. Atque hoc omnium seclarum commune est, siue impactum tantum sanguinem in finibus vasorum, phlegmone causam velint: siue interdentiam eius (paremptōsin vocant) in solis arterijs, siue obstructionem aliquam, siue in raritatibus ratione contemptabilibus resistentiam. Quo fit, vt et curationis indicatio omnibus sit communis, nempe vacuatio redundantis in particula phlegmone obfessa, sanguinis. Phlegmone verò, quæ in generatione adhuc est, duplex indicatio est, veluti in reliquis morbis omnibus, quicunq; in gignendo adhuc sunt, nec dum absolutionem sunt nacti, ostendimus. Nam, quod eorum generatum iam est, id medicinae artis parti, quæ morbos curat, subiicitur: quod in generatione adhuc est, parti, quæ futurum morbum præcauet. Atq; idcirco diximus non simplicem sed compositam esse totam de ijs agritudinibus, quæ in generatione adhuc sunt, medentis sollicitudinem, ex ea s. quæ prouidet, & ea, quæ curat. Sicuti etiam, si omnino F phlegmone laborare adhuc non cœperit, sed tamē appareat iam subesse in corpore genus aliquod eorum, quæ phlegmonem excitare possint, in talibus quoque omnibus sola prouisio indicatur. At, si nulla adhuc in corpore causa subalitur, ijs, qui ita se habent, ea, quæ sanitatis est tutrix, prouidet. Ergo, quæ causæ phlegmonem accerere videntur, has, cum iam in corpore sint conceptæ, sed tamen exiguæ adhuc & incipientes, vtique ne maiores fiant, inhibere conueniet. Atq; hoc præcauentis phlegmonem est officium. Cum verò ea magnitudine sint, vt iam phlegmonem creent, eas sub mouere oportet, ac, quantum iam phlegmone genitum est, sanare.

De Ortu Inflammationum. C A P. 3. Communis omnium phlegmonarum generatio ex sanguinis influxu est, copiosioris s. q; pars postulet: veluti tum in libro de tumoribus præter naturam ostendimus: tum in eo, qui de inæquali intemperie est inscriptus. Sanè copiosior sanguis insluit alia quapiam, alijs ue particulis aliquando eum mittentibus, ac ea, quæ phlegmone laborare incipit, recipiente: aliquando particula, quæ affligitur, hunc ad se trahente. Partes, quæ mittunt, aliàs vt copia superuacuum, vel vt qualitate molestum, aliàs vtroque nomine, succum propellunt: quæ attrahunt, ea morbo calore trahunt. Porro in doloribus incipit quidē causa ab eo, quod affligitur, sed quicquid est phlegmone, id superpositæ partes efficiunt. Ergo, q; ad partem excofactam vel trahuntur vicini succi, (vt nos censemus) vel confluunt (vt Aesclepiades putabat) euidenter cernitur: & constat hoc loco ex ipso, quod cernitur, sermoni fides. At verò, quæ dolent, cernuntur ea quoque phlegmonem ex dolore pati: sed causam eius quidam omnino non assignant: quidam nullo modo probabilem. Nostra verò sententia talis est. Docuimus in eo opere, quod de naturalibus facultatibus edidimus, vnam esse naturæ facultatem, quam excretoriam dicimus. Ea suo munere tum fungitur, cum triste aliquid sentit. Vnum verò quiddam est ex ijs, quæ eam contristant, ipsa, quæ dolorem excitat, causa, quæcunque ea sit. Hanc igitur eijcere dū properat, phlegmonem interdum in particula concitat. Cum enim primis suis conatibus nihil profecit, vehementius aggressa, quod infestat, expellere, sanguinis & aliquid spiritus ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit. Atque hinc fit, q; ex dolore particula, pro portione confluentis in eam humoris, in tumorem attollitur.

Tumores oēs præter naturam Ex rei insinētis natura variari: et quæ sint Inflammationis causa. C A P. 4. Vn etiam omnium tumorum, qui præter naturam sunt, varietas ex eius, quod insluit, naturæ nascit. Vbi enim statulenta materia copiosior accessit, statuoſi magis tumores fiunt: phlegmonæ verò magis similes, vbi sanguis: sicut erisypelati, vbi flaua bilis: & oedemati, vbi pituita: similiter scirrholi, vbi vel crassus, vel vehementer lentus humor est, qui parti est infixus. Sanè crassus humor, quodammodo iam melancholicus magis minus ue est. Lentus autem ex glutinosus provenit cibus: sed & ex ipsiſ ali quando neruosis partibus, vtique cum multum excrementi genuerint. Verum de cæteris tumoribus post dicetur. Nunc de phlegmone agemus, ac prius, quæ oium sunt cōia, ad disputationem propositis, sic deinde, quæ solius eius vitij sunt propria, adijcimus. Cū igitur particula aliqua phlegmone vrgeri cœperit, videndū est, an pp calorē aliquē, qui in illa præter naturā sit ortus, an pp dolorem vel ipsius, vel propinquæ alicuius partis, hanc contraxerit: quò s. adempta causa, phlegmone non amplius increſcat. Post hanc considerationem proxime illa contē plabere, nunquid vicina aliqua particula sanguinem largius ad partē phlegmone obfessam transmittat: deinde num totum corpus † sanguine nimum abundet, π ληθάρων vocant. †

Inflammationes in Glandulis carnibus facillime excitari: & quo pacto Curari debeant. C A P. 5. Nam tibi (arbitror) non excidit, vt pote sæpe à nobis monstratum, superuacanea, quæ à valentioribus partibus ob redundantiam vel qualitatem expelluntur, ea in imbecilliores procumbere: atque hinc accidere, vt glandulæ, quas adenas vocant, facile fluxiones recipiāt, & maxime quæ rariores natura sunt. Quippe valentius est arteriarum, & venarum, & neruorum, & musculo- rum

πληθάρων διακείτα.

A. li. 4. f. 3. c. 2. fol. 47. c.

A. li. 4. f. 3. c. 1. fol. 47. c.

A. li. 1. f. 1. d. c. 1. fol. 10. c.

A. li. 4. f. 4. c. 3. c. 2. fol. 47. c.

rum robur, imbecillus autem ac forte prorsus nullum, corporum, quæ glandularum sunt naturæ. Sic igitur fit, vt & propter ulcus, quod in manus aut pedis digito sit, eiusmodi glandulæ in inguinibus & alis tum intumescant, tum phlegmone occupentur, cum defluēt † ad ultimos artus: sanguinem priores exceperint. Quin etiam in collo, & secus aures sæpenumero glandulæ ijs, quibus in collo, capite, uel aliqua vicina parte ulcus est natum, intumescunt: nominant autem ipsos Adenas: cum sic intumuerunt, Bubones. Quòd si scirrholior earum partium phlegmone aliqn fuerit, hæc & ægre sanabilis est, & Choeræ, id est struma, dicit. Quæ nam verò sit strumarum curatio, in proximo dicetur libro. Nunc de phlegmonis, qm de ijs differere proposuimus, denuo repetentes dicamus, q; inhibitiō earum incipientium, ex generante illas causa tollenda præstatur. Primumq; de ijs, quæ ulcera sequuntur, agamus: postea, n. q; prope magnam arteriam aut venam vlcus ortum est, ce lerrime bubones excitantur. Cernitur autem aliqn ipsa quoq; vena per totum membrum rubra, & calens, & distenta, ac si quis eam tangit, dolens. Ergo, si vel totum corpus sit plethoricum, vel malo succo redundet, difficilis curatio redditur: sin sanum planè sit, facilis. Quippe excofactare & humectare modice totum membrum, quò dolor mitigetur, oportet (noſti autem eiusmodi præsidiorum materiam) ipsi vtique vlceri tetrapharmaco in linamento imposito, liquatur id oleo potissimum rosaceo, vel, si id non adlit, relaxanti aliquo: toto verò membro, hapso lanæ ex calente oleo imbuto circumdato. Quin etiam ipsi vlceri calidum imponi medicamentum oportet, ac super ipsum, calidum extrinsecus cataplasma ponere, quod ex farina uel hordeacea, vel triticea, uel ambabus mistis constat: humorem autem habeat aquam cum pauco oleo. Non secus verò etiam ipsi adeni, q; phlegmone urgeri cœpit, vt mitigetur, imponi debet primo die lana ex oleo calente madens, non aut sicut non nulli faciunt, statim addito sale: post enim sale utemur, cum & tumor per totum membrum fuerit remissus, & dolor vlcis sedatus. Quin etiam macedonicum, quod vocant, pharmacum similiter, sicut tetrapharmacum, ipsi vlceri imponere licebit: etenim similia inter se sunt, solo thure tetrapharmacum macedonico superante. At, si vel plethoricum corpus sit, vel malo succo redundet, curatio per ea, quæ sic calent, fluxionem ad membrum citat. Atqui nec alia ulla uti datur. Cogimur ergo aliàs sanguinem mittere, idq; aut vena incisa: aut membris ijs, quæ læsa non sunt, scarificatis. Manu enim laborante, scarificabis crura: altero crurum male habente, reliquum. Has nanq; vacuationes indicat ipsa copia, sicut etiam succorum vitium, redundantis succi purgationem. Ac plerunq; post hæc prælidia, glandularum phlegmone delinit. Sæpe tamen uel ipso, qui curat, ad corporis totius vacuationem segniores: vel ipso, qui laborat, præ molliſie eam non admittente: earū C phlegmone maior efficitur, sic, vt ad suppurationem perueniat. Sed & quæ Phymata quoq; græce appellant, memoratis carnibus, sicubi fluxio in eas procubuit, citra vlcis occalionem accidunt. Vbi ergo distentæ uehementer glandulæ sunt, aut alia denique particula quæuis, quam phlegmone premit, cogimur toto corpore prius uacuo ipsam scarificare. Sanè uacuum totum corpus (sicut in libro de plenitudine monstrauimus) non modo cum in redundantia succorum est habitus, sed etiam cum mediocritatem succorum continet, si morbi magnitudo suadeat. Si quidem dolor, & calor membrum, in quo phlegmone sedet, etiam si purum ab excrementis totum corpus sit, fluxionis causæ fiunt. Expedit igitur parcius id, hoc casu facere: ac vacuare, prout maxime tum atati laborantis, tum naturæ, cōgruere videbitur, æstimatis præterea tum anni tempore, tum regione, tum ægrotantis ipsius consuetudine: de quibus sæpe iam in multis diximus lic, vt, etiam si adhibita in sermone non sint, subaudire ea conueniat. Vbi verò phlegmone ipse veluti feruor iam subsedit, mitigatorijs cataplasmatis dimissis, ad ea, quæ digerunt, paulatim est transeundum. Ac primum cum mitigatorijs paulum mellis miscendum. Mox triticea farina in totum prorsus auferenda, contentis hordeacea cum melle vberiore. Deinde ad aliquod eiusmodi digerentium medicamentorum est veniendum, quæ uel humida consistentia sint, similiter ijs, quæ in linamentis vel linteolis excipiuntur (Emmota græce uocant) vel cerati specie. A duris autem abstinendum est, qualia pleraq; emplastra sunt: nam & phlegmonarum reliquias contrahunt, & rursus phlegmonem in ægra parte excitant. Quin, si pus aliquod notabile in suppurante particula sit contentum, non expedit (quod non nulli faciunt) protinus incidere, immo exhalationem moliri medicamentis ad id valentibus, quorum usus ex affectu sit cōiectatus: quippe, cum phlegmone natura quicquam in membro adhuc restat, acria medicamenta magis irritant, q; digerant. Cum verò, quod ex phlegmone relinquitur, scirrholum effectum videtur, fidenter iam valentibus medicamentis uteris, sed obseruato bis in die, quem præsent effectum, primum mane, secundo vesperi. Quòd si balneo quoq; utatur, etiam in eo tempore fiat. Si quando ergo ægram partem medicamento acrimonia iritatum videris ita, vt tumentior, aut rubicundior sit, aut magis doleat, mitigabis eam interea fomento, quod per spongiam administrabis. Id autem aliquando ex aqua dulci esto, aliquando etiam sal habente, vbi, s. scirrholiores phlegmonæ sunt. Sin aliquando puris copia medicamenta superet, nec ea videantur tibi totum digerere posse, † secare exitū ei, quod digestioni non cessit. † eo potissimum loco oportet, quo est editissimum: quippe tenuissimam etiam illic inuenies cutim. Memineris præterea in sectione & alterius indicationis, quæ ad effluxum pertinet: atq; ad ambo respiciens, ita, quod suppurauit, incidere: ac deinceps medicamentum aliquod eorum, quæ sine morſu licent, impone. Quòd si com- perruente

† εἰπ' ἀκρον τὸ κῶλον.

* κῶλον.

* glandulis.

* μέγας

* μὲν.

† τρέμειν χρὸ τὸ ὄστος ὡφείσθαι μὲν ἵδεναι, ἢ ἴσθαι, ἢ ἴσθαι, ἢ ἴσθαι, ἢ ἴσθαι.

† Ex antiq̄ ita
vertendum, ex
leui occasione
phlegmonē fa-
cile cōnuhat.

putruisse portio aliqua suppuratis partis videbitur, excidi eam est necesse. Sanē quidam in ijs, quæ E in axillis & inguinibus suppurant, in myrtei folij speciem semper excidi cutim iubent, qm̄ in ijs laxa ea naturaliter sit, ideoq; omne, quod ipsi aduenit, prompte recipiens: † præterea ipsa ex leui occasione phlegmonem facile contrahant. } At maximas aliqui sectiones facere solent: quarum occasione particula, vbi ad cicatricem est perducta, non solum turpissima redditur, sed etiam fit imbecillior, & quæ sæpe homini ad motus sit in mora. Hæc igitur ipsi vitantes, sapissime certe sola incisione, & medicamentis valenter siccantibus, huiusmodi affectus sanauimus. Quod si aliquando excidere aliquid propter multitudinem non puris modo, sed etiam corruptarum partium, fuit opus, contenti eramus sectione, quæ myrri folium imitatur, planè non magna. Cum autem in ea excisione longitudo maior, q̄ latitudo sit, esto in inguine longitudo per transfuerum ducta, nō autem per membri rectitudinem: quippe ita, cum membrum inflectimus, naturaliter cutis sibi applicat. Post excisam cutim, medicamento, quod Græci Mannam vocant, affectam partem implebimus: est autem ea purgamentum thuris, leui adfrictione prædita, atq; hoc nomine etiam thure ipso ad nō nulla utilior. Thus, n. puris t̄m mouendi facultatem obtinet, vt pote nullam adstringendi vim habens: magisq; id facit, quod pinguis ex eo est, & magis albicans: sicuti etiam, quod flauum ex eo magis est, validius siccatur. Mannæ verò, etiam corticis thuris paululum est admixtum: vnde, s. adstringendi vim habet. Ipse verò cortex thuris tum adstringit, tum siccatur insigniter. Itaq; etiam ad moderatiores sanguinis perfusiones eo vtimur solo: sicut etiam ad valentiores solo vito, sed tunc & cribrato, & in mollissimum puluerem redacto. Quin etiam mitigare prius incisam partem (sicut dictum est) quantum poscere videbitur, oportet, fomentis primum, dein cataplasmate, mox humectate aliquo medicamento, aut non siccante: singulis, s. extrinsecus impositis. Nam in ipso vlcere tum manna, vt dictum est: tum ex præsidij, quæ linteolis excipiuntur, primum ea, quæ pus citat: dein ea, quæ expurgant, sunt imponenda: post quæ, si cautitas etiamnum sit, quæ impleant, adhibenda sunt: si minus, ea, quæ cicatricem inducunt (græce Synulotica & Epulotica vocant) veluti quod ex cadmia conficitur. At, qm̄ in horum quoq; vsu plurimis medicorum non paruum quiddam peccatur, nō ab re fuerit etiam de ijs differere. Tū nanq; ducere vlceris ad cicatricem incipiunt, ac idonea illi rei medicamenta applicant, cum iam penitus sit impletum, nec quicq; illi restat cauum. Hinc illis accidit, vt cicatrices efficiant circumposita cute magis eminentes. Quod igitur illi cuti sint æquales, conueniet id genus medicamentis vti prius, q̄ vlceris ad æqualitatem prorsus sit impletum, imposito super ipsas ulceris oras ex specilli mucrone medicamento aliquo sicco ex ijs, quæ in vlcerum curatione retulimus: super reliquum, linamento dato, quod aliquo medicamento ex ijs, quæ cicatricem inducant, & humida sint consistentia, fuerit imbutum. Cedente aut̄ prospere curatione, etiam id amouebis: ac postea sicco tantum medicamine vteris, lato specilli mucrone ex eo super toto vlcere volutato. Foris autem suffecerit linamentum vel siccum, vel ex vino madens: ac potissimū quod ex mollibus sit elychnijs: cuiusmodi Tarsenlia sunt, qm̄ hæc quoq; ad ulcera, quæ supercrefant, submittenda vim aliquam obtineant. Atque hæc ducente nos rerum societate diximus.

* ὁ πρὸς ἰμνα.

* ὁ πρὸς ὀξυς.

De Curatione singulorum Affectuum, qui ad Inflammationem excitantur concurrunt.

CAP. 6.

Nunc ad sermonem de phlegmone reuerſi dicamus communem omnium phlegmonarum curationis indicationem esse uacuationem. Quæ verò adhuc in generatione sunt, in ijs prior uacuatione est confluentis ad affectum locum sanguinis inhibito. Inhibebitur is cōmode, si ipsam fluxionis causam inuenerimus. Sanē ea duplex est: aliquando enim ex ipsa parte, quam phlegmone vexat, oritur: aliquando ex alia quapiam, alijs ue. Ex ipsa, quoties aut calidior est facta, aut dolore (sicuti ante diximus) vrgetur: non ex ipsa, quando vel ab alia quapiam, vel ab alijs, superfluum illi transmittitur: vel etiam ex totius corporis affectu. Fit igitur calidior vel propter immodicum motum, vel aliquem ex Sole aut igni teporem, vel acre medicamentum. Dolore verò angitur & propter intemperiem, & vulnus, & contusionem, & distorsionem, & tensionem, præterea obstructionem quandam, & spiritum flatuosum. Intemperies modo extrinsecus illi prouenit: modo ex succis, qui in ipso habentur corpore: Et extrinsecus, vel ab aliquo venenatorum animalium: vel pharmaco, quod uehementer excalfaciat, aut refrigeret: etiam ex ambiente non nunquam: Ex ipso vero laborantis corpore, cum id vitiosos succos, qui facultate sint dissimili, congeſcit. His igitur omnibus æstimatis, quæ phlegmonæ adhuc in generatione sunt, earum causas prius abscindes: quæ verò iam factæ sunt, has utique curabis solas. Ergo quid nam medenti agendum sit, si totum corpus male sit affectum, & dicta prius tum in his non pauca sunt, tum in libro de plenitudine: & nunc summas eorum, quæ dicta sunt, recensebimus. Vbi enim æquabiliter inter se succi sunt aduerti, id & Plethos & Plethoran Græci vocant: nos plenitudinem, & succorum redundantiam dixerimus. Vbi verò vel flaua bili, vel nigra, vel pituita, vel ferolis humoribus referum corpus iam fuerit, eum habitum Cacochymian (quasi succorum vitium dicas) non plethoram nominant. Ergo plethora tum sanguinis missione curatur, tum frequenti balneo, tum exercitatione, tum frictione: præterea digerentibus medicamentis: & præter hæc omnia inedia: de quibus in ijs, quæ de sanitate tuenda sunt prodita, dictum abunde est. Succorum vitium purgatione, quæ cuiq; superanti

Not. Am. cognoscit. Plethor.

A. lib. 4. Ep. 1. c. 3. fol. 45. d.

Aperanti succo sit accommodata, corrigitur. Dictum porrò & de hac est in ea parte operis de sanitate tuenda, quæ de præcauendis morbis est instituta. Illinc igitur huc ea transferas, oportebit, ac consideres, quo nam ex ijs vti maxime expediat. Siquidem, si iam febricitet æger, nec exercitatione vacuare exuperantiam licet, nec vnctiōne, quæ excalfaciat: sed nec multa frictione, nec balneo: immo sanguinis missione vnā cum inedia, vel purgatione aliqua. At, si non dum febricitat, omnibus iam dictis vtare, optimum quodq; ad id, quod instat, deligens. Illud enim patere, vel me tacente arbitror, eum, cui cura phlegmone laborant, non esse uel ambulatione, vel cursu exercitandum: sed nec stare illi esse iubendum: immo sedenti plurimum fricari, mox manuum motu exercitari illi est satius. At, sicuti in supernis partibus cœperit pars aliqua phlegmone tentari, huic motus ex inambulatione aut cursu est salutaris. Similiter & frictio his quidem ea potior est, quæ cruribus adhibet: illis, quæ in supernis partibus administratur: quippe præceptum in contrarium reuulsionis, in omnibus talibus commune est. Neque igitur, cum vel circa sedem, vel aliquam huic vicinam partem initium phlegmones incidit, alium deiciet: neque, cum in velica, vel cole, vel renibus est coepta, pharmaca, quæ urinas prouocent, bibenda dabis: nec, si mulieri in vtero, vel pudendo insedit, menses huic prouocabis: sed ad partes, quæ maxime longinquæ sint, semper reuulsionem facies, æstimata scilicet tum phlegmones magnitudine, tum corporis totius statu. Nam, si plurima succorum abundantia sit, nec exercitatione, nec balneo sine periculo vtare: sin exigua sit, licet, & per hæc vacues. Caterum (quod dixi) hæc tum in ea parte operis de sanitate tuenda, quæ morbos præcauet, sunt scripta: tum in libro, qui de plenitudine inscribitur: tum in ijs, quæ de phlebotomia, siue incidenda vena: tum, quæ de purgantium medicamentorum facultatibus edidimus. Sed, quod ad commonefaciendum tantum de ijs sit satis, nunc etiam abunde est dictum. Itaque ad propriam de phlegmone disputationem nunc est veniendum. In qua primum merito verba faciemus de phlegmone, prout ab affectu partis, cui insidet, oritur: quippe satis constat affectum illum principio tibi esse sanandum: mox, quicquid iam phlegmones est factum. Porro interim ipsidem præsidij ambo tolluntur: veluti cum ex flatulento spiritu & densitate particula dolor quispiam est ortus. Hoc enim casu eorum, quæ modice calefaciunt (quæ etiam Chalastica, id est relaxantia, siue remittentia vocamus) vsus est commodus: vt qui pariter & conuientia corporis laxet, & flatuosum spiritum tenuet, & quod phlegmones iam conflatum est, digerat. Ad eundem modum, & si ex frigido dominante intemperies sit oborta: nam tunc quoque calefaciendo non solum intemperantia, sed etiam phlegmonæ, vnā medeberis. Itidem, si calor vehementior intemperiem fecit, refrigerantibus præsidij ambo listes: si quidem intemperantia contraria semper requirit. Vacuatur autem, quod impletum est, non modo medicamentis ijs, quæ digerunt, sed etiam, quæ adstringunt & refrigerant. Magisq; profectò ad incipientes phlegmonas frigidis adstringentibusq; q̄ ijs, quæ digerunt, est vtendum: atque etiamnum magis, vbi crassum, quod conſluit, non est. Sed, si sanguis in particula, quam phlegmoneprehendit, uehementer est impactus, non est amplius repercutientibus vtendum: sed tum digerere est tempestiuum. Vbi autem ex animalis punctu morſu ue dolor incidit, duplex sedandi doloris ratio est, vel virus ipsum vacuando: vel, quod dolorem excitat, alterando. Sanē vacues id eorum medicaminum ope, quæ uehementer attrahunt: alteres ijs, quæ sunt contraria, idq; uel qualitibus, uel tota substantia. Monstratum nanque est in libris de medicamentis quædam esse totis substantijs inter se contraria: quædam solis qualitibus. Sed & illud indicatum eque est, q̄ eorum, quæ contraria qualitate sunt, methodus quæpiam sit: eorum, quæ tota substantia sunt aduersa, methodus non sit, sed omnia sint per experientiam inuenta. Tu igitur, quæcunque methodo curandi explorentur, hinc disces: quæ experientia tantum deprehendit, ea in ijs operibus, quibus de medicamentis agitur, sunt collecta, vno, quod de facultate eorum inscribitur: altero, quod de compositione: & tertio, quod de facile parabilibus inscribitur. In quibus operibus ostendimus, quæ nam ex sola experientia: quæ nam ex sola ratione: & quæ nam ex ambabus, inuenta sint pharmaca. Ergo methodus, quem hoc opere tradere institui, in doloribus vniuersis, qui vel ex animalium medicamentorum ue noxa excitantur, duplicem indicationem habet, nempe eius, quod dolorem creat, uacuationem, atque alterationem. Vacuant id tum calefacientia omnia: tum quæ citra calefactionem uehementer trahunt, veluti & cucurbitula, & caua cornua quædam, quibus nō nulli cucurbitularum vice utuntur. Sunt autem, & qui ore suo virus extrahunt, agræ videlicet particula: admoti, ipsamq; labijs complexi. Huc sanē pertinet & cauterium, & medicamenta, quæ cauterijs similiter elcharā efficiunt. Atque hæc omnia totam eius, quod infestat, substantiam exinanunt. Alterum auxiliorum genus est eorum, quæ qualitatem per contraria alterant, scilicet exhibentibus nobis, si uehementem calorem æger vel in ipso demorso loco, vel in toto corpore sentiat, auxilia refrigerantia: sin frigus sentiat, calefacientia. Docuimus autem vtraque in ijs operibus, quæ de medicamentis sunt scripta. At tales quidem omnis phlegmones communes medicationes sunt: variantur autem pro laborantium particularum ratione. Et enim id iam quoque ostensum est, vbi de ulcerum curatione egimus: nec longo sermone est opus ei, qui meminere eorum, quæ ibi sunt dicta, sed sat erit paucis ea transcurrere.

A. lib. 4. f. 6. t. 3. fol. 496. d.



Indicationes tum ex Similaribus partibus, tum ex Instrumentarijs, in Inflammatione curatio praeberi. CAP. 7.

Vna itaque indicatio ex ipsiſ ſimilaribus accipitur partibus: altera ex instrumentarijs. Et ea, quae ex ſimilaribus ſumitur, modum calfaciendi, refrigerandi, ſiccandi, ac humectandi determinat. Quae vero ex instrumentarijs, tum locum ipſum, per quem vacuare oportet: tum vacuationis rationem: tum vero in ſimiliſ ſpeciei medicamentorum uſu ipſum pluriſ minorisq; modum. Ac de ſimilarium quidem partium indicatione ſupra, ubi de ulcerum curatione eſt tractatum, diximus: de instrumentaria uero hic agemus.

In Inflammationibus Vacuandi indicationem, indicationem Refrigerandi ſuperare, contra in Eryſipelate. CAP. 8.

Cum enim phlegmone duplici ratione a natura reſeſſit, & q; pars ipſa multo ſanguine ſit reſerta: & q; eadem ſit calidior: utiq; vacuationis indicatio refrigerationis indicationem vincit: contra ſcilicet, q; in eryſipelate, in illo nanque refrigerationis indicatio magis vrget, q; vacuationis. Quamq; utriuſq; affectus curandi commune caput eſt inſeſtantis humoris vacuatio. Ideoq; poſt, q; refrigeratum eryſipelas eſt, ad ea, quae digerunt, medicamenta conuertimur. In phlegmone igitur tantisper eſt refrigerandum, quatenus & ad incrementum eius ſiſtendum inhibendumq; eſt modum. Etenim, cum immoderatus calor dolorem excitet, atque etiam aliquid ad agram partem attrahat, utroq; nomine augetur phlegmonem accidit. Ergo, quantum refrigerationis phlegmonae, ceu calido morbo, congruit, tantum certe & incrementum eius inhibere eſt aptum. Idem parē gratiam praestat, & cum repercutit id, quod affluit. Quod uero ex eo, quod in laborante membro continetur, quidpiam in proximas partes repellit, hoc phlegmones iam genitae medela eſt. Simili modo, & quae modice exalfaciunt, utraq; interdum ratione proſunt, quoniam & dolorem ſedent, & quod contentum in laborante particula eſt, digerant: quippe dolorem mitigando, augeri phlegmonas verant: digerendo, quod earum iam conceptum eſt, ſanant.

Quatuor eſſe in totum Vacuationum genera, quae ex Partium natura oriuntur. CAP. 9.

Voniam igitur momentum omne curationis laborantis phlegmone partis, in redundantis in ipſa ſanguinis vacuatione conſiſtit: vacuatio autem hoc genus affectuum excogitata eſt duplex, aut translato ad alias partes, qui in agra continebatur ſanguine, aut foris a corpore expulſo: ſatiſ profecto eſt utraq; uti, obſeruantibus diligenter, nequa ex accidenti laſſio ſequatur. Ergo, cum gemina ſit dictarum vacuationum utraq; quadruplex in vniuerſum nalcitur vacuationum auxiliorum genus. Translationis. n. ſanguinis ad alias partes alterum genus eſt, ubi ipſa pars, quae phlegmone laborat, ſanguinem abigit: alterum cum ea, quae integrae ſunt, ad ſe trahunt. Eius aut, quae extra corpus educit, alterum ſenſibilibus effluxibus: alterum rone tñ contemplabilibus perficitur. Atq; id, quod ſenſibilibus effluxibus peragitur, aliās per ipſam ſit partem, in qua phlegmone reſidet: aliās per ea, quae vnā cum ea aperuntur. Proinde etiam diſſectionum notitia ad eiuſmodi confortium intelligendum eſt opus. Ergo tum haec indicationes phlegmonarum curationem immutantes a partium natura praestantur: tum ſupra haec, quae tum ex poſitu, tum figuratiōe ſumuntur: quas nimirum laborans locus, quae instrumentalis, non quae ſimilaris eſt, indicat.

De reliquis Indicationibus Similarium & Instrumentalium partium communibus. CAP. 10.

Vnt etiam aliae, quae tum instrumentalium tum ſimilarium communes ſunt: ſicuti cum actionem earum inſpicimus: praeterea an rara pars ſit, an denſa: an acuti ſenſus, an hebetis. Ad quae omnia intentum eſſe oportet, qui recte curare ſtudet.

Ratio Reuellendi, Deriuandi, ac omnino Vacuandi Inflammatas partes, iecinoris exemplo. CAP. 11.

Voniam uero (ut ſemper teſtati ſumus) non ſatis eſt ipſa tñtum vniuerſalia nouiſſe, niſi quis particularia percurrentes, ſed ea tantum, quae nobis ſatis eſſe lectioni videbuntur. Proponatur itaque iecur iam phlegmonem contrahere incipere: tum, quae nam mali eius commodiſſima ſit curatio, quaeratur. Omnium ergo primum ab ijs, quae retuli incipiens, an totum corpus inanitione indigeat, conſiderabis. Quod ſi indigere inuenieris, mox agra uirtutem aſſimabis, poſſit ne ſemel iuſtam vacuationem tolerare. Primum ergo valida eſto. Ab hac aſſimabis aetatem. Nam, ſi puer ſit, quae per diſſectam venam ſit (ut ſupra eſt monſtratum) vacuationem non feret: uerum, cum pubertatem attigerint, iam pueri miſſionem ſanguinis tolerant. Ergo pariter tum reuellendus, tum educendus, qui ad iecur fluit, ſanguis eſt, interna in dextro cubito inſecta uena propterea, q; & e regione, & ampla uia cum uena, quae caua dicitur, ſocietatem habet: hac non apparente, media ſecanda eſt: quod ſi nec ea ſe offenderit, reliqua ac tertia eſt incidenda. Modum uero vacuationis tum ex redundantiae modo, tum ex reliquis, quae in ſuperioribus diximus, inuenies, aetate, natura, tempore anni, regione, & conſuetudine: tum ante haec, ipſa laborantis uirtute. Haec enim in omnibus ſunt communia. Illud uero, interna ne, an media, an humeralis uena, ſecanda ſit, an ea que iuxta malleolum eſt, an quae in poplite, id uero ex laborante particula indicatur. Ac deſinitum iam eſt in ijs, quae de incidenda uena ſcripſimus, de vacuationibus id genus omnibus: diciturq; nunc, quantum ſit ad rem propoſitam opportunum: primumq; hoc ipſum, Non eſſe ſcilicet ſolum illud fatiſ,

In antiq; codi. quibuidam addit & εοις i. ſeruate.

διὰ τὸν συναναστοιχισμὸν ὡν ἀντὶ.

† Addendū ἢ ἀντιθετικὸν id eſt, an ſenſu carcat.

κατ' εὐθὺς, i. e. directo.

A. li. 4. f. 3. t. 1. c. 5. fol. 452. f

A. li. 3. f. 14. t. 1. c. 12. fol. 315. g

A fatiſ, quod vacuandum ſit, inueniſſe: ueluti ſentiunt, qui a methodo ſectam colunt: quibus nulla de laborantium locorum differentia habetur ratio. Non. n. ratio ſolum, uerum etiam uſus ipſe indicat aliam alij parti vacuationem congruere. Siquidem ex ijs, quibus oculi tentari phlegmone, coeperant, non nullos ſola purgatione per aluum, vno die ſanatos uidiſſi. Quam rem ſiquis facere in iecinore, cum phlegmone laborare incipit, tentet, maximam excitabit phlegmonē, aequē ut, ſi, cum uenas aut uelica phlegmone tentari coeperint, quae uenas cient, medicamēta exhibeat: aut, ſi cum uerus phlegmone laborat, menſes deuocet: ſiquidem longiſſime a tentata fluxione parte, quod redundat, reuellere, nequaſq; ad eam trahere conuenit. Hac itaq; ratione, nec ſi uentriculum aut inteſtina phlegmone occupare iam coeperit medicamine, quod aluum deſiciat, uti conueniat. Eandem cum hiſ indicationem & uerus fortitur, ſicuti cum uinae ualis, pudenda. At vomitu uti pudibundis laborantibus, ſi in diuerſa reuellens auxilium eſt, Graeci Antipastiſton uocant. Eadem ratione in omnibus, quae circa caput accidunt, medicamentum, quod aluum deſicit, ad contrarium auertit. Siqua uero circa fauces, & palatum, aut linguam, aut deniq; in ore, phlegmone laborare incipiant, in hiſ omnibus cauenda ſunt, quae pituitam per os euocant, Apophlegmatiſmus uocant: quippe cum id ſimile ſit, ac ſi deſicere aluum inteſtinis aegrotantibus uelis: aut uenas mouere, cum renibus aut uelica ſit aegre: aut ueritum laceſcere, cum partes ſtomachi ſint afflictae. Satiſ igitur ſit, ubi partes, quae in ore ſunt, phlegmonem accerſere incipiant, deriuare ad nares. Pari modo uenam quoque, ubi haec partes ſic laborat, incidere humeralem in manu: ſi ea non cernitur, mediam: ubi iecur, pectus, pulmo, aut cor ſic afficiuntur, internam: In anguina, quam ſynanchen graece uocant, primas in manibus: ſecundas eas, quae ſub lingua habentur: At ijs, quae in occipite ſunt, afflictiſ, etiam eam, quae in cubito eſt, nec non eam, quae habetur in fronte: Renibus uero, & uelica, & pudendo, & uero ſic habentibus, eas, quae in cruribus ſunt ſita, ac poſtiſſimum, quae circa poplitem ſunt: ſin minus, eas, quae iuxta malleolos: Ac perpetuo quidem in omnibus eam, quae eſt directio eſt: ubi iecur phlegmone inuadit, quae in dextra ſunt manu: ubi lienem, contra. Itaq; ſtatim prima vacuationis diuerſitas pro particularum diuerſitate uariatur: conſtatq; communem indicationem non magis eſſe utilitatis, q; noxae, cauſam. Siquidem, q; uacuandū ſit, id communis indicatio eſt: unde autem, aut quomodo, vacuatio ſit faciendā, id aeger ipſe docet locus. Ad eundem nanque modum, ubi pectus, aut uentriculus, aut partes circa collum caput ue, phlegmone laborant, excogitatum eſt artus uincire. Quippe ipſum, quod phlegmone inſeſtatur, uinciendum non eſt: ſed, ſi in manibus phlegmone eſt orta, cura: ſi in cruribus, manus.

Ratio Refrigerandi ac Adstringendi inter initia Inflammatas partes. CAP. 12.

Sed nec refrigerare inter initia, aut adstringere, citra laborantis particulae indicationem, uilitatis magis, q; noxae, ſunt cauſae: Nam in particulis, quae circa artus ſunt, ſat fuerit etiam ſpongiam uel ex frigida aqua, cui paululum aceti ſit immiſtum, uel ex aqua ſola madentem, imponere: ſicut etiam ex uino aliquo auſtero: In iecinore uero, ſi phlegmone laborare coepit, nemo compos ronis hiſ utatur: immo, nec ſi melino inſundas, aut myrteo, aut maſtichino, aut nardino, aut lentilicino, aut aliquo oleo, quod adstringat, aut etiam alio quopiam, cui abſinthium ſit incoctum, ne horum quidem ullum conueniet frigidum, ſicut nec ullum cataplaſma frigidum. Sed, ſi mala praecipue cotonea uino incoquens, cataplaſma ex eo praeparaueris, ſi iecur phlegmone laborare adhuc incipiat, ne id quidem admovebis frigidum: ueluti nec oleum, ut dictum eſt, praeparatum, uel oculis, uel oris partibus, ſi cubi haec tentari phlegmone incipiant. Auri uero, etiam ſi acetum cum roſaceo inſundas, nihil offendet. At non eſt hoc oculis phlegmone laborantibus utile, ueluti nec medicamen, qd ex moris conſicitur, aut aliud quippiam eorum, quae ſtomatica graece dicuntur: ſunt enim eiuſmodi omnia oculis triſtia, quanquam genere ſunt ex ijs, quae indicentur. Glandulis uero phlegmone tentari incipientibus, ſaepe ſolum oleum calens ſat fuit.

Quid differat Vacuus ratio, Iecinore, aut Ventriculo, & Glandulis, ac Artuum partibus inflammatis. CAP. 13.

Sed & reliquis uictus ordinandus ijs, quibus glandulae, aut etiam aliquid circa artus phlegmone tentatur, vnam tantum indicationem habet, quae tot ac talia exhiberi iubet, quot & qualia faſtillime concoquentur. Nec quicq; refert, alicam, an piſſanam, an muſſam, an punicum, an malum, an tale quippiam exhibeas. At, ſi iecur phlegmone inſeſtatur, exquiſitiſſimo uictu eſt opus: aequē profecto, & ſi uentriculus ſic laborat. Quippe munus eorum toti animali eſt commune: acceditq; omnibus animalis partibus maximum incommodum, ſiue non probe concoctum alimentum ſit, ſiue non rite in ſanguinem conuerſum. Artuum uero partes tñ alimenti capiunt, quanto ſunt nutriendae. Quo ſit, ut, ſiue ex malo, quod probe in uentriculo ſit concoctum, alimentum ad eas perueniat, ſiue ex alicā, ſiue ex piſſana, non multum interſit. In iecinore uero quantum referat nutrimentorum differentia, tum q; maximam in utranque partem vim habeat, hinc diſcas, licet.

Quae Nutrimenta medicamentā ue aſſumpta Iecinoris inflammationi conueniant. CAP. 14.

Nam expelli e iecinore oportet, quicquid in eo tum amarae bilis, tñ ſaniei, quae ex phlegmone prouenit, eſt collectum. Id uero fieri nequit, niſi & uafa, quae ſunt in uifcere, detergeantur, & meatus, qui ad ieiunū pertinet, ſit apertus. Ergo alicā, cum & huic inhaereat, & uafa, quae in uifcere Septima Claſſis. IIIII iij ſunt

A. li. 3. f. 2. t. 4. c. 12. fol. 395. c

A. li. 1. f. 4. c. 25 fol. 82. c

† A parte, quae fluxione tentata incipiat.

Interpretis uerba.

sunt condita, obstruat, præcipueq; eorum ora, & bilem in intestinum descendere, & alimentum in E totum corpus digerere prohibet. Postit ergo tum iecur ipsum, tum os meatus, qui bilem transmittit, cibos & pharmaca, quæ obstructa recludant. Talia verò omnia sunt, lenta quidem minime, sed tenui consistentia, & qualitate mordente. At verò ab his, utpote mordentibus, phlegmonæ irritantur. Quare, quæ citra morsum ea detergeant, indigemus, cuiusmodi, s. mulla est. At nouimus dulcibus omnibus tum iecur tum lienem maxime intumescere. Super sunt igitur, quæ culpa vacant, ut in cibis pitissima: quippe quæ sine morfu deterget, ut in pharmacis oxymeli aqua mistum. Nam & puni cum, & malum, & cætera, quæ adstringunt, dum bilis meatus os arctant, bilem ipsam excerni prohibent: atque inde iecinoris phlegmonis sunt incommoda, præsertim ijs, quæ in cauo visceris consistunt: quibus ad angustias, quas facit ipsa phlegmone, etiam ea, quæ ex adstringentibus & lentis fit cibis, accedit. Ac, quæ mordent, ea phlegmonas ipsas, quæ in cauo sunt visceris, magis irritant: quippe ijs, quæ in gibbis eius consistunt, mutata iam veniunt ea, quæ assumpta sunt, ita, ut nec, quæ adstringunt, similitur adhuc adstringant: nec, quod mordens est, similitur mordeat: nec, quod per lentorem in angustis vasis hærebat, similitur etiamnum maneat lentum. Est autem his occasio mutationis duplex, & quæ prius sunt concocta: & quæ sanguini, qui in iecinore prius erat, sunt admista. Ca uo autem iecinoris phlegmone obfesso, protinus etiam venas, quæ in mesenterio sunt, vnâ phlegmone laborare est necesse, quando ex ea, quæ ad portam pertinet, omnes sint ortæ: protinus etiam, quæ cunquæ oculis earum incidunt, vim suam ostendunt.

Aduersus Atalum Methodicum, qui Theagenem Cynicum inflammatione Iecinoris laborantem relaxantibus cataplasmatibus enecauit. CAP. 15.

Antibad communem phlegmones curationem parua ex particulis ipsis accedere differentia videtur: Mihi sanè maxima videtur: quamuis ijs, qui Theffali stupiditatem æmulantur, communem indicationem solam satisfacere putent. Placet autem nunc ad memoriam reuocare tibi egregiam eorum curationem, quam Theageni philosopho Cynico adhibuerunt: siquidem hanc norunt plurimi propter viri famam, ut qui publice disputare in Traiani circò quotidiè sit solitus. Erat, qui hominem curabat, vnus ex Sorani discipulis, nomine Attalus. Is imposuit quotidie iecinori cataplasma ex pane & melle, haud intelligens viscus hoc mediocriter adstringi debere propterea, quod animalibus altricis facultatis principium sit, & venosum ab hoc oriatur genus. Ita igitur viscus curauit, sicut bubonas, meris. s. & solis relaxantibus vtens, cataplasma ex pane & melle impo- nens: ac prius oleo calente perfundens: tum sorbitione ex alica cibans. Hæc namq; tria ferme omnibus nunc a methodis istis Theffalijs ad acutorum curationem sufficiunt. Visum autem est mihi G feorsum Atalum monere, ut adstringens aliquid admisceret, nec nudis vteretur relaxantibus. Ac de visceris quidem natura nihil eram homini dicturus (id enim fuisset planè asino fabulam narra- re) sed, quod me persuasurum homini arbitrabar, & cui omnes homines facillime assentire video, id tantum exposui, nempe longam experientiam medicos docuisse, ut iecur mista medicamentorum materia curarent: eam autem scriptam inuenturum in ijs medicorum libris, qui sint de mede- di ratione conscripti. Si ergo, inquam, tibi videtur, misce aliquid de abstinij coma diligenter tun- sa, cataplasmati: oleo verò, totius herbarum aliquid, modice id, quemadmodum alios cernis in illo inco- quentes. Cataplasmati verò Myrobalani & piefina, & irim, & iunci florem, aut narditidos herbarum radicem, aut cyperi miscebis: non inutile sit, & ex vino ea aliquando præparare, ac miscere interim etiam de fæce ipsa: quin etiam aliquid adstringentium incoquere malorum, cuiusmodi cotonea sunt, & quæ vocantur struthia, præterea, quæ Romæ abundant, vocata cestiana. Oleum verò (nam id quoque video miscere te) non quodlibet esto, sed vel hispanum, vel histricum, uel crudum, uel lentiscinum, uel myrteum, uel melinum, uel nardinum unguentum. Porro aliam materiam pluri- mam esse dixi eorum, quæ incoquere liceret: nam & lentisci tenera germina, & myrti, & rubi, & vi- tis præsertim syluestris, à qua cenanthen vocatam decerpimus. Non alienum etiam sit & atticum H hyssopum tum cataplasmati, tum etiam ceratis miscere: nam & cerata quæpiam illi ex eiusmodi materia imponere post cataplasma sua. Et apponere illi tentabam vniversam deinceps curatio- nem, quod scilicet etiam, quæ à medicis græce Epithemata vocantur, ex mista materia componeret. Nam melius, inquam, est sublato cataplasmate aliquid super viscus esse. Attalus uerò sermonem meum interpellans, Nisi multum (inquit) tibi tribuerem, nihil horum tolerassem: nam, in quibus superiores medici passi naufragia sunt prius, quam vera medicina inuenta à nostris esset, ea mihi veluti ignaro suades. Cæterum tres (inquit) aut quatuor dies sine me, Theageni ex mea sententia prospicere, & sanum eum penitus conspicias. Sed quid, inquam, si, cum subito pauci & hi lenti ap- paruerint sudores, moriatur, recordaberis ne, quæ promiseris, ac de cætero sententiam mutabis? Atq; Attalus post hæc abiit irridens, nec quicquid præterea respondens, sic, ut neq; de alica quicquam me consulere permitteret: sed nec quod ex ijs, quæ vrinas cient, miscere aquæ paulo post oporteret, quod scilicet iecinoris gibba essent afflicta. Nam licuti iecinoris cauum per aluum purgatur, ceu pau- lo supra diximus, sic gibba eius per ea, quæ modice vrinas mouent, cuius generis est apium. Proce- dente autem tempore, vbi phlegmone iam concoquitur, etiam ualentioribus uti licet, assaro, & cestica nardo, & phu quod vocant, & petroselino, & smyrnio, & meo: sicut etiam per ventrem uacuare,

* γυμνασιον

* quod à myro balano expressa reliquum est.

* cæsyphi, legitur antiqui codi.

A. li. r. f. 1. d. 5. c. 1. fol. 9. f

A. li. 3. f. 14. t. 3. c. 1. f. 35. c

Avacuare, si cauum afficitur, cnico cibus admisto, & vrtica, & mercuriali, & epithymo, & filicula: om- nibus præterea, quæ modice aluum deiciunt. Magisq; in remissionibus tum his ipsis audacius q; ante vtendum, tum verò quæ his sunt valentiora, partim in pitissima incoctis, partim tunis, ac in missimum puluerem redactis: exhibenda verò & hæc sunt vel ex pitissima, vel ex aqua. Ego namque etiam filicula aliquid in pitissima aliquando incoxi, & nigri veratri corticem. Etiam clystere vacua- re eos conueniet, inter initia vel sale, vel nitro, vel aphronitro aquæ mulla admisto, contentis: in remissione verò, potissimumq; siquid scirrhosum relictum è phlegmone est, etiam valentiora medi- camenta miscentibus: quippe hyssopum eo casu aquæ incoquimus, & origanum, & colocynthida, & minus centauium. Opportunissima namque ad scirrhum sunt iecur & lienis, siue quis parum habita de his ratione, glutinoso cibo vtatur, sicut Attalus, qui Theageni quotidie alicam exhibuit: siue nihil offerat, quod tum obstructiones eximat, tum detergeat. Verum, quod contigit Thea- geni, vel potius Attalo, dici est tempus. Ut enim promiserat post tres dies daturum se hominem à iecinoris phlegmone liberatum, tum magis, q; prius, calente oleo viscus plurimum perfudit: tum cataplasmate frequentius est vsus, hac diligentia foelicis sibi curationem cessuram sperans: respon- ditq; percontantibus de Theagene gloriabundus, meliora. Cæterum contigit, prout ipse prædixe- ram, subito hominem mori. Et, quod omnium maxime dignum risu fuit, ducebat Attalus secum ex ijs, qui de hominis statu rogassent, quosdam, quibus ostenderet adeo recte eum se habere, ut iam esset laudus: lætusq; cum multis ingressus est domum, in qua iacebat: cum Theagenem mortuum quidam ex amicis, qui & Cynici quidam erant, & alioqui philosophi, lauare ex more pararent. Ita que etiam vsque ad mortuum accedere, idq; vnâ cum spectatorum coetu Attalo contigit: utpote tum nemo intus lugeret. Nam Theageni nec seruus erat, nec puer, nec mulier, sed cum eo soli amici philosophantes versabatur: qui iusta quidem mortuorum, citra tamen omnem luctum obi- bant. Atque hanc laudem Theffalijs alius inter multos spectatores est consecutus, ostendens ex- plicatum à phlegmone hominem intra quatuor (ut pollicitus est) dies. Reliqui verò methodici, cum innumeros quotidie iugulent, adeo rationem curandi mutare adhuc nolunt, ut, quæ à medicis sunt scripta, qui artis operibus vere insudarunt, ne vel semel experiri velint: adeo indelebile vitium vehemens ignorantia est, præsertim si cum superbia sit coniuncta. Eiusmodi igitur in omnibus sunt Theffali sectatores.

Qua ratione viscera quedam facile Scirrholis affectibus corripantur: ac de ea, que à Particulis præbetur, Indicatione. CAP. 16.

NObis autem vitandi eiusmodi errores sunt: ac, si nihil aliud suppetat, saltem ipsi experientia credendum. Id quod ipse perpetuo suadere non desino ijs, qui circa rationem parum sunt exercitati. Nam melius profectò ijs est, quando & rudes sunt, & simul in rationabili methodo, quæ nos nunc prodimus, minime exercitati, ut nihil penitus ex ratio cinando accipiant. Quippe ieci- noris substantia scirrhis maxime opportuna est, utpote quæ naturaliter lutosum quippiam conti- net, veluti medicus quidam nostris temporis per iocum dixit. Lienis verò rarior substantia, q; ieci- noris est, cæterum crebrius, scirrholis vitijs affligitur, propter nutrimenti, quo vititur, speciem. Monstratum namq; est, quod crasso nutritur sanguine, qui veluti limus purioris est, facillimeq; nigra- bilis efficitur: ideoq; etiam ipsum, melancholicum (siue atrum) appellamus excrementum. Atq; hæc duo viscera scirrholis tumoribus tentari, vel experientia ipsa clare indicat. Renes verò, quod con- diti sunt, tactum effugiunt: cæterum hos quoq; facile scirrhis deprehendi ratio docet, atque idcirco nephritidas, alias facile solubiles, alias ægre solubiles esse: cum renes, ambo habeant, quæ in visce- rum vtroque prædicta sunt in esse, tum substantiæ qualitatem, tum excrementorum, quæ per eos dilabuntur, vitium. Quo fit, ut, qui crassi succi cibus vescant, calculi vitio corripantur. Ergo, quato- trium horum viscerum scirrholi affectus difficiliter curantur, tanto magis esse sollicitos oportet, ne quis in hos incidat. Maxime autem (ut dictum est) incidunt, qui ipsis phlegmone vexatis, ijs cibus vtuntur, qui crassos lentosq; succos efficiant. Quin etiam eiusmodi affectuum medicamina inter omnes conuenit ea esse, quæ dissecant, & dissoluant, & frangant: quæ utique ex eorum sunt gene- re, quæ obstructiones eruunt & detergent, cæterum viribus valentiora. Horum non solum mate- riam, sed etiam facultatem in opere de simplicibus medicamentis exposuimus. Itaq; etiam breuior nunc ero, contentus generali facultate, & sola methodo, cum paucis exemplis. Nam, cum & faculta- tum materiam iam habeas præparatam: &, quæ curationem vnâ coincident, sint prædicta: nihil nunc aliud superest, nisi ut proprias cuiusq; morbi indicationes commemorem. Coincidentia igitur uoco uirtutem, naturam, ætatem, anni tempus, regionem, & consuetudinem, & si qua sunt id ge- nus alia. Proinde de ea, quæ à particulis sumitur, indicatione deinceps dicam, initio ab ea, quæ à ieci- cinore sumitur, sumpto. Quippe, ubi id phlegmone laborat, quæ extrinsecus applicantur, ea mi- sta esse facultatis debere poltulat, idq; nō in generatione phlegmones modo, (est enim id omnium phlegmonarum commune: quando etiam, si quis repellentibus tantum illo tempore utatur, nō pec- cet) sed etiam cum nec affluat amplius quicquam, nec repellit, quod in laborante particula conti- netur, possit. Accidit enim hoc quoque multis de causis. Sanè in principio tum parum est, quod affluit: tum magna ex parte tenuius: tum partis ipsius, quæ recipit, virtus non nunquam ualentior, Septima Classis. IIIIII iiii utpote

* Polypodia.

Non nulla q- dem exēplaria græca habent, ut Linæer uer- tit: impsa aut hoc modo.

† Si quis ipsa neglexerit, uel glutinoso ci- bo vsus fuerit, sicut Attalus, qui Theageni quotidie alicam exhibebat, ac nihil offerebat

* ἀναλογισ- μών.

† Græci codi- ces legunt, τὰς μὲν ἀλύτους τοπάρων εἶναι, τὰς δὲ πάνυ δυσλό- τους. i. alias oīno insolubi- les, alias ægre admodum so- lubiles.

utpote non dum lassata: tum quod in afflicta continetur parte, non dum violenter impactum. At, E cum phlegmone in vigore suo iam consistit, tum multus in ea sanguis continetur, isq; crassior subinde, ac vehementer impactus: tum virtus partis iam est debilior: quam alioqui valentem requirimus, quod scilicet a se superuacua amoliat: quandoquidem haud satis potens est adstringentium praefidiorem vis, quae sola totum efficiat. Quippe potest haec cogendis ac constringendis, & veluti densandis, & exprimendis corporibus, quae tenuiora consistentia sunt, ad circumpositas partes expellere: ceterum, nisi etiam laboratis particulae virtus aliquid auxilietur, nihil adeo magnū efficiat. Tunc igitur, quae a phlegmone sumat, vna duntaxat agendorum est indicatio: hanc Graece Diaphoretin vocant (latine digestionē euaporationem uel dixeris) haec humorē, qui in phlegmone obfusa parte continet, per meatus insensibiles educit. Quae verò ab ipsa sumitur parte, ea in diuersam nos partem trahit, scilicet robur eius seruari iubens. Coeūtib; igitur vna contrarijs indicationibus, compositū quoq; esse medicamentum oportet. At, femur si phlegmone laboreat, aut tibia, aut cubitus, aut brachium, aut, qui in his sunt, adenes, causa non est, cur horum robori consulas. Haec tibi communis indicatio sit in omnibus ijs partibus, quarum munus eiusmodi est, vt toti corpori sit ex vsu.

Vnde Similia dissimilia ue Medicamenta, Maioris quoque ac minoris ratio,

& Locus vacationi aptus, indicentur.

CAP. 17. F

ERgo nec lienem tantum relaxantibus curare oportet, cum hic quoque ex iecinore, quicquid limosum & melancholicum est, expurget, propterea scilicet, qd ex eo humore nutritur. Idcirco quoties obstructio quadam in eum incidit, aut phlegmone, potissimum cum scirrhusa sit, tum ea, quae obstructiones eximant, tum quae dissecant, vehementiora exigit. Nam, quale medicamentum iecinori est absinthium, tale est lienis capparitis cortex: quale rursus iecinori, quod vocant eupatoriū, tale est lienis scolopendrium. Si quidem similia genere medicamenta, ambo viscera postulant: ceterum tanto valenti ora lien, quanto crassiore vitur alimento. Scirrhus igitur laborantibus ipsius convenientia nutrimenta sunt genere quidem eadem, sed maioris minorisq; rōne differētia. Itaq; & si capparitis ex oxymelite edatur, vtilis sanē est vtriq; visceri, ceterum nec ipsa pari modo nec similiter mistum habes oxymelitē: nam & ipsa copiosior, & ex minus diluto oxymelite lienis erit vtilior. Atq; haec differentia est, quae ex maioris minorisq; ratione accepta est. At similitum genere, vel specie, aut quomodo cūque dixisse libet, praefidiorem, ex actione & compositione indicatio sumpta est.

† Διαπυρροσ. ωσ. i. cōformatiōne.

A societate verò cum vicinis partibus, quod idem cum sitū est, illa capiuntur, qd gibba iecinoris per renes expurgari oportet: caua verò per inferiorem ventrem. In liene verò alteram duntaxat esse superflui vacationem: cum, quae per renes agatur, nulla huic visceri uacuando uia pateat. Proinde, vbi phlegmone premitur, deiectionis id medicamentis tum detergemus, tum laceessimus, quod dimittat relaxatq; superuacua. Sanē duplex ratio est eiusmodi medicamentorum vsus. Cum partes superius posita laborant, per ea, quae eduntur ac bibuntur: cum inferiores, per id, quod sit per clysterem infusum. Quandoquidem, quae eduntur ac bibuntur, eorum vis ante, qd ad inferiores partes perueniat, resoluitur: quae infusa sunt, ea omnino ad ieiunum vsque ascendere non possunt: immo, etiam si admodum nitatis, fortasse tenue tantum intestinum contingant. Ergo illud quoque ex partium positura didicimus, nempe inferioribus intestinorum aliquid esse per clysterem infundendum: superioribus verò, atque etiam ipsi ventriculo, lienis, & stomacho, superne aliquid exhibendum. Voco hoc loco stomachum, gulam, quam proprie Graeci stomachum appellant: non nūquam enim ita etiam vocant os ventriculi: veluti cum stomachice anima iniqui aliquos dicunt.

† συ γυροσ. αβω. i. syncope corripit.

† Non autē in parte anteriore, quemadmodū cū os &c.

Verum gula, quae proprie vocatur stomachus, cataplasmata super spinam dorii imponimus: non autem ad pectus idem facimus, cum os ventriculi phlegmone vitgetur, siquidem spina gula superiacet, per collum & pectus deorsum vsq; ad ventriculum porrecta.

Quo pacto differentia Remedia indicet laborans Locus.

CAP. 18.

NEque igitur haec nouere, qui Thessaliam imitantur, ideoq; oēs vna ratione curant: neq; utiq; illud, qd omne membrum phlegmone laborans, nisi cutim sibi circumdatam habeat spissam, tenuis sanie foras aliquid dimittit, ac laxat. Eo fit, vt ex ijs, quae in ore, & naso, & faucibus, & stomacho, & intestinis, & ventriculo, & visceribus omnibus sunt, aliquid foras effluat. Ad eundem modum etiam ex interna facie pectoris, cum phlegmone premitur, excernitur aliqua sanies. Quemadmodum igitur lienis ipse, & iecinoris caua per intestina: gibba verò iecinoris, & renes, per urinas purgantur: ita pectus, ubi interna eius phlegmone tentantur, per membranam, qua tegitur (Hypozocota vocant) aliquid in medium sui pulmonumq; spatium trāsmittit: id autem expurgari per eandem, qua pulmo, uiam debet. Dabimus igitur ijs, qui sic laborant, medicamenta, quibus tenuatoria sit vis, quibus & via aperiantur, & quae deferenda per eas sunt, dissecentur: fac dissipentur: praesertim cum uel crassae consistentiae sunt, vel glutinosae, qualia in ijs sunt, quos empyos uocant. Deligenda tamen ex ijs sunt, (quandiu adhuc phlegmone inualefcit,) quae mediocria sunt: cum verò planē iam decreuit, aut penitus cessauit, & educi excrementa postulant, quae ualentiora sunt. Ergo mediocri in hoc genere est tum pilsana cremor, tum mulla: ualentius autem & vrtica semen, & mulla, in quam coniectum fuit paululum aliquid acrium herbarum, quales sunt origanum, & hyssopum, & calaminthe, & pulegium, & illyrice ireos radix. Quod si vel plus horum

A. li. 3. f. 101. c. 6. fol. 338. f.

A horum admisceas, vel irin in mollissimum puluerem tunfam cribratamq; in mullam immittas, maxime incidens medicamen habebis. Ad eundem modum & quod ex marrubio conficitur, oxyneali, alia q; eiusmodi valenter crassiora excrementa, quae in pectore & pulmone continentur, incidere possunt. Omnium eorum copiam inuenies in operibus ijs, quae de medicamentis edidimus.

Differre Curationē Inflammationum, quae in summo & in profundo sunt corpore: ac de Resuisione pro ratione partium laborantium. CAP. 19.

NON solum autem iam dictam remediorum differentiam ex laborante loco didicimus, sed etiā illud, qd, quae in summo corporis phlegmone laborant, ea proprijs phlegmones remedijs curentur: quae in alto sunt corpore, si cum his aliquid acrium medicamentorum sit immistum, resoluuntur enim eorum vires, dum alte descendunt. Hac ratione & cucurbitula (strenuum planē auxiliū) est inuenta, tum vt foras euocentur, quae sunt in alto: tum vt eximantur atque eruantur, quae iam in scirrhum abeunt. Verum vtendum cucurbita in ipsa parte, quae phlegmone vitgetur, inter initia non est, immo postea, qd totum corpus vacaueris, ac necessarium sit, corum, quae in inflammata parte continentur, aliquid educas atque eruas, aut etiam foras versus attrahas. Genere Brandis autem adhuc vitijs, minime ipsis membris, quae laborare incipiunt, sed ijs, quae continuata his sunt, cucurbita imponi debet, auellendi in contrarium causa. Sic namq; ad mamillas cucurbitam imponimus, cum sanguis ex utero profluit, defixo maxime in ipsis communibus pectoris & vteri uasis, eius ore. Sic, si ex naribus sanguis profunditur, praecordijs maximas cucurbitas affigimus. Sic & omne aliud sanguinis profluitum ad contrarium per cōes venas auertimus. Quemadmodum rursus & sanguinem (si ita est opus) attrahimus: siquidem cum mēses euocare in animo est, in pube & inguine cucurbitam figimus. Praeterea cucurbita in occipite defixa efficacē remediū ad oculos fluxiones. Vacuari tamen prius totum corpus expedit: nam, si referuntur sanguine corpus sit, in quacunq; parte capitis cucurbitam defixeris, totum ipsum implebis.

† phlebotomicū

Ea Medicamenta ad curationem vsurpanda, quae noxiam qualitatem cum ea, quae conuenit, admixtam non habent. CAP. 20.

ERgo haec omnis phlegmones communis indicatio haudquaquam similiter in qualibet parte administratur. Accedit ad omnia, quae praedicta sunt, pro non leui portione, ipsius exhibendi medicamenti natura. Neque enim absolute, si adstringere incipientem phlegmonem est opus, quidlibet adstringens in ijs, quae deuoranda sunt, adhibebimus, sed ea, quibus nulla corruptrix admista vis est. Nam calchantus inter praecipua adstringit, sicut etiam misy, & fori, & chalcitis, & diaphryges, & as vsium, & squama eius & flos: verum haec medicamenta deuorata, noxia sunt: quocirca stomachis ea miscere tutum non est, defluit nanque interdum ex his aliquid ad ventriculum. Sed nec aloen probe miscueris ijs medicamentis, quae phlegmones alicuius causa, quae intus consistit, deuoranda sunt: quando huic quoque admista purgandi vis quaedam est. Ceterum, vbi phlegmone prorfus inclinauerit, si quis paululum aloes admisceat causa deiciendi vtrius, qui prorfus non deiecerit, nihil laedet. Verum satius est mercuriali, aut vrtica, aut cnico, aut talium aliquo, alium sic laborantium subducere. In summa verò, si quis eam, quae a partibus ipsis praestatur, indicationem adimat, nihil obstat, quo minus medicinam non sex mensibus, sed sex diebus totam perdiscas. At verò, nec si, quae a partibus sumitur, indicationem adijcias, iam totum, quod exigitur ad curationem, habeas, nisi etiam methodos de medicamentis didiceris. Itaque eas aggrediat, oportet, quisquis consummate sanaturus est morbos. Nunc enim, si alicuius medicamenti meminimus, id (vt saepe testati sumus) exempli causa fecimus.

Quid differat Phreniticorum & Lethargicorum curatio: ac de Loco Principis animae facultatis, aduersus Thessali sectatores. CAP. 21.

SED adijciamus adhuc ea, quae de indicatione, quae a partibus sumitur, non dum attigimus, Thessaliorum istorum sectam euidentissime praecipitantes: qui, cum nec dissectionis rationem attigerint, nec partium actiones vsus venorint, tamen, cum floccos carpentem quenquam cernunt, & festucas legentem, audent oxyrhodino caput madefacere, nostro exemplo. Nam cur, quae so, non thoracem potius? siquidem indicatorie remedia inueniunt. Sanē fieri potest, vt etiam corde affecto phreniticus quis efficiatur. Empiricus nanque ab experientia se ait eiusmodi medicamentorum nactum inuentionem. Qui autem & hanc vituperat, & inquisitionem de actionibus refugit, huic vnde, quae so, succurrit, vt pro thorace caput in phreniticis madefacere eligat: Ceterum, hoc ipsum oxyrhodinum, quod capiti phreniticorum applicamus, ceu quidam ex amicis dicere solebat, non solum amethodos istos Thessali sectatores, sed etiam reliquos manifeste redarguit vniuersos, quicunque principem animi partem in corde statuunt. Nam, cum aliquando vidissem quendam ex Athenaei discipulis caput aceto & oleo mistis perfundentem, prohibui: iussi q; pectori admouere id remediū: quippe laesam in delirio esse partem principem, eam autem esse authore Athenaeo in corde: ita que non recte relicto pectore caput eum, integrum praesertim membrum, vexare, ei que negotium faceffere, nunc oxyrhodinum infundendo, nunc radendo, tū spondylium, aut serpillum, aut id genus aliquid admouendo, immo verò, si malum traheret, etiam caestorem,

A. li. 3. f. 11. c. 3. fol. 197. g.

storeum, aut certe etiam cucurbitam: quippe id esse persimile, ac si, cui in femore phlegmone sit, E calcaneo remedium applicet. Quin etiam in lethargicis nemo est, qui capiti non applicet auxilia: nam & id vitium contrarium quodammodo secundum speciem phrenitidis est. Gignitur autem cerebro patiente: in quo scilicet princeps animi pars residet. Ergo, cum humor, qui in cerebro redundat, frigidus est, insensibilitas immobilitasque hominem opprimunt: cum vero calidus est, perpetuus potius motus, vna cum rationis noxa. Accidit enim, veluti monstratum in libris de his est, ex frigore segnitia: ex calore immodicus motus: ex humoris vero vitio dementia. Itaque incidenda in talibus affectibus vena est statim ab initio, si modo tam valens virtus sit, ut sine noxa missione sanguinis toleret: ac nihil prohibeat eorum, quae de secunda vena retulimus, sicuti vel crudi humoris copia, vel puerilis aetas, vel anni tempus, vel regio, in qua sit extremus calor aut frigus. Atque hoc quidem commune vtrique vitio, & ei, quod cum sopore, & ei, quod cum vigilis incidit. Commune praeterea vtriusque est, ut oxyrhodinum in principio admoueas: nam repellendus a capite humor est, quisquis is fuerit. Quae sequuntur, contraria sunt: nam, quae cum vigilis coniuncta sunt, ea lenire expedit: quae cum immobilitate, excitare. Iure ergo, cum in summo incremento sunt, ijs vitijs, quae peruigilio & delirio insistant, perfusiones ex papauerum capitibus applicabimus: odorem quoque naribus obijciemus: ac narium alas intus, vel frontem, ex similibus medicamentis illinemus. Quippe sopire ac stupefacere principem facultatem oportet, cerebrum scilicet, quod supra modum incaluit, refrigerando: In contrarijs autem vitijs excitare: ac noxij humoris, qui citra putredinem, & citra febrem altos sopores inuehit, crassitudinem incidere, atque excalfacere. Tales nimirum altos sopores, Apoplexias, & Carus, & Catochas graece vocant. Quod si aliquando humor putrescat, vti que cum febris incidunt ea genera: vocaturque morbus graece Lethargus. Incoquentes igitur in aceto thymum, & pulegium, & origanum, aliaque id genus, naribus sic affectorum admouebimus: quod vapor ad cerebrum sublatu, crassitudinem humoris dissecet. Mox etiam palatum valentibus & acribus medicamentis vngemus. Ab his vero etiam sternutatorijs vtetur. Tum capiti similes praesidiorum facultates imponemus, adaucta semper eorum te ad ipsum vsque sinapi vehementia, si vitium diu trahat. Quin etiam cucurbitis ad vtrumque vitium, si diutinum sit, utemur: itemque castoreo, quippe quod ipsum probe concoquit, si debito tempore sit adhibendum. Quare hic ad communem rursum curationem redeunt lethargus & phrenitis.

A. ibidem, b

Ergo in eiusmodi affectibus manifeste redarguuntur, & qui Thessalum sequuntur, omnes, & quisquis medicus principem animi facultatem statuit in corde. Non solum enim iam dictionum praesidiorum destituentur copia, sed etiam, cui ea parti accommodabunt, non intelligent. Neque enim, tanquam in ophthalmia, vel pleuritide, vel angina, tum ab ipso aegro affectus locus sentitur: tum nobis partim tactu, partim visu innotescit: sic in lethargo, & phrenitide, & epilepsia, & delirio, & conuulsionibus, & tetanis, praeterea eo, quod proprie vocatur catoche, se habet. In quibus omnibus praesidiorum formula ex affectus inuenitur natura: locus vero, cui maxime sint applicanda, ex praenoscendis tum actionibus, tum vlibus partium.

* In impreff. du... in antiquis du... referendo ad ambo vitia.

† est praeterea... in declinatione.

* παραπληξιας seu παραπληξιας, vide superius lib. 9. cap. x.

Qua Ratione extrinsecus medicamenta Capiti, aut Oculis apponenda sint: ac de Communibus praeceptis illarum partium curandarum, ac de Arteriarum sectione. CAP. 22.

Ilud autem, quamuis in sermone aliquando omitteretur, saepe numero prius dictum est, meminisse oportere nos eorum, quae simul indicent. Ceterum in praesenti eam, quae a partibus sumpta est, indicationem propositum est persequi: veluti statim in ijs, quae ad caput pertinent, et si non aliud, saltem illud nosse cuius est promptum, obiectam nobis ante cerebrum esse crassam membranam, quae corijs istis externis sit assimilis: post hanc est cranium. Itaque resolu in densis obicibus & duris, praesidiorum, quae imponuntur, vim est necesse: ac, nisi futuras in capitis osse natura ipsa fuisset molita, nihil adeo aestimandum efficeret pharmacum vllum extrinsecus impositum. Sed, quoniam etiam futurae, & in his praecipue coronaria non solum impoliti medicamenti qualitates, sed etiam substantiam, si tenuis est, facile intro transmittit, merito multa circa cerebrum vitia ab extrinsecus applicatorum remediorum facultate iuuantur. Ipse enim in me ipso expertus memini, cum infunderetur rosaceum frigidum, citissime clarissimeque sensisse me in syncipitis loco eius intro penetrationem. Quin etiam plurima diuersitas futurae huius in hominibus, si inter se conferantur, etiam ante dissectionem manifeste apparet. Vidimus enim in ijs, quibus rasum caput fuerat, inter mandendum, commissionis ossium in coronali futura manifestum motum sic, ut facile appareret hominibus illis laxam esse eiusmodi ossium capitis compositionem. Merito igitur ad hanc maxime partem applicant omnes medici capiti insuliones, videlicet accepta quasi per manus a primis interioribus ratione, ad id opus venientes: sed & ipsi, quicumque non negligenter ijs, quae fieri assolent, attendunt, cernentes, & quemadmodum futura ea liquido moueri appareat, & quemadmodum celerrime homines hac parte, siue ab externo admoto quoquam refrigeretur, siue excalfiat, id sentiant: nam praeter reliqua etiam tenuissimum est hoc loco cranium, & rarissimum. Ergo, quoties medicamenti cuiusquam vim vehementer descendere voles, hoc maxime loco impones. Commodius etiam fuerit, si & cum infractione id facias, aut tonsis capillis, aut etiam plane abradis: quod si humidum sit, quod applicandum est, si id ex alto effundas, ac veluti, fontis ritu, illidas, quippe penitus intro

A. l. 3. f. 3. t. r. 60. f. 22. g

A. l. 3. f. 3. t. r. 60. f. 22. g

A intro ab istu magis compellitur. Sicut autem hic vehementior humoris casus conducit, ita in oculis est contrarius: in capite nanque os est, quod feritur: in oculis membranosa quadam imbecilla que corpora. Et in capite quidem aliud est, quod ictum excipit: aliud quod curatur, quod que, ut ictu non sentit, ita facultate, quae ex incussu ad ipsum peruenit, fruitur: at in oculo non est, quod feritur, diuersum ab eo, quod curatur: sed idem ipsum, quod est curandum, valenter ictur. Ad haec os capitis sensu caret: oculus acerrimi est sensus. Ergo infundere huic medicamenta oportet, primum superiorem genam blandissime attolentes, mox minime, quemadmodum in capite, incutientes. Inueniendi praeterea humores mitissimae minime que mordentis naturae, qui cum medicamentis sint infundendi. At mihi quidem magna cum consideratione videntur veteres ad oui deuenisse humorem, electo scilicet ex eo, quod & mordens minime esset, & glutinosum. Nam ex eo, quod minime mordet, modo dicitur indicationem ijs compleuit: ex lentore autem, ad indolentiam non nihil confertur, quippe lenire eiusmodi humores possunt asperitates omnes, quascunque acris fluxio excitat. Accedit, quod crassus mediocriter ac lentus humor constantius, quam tenuis & aquosus, in loco permanet. Sane quod lentum id, quod absque morfu sit, cum modice incalcat, dolorem maxime leniat, id profectio ex mordentibus in aluo deiectionibus didicisti: in quibus intempe-

* Βλεφαρον, palpebram.

* ΑΕ δὲ ζῆν, i. mordicatione.

rum seuum ilico dolorem mitigat. Quod autem permanere quoque in laborante particula eiusmodi humidum expediat, manifestum est. Si quidem in ijs, quae in ventre accidunt, per clysterem assidue infundere molestum est: in ijs, quae in oculis, genam attollere. At vero exquisitus membri sensus laue esse, quod iniectum, nihil que debere in se asperum fabulosum ve habere, omnino indicat. Hinc igitur excogitatum commode est, tum humido oui vtendum: tum, quae terrea corpora ophthalmicis, id est ocularijs, medicamentis miscenda sunt, ea esse cum summa diligentia ad vnguem leuiganda. Quoties tamen dolores his accidunt vehementes, repetitis ijs, quae de omnium dolorum generatione accepisti, disquires, quo nam ex his affectu dolere oculos in phlegmone, de qua nunc sermo proponitur, contingat. Nam aut ex vehementi acris confluentis humoris morfu: aut quod eorum tunica plenitudine distenduntur: aut propter crassorum humorum flatuosi ve spiritus extensionem, vehementes in his excitantur dolores. At morfum quidem tum purgantibus medicamentis, scilicet & deorsum reuellendo & vacuando curare conuenit: tum ipsi particulae oui humore infuso, quod per eum acris fluxio sine offensa eluatur. Vbi autem prius concocta iam phlegmone ipsa fuerit, & simul corpus vacuum, tum vti que lauaciones in balneo his sunt aptissima: nam & dolorem statim sedant, & fluxionem, quae ad oculos fertur, sistunt, maxima quidem eius parte inter lauandum per totum corpus excreta, reliquo vero diluto. At vero distensionem, quae ex repletione provenit partis, missione sanguinis, & alui deiectione, & inter narum partium frictione, curare conuenit: quod si necessitas aliquando vrgeat, ligandis artubus: mox fomentis ipsi laboranti particulae ex aqua dulci modice calida adhibitis. Atque & humorum vel flatuosi spiritus extensiones curabimus vacuato prius in his quoque toto corpore: sed & humorum momento deorsum auerso. Mox localibus remedijs (Graeci Topica vocant) vtendum, non tamen medicamentis ijs, quae repercutiant ac reprimant, immo ijs, quae euocent. Fouendi igitur sunt, sicut modo diximus: ac foeni graeci decoctum ijs infundendum, sed lauato prius curiose foeno graeco, nequid illi vel pulueris vel sabuli adherens clam lateat. Est nanque medicamen hoc maxime omnium, quae oculis applicantur, sine offensa digerens. Meminisse vero in omnibus, que membratim docentur, communium praceptorum oportet. Quorum vnum id est, digerentia medicamenta, vbi redundantia in toto corpore subest, si particulis quibusdam applicentur, implere potius, quam vacuare. Ergo tum reliquos morbos, tum vero phlegmonas (de quibus agimus) sicubi curas, nullo euaporante auxilio prius fidenter vteris, quam totum corpus purgaueris. Illud quoque attendas in omni vitio, nedum phlegmone, oportet, aliquando totum corpus mediocri

* contéperato.

* διαφορῶν

* Διαφορῶν κφ. vacuaueris.

D habitu esse in humorum tum qualitate, tum modo: vnam autem aliquam, aut duas earum, quae superpositae sunt, partium, redundantiam suam ad aegram transmittere: veluti non raro, sed plane saepe numero accidere in oculis videre licet, capite his fluxionem mittente. Manifestum igitur arbitror in ijs quoque esse, ipsum prius caput sanandum esse, explorato eius affectu, quem superfluum generatio comitatur. Et diutinas quidem oculorum fluxiones curamus oculis ipsis dimissis, atque ad capitis procuracionem conuersi. Cuius vitium, si ex genere intemperantiarum sit, curationem ex libi contrarijs, sicut prius monstratum est, adhibendam indicat. Plurimum igitur vel frigida intemperies caput vitiat, vel humida: nec dubium est, quin etiam ambae congregiantur. Rariore sunt, quae propter calorem acrem oculis fluxionem immittunt: in quibus haud expedit ijs, quae ex thapsia & sinapi fiunt, medicamentis vti, immo contrarijs omnino, oleo crudo, & hispano, & rosaceo, tum frequentius ex aqua dulci in balneo lauacione. Atque aliquando cerebrum ipsum fluxionem transmittit: debet que huius intemperies totius capitis epithematis corrigi. Aliquando vaforum ipsorum vitium est, cum vena vel arteria imbecilliores sunt sic, ut aliorum vaforum superuacua recipiant. Quo casu aliqua earum parte excisa, aut etiam totis bene alte praecisus, dura cicatrice, quod inter est, intercipimus: qua disiunctae incisae valis partes, continuae praeterea non sint, nec ex altera in alteram confluere aliquid possit. Ceterum, cum eorum vaforum, quae in profundo

* Aliqui cod. habet σμακρά, exigua. plures tamē σκλυρά, i. dura.

profundo sunt recondita, ac e superiore ad oculos vna cum nervis perueniunt, vitium est, nihil horum agilicet: proinde agre curabiles omnes eiusmodi fluxiones sunt. Quae vero extrinsecus posita vasa sunt, ea vel sine chirurgia roborare licet, illitis medicamentis, quae robor inferant, Graeci Tonica vocant. Est & quando calidus sanguis, ac vaporum plenus, ad caput ascendit, ac maxime in arterijs redundat. Cui vitio excogitatum saluberrimum remedium medicis est, vt ipsa incidatur arteria. Oporter autem de raso capite curiose tangere, tum quae retro, tum quae secundum vtranque aurem sunt, arterias: praeterea quae in fronte, & quae in temporibus sunt. Quarum, quae calidiores alijs apparebunt, ac maiorem exhibentes pulsum, haec sunt incidendae: quaecunque vero & paruae & prope cutem resident, harum vel si partem aliquam excideris, veluti facere in crurum varicibus solemus, aptius erit. Nostro que tempore quidam ex ocularijs medicis non minimus, ex arterijs, quae in temporum summis musculis resident, non exiguam excidit partem. Ac ferè quidem, cum excisa est arteria, reliquae eius partes ad sibi continuas retrahuntur: euenit que id magis in ijs arterijs, quae tum minores sunt, tum minorem exhibent pulsum. Quod si inter nudandum appareat tibi vas magnum, aut magnum exhibere pulsum, tutius fuerit vinculo id prius excipere: mox, quod in medio est, praecidere. Sunt autem eiusmodi vincula ex materia aliqua agre putrescibili: talis autem Roma est ea, quae Gaetanorum dicitur, ipsa ex Gallijs aduecta: vendita vero maxime in sacra via, quae a templo descendit ad fora. Ac horum quidem Romae facilis est copia: vilissime enim venduntur. At, si in alia vrbe artem exerceas, comparatur filum aliquod ex ijs, quae serica nuncupantur. Habent enim ea diuites mulieres in multis sub ditione Romanorum locis, potissimum in magnis vrribus, in quibus multae sunt mulieres id genus. Sin huius facultas non est, ex ijs, quae inueniuntur in regione, quam incolis, deligito materiam, quae minus sit putrescibilis, cuiusmodi est gracilium chordarum: nam, quae facile putrescunt, ea cito a valis decidunt. Nos vero post, quam vndique sunt carne impleta, decidere vincula volumus. Quae nanque caro in abcessis valorum partibus coalescit, ea pro operculo est, ac osculum eorum cludit. Postea vero, quam id factum cernitur, decidere iam vincula secure possunt. At vero, cum venarum partem aliquam excideris, non est opus, eas tam imputrescibili materia deliges, sed suffecerit alia quae priam. Si quidem in arterijs perpetuus motus in lecti valis ora resoluit: in venis autem, postea, qua semel sunt vt cunq; clausa, siue per deligaturam, constrictae, siue per medicamentum adstrictae, permittunt circumpositam carnem circa coalescere, potissimum si, qui curatur, immotam partem seruet, magis q; et, si toto corpore vacuato ipsam attollat. Quippe etiam varices ita curamus. Vocatur aut varix vena dilatata. Porro dilatur in testiculis & cruribus omnino. Sed, quoniam, cum hos adhuc scriberem commentarios, non pauci amicorum rogarunt, vt in fine totius operis omnia, quae ad chirurgiam pertinent, deinceps memorem, idcirco tractato de varicibus nunc differatur. Cum vero non pauci speciatim sint oculorum morbi, qui magis specialem curationem desiderant, ne de his quidem hoc loco plurius est agendum. Nam, qui curiose, quae praedicta sunt, legerit, & naturali prudentia fuerit, huic omnia inuenire, eorum ratione sequenti, nullo negotio licebit. Qui autem tales non fuerit, ijs satius fuerit omnium vitiorum, quae oculis incidunt, curandi rationem priuatim scribere: maxime cum amicorum non pauci ita postulent.

Ob.

παρασκευασμένην δὲ πάλαι κατὰ τὴν ἱερὰν δόξαν, ἥτις ἐστὶν τοῦ τῆς πόλεως ἱεροῦ κατὰ τὴν πρὸς τὰς ἀγορὰς. i. vendita aut praesertim in via sacra, quae a templo Romae ad plateas deducit. Nam i via sacra fuit templum Romae dicatū, quod hodie Colinae, & Damiani titulo uocatur.

* ἀπὸ πλαν.

A libidem.g

Al. 4. f. 3. r. 1. c. 1. 4. 3. 2. d

A. l. 3. f. 12. r. 1. c. 1. 5. 4. 400. c

A nequaquam tamen auxiliorum materiam, nisi tñ exempli gratia, sicut in superioribus fecimus. Haud longe vero à phlegmone abest & alius morbus, quem Graeci Erysipelas vocant. Is, vt monstratum est, ex bilioso succo nascitur. Sed praestiterit fortassis eum pluribus verbis à phlegmone distinguere. Ergo communia amborum sunt, tum tumor, qui praeter naturam sit, tum vero calor. Dissident inter se primum & maxime colore: quando, si is ruber sit, phlegmonem vitium appellant: sin pallidus flauus ue, vel ex pallido flauo que colore mistus, erysipelas. Praeterea pulsatio magna phlegmones proprium est symptoma, quippe quae alte magis in corpus demittitur: erysipelas vero in cute potius consistit, q; alte descendit. Tenuis nanque substantiae est pallidae bilis humor: itaque facile ad ipsam cutim transfluit, carnosus raris que corporibus transmissis. Cutis vero densitas non aequae est huic bili peruia, nisi si admodum tenuis aquosa que sit: talis namque maxime est etiam, quae quotidie cum sudore exit. Licet que multorum, qui in balneis sudorem sibi strigilibus dererunt hunc eius videre coloris, cuius lotium est, ijs, qui diutius cibo abstinerunt. Neque enim ignoras eorum, qui in ediam diu tolerat, pallidius ex aquoso lotium reddi, mox vero etiam flauum, nisi quis prius humectante nutrimento potione q; squallorem corporis irroret. Ac corpore quidem pro natura modo gubernato, amaræ bilis succus inuisibiliter exhalat: praeter naturam vero se habente, tum alijs (de quibus post agetur) vitijs redundat: tum vero eo, de quo nunc agitur, quod erysipelas vocant. Cum enim vel longe copiosior, vel crassior, q; pro natura modo, redditus, vniuersus ad cutim compulsum fuerit, eam tum perurit, tum in tumorem attollit.

δερματι

* ἀπὸ πλαν.

Quo pacto Inflammatio, & Erysipelas oriantur, ac de ipsorum Generibus. CAP. 2.

Sed satius est, veluti semper non dicimus modo, sed etiam facimus, ita nunc quoque à rebus non nominibus initium faciamus: alterum q; principium, priore scilicet commodius, eiusmodi sermoni demus. Cum sanguis copiosus in aliquam particulam procubuit sic, vt ab eius particulae valis nequeat contineri, exilit q; aliquid instar roris ex ipsis valis in ea musculorum spatia, quae similibus corporibus, ex quibus componuntur, interueniunt, vtique tumor ex plenitudine oritur: cui succedit cutis tensio, & in alta carne cum pulsu dolor, & tangenti renixus quidam, & rubor, & calor, ipsa nimirum cute ea, quae subiecta sibi caro patitur, sentiente. Similiasiam dicto & in visceribus affectus oritur. Est enim his quoque sua quadam caro, quam aliqui Parenchyma graece vocant, in quam videlicet sanguis ex refertis valis halitus specie exudans, iam dicta symptomata efficit. Atque hic vnus affectus est sanguineae fluxionis soboles, in carnosae corpora maxime incidens. Secundus alter biliosae fluxionis germen est, ac circa cutim maxime consistens, tum hanc externam, quae omnium partium commune est tegumentum: tum membranofam & tenuem, quae singulis internarum est circumdata. Ergo, sicuti prior affectus etiam cutis aliquid apprehendit, ita hic quoque aliquid subiectae sibi carnis occupat. Quod si crassior humor acrior q; sit, summam cuticulam (Graeci Epidermida vocant) excoriat: spatio q; temporis ad profundum aliqui cutis exulceratio peruenit. Atque hic quidem affectus erysipelas nuncupetur, duplicem (vt iam dictum est) habens differentiam, q; vel absque exulceratione, vel vna cum hac, incidat. Prior autem affectus vnus rationis est, vocetur q; phlegmone. Cum ergo nec planè biliosa, nec sanguinea fluxio est, sed ex ambabus mista, vtique ab eo, quod in mistura exuperat, nomen ipsi indatur: ac dicatur de eo id, quod exuperatur, sic, vt vel phlegmonem erysipelatosam id vocemus, vel erysipelas phlegmonosum. Vbi autem neutrum vincit, ibi vitium phlegmones erysipelatos q; medium nominetur.

τὸ δὲ δὴν δὲ ἐστὶ τὸ βλεβερματι πόνος μετὰ σφυγμῶν.

Ratio Curandi simplex & cum reliquis affectibus iunctum Erysipelas. CAP. 3.

Curatio vero methodus, sicuti in alijs compositis, ita & nunc tradatur, initio à simplicibus sumpto. Ergo omnibus, qui sic praeter naturam consistunt, tumoribus communis indicationis vacuatio est. Adieci verò illud / sic / admonens te multitudinis humorum, qui eos excitent. Nam, si quis eos vacuet, naturalem habitum membrum recipiet. Iam vacuatio pari modo in omnibus, duplex est, vna repellentium ad alias partes: altera foras digerentium per eum, qui sensum fugiat, halitum. At, quoniam erysipelas non quantitate modo affligit, sed etiam qualitate ipsa ex vehementi scilicet inflammatione cruciat, amplio rem refrigerationem, q; phlegmone, requirit. Nec tamen non periculosa toti corpori est eiusmodi curatio propterea, q; bilis interim ad aliquod princeps membrum fertur: quippe cum, si vel sanguis ipse abundet, haud tutum sit ex minoris notae membrum fluxionem eius repellere. Tanquam igitur in illa post totius corporis vacationem Apocrusticis id est repellentibus, vocatis auxilijs vsi sumus, ita nunc quoque faciemus, sed pro sanguinis missione, medicamento, quod bilem trahat, purgantes: ipsam vero afflictam particulam refrigerantes. Esto autem refrigerationis terminus, ipsa coloris mutatio. Etenim, quod purum erysipelas est, statim cum hoc quiescit: quod non purum est, sed iam quodammodo phlegmonodes, si plusculum refrigeres, liuidam cutim praefert. Sin ne sic quidem quis delistat, nigricat, potissimum in senili corpore, sic, vt quaedam ita refrigerantium ne digerentibus quidē medicamentis ad perfectionem sanentur, sed sciri hosus quidam tumor in particula relinquatur. Ergo satius est, vbi laborantis particulae alteratum colorem videris, à refrigerantibus adstringentibus q; ad contraria transire prius, quā vel liuida vel nigra profusus fiat. Porro refrigerantiū materia in opere de medicamentis est tradita: solanū, & semperuiuum, & portulaca, & vmbilicus ueneris, & psyllium, & altercum, & lactu.

Al. 4. f. 3. r. 1. c. 1. 5. 4. 400. c

GALENI METHODI MEDENDI IDEST DE MORBIS CVRANDIS LIBER QVARTVSDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI

De reliquis Tumoribus & Affectibus praeter naturam curandis, sumpta ex singulorum generibus curandi indicatione.

Quid differat Inflammatio, & Erysipelas. CAP. 1.



De tumoribus, qui praeter naturam in corpore consistunt, quot numero, quales que sint, proditum à nobis singulari volumine seorsum prius est. Quem admodum autem hi methodo curandi sint (quod vtique docere propriae propositi operis professio est) in horum commentariorum tertio decimo ne sermo erat habitus, aptius mihi visum est de phlegmone primum differere, vt quae & frequentissime incideret, & febres subinde accenderet. Ac dictum quidem non nihil fuerat in februm curatione inter caeteras earum causas, etiam de phlegmone: verum absolutus sermo, & qui proprie illi debebatur, in libro qui hunc praecedit, est traditus: in quo methodum curandae eius, qualis nam esse conueniat, tradidimus: nequaquam

& aetua, & intybūm, & lenticula palustris, & cerata ex aqua admodum frigida, & alia id genus. E Vbi verò inflammatio agrotantis membri iam deliquit, cataplasma illi prius, q̄ liueat, ex hordei farina (ωμην λύσιμ grace voco) est imponendum. Quod si iam liuor occuparit, incisa cute cataplasma superponendum est, + perfundendus que locus plurimum quidem ex aqua calida: sed & marina aqua, & muria interim conducer. Quin etiam ipsi cataplasmati eiusmodi aqua, vel acetum, vel oxalme misceatur. Hoc tempore etiam coriandrum cum polenta quidam esse salubre erysipelatum medicamentum scripserunt. Alij rursus eodem inter initia vli, magna noxae occasio laborantibus fuere. Sed & rosaceum ceratum, cui immistum sit calcis aliquid, eodem modo sunt, qui prodiderunt erysipelati prodesse, alia que similis generis non nulla ex ijs, que valere exalfaciāt. Quorum nullum est erysipelatis medela ante, q̄ videlicet mutatum delinat esse id, quod ab initio fuerat, atque alterum iam, illiq̄ contrarium euaserit. Quomodo enim, quæso, non sit contrarius calido affectui frigidus: aut ei, qui flauo aut pallido colore est, is qui liuidus aut niger est? Sicuti autem subinde phlegmonæ admiscetur erysipelas, ita etiam aliquando oedematis: ac vocetur, quod ex ambobus tum est constat, erysipelas oedematosum non secus, q̄ vbi ex refrigerando durum egre q̄ resolubile redditur, vocabitur erysipelas scirrhosum. Iam curatio quoque, veluti in omnibus compositis, ita in his administrabitur: ac potissimum quidem contra exuperans pugnabitur, non prætermissa tamen nec ea, quæ ex admisso præstat, faciendorum indicatione.

* σέρις

A + Antiqui cod. ita legunt, αλονειν τε τω μεν πλεισταδι υδατος θερμου υ βαλασσης υ αλμης, ποτε δε συνολισαι υ αυτη γε τω καταπλασματι μιν υνυει το ποτον υδωρ η εζος η δε αλμυ, i. perfundendus est locus plurimum quide ex aqua calida, & marina aqua & muria, non nunquam vero conducer ipsi cataplasmati e usmodi aqua vel acetu, vel oxalmen miscere.

B * Dicitio hæc non est in cod. grecis.

C + Cod. mil. te graec hæc non habent.

D * In antiquis legio mdas i. affectionis

* αβρδωρ

De curandis Oedematis, & Scirrhis. CAP. 4. Sicut autem ex biliosa fluxione erysipelas, ita ex pituitosa constat oedema ipsum, rarus quidam satque indolens tumor. Equidem scio aliter quoque oedemata prouenire, sicut in pedibus, in intercutis aquæ affectibus, & phthois, alijs que, + qui vehementes sint, malis corporis habitibus. Atq; in illis quidem oedema multitudine eius, quæ hominem premit, est symptoma, nullam seorsum propriam curationem requirens. Nam satis erit, (si modo curatione egebit,) ipsa tum crura perfricare alijs oxyrhodino, alijs oleo cum sale, aut etiam oxyrhodino sal habente. At, si ex pituitoso humore in particulam influente oedema constitit, abunde aliqui satisfacit spongia, quæ ex aqua, in qua sit acetu aliquid, maduerit. Porro hæc ita attemperabitur, vt vel bibi possit, vel vt non multum supra hoc, acetu habeat. Deligare verò spongiam debebis, ab inferiore parte incipiens, ac supra finiens. Esto autem spongia, si modo conductura sit, omnino noua: huius si copia non est, cuius erit, hanc detergebis expurgabis que nitro, & aphronitro, & aqua lixina. Quod si sub his oedema non subsidat, vbi rursus deligabis, pulillum aliquid aluminis lixiæ, ac nouam spongiam admouebis: si noua copia non sit, melius est eo, quod vulgus vocat Elychnion, vtare. Id verò ante omnia molle esto, quod genus Tartlicum est: cuius si facultas est, audacter vtitor, vtilius enim experire, quam spongiam. Madeat verò ex pusca, quæ aliquid habeat aluminis: tum (vt præscrip tum est) deligetur ab inferiore sursum. Sit autem arctatio mediocris, veluti in ossis fractura: ac prima quidem fasciæ infectiones, quæ scilicet inferne incipiunt, magis, arctanda: quæ deinceps sunt, sensim remittenda, cæterum non adeo, vt laxa sit aliqua deligationis pars. Porro idoneum medicamentum ad hæc & Glaucium est, tum ipsum per se liquatum ex pusca, tum vel magis medicamentum nostrum, quod ex eo compositum est. Cuius compositionem habes in eo opere, quod de medicamentis est inscriptum. Sane hæc tenus à me scripta fuerant opera tria, vnum de simplicibus: alterum post hoc de compositione medicamentorum: & tertium de facile parabilibus. Quartum autem adscribere constitui, quando quidem multi amicorum ita suadent. In eo de communibus & proprijs cuiusque partis & vitij medicamentis agetur. Verum medicamen illud, quod Glaucium habet, non oedemata modo, verum multo etiã magis tum erysipelata, tum phlegmonas incipientes sanat, ac potissimum calidas. Manifestum autem, quod erysipelatosas phlegmonas, & erysipelata phlegmonosa, idem medicamentum sanat: At non eas phlegmonas, quæ in scirrhum iam transierunt: aut erysipelata, quæ iam refrixerunt: aut denique vllum scirrhosum affectum sanauerit: de quibus vtique in quinto de simplicium medicamentorum facultatibus aliquid est proditum: dicitur verò & nunc. Siquidem humor, vnde eiusmodi vitium nascitur, aut glutinosus est, aut crassus, aut vtiusque rationis particeps. Curandi verò eius communis indicatio est, vt, quod præter naturam in particula est, totum vacuetur. Modus tamen vacationis eius proprius est: nam detergere, id vbi contumaciter inhaeret, oportebit. Quod si quis ijs, quæ vehementer trahunt, digerunt que, medicamentis vacuare tenter: nec ijs, quæ humectent & exalfaciant, molliat ac liquet: huic paucis primis diebus egregie processisse curatio videbitur, cæterum, quod de affectu restabit, id insanabile erit: siquidem toto, quod in eo tenuium partium erat, digesto, quod reliquum est, veluti lapidosa concretio, linquetur. Quippe etiam, qui in articulari morbo visuntur pori, ex humore crasso glutinoso que proueniunt: quando is non paulatim est digestus, sed violentis medicamentis totus simul siccatus. Ad eundem modum & calculi generantur in renibus, asso scilicet in his crasso glutinoso que succo. Hac igitur de causa ad scirrhosos affectus nullum vehementer exalfaciens siccans ve medicamentum est aptum, sed ea tantum, quæ cum molliendo digerere possunt: cuiusmodi sunt tum ceruina medulla, tum vitulina: tum seuum hircinum, & taurinum, & leoninum: ad hæc ammoniacum thymiam, & bdellium. vt runq; ma-

A. ibidem

A. l. 4. f. 1. c. 3. fol. 457 d

A. ibidem

gis q̄

Agis q̄ Scythicum, quanto videlicet est humentius. Pari modo & styraç, qui humentior est, sicco vtillior est. His igitur indicationibus attentus, etiam complicatos affectus sanare poteris, pro subinde iam dicta in omnibus compositis vitijs methodo.

Indicationes Remediorum, que in Scirrhis & Oedemate ab affectis partibus præbentur. CAP. 5.

Mhi verò iam tempelluum fuerit de affectarum partium differentia mentionem facere: quam semper in omnibus tum morbis, tum symptomatis, in memoria habendam censui. Diximus autem non pauca de indicatione, quæ ab ijs sumitur, in libro, qui hunc præcedit. Siquidem omnium, qui præter naturam sunt, tumorum, in quibus vtique adhuc non sunt geniti pori, prima curationis indicatio vacuatio est. Earum verò partium, quæ iam scirrhum contraxerunt, vacuatio per iam dicta medicamenta perficitur: vocare que ea malactica, id est mollientia, medici solent. Quoniam autem membrorum alia rariora naturaliter sunt, alia densiora, etiam vacationem eorum diuersa specie remedia postulare est necessum. Hac igitur de causa tum in tendonibus, tum in ligamentis, scum scirrhosa fuerint, visum mihi satius est ei curationi, quam per mollientia medicamenta molimur, aliquid incidentium admiscere. Ex quorum numero vel in primis acetum est. Interim verò & in alijs partibus, quas scirrhosus affectu, eo vtitur: vt paulo post dicam. Verum

B in tendonibus & ligamentis in hunc modum: In aceto acerrimo candentem igni lapidem extinguo, ac, si quidem haberi potest, qui certe in magnis vrbibus rarus non est, pyriten: sin eius copia non datur, molarem, Græci Myliten vocant, scilicet ex quo molas, quibus molimus, faciunt. Deinde ascendente post infusum lapidi acetum vapore calido, in hoc dimoueri scirrhosum ligamentum vel tendonem cogo: atque exinde rursus medicamen, quod molliat, impono. Oleo tamen principio curationis, non aqua, quotidiè omnino laborantem particulam perfundo. Esto autem id oleum haudquaquam adstringens, sed planè tenuium partium, cuiusmodi Sabinum est. Incoquimus autem oleo interdum althææ radicem, ac syluestris cucumeris, & liqua est eius generis alia. Atque hoc vtior (vt dixi) quotidie. Cæterum curatio, quæ per acetum administratur, vtilis est vitio iam adulto, & cum præparata iam sub mollientibus pars fuerit. Excogitavi autem & composita quedam ex aceto medicamenta, quæ inter mollientium vsum ad vnum diem impono. Siquidem acetu vis, modo ea quis modice & debito tempore vtatur, salutaris eiusmodi affectibus est, ceu crassos viscidos que humores difsecans ac dissoluens: sin vel immoderatus vel in tempore non idoneo, tenuiores partes violenter absumens, id, quod reliquum est, lapidescere sinit. Sed & si quis eo diutius vtatur, substantiam ipsam neruorum delibaucrit. Ob id igitur nec sæpe, nec inter initia, nec longo tempore, medicamentis, quæ ex aceto componuntur, ad ligamenta & tendones est vtendum. At in liene & carnosus musculi partibus scirrho affectis tutus eius est vsus: quippe raræ sunt naturaliter hæc partes, nec est quod metuas, ne quis neruus eius vilædatur. Ac ammoniaco quidem thymiamate cum aceto etiam alij non pauci lieni imponentes vtuntur, ad luti s. crassitudinem, quod ex vtiusque mistum est, redactio: idq; solum ei curando sæpe satis fuit. Ad musculos verò, alium sanè non vidi: ego verò et sæpe sum vsus, vtique mollientium vsui interponens. Atq; sub illis nulla cernitur euidentis vitilitas: sed postea, q̄ molliuit per ea scirrhosus tumor est, maximum certe vsum ammoniacum aceto liquatum confert. Sufficit autè eo vno altero ue die vsos, rursus ad mollientia reuertit: ac rursus his pluribus diebus vsos, denuo ad medicamen, quod ex aceto fit, redire, siue id ammoniacum, siue quid aliud habeat eorum mollientium, que paulo supra sunt comprehensa. Neq; n. aliud quicq̄ est admouendum, cuiusmodi s. pleraq; sunt eorū medicamentorū, q̄ sicca vocat: siquidè inter initia medicamentum probabis, sed id insanabilis affectionis reliquias relinquet. Ego nãq; eius rei causa in medio tpe cataplasmate ex althæa sum vsus: vocat autè hæc vulgus Anadenomolachen. Huius igitur radix seuo soluta salutare ad talia medicamentum est. Esto autè seuū, si fieri potest, anferinū: sin id non sit, gallinaceum: sin nec huius facultas sit, suillo vtendū. Sed & syluestris malua, que passim nascit, folia cum suprascriptorū aliquo tusa proficiet: meliora tñ crudis sunt, quæ modice ante sunt decocta. Ac eiusmodi quidè auxilia, & curationis variatio, qualis iã comprehensa est oium particularum, q̄ scirrhosis vitijs sunt affecta, cõta sunt. Ad eundè modum oedematum curatio, quã paulo ante memorauimus, comprehensis iam differentijs p. particulas variat. Iis. n. q̄ in præcordijs sunt, oedematis nemo frigidã ex pusca spongiã applicuerit: veluti nec alijs, qui in his sunt, tumoribus. Iã quis absinthium oleo incoquens, genu vnq̄ perfudit: quis oculum, aut aliquid eorū, quæ intra os sunt, qualitercunq; affectum: at tecitori agrotanti & lieni subinde cum maxima vitilitate adhibetur. Docet id ipsum & experientia, quæ vim eorum euidenter indicat, non secus, q̄ ratio. Nos tñ nunc hoc opere solam eam remediorum inuentionem, quæ methodo paritur, qualis nam sit, differimus. In operibus de medicamentis ambas miscuimus, omnia medico cognoscenda esse ratu, tum quæ sola inuenta sunt vsu: tum quæ sola ratione: ad hæc tertio loco, quæ conferentibus ad inuentionem vtisq;.

Tumorum Indurationum differentia, & qui proprie Scirrhi appellantur. CAP. 6.

Ac de phlegmone quidem, scirrho & oedemate satis sunt, quæ hæcenus sunt comprehensa, illo non omisso, quod scirrhum nominamus tumorem durum, qui sine dolore est, non tamen omnino sine sensu: talis enim sanabilis non est: reliqui omnes, sicut agrius sensilem ipsam partem

In aliquibus antiquis codi. legit δευρδωρ. i. quæ acetum recipiant.

bus, eum scapello sunt diuisi, proprietates quadam non pauca, nec humorum modo, sed etiam so E lido rum quorundam corporum. Siquidem vnguium, pilorum, ossium, testarum, lapidum, & pori fragmentorum similia inuenta in his corpora qdam sunt. Ac humoru ipsorum alius, veluti lutum, vel coenum, vel olei quidam limus, vel vini faex: alius adeo grauiter olens, vt oes auerferentur. Veru haec rarius incidunt. Frequentissima vero huius morbi sunt tria genera: quorum singula propria appellationem graece sunt sortita. Ea sunt, Atheroma, Steatoma, & Meliceris, a similitudine contentarum in tumoribus substantiarum dicta: est. n. aliud eorum veluti seuum, aliud veluti mel, aliud puliticulae, quam Atheran vocant, simile. Curationis vero eorum indicationes sunt coes, nempe id, quod continetur, vel digerere, vel totum putre reddere, vel excidere. Aliqui igitur eiusmodi tumorum triplicem curationis rationem admittunt, quotquot, s. ex tenuiore humore constant, vt meliceris: aliqui duplicem ratum, veluti atheroma, quippe quod tum excidere tum putrefacere licet: steatoma vero sola manuum opera curatur, cu nec putrefieri possit, nec digereri. In ijs vero abscissibus, qui in alto corporis consistunt, ac potissimum in visceribus, medicamenta, quae ex aromatis componuntur, maxime sunt vtilia, vt pote quorum vis collectum humorem tum in hantum resoluat, tu digerat. Sunt profecto & alia eius generis no pauca, quorum laudatissima sunt tum antidotos, quae ex viperis componitur (Theriacen vocant) tum, quae Athanasia vocatur, tum Ambrosia: atq; haec F quidem sumptuosa: vtiliorum sane optimum est nostrum, quod ex cretica calaminta est compositum. Omnia vero id genus in opere de medicamentis colligemus: quod, vti paulo ante diximus, fatius arbitror ijs tribus, quae supra memorauimus, quod nihil desit, subijcere.

De Tumoribus, qui toto genere Prater naturam sunt, ac de optima Curandi via. CAP. 13.

Vontiam vero eorum, quae per chirurgiam fiunt, curationis indicationes aliquid commune habent, aliquid proprium, fatius nobis visum est ea non distrahere, sed vniuersa in calce huius operis apponere. Nunc porro tantulum etiam de tumoribus, qui prater naturam consistunt, est adijciendum, q quicunque ex his toto genere prater naturam sunt, ij sui ablationem indicent, communiori. s. indicationi, quae per omnia, quae totis substantijs a naturae habitu recesserunt, extendit, subiecti: veluti in steatomatis & atheromatis habet. Huius certe generis est, & quae Myrmecia graece vocatur, & quae Acrocordan, praeterea in vesica calculus, & hypochyma: & in mulieribus mola in vtero gestatio, ita vero appellant in formem carnem: omnia namq; talia summovere in totum properamus. Quorum vero etiam locus ipse affectus vna quae piam naturalium partium est, prima indicatio, vt affectus sanetur. Secunda ab hac, si insanabilis is sit, vt vna cum vitio pars quoque ipsa excidatur: sicut in cancro & omnibus vlceribus, quae curationem respuunt. E contrario vero in suffusione, quod Hypochyma vocant, vici in prima indicatione, ad aliu eam locum, q minoris sit momenti, transferimus. Non desunt, qui haec quoque vacuare sint aggressi: sicut in ijs, quae chirurgia tractantur, dicam. Nunc illud dixisse sufficiet, q humor, qui in hydrocelis visitur, alienus a corporis substantia tota natura sit, sicut etiam, quae in ascitis hydrocibus continetur aqua. Quarum certe vacationem vel medicamentis, quae digerant, molimur, vel chirurgia, in hydrocele quidem immisso siphone: in hydrocibus vero adhibita punctione, quam paracetesin vocant. Porro exciditur vna cum affectu ipso, veluti in ijs, quae ante comprehensa sunt, etiam pars affecta: ita & in herniosis aliquid peritonaei. Pari modo & columella aliqñ vna cum vitio ipso exciditur. Idemq; in cruribus & testiculis, vna cum varicibus ipsae venae. Ad hac, tunica in naso cu polypo, & foratus des cum foramine: verum ex his nullum est, quod ad naturalem habitum possit reduci. In columella vero id oino est conandum, nec pperandum ad eam excidendam: sed, qñ gracilis est, & ad lori tenuitatem redacta, tum est auferenda. Porro talem eam reddet longius tps: at, qualem Hippocrates in praefagijs descripsit, paucorum dierum numerus: aequae vero & caetera, quae in magnitudine naturalem habitum exceperunt: in quibus annumeranda sunt oia, quibus supercreuit caro, & encanthides, & qui in sede thymi dicuntur. Sunt ex istiusmodi vlceribus, & quae ambigua sint specie, veluti cicatrices, quae supra circumpositam cutim multum extant: item, quae in oculis sunt pterigia. Curationis tamen eorum indicatio manifesta est. Siquidem talia omnia amouere oportet: atq; id semper agere, vt ronibus, quibus id fiat, pensitatis optimam semper earum deligas. Sane optimae rones tripliciter iudicantur, tum ex tps curandi breuitate: tum ex curando citra dolorem: tum ex maxime tuto curando. Rursus, vt tuto cures, tria propria sunt, quibus intentus sis, oportet, vnum primumq; vt oino absolutionem operis consequaris: alterum, vt sicubi hunc non consequaris, saltem cubantem non ladas: tertium, ut vitium non facile reuertat. His considerationibus si optimam curationis viam iudicaueris, inuenietur in oibus, quae nunc pposuimus, qñ potius chirurgia, & qñ potius medicamentorum ope, sit curandum. At chirurgiae quidem studium in ijs praesertim, quae nunc sunt proposita, ad interemptionem eoru festinat: vt quae, quod in animalis corpore toto genere prater naturam habetur, id prorsus tollendum sibi proponat: quod si perficere nequeat, proximum illud consilium habet, vt vitium transferat, veluti in hypochymatis. Quod vero ex medicamentis petitur, primum huc tendit, vt, quod prater naturam est, tum vacuet, tum digerat: quod si per membri naturam, aut etiam vitij rebellionem fieri non licet, ut id tum in pus vertat, tum putrefaciat: hoc vero secundo loco destinat. Quippe ita in columella vitio facimus, primum scilicet ad naturalem

* τὸν κατὰ φύσιν. i. e. eam quae secundum naturam sunt

3. Progn. 2. 21 4. 209. c * Nō est in antiquis.

A. li. 3. f. 21. 4 c. 18. fol. 388. h

A naturalem habitum eam reuocare tentantes: id si consequi non est, prorsus amputantes, id que vel chirurgiae opera, vel per caustica medicamenta. Verum medicamenta, melius est, in tractionem de ijs differamus (quandoquidem tribus iam proditis, aliam quoque quartam adijciendam statuis) ac chirurgiam in calce huius operis apponamus.

Quae secundum naturam, quae Prater naturam proprie in nobis dicantur. CAP. 14.

Non est igitur, q in his amplius immoremur: sed transeundum ad ea, quae similem ijs, quae comprehensa sunt, curationem desiderant. Ea sunt, tum quae in numero & magnitudine conuenientem modum excedunt: tum quae in ambobus his deficient. Dixi hoc loco conuenientem: q si conferentem, vel conducentem, vel secundum naturam, vel vtilem alibi vsurpauero, eadem sermo nis vis erit. Ac dictum quidem de his est alibi latius: caeterum redigere in memoriam summam omnia, etiam hoc loco alienum non fuerit. Omnium ergo, quae in corpore habentur, primum, cuius maxime indigemus, est ipsa particularum minime impedita functio. Hanc vero, quia possidemus natura, idcirco publice dicimus expetere nos secundum naturam agere. Et, quia hoc ipsum cum eo, quod secundum naturam se habet, est coniunctum, merito profectio nihil interesse arbitramur, secundum naturam habere, an secundum naturam agere dicamus. Quin & sine additione interim graece dicimus expetere nos τὴν κατὰ φύσιν, vti que subaudito in dictione, vel habere, vel agere, vel ambobus: Latinitas propter articuli fortassis inopiam, ea figura destituitur. Atque haec quidem causa est, cur medicis recte vsurpata vox haec, Secundum naturam, sit de omnibus, quae in corpore ex sententia nostra esse cupimus. Scire autem licet in ijs, quibus natura deficit, nec primum, nec propter se ipsum, secundum naturam a nobis expeti, sed propter actionem, & ex accidente. Siquidem sextus digitus non nullis ab ipso statim ortu est congenitus, & quintus deficit: & alia quaedam similia, aliqua in numero, aliqua in legitima quantitate, vitiosa. Ac, si quidem haec plurimum, recta vero rara fierent, contra, quam nunc, de naturae operibus statureremus, vti que non tuentes ut nunc, sed auferentes ea. Haec ratio memoria tua nunquam excidat, cum sit ad nomen vsum vtilis, quae tum fallere inconsideratos possunt, tum discordiae phantasia excitare, sicubi alter dicat totum, quod prater naturam est, esse tollendum: alter, quod nocet, aut inutile est, aut incommodat actioni.

De ijs, quae in Magnitudine, & Numero excedunt vel deficient: ac primum de Curandis ijs, qui Obesitate & corpulentia onerantur. CAP. 15.

Ergo denuo repetentes, de rebus loquamur, quando de nominibus est nobis definitum, hinc orli. Coniuncta comprehensis iam morbis sunt ea, quae uel magnitudine, vel numero, a debito naturae modo sunt aliena: in quibus amputare quidem conueniet, quod magnitudine uel numero redundat, reficere autem & fingere, quod desit, ubi uidelicet fieri id licet. Quintum namque digitum, aut tale aliud membrum, medico certe gignere non licet, sed vnius naturae opus sunt omnia talia. Verum in totum tollere, quod numero redundat, aut praecidere aliquid eius, quod magnitudine modum excessit, haec nobis quoque licent. Siquidem ex medici officijs vnum est, nec id leuissimum, ubi in corpulentia eo deuenit corpus, vt nec ingredi sine molestia, nec sedem propter ventris molem contingere, sed nec respirare libere possit, hanc liquare ac tollere, & aequae nimium ut, cum corpus ali delinit, (Atrophia Graeci uocant) quod genus, quos vomica male habet, patitur, huic quoque reficiendo prospicere. Saepae autem euenit, vt non totum corpus, sed una quae piam pars ex atrophia tabescat: quam scilicet vel neruorum resolutio, vel ipsius partis intemperamentum, praecessit. Opportuneq; iam de curatione horum considerabimus, orli ab ijs, qui corpulentia nimium onerantur. Ostensum vero in libris est, qui de temperamentis sunt inscripti, q calidior siccorq; temperies exile corpus reddit. Ergo id agendum, vt nimium obesi corporis temperamentum tale esse faciamus, si modo ad debitum modum redibit. Sane docuimus tum in illo opere, tum nihilo secius in opere de tuenda sanitate, quod acuta exercitatio, & tenuans victus, & id genus medicamenta, & animi cogitatio, temperamentum totum non solum calidius, sed etiam siccius, ac propterea corpus exilis reddunt. Igitur in exercitationibus celerrimus cursus est idoneus. Tenuatis uero uictus materia seorsum singulari libro est prodita. Quod si medicamenta tenuantia quoque requirant, etiam haec in operibus, quae de medicamentis conscripsimus, sunt edita: quam referentur eorum nunc quoque, quae sunt efficacissima: quibus, ubi demere nimiam obeliatem studes, vt aris, suadeo. Ergo, quae ad articularia vitia quidem exhibere solent, quae scilicet valentem incidendi facultatem habent, ijs tu quoque, cum nimiam obeliatem curabis, utitor. Sunt porro talia, ruta semen, praesertim que syluestris, vna cum ipsis corynibus, & aristolochia rotunda, & minus centaurium, & gentiana, & polium: praeterea ex urinae cientibus, ea, quae pollentes habent vires, veluti petroselinum. Vnumquodq; enim talium, tum ipsum per se, tum uero alijs mista, vniuersa & extenuare potenter succos, & vacuare sunt habilia, partim quidem sensibiliter per vrinam, partim per insensibilem transpirationem: sed & sal, quod ex combustis sit viperis, potenter extenuat. Multiq; cum vel graciliores, uel medioctis habitudinis essent, ex eiusmodi medicamentorum potione perierunt, sanguine ipsorum excocto. Ruerant autem ad ea propterea, quod liberatos aliquos articularijs vitijs viderant, minime, s. aestimantes, q temperies eorum, qui sanati fuerat, Septima Classis, m m m m m iij humidior

* ἀπολογηθέν

† Clarior, aequae nimium, vt est corpus t ea reddat atrophiam, qualis ij, qui phthoe de tinetur, patiuntur.

ce dicitur, & exulcerati cancri. Quorum omnium communis curatio est, ut inhibeatur primum hu-
 moris confluxio, post sanetur vlcus: propria vero cuiusque tum ex membri inuenitur natura, tum
 ex humoribus non solum specie, sed etiam quantitate. At tenuissimus quidem in eiusmodi humo-
 ribus est is, qui exulceratum herpetem excitat: crassissimus, qui cancrum: proximum ab his locum
 occupat, quod ad crassitudinem attinet, qui phagedenas creat. Harum species quaedam sunt, quae
 Cheronia ac Telephia graece dicuntur. Iam aliae quaedam eiusmodi appellationes sunt, sed inuti-
 les & superuacuae: si quidem ad curationem pernoscere oportet humoris tum copiam, tum crassitudi-
 nis tenuitatisque eius modum, tum potentiam: Veluti statim in herpete, quoniam humor tenuis
 est, (vt qui ex genere flaua sit bilis) vbi summam cuticulam in transitu perripit, utique, cum dige-
 stus is est, permitti cicatricem vlceri induci. Itaque, si quis toto prius corpore purgato, mox, quae
 influentem humorem reprimant regerantque, medicamentis utatur, iam herpetem curauerit. Sin
 neutrum horum fecerit, sed tantum ea, quae cicatricem inducunt, adhibuerit, vtique exulceratam
 cuticulam ita sanauerit: proxima tamen illi, quod minus exulceretur, non consuluerit. Postmodum
 vero illa quoque cicatrice inclusa, quae ipsi continua est, exulceratur: id quae longo spatio, ceu ser-
 pente malo ipso, fit, donec humor, qui id facit, sit uacuatus. Etenim Romae mulier quaedam illu-
 stris, cum herpetem in malleolo haberet, primum quidem medicamento, quod algam recipit, est
 vsa. Hoc cum protinus cicatrix induceretur, proxima illi summa cutis est excoxiata, veluti ex de-
 squamatis. Cui cum deinde superpositum medicamentum est, rursus illi continua est exulcera-
 ta. Id quae ita assidue perrexit, donec ad genu exulceratio perueniret: cum interim quiduis po-
 tius pati, quam medicamento, quod bilem traheret, purgari parata esset. Itaque etiam, (quod fieri
 in talibus assuevit, quoniam plerique culpant non culpanda) damnato ex alga medicamento aliud
 admoueri iussit. Deinceps igitur, quod ex sandice componitur, vtebatur. Vt vero id quoque,
 quod exulceratum iam fuerat, sanauit: quod vero nunc exulcerabatur, non inhibuit, sed iam ad bu-
 bones vsque vitium ascenderat, ipsa necessitate coacta, serum seclatis sumpturam annuit. Immit-
 tentes igitur clanculum minimum scammoniae, inuitam purgauimus, ac sanauimus. Ergo, cuius
 gratia haec dicta sunt, denuo repetamus. Post, quam communem omnium, quae sub eodem gene-
 re vitiorum sunt, indicationem acceperis, utique non hanc in particularibus exqueris, sed reduces
 semper ad differentiam, quae tum affectibus, tum ipsorum causis, sit accommodata: sicuti de sponta-
 neis ostensum est ulceribus. Vacuabis namque eum, qui redundat, humorem; ceterum aliquan-
 do medicamento, quod flauam purgat bilem: saepe eo, quod nigram: modo eo, quod mista est fa-
 cultatis, quod scilicet bilem simul & pituitam educat: veluti in altero herpetum genere, quem a si-
 militudine, quam habet cum milio, Cenchrion graece appellant. Quippe is non protinus vlcus
 facit, quemadmodum alter, sed admodum exiguas pustulas, ad speciem milij: quae ipsa interposito
 spatio in vlcus abeunt. Adeo non sine ratione quibusdam visum est in eiusmodi vitio bili esse
 aliquid pituitae admistum. Incidunt sane non nunquam & citra vehemens totius corporis humo-
 rum vitium in partibus ulcera, quae haud difficulter medicamentis, quae repellendi digerendi que
 mistas facultates habent, curantur. Ac repellunt quidem non solum ea, quae adstringunt, sed etiam,
 quae sine adstrictione refrigerant: digerunt vero, quae calefaciunt. Constat que, quod in genera-
 tione ulceris exuperare debent, quae repellendi facultatem habent: vbi non amplius constitit in
 agrotantem particulam vitiosus humor, quae digerunt. Si quidem exiguum vitiosi humoris, etiam
 si quis ad viscera & magnas uenas retrudat, nullum profecto, quod sensu percipiatur malum com-
 mittit: at, si eius non leuis quantitas sit, in princeps aliquod membrum aliquando procumbit,
 ubi scilicet prius naturae viribus totum corpus expurgantibus non sit uel per deiectionem, uel uri-
 nas, uel cutim, quae totum corpus includit, vacuatum. Atque flaua quidem bilis vacuatio est fa-
 cilis: pituita vero, ac potissimum eius, quae crassior glutinosior que est, item que nigrae bilis, diffi-
 cilior: quo magis purgantibus medicamentis opus indigent. In herpete uero, quoniam tenuis humor
 est, qui id vitium creat, abunde est etiam aluum leuiter soluisse, uel urinas per ea, quae id modice
 efficiunt, citasse. Verum, quoniam de medicamentorum methodo proditum etiam aliquid in
 superioribus est, non pauca autem & in operibus, quae proprie his sunt dicata, satius sit sermo-
 nem nihil ultra proferre: quando satisfacere etiam ei, qui attentus erit, haec possint, neque enim
 nos ea a multis accepimus. Verum homini, qui prudens sit & diligens, & mente exercitatus, ipsa
 rerum natura, quid agendum sit, suggerit: vbi uero etiam inueniendi viam ab alio quis traditam
 ceperit, huic facillimum est per eam ultra progredi. Huius rei amplum testimonium fuerit, quod
 eiusmodi uiri artem maximis operibus illustrarunt: qui uero parum sunt prudentes, ij nihil praeter
 ea inueniant, etiam si tota uita infinitos artis effectus conspexerint. Plurima namque inueniuntur,
 hodie, quae apud maiores nostros non fuere inuenta: veluti nunc Romae quidam excogi-
 tauit, quemadmodum acrochordonas & myrmecias ore sanet. Verum de prioribus, utpote a cute
 extantibus, minus est mirum: de myrmecijs uero, potissimum quae cum summa cute profusus
 sunt aequales, mirum uidebatur. Veruntamen has quoque primum labiorum applicatione, ceu
 fuctu, ad se trahere, atque a radice euellere: deinde primoribus apprehensam dentibus totam si-
 mul eximebat. Sed & scalpro ad myrtacei folij speciem formato, & ferramento eo, quod Scolo-
 pomacharion

Obs. Serpente

αυαρίστεις

A.li.4.f.7.t.3.
c.13.f.516.h

A.li.1.f.1.d.5.
c.1.fol.10.b

A.li.4.f.3.t.1.
c.7.fol.432.g

A.li.4.f.7.t.1.
c.12.fol.505.
g.h

A pomacharion Graeci vocant, quispian manibus exercitatus, facile eas excidat: cum proprijs linea-
 mentis a circumposita cute circumscripta discernantur. Aequae uero & valente aliqua prima circulo
 myrmeciae imposita ipsam educimus. Debet porro pinnae fistula esse myrmeciae crassitudini
 par, ut eam vndique profusus constringat: quae postea circumacta, ac simul deorsum impulsit, celer-
 rime ita myrmeciam etiam cum ipsa radice totam educet. Constat uero, & quod finis ipse pinnae,
 quae eam circulo secabit, non tenuis modo, sed etiam acutus & firmus esse debet. Itaque tui galli
 veteris pinna, tum vel magis aquilae, ad hunc usum est commoda. Abscidere uero ab his tantum
 radicem versus oportet, quatenus reliqua pars fistula completi myrmeciam possit. Sane ex ipsa
 statim abscissione, si modo scire fiat, etiam acumen ipsi comparabis. Atque hoc quidem ratio in-
 uenit, non casus. Iam, quod haec vehementer attrahentibus medicamentis sursum uelletur, & pu-
 trefacientibus enecabitur, ratione ab aliquo est inuentum, qui isdem postea usus, experientia rem
 comprobauit. Quaedam namque etiam ante experientiam fiduciam de se manifeste praebent: ve-
 luti, quae aculeum ac telum, quod modo infixum sit, eximunt: item que arenulas, si quae oculo inci-
 derunt. Quaedam ratione certe excogitantur, confirmantur autem ipso usu. Quod autem facilius
 etiam per te eiusmodi vias ad curationum comparandam copiam inuenias, non tadebit aliquod
 huius generis exemplum proponere. Nominamus autem id genus, in numero particularum vi-
 tium. Quoniam enim quaedam deficiunt, sicut dens, vel digitus, vel e naso ala, vel auris quae-
 piam particula, vel pudendi pellis: quaedam redundant, veluti sextus digitus, & quae Graece Exostases
 dicuntur, & dentium ij, qui naturalibus adnascuntur: adimere quidem, quod superuacuum est, sa-
 ne haud difficile est: aliud uero producere, quod simile ei sit, quod desit, id in quibusdam quidem
 est facile, in quibusdam difficile, in alijs plane fieri non potest. Si nanque carnosum sit, quod desit,
 haud magno negotio id reficias: atque eius rei in causis vlceribus tradita methodus est. Sin os sit,
 ipsum quidem instaurare non est, ceterum aliud pro eo durum efficere, id licet. Dicitum uero etiam
 in praecedentibus est de reficiendis uenis, nempe quod aliquando nouas alias sensibilibiter progeni-
 tas uidimus: aliquando omnia tentantibus non prouenerunt.

De Refarciendo Pilorum defectu.

CAP. 18.

AT, si digitus desit, vel tale quippiam, restituere id profusus non licebit. Sane proditum & de
 praepitio prius est, quemadmodum id quispian instaurat. At, quae in naso, vel aure, vel la-
 bio sunt curta, ea quidem ut refecisse non licet, ita decorem aliquem his adiacere licet, si quis diui-
 sam utrinque cutim mox in vnum conductam queat agglutinare. Alia uero ratione huic morbo-
 rum generi annumerantur atheromata, & steatomata, & melicerides, & ascarides, & ceria, & hel-
 mintes: praeterea, qui in articulos & pulmones incidunt, calli, quos poros vocant: item que, qui in
 renibus & vesica inueniuntur, calculi: quippe in omnibus his communis est substantiae genera-
 tio, quae ante non fuit. Contra fit in alopecia, & ophialia, & pilosi, item caluitie, in quibus amissio
 particulae est, quae uilis fuerat. Tanquam igitur in ceteris omnibus, in quibus gigni quispian vo-
 lumus, id agimus, ut naturae motus liberos minime que impeditos reddamus, eodem certe modo
 & in pilis amissis. Quippe naturae opus est, veluti in sinuosis vlceribus generatio carnis, itidem in
 capite & palpebris productio pilorum. Ergo, si recordaberis ea, quae in naturalibus libris nostris
 de pilorum generatione didicisti, utique ex ipsis amissionis eorum causas inuenies. Si quidem
 ostensum in ijs est, quod ex succis, qui per cutim transpirant, quod limosum est, id pilos rum a
 principio gignit: tum de cetero ueluti succrescendo auget. Hoc igitur quoties vel profusus perijt,
 vel redditum est vitiosum, toties pilos corrumpit est necesse. Corruptuntur namque & stirpes ip-
 sae duplici de causa, alias nutriente succo destituta: alias non idoneo vsa. Ac profusus quidem perdi-
 to eo, qui pilos alat, succo caluities oritur. Eodem vitio, tum quas Ophiales graece vocant,
 tum alopeciae proueniunt. Ad primum quidem ex naturali eorum tum ortu, tum mutatione, &
 etiam alienam a natura causam inuestigabis. Ab hinc curationis rationem inuenies. Quae utique
 per indicationes omnibus iam dictis (in quibus vel aliud quoduis vitium, vel etiam vlcus, ex hu-
 moris vitio incidit) communes peragetur: si quidem & inhibere, quod influit, & absumere ac di-
 gerere, quod iam agrotantem locum occupauit, conueniet. Ergo, ceu in vlceribus illis purgatio-
 nem nocentis succi primum adhibuisti, eodem modo in pilis ipsis ab hac primum curationem in-
 choabis, scilicet diligenter prius aestimans, quis color cutis sit, cuius cernis corruptos pilos. Nam,
 si his albidior, quam pro naturae habitu, sit, pituitoli humoris purgationem exhibebis: sin palli-
 dior, eiusmodi bilis purgationem non secus, quam, si nigrior conspicitur, quae nigram detrahant
 bilem, offeres. Sane ad vitiosi humoris speciem certius agnoscendam non leue tibi adiumentum
 praecedens victus conferet, praesertim intelligenti, qui nam ciborum nigrae bilis succum colligant,
 qui nam pallidae, vel pituitae. Ergo, cum iam plane purum ex purgatione corpus existimas, eum,
 qui in cute continetur, humorem digerentibus medicamentis discuties, sic tamen, ut in ijs caueas,
 ne adeo calida acria que admoueas, ut cutis exulceretur. Quin etiam ea, quae valenter siccant, caue-
 re conueniet, ne videlicet cum vitioso humore etiam uilem, qui adfluit, absumas: veluti in calu-
 cie fit. Haec igitur ipse aduertens, admiscui primum ijs medicamentis, quae alopeciae sanarent, exi-
 guum thapsiae. Deinde considerans quotidie, quemadmodum agrotantis natura ab hac esset affe-
 ctia,

† ipsa experien-
tia.

* λιωδες est
in impressis &
faliqubus an-
tiquis: in alijs
λιγωδες, i.
fuliginosum.

† in graeco tñ
est, ετι τις να-
ταφουσι αυ-
ταν διοικη-
σεως, i. ex na-
turali ipsorum
moderatione.

† ενδεικτι-
κός υπό των
νοων άνομέ-
νης σκοπων
άπασι τοις
προεφημέ-
ροις, i. quae in-
dicatiue p lico-
pos omnibus
iā dicitis & c.

cia, ubi vel tumefactam plusculum, vel quodammodo excoriata vidi, illo quidem die a medica-
mento abstinui: illeui autem particulam vel galli vel anseris liquo seuo propterea, quod haec ma-
gis tenuitum sunt partium, & altius descendunt. Deinde postero die, si quidem aliquid iam dicto-
rum remanserat, simili modo illeui. Sin nihil tale apparuerat, rursus medicamento sum vsus: atque,
vt id alte demitteretur, etiam cutim prius linteo infricui, quoad manifeste rubra fieret. Verum, si
a balneo vti eiusmodi medicamento voles, id ipsum ex balneo factum cernes, quod prius ex fri-
ctione habebas. Iam eos quoque, quibus periere ex cilijs pili (quos graece Pitilus nominant) simi-
libus genere medicamentis sanabis.

De Oculorum vitijs, qui sunt toto genere Praeter naturam, ac de alui Lumbricis. CAP. 19.

Deliges autem materiam oculis idoneam: nec per negligentiam committes, vt medicamen-
tum intra tunicas eorum confluat. Itaque sicca tutiora sunt: de quibus aequae, ac de caeteris, in
nostris de medicamentis peribus est proditum. Nunc enim (quod dixi) abunde est sola genera
medicamentorum, praetermissa particulari materia, transcurrere, quod minus de iisdem identidem
dicere cogar. Ergo, quaecumque ab ipsa naturae moderatione sunt aliena, ea tota tollere conueniet:
quaecumque vero sub hac se tenent, caeterum quodammodo corrupta sunt, ea restituere, quatenus
licet, oportebit. Sane dictum a nobis est aliqua ambiguae naturae esse. Nec illud non dictum, quod
eius, quae aliena sunt, quaedam tota substantia sunt aliena, logica scilicet inquilitione, nec ad cura-
tiones in quibusdam affectibus perinde vili. Siquidem pterygium a sanitatis habitu alienum esse,
patere cuius arbitror: non tamen idem substantiae ratione, quemadmodum atheroma & melice-
ris, est alienum. Sanatio vero huius, quoque dum paruum adhuc est & molle, per ea medicamenta,
quae detergent, perficitur, cuius generis sunt, quae trachomatica vocant: ubi magnum durum quae
euasit, chirurgiam postulat. Simili ratione & aquularum (quas Hydatidas vocant) quae magnae
sunt, chirurgiam curabis: quae paruae sunt, siccantibus medicamentis iuuantur. At Chalazion (est
enim id quoque ex vitijs, quae oculos infestant, vnum) cum toto genere alienum a natura sit, auferri po-
stulat. Ad eundem modum & pus ab oculis, quos Hypopius vocant: verum id plerumque medica-
mentis digeritur. Hypochyma vero iam incipiens digeritur: ubi diu constitit, non potest. Aetate
vero nostra ocularius quidam medicus, cui iusto nomen erat, etiam concussionem capitis multos
hypopius sanauit. Collocans enim eos in sella rectos, ac capita eorum vtrinque a lateribus appre-
hensens, mox quatit adeo, vt manifeste descendere pus ipsi videremus. Mansit autem horum
pus deorsum propter grauitatem substantiae, tamen si hypochymatis nequaquam manentibus, nisi
admodum ea quis diligenter impingi cogeret. Etenim leuius est, ac, vt ita quis assimilet, nebulae
similior hypochyma, quam pus: quoniam horum quoque ipsorum quaedam (hypochymatum dico)
ferolioris humoris sunt. Haec autem punctio ad praesens discutitur: interposito tamen haud
longo spatio, ceu limus quidam deorsum fertur. At, quando pus, quod in oculis est, digerere
placet, collyrijs, quae myrrham habent, maxime vtemur: quae vti que & Diasmyrna Graeci proprie
vocant: his certe minus, sed reliquis melius faciunt, quae Dialibanu vocant. Quae vero impense sic-
cant, ad praesens certe valenter vacuant, sed, quod reliquum est, ita cogunt, vt aegre resoluti possit,
veluti de scirrholis tumoribus prius est comprehensum. Subinde vero multum simul puris va-
cuauimus diuisa tunica ea, quae cornu est speciei, paulo supra locum, quo committuntur inter se
tunicae vniuersae. Nominant porro locum graece alij irin, alij stephanon eid-est coronam. Quo fit,
vt hoc quoque vitium tribus subiiciatur vacuandi modis, & chirurgiae, quae simul multum aut to-
tum expellit: & per medicamenta, quae paulatim: & ei, quae ad alium ignobiliorum transfert lo-
cum, veluti in concussionem. Sunt profecto (vt dixi) ex genere eorum, quae tota substantia praeter
naturam sint, & ascarides, & helminthes, siue eae teretes sint, siue etiam latae. Quocirca & prorsus
eas expelli e corpore conueniet. Expelles autem, si prius enecaueris. Necabis autem ama-
ris medicamentis: viuentes namque oblitunt intestinis adherentes, at mortuae expel-
luntur vna cum stercore. Expelluntur cum hoc etiam vitia, sed stupefacta, & vt
ita quis dixerit, semimortuae factae. At teretes quidem ablinthium perime-
re potest. Latae vehementiora medicamenta desiderant: cuiusmodi
est filix: Pari modo, quae Ασκαρις graece dicitur. Verum
de medicamentorum copia dicere non est praesens
propositi. Quare hic iam huic
quoque libro finem im-
ponamus.

Α ἡ ὅσα μὲν
τοῖνον ἀλλό-
τρια τῆς κα-
τὰ φύσιν ἐστὶ
διοικήσεως.
Β τοῖ κατὰ μὲν.
C Ἡ οὐκ ἴσως
inter dictionē
aliena, & logi-
ca codex qui-
dam antiquis-
simus graecus
intercapedine
plurium uer-
suum habet,
in qua uox,
κατὰ φύσιν, quae
deesse, signifi-
cat, legitur.

† Αἱ καθάρσει
ὄνου τῆς ἰλῦς,
i. ceu uiniferae
quaedam.

Galenus



GALENI DE ARTE CVRATIVA
AD GLAVCONEM LIBRI DVO

Nicolao Leoniceno interprete


Ab Augustino Gadaldino recogniti.

ARGVMENTVM LIBRI

Docet Rationem Curandi, febrim exemplo, quae vel absque putredine, vel cum
ipsa hominem inuaserint: Item propositis symptomatis, quae
frequentius aut vehementius laedunt.

De communi & propria Hominum Natura dignoscenda, ac ex quibus
Medendi uia ac ratio constituitur.

CAP. I.



Quod quidem non communem tantum hominum naturam medicum
cognoscere oportet, o Glaucō, sed & uniuscuiusque propriam, & dudum
ab Hippocrate recte traditum est, & nos in ipsis artibus operibus (vt no-
sti) circa id sufficienter studuimus. Non tamen propriam singulorum
naturam aequae, atque communē, possibile est scribere. Verum scripta
contrario modo se operibus habent, tum in pluribus alijs rebus, tum
praesertim in ijs, quae ad praesens pertinent intentionem. Petisti enim
a nobis, vt tibi uniuersalem quandam medendi uiam ac rationem, quasi
per figuram & quoddam compendium, ostenderemus: haec autem
qualitate & quantitate singulorum auxiliorum perficitur, nec non &
modo eorum vsus, & temporis occasione, quae praeter omnibus est cognitu difficillima: circa quam
praecipitem admodum exilientem (quemadmodum quodam in loco etiam scribit omnium ho-
minum nobis auctor Hippocrates) uides plerumque medicos non modo vulgares, sed & precel-
lentes, aberrare. Quin & quod magni etiam momenti sit, si quantitas bona coniectura uiribus accom-
modetur, idem uir pariter scripsit. Cum igitur ad recte medendum plurimum conferre & tem-
poris occasio, & auxiliorum quantitas, videatur: inuenies autem haec uniuersae aegrotanti pro-
pria, nihil autem proprium possit sermone explicari: hoc pacto, quod commune est, cogimur scri-
bere, quamuis id sit vsu secundum. Nam & quosdam aliquando aegrotos uisimus, cum quibus
dum sani essent, non eramus uersati: quo fit, vt neque, quem colorem, quam habitudinem, aut na-
tuum calorem, aut quem arteriarum pulsus, a natura habuerint, agnoscamus: quae si sciremus,
magnitudinem morbi satis aliquando iudicare possemus: nam, quantum unum quodque a natu-
rali statu recedit, ad tantam morbus magnitudinem peruenit: quantum uero recedit, solus ille sci-
re potest, qui naturalem statum exquisite cognouerit. Cum igitur hoc in ipsis fuerit nobis igno-
tum, ne omnino haesitemus, ad commune confugimus, quamuis ad vsu secundum locum obti-
neat: hic uero artifex plus aliquid, quam is, qui arte caret, assequitur. Quid uero hoc ipsum plus
sit, primus omnium, quos nouimus, & hoc memorauit Hippocrates: plenius autem de hoc scripse-
runt, qui Hippocrate fuere posteriores, atque illius scripta accurate legerunt: ex quorum numero
vnus fuit Mnesitheus Atheniensis, uir tum in alijs omnibus, quae ad artem pertinent, sufficienter
doctus: tum uero, qua uia ac ratione medendi scientiam oporteat exercere, nemini peritia secun-
dus. Hic igitur Mnesitheus a primis atque supremis incipiens generibus, putauit secari illa oportere
in alia genera speciesque & differentias: haec rursus in alia diuidi: ac denuo ista eodem modo, do-
nec ad talem peruenirent speciem, post cuius diuisionem in unum numero & indiuiduum de-
fineremus. Mihi uero, qui ad te scribam, satis est breuibus meam explicasse sententiam. Nam ridi-
culus

i. Epid. sect. 1.
t. 2. 3. 117. a

i. Apho. x. Ex.
ord. 2. b

Lib. de Alimē
to post mediu.

i. Prog. t. 2. 4.
189. c
Hunc Mnesi-
theum refert
Plutarchus in
causis nat. 26.
sensisse eos in
peripneumo-
nia sanari qui
a principio ce-
pas appetunt,
eos uero intus
re qui fuerat.

culus videri possem, si tua velim docere, tanquam non multo antea à Platone illa didiceris: neque enim vt te docerem, quam viam ac rationem in diuisionibus sectari oporteat, hæc volui meminisse, sed quoniam mihi ad sequentia omnia plurimum conducere existimaui. Et, cum à me exigeres ediscere causam, ob quam medicorum plurimis aberrare contingit, non aliter tibi ostendere poteram: etenim, quæ in alijs hæresibus contingunt errata, & quæ multi medici, nunc in ægrotantium curatione delinquunt, hanc primam atque præcipuam causam habent, diuisionis scilicet præuicacitatem. Quidam enim in primis & supremis generibus stant, solum, quæ ab illis sumuntur, indicationibus contenti: quidam verò vsque ad aliquid diuidunt, non tamen vsque ad finem perueniunt: non nulli verò etiam vitiosis vtuntur diuisionibus. Qui verò & omnia, quæ sunt secundum naturam, & quæ præter naturam, ad eiusmodi methodum reducit, atque ab omnibus his per diuisionem inueniendis sufficientes sumit indicationes, hic solus, quantum humanis permittitur viribus, medendo non errabit: atque illos quidem, quorum habet notitiam, melius curabit, quam alios: ignotos verò proxime illis, quoad fieri poterit, ad sanitatem perducet. Siquis enim primum distinxerit eam, quæ secundum ætates, differentiam: deinceps autem eam, quæ secundum temperaturas atque potentias, cætera que omnia, quæ hominibus insunt, colores dico, atque calores, habitudines que, pulsuum motiones, exercitia, assuetudines, atque animi mores: his quoque adiunxerit eam, quæ maris à femina, differentiam: & quæcunque ad regiones, & anni tempora, perinde, alias que eius, qui nobis circumfunditur, aeris constitutiones recto modo distinxerit: hic ad propriam laborantis naturam agnoscendam proxime accedet. Sed ex his omnibus non nulla quidem in libris de pulsibus: non nulla verò in ijs, in quibus agitur, de temperaturis, sunt determinata: Sicuti, quæ præter naturam sunt, vniuersa quomodo inter se & speciebus, & generibus differant, in libro de passionibus est præfinitum. Nunc verò de ijs solum ægrotis dicere proposuimus, quorum natura, antequam morbum contraherent, nobis erat exquisitè perspecta: cum quibus tamen & reliqui omnes intelliguntur, qui nobis erant ignoti: nihil enim difficile ab eo, quod est perfecte distinctum, id, quod non tale est, inuenire.

De Causis & Signis Februm Ephemerarum.

CAP. 2.

Initium igitur sumemus à febris: quoniam & tu in his præcipue curandi artificium habere cupiebas. Et primum quidem de his sermonem habeamus, quæ simplicissima sunt, quas Hippocrates || ephemeris, id est diarias, appellat. Hæc verò sunt, quæ propter lassitudinem eueniunt, & ebrietates, atque iras, furores, atque mæores, atque alias animi curas vehementes. Et, quæ ex bubonibus febres ortum habent, ex hoc genere sunt, præterquam si absque vlcere fiant manifeste: tunc enim suspicionem afferunt, & nullo modo mites sunt. Et vigilie plerunque simplicem febrem induxerunt, sicut frige factio, & exustio quandoque. Atque hæc omnes febres soluantur facillime. **Oportet siquidem** eos confestim ducere ad balneas, atque ad aliam consuetam victurationem: quandoquidem, qui per tritum illum sermonem medicorum triduanum terminum admittunt, sapientius acriores febres effecerunt, quamuis & aliter præterea delinquant: quemadmodum cernis ex eis plures in quolibet ingressu delinquere ita, vt manufactas planè faciant agritudines. Sed curatio quidem harum februm in promptu est, sed earum dignotio maiorem exigit diligentiam, de qua nemo ante nos, quantum oportuerit, scriptum reliquit: quare minus mirandum complures tantum in medicina operibus aberrare, quantum etiam cognitione falluntur. Sapientius enim quidam ab initio casu aliquo in graues morbos incidunt, veluti vino pleni, aut Sole exusti, aut frige facti, aut lassitudine oppressi, aut vigilias passi, aut ira concitati, aut quauis alia causa, quæ per se nocere natura sit apta, correpti: deinde totum in causa antecedente consistere, neque aliam subesse dispositionem arbitrati, circa victum negligentius se habent adeo, vt se ipsos lateant in insanabiles, aut ægre curationem admittentes morbos prolabi. Ob hæc igitur ante omnia curare oportet, quemadmodum etiam Hippocrates || admonet, vt non solum futura præcognoscamus, sed præterita etiam atque præsentia. Nam, & quod nunc proponitur, ad eam artis attinet partem: quod pro viribus manifeste trademus. Neque enim parua est differentia, si laueris iam ægrotantem, & securum esse iusseris, aut eum per omnem custodiam securitatem que traduxeris. Cum igitur ad ægrum accedes, primum à maximis, quæ circa ipsum sunt, consideratio incipienda, deinde & ab alijs: adeo vt nec minimum aliquid pro viribus omittamus: nam vt magis aut minus ei, quæ fit ex maximis, indicationi credamus, ex aliorum fit adiunctione. **Maxima quidem in omnibus febricitantibus signa, in pulsibus atque vrinis consistunt.** His verò addere oportet, & quæcunque alia circa faciem Hippocrates scribit: accubitus quoque, & respirationem: item ea, quæ per superiora vel inferiora excernuntur. Et si quid aliud accidens circa aliquam corporis partem, aut operationem consistere videas, qualia ille mille in millibus scripsit: neque ex his vllum aliquid negligerenter præter eas. Hæc quidem omnibus febris communia sunt. Itaque etiam in simplicissimis, de quibus præfens est sermo, nihil horum relinquere oportet. At, postquam ex pulsibus atque vrinis febris naturam perceperis: cum pulsus nullum inflammationis signum habuerit, neque omnino inæqualitas in vna arteriæ compulsionem apparuerit, aut si hoc affuerit, omnino sit imbecille: vrinæ aut oino similes

A. li. 4. f. r. t. 2.
c. 7. l. 418. dA. li. 4. f. r. t. 1.
c. 5. fol. 412. d

A similes ijs, quæ secundum naturam se habent, aut non multum à naturali statu recefferunt: tunc & ad omnia illa, quæ antea à nobis sunt dicta, accedere oportet. Et, cum veluti chorus quidam omnia concinne loquuntur, tunc etiam fidere oportet, ac, si libeat, interrogare, nunquid aliqua manifesta antecesserit causa. Siquid enim huiusmodi æger fateatur, expectata prima febris solutione, statim oportet lauare, cum tunc certior tibi sit facta dignotio, & ex ipso solutionis modo. Nam arteriarum motus in hoc in totum assimilatur ei, qui in sanis deprehenditur: cum in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neque si multum temporis inter primæ accessionis finem & secundæ principium intercidat, quemadmodum in tertianis atque quartanis: in illis enim febris remanet signum, in ephemeris autem in totum aboletur accessione cessante. Plurimis verò earum & humidis quidam vapores, & quibusdam etiam sudores optimi apparent: aut omnino quidam plurimus veluti vapor ex intimo corpore erit. Sed & vrinæ quoque multo nunc meliores, quam circa febris principia, videbuntur. Et, si capitis aut alterius partis dolor simul inuaserit, neque hic amplius persistet. Ægrotantis quoque in tolerando facilitas, magnum & ipsa signum, tanquam sigillum quoddam, ultra omnia alia signa, febris bonitatem tibi indicabit. Et, si, dum lauantur, neque horror quidam insolitus molestauerit, neque alia tristitia affuerit: & si post balneum deinceps bene se habere perseueret, tunc ne verearis cibum offerre. Vinum quoque sine formidine ad potandum exhibe, adhibito tamen, vt præsentia exigunt, modo. Nos autem, vt te non lateat, eis causam, quæ antecesserit, solemus dicere, neque expectamus, vt illam ægrotus anticipet enarrare: quod maximum est argumentum, illum non errare, qui talem sit ad eum facultatem. Si igitur remanentibus adhuc animi affectibus consideratio habeatur, tunc ex pulsibus maxime tentanda dignotio, quemadmodum in libris de pulsibus scripsimus, post hos verò & ab alijs dignotio est petenda. Quod si illi iam quidem cessauerint, remaneat autem dispositio, paruum quidem ex pulsibus habebis indicium earum, quæ febrem attulerunt, passionum: sufficientem autem tibi & sine pulsibus reliqua. Communiter quidem omnibus vrinæ rufæ. Adiungitur verò ijs, qui propter tristitiam febricitant, acritudo potus, quam abundantia caloris: quemadmodum è diuerso ijs, qui propter furorem. Sed & extenuatio corporis in ijs, quos tristitia, quam in ijs, quos cura vexauit, conspiciat existit: oculorum præterea cauitas, ac quædam inconspicua decoloratio. Hæc quidem sunt & in alijs, qui quouis modo diu cogitarunt, communia. Maxime autem & ex oculis distinguere oportet: nam ex his etiam in sanis animæ mores possumus coniectare: at in ægrotis, si quis diligenter inspicere queat, sunt indicia certiora. Sic quidem eos, qui propter disciplinas, aut contemplationem aliquam diu cogitarunt, ab ijs, quos tristitia corripuit, discernere oportet. At eos, qui vigilarint, distinguit forma palloris: nam in ipsis facies est subtumens: & oculorum motus manifestus, vix enim palpebras autollunt: inest etiam palpebris humiditas, nam, qui tristantur, aut cogitationibus detinentur, his exiccantur. Cauitas verò est commune accidens omnibus, mærori, vigilijs, cogitationibus, non tamen furori: in hoc enim neque oculorum cauitas, neque pallor manifestus, & plus caloris, atque celerius ex imo prorumpit: neque pulsuum magnitudo destruitur, quemadmodum in vigilijs, tristitia, & cogitationibus. Quare hæc à furore apertissime distinguuntur: ab inuicem verò, quemadmodum diximus antea. Eorum autem, qui ex lassitudine in febrem inciderunt, cutis est siccior, quam in alia aliqua ephemera febre. Sed hoc quidem omnibus ex lassitudine febricitantibus commune existit in tempore accessionis, donec consistit: post hoc verò pluribus, modo non sint supra modum labore vexati, quidam humidis vapores, aut calidus vapor, ex intimo corpore effertur: quibusdam verò, etiam postquam febris consistere desijt, siccitas persistet: quod maxime accidit ijs, quos superfluous labor oppressit, aut refrigeratis, aut à Sole exustis simul cum lassitudine. Et quidem pulsus non eodem in vtrisque modo se habent, quia parui quidem ijs sunt, quos superfluous labor vexauit: in alijs verò magni. Quæ verò cute condensata accidunt febres (condensatur autem hæc aut ex frigore, aut ex qualitate aliqua, quæ vim astringendi habet, subito ei adueniente, veluti illi, qui aqua aluminosa se lauit, accidit) hæc quidem ex omnibus febris solæ sunt astricta passio. Has verò tactu cognoscere licet, quemadmodum & arentes febres, & quæ ex lassitudinibus & exustionibus fiunt: nam neque harum densitas eos queat latere, qui tactum habent exercitatum. Sed & caloris motus nescio quo pacto resurgit, qui mitis quidem in primo tactu sentitur: acris autem, si plusculum tardemus. Non tamen & his vrinæ sunt rufæ, neque corporis moles concidit, neque etiam oculi caui atque aridi fiunt: quoniam etiam quibusdam humecti magis atque prominentes apparent, quam ij, qui secundum naturam se habent. Neque sunt pulsus minores, cuiusmodi in mæroribus, curis, aut vigilijs, aut valde immodicis exercitijs apparent. Febres autem, quæ ex bubonibus fiunt, pulsus habent maximos, veloces, atque frequentes: multus quoque illis calor inest: ac, postquam febris consistit, statim ex profundo quidam emergit humidus vapor, calidus quidem, sed mitis, acrimonia enim & mordacitas minime omnium februm, huic generi februm adest: atque vt plurimum facies rubicunda illis & magis tumens: vrinæ quoque subalbida. Communis autem omnibus huiusmodi febris est pulsus equalitas: nam pauca admodum ex his febris eam, quæ in vno ictu, inæqualitatem ostendunt, & neque ipsæ satis aperte ac manifeste illam præ se ferunt. Talia quidem sunt ipsarum indicia.

A. li. 4. f. r. t. 2.
c. 6. fol. 412. fA. li. 4. f. r. t. 1.
c. 11. fol. 413. c

* AL. ligatus.

* AL. insolita.

4. Aph. 55. Ex.
ord. 33. e
op. 25.
p. 100.1 Progn. t. 2.
4. 189. c* 1005. 1. mor.
Al. ei d. 55. id est
specie seu formam.

CVrare autē oportebat omnes quidem balneis. At, qui ex densitate cutis aut ex bubonibus febricitant, si in aere balnei morari iusseris, haudquaquam nocent: reliquos oēs q̄ citissime oportet ab aere semovere: si verò diutius in aqua immorari voluerint, permittendum. Oleo autem tepido & multo & manibus mollibus perfricare quam plurimum oportet, præcipue quidem, qui ex lassitudine febricitant: secundo autem loco, qui meatūs habent adstrictos: & tertio, qui ex bubonibus febrē incurrerūt: si pius aut istos lavare oportet, in quātum cōtigerit. Cibū autē assumere, qui ex lassitudine febricitat, possunt multoties, nō eque tñ, qui ex densitate cutis aut bubonibus febricitant: at his vtriusq; tenuis victus est optimus: qui verò ex lassitudine febricitant, præcipiendum est, vt cibos assumāt cōcoqui faciles, ac cruditate præcipue deuitēt. Sed & vinū potare, quātum possunt conuincere, sunt permittendi. Mēsurā aut ratio, quē admodū in alijs oibus, ex viribus, & ætate sumit ægro tantis, nec non & ex naturali tēperatura, & præterea ex consuetudine, & anni tempore, & regione, atq; alijs huiusmodi. Qui verò ex bubonibus febricitant, arcendi sunt à vini potu, donec bubones soluantur. At, qui cutis foramina habent adstricta, vel refrigerati sunt, si nō multum hoc affectū laborēt, neq; plenum corpus habeant, non sunt à vini potu prohibēdi: at, qui pleniore corpore sunt, vel multum refrigerati, prohibere vtile est. Qui verò ex vigilijs aut aliquo animæ affectu febricitant, postq̄ balneaueris, cibo humectante ac boni succi reficere expedit. Vinum verò siccis, sed præcipue ijs, qui vigiliam passi sunt, intrepide offerendum est, nisi capitis dolore premantur, aut pulsus venarum in temporibus sentiāt. Iliqueat aut, q̄ etiā in alijs eadem obseruanda sunt. Sed & ijs, qui ira, aut mœrore aliquo, aut cogitatione febricitant, vinum est exhibendum: & qui furore febricitant, qñ oīno ab affectu quiesuerunt, prius verò non tutum est vti vino. Tentare aut oportet & contrariū semper afferre ei, quod molestat: labori quidē, qui tētē: vigilijs verò, somnū: iræ aut, & furori, atque tristitiæ, eā animi iocunditatem, quæ ex sermonibus, actionibus, spectaculis, enarrationibus percipitur. Sic, qui cogitatione laborat, oīno ratiocinationes omittat: & qui ex bubone febricitat, prius huius curationi intēdat, ac multo prius, vlceris vnde originem habuit. Hęc quidē febrū ephemerarum indicia atq; remedia sufficienter se habeant. Reliquæ verò febres non nullæ ex inflammationibus, nō nullæ ex humoribus, accēdunt. Et, quæ ex inflammationibus fiunt, sunt veluti quædam accēdētia partium phlegmone laborantiū: & morbus magna ex parte ab instrumentō patiente denominatur phrenitis, aut peripneumonia, atque pleuritis, aut aliquid tale: sed de his postea dicemus.

De Febris Purridis.

CAP. 4.

AT, quæ ex humorum putredine febres accēdunt, hoc ipso nominant febres, & sunt non accēdentia morborū, sed ipsæ morbi. Ex his verò nō nullæ quidē sunt line accēdentibus, & quæ mitissima sunt: quæda verò simul cū accēdentibus infestant. Nos verò de prioribus dicamus febribus, quæ accēdentibus carēt: in quibus maxime, si fieri possit, primo die, qualis sit febris, an acuta vel longi temporis, est cognoscēda: & vtrū ex ijs, quæ intermittētes dicunt, an cōtinua. Quod si primo statim die fieri non pot, secundo saltē formā inuenire est tentandum: q̄ si neq; in hoc aliquid firmū aut stabile sciatur, in tertio saltē aliquid manifestius apparebit: nā pauca omnino sunt, quæ, vt ex quilibet dignoscantur, quartum desiderant. Ego verò, q̄ breuissime potero, indicia explicare tentabo, ex quibus speciem febris intelliges: planius autem ac manifestius de omnibus alibi differuimus.

Signa Febris Tertiana.

CAP. 5.

Quæ igitur cum rigore inuadunt, non ab re ex earum numero esse iudicabis, quæ per circuitum infestant. Tertiana enim atque quartana in totum cum rigore faciunt accessiones. Sed tertiana quidem in primo insultu cum vehemēti sæpe rigore incipiunt: quartanam verò non vidimus cum vehemēti rigore incipientem, sed post tempus magnitudo illi superuenit, præter id, q̄ neq; statim ab initio hæc febris vt plurimum solet inuadere, sed alijs, quæ antecesserint, subsequi. Quartana itaque eas, quæ errabunda aut terratica dicuntur, insequitur. Quotidiana verò raro aduenit, quin os ventriculi patiatur: quemadmodum quartana ex male affecto splene generatur: tertiana ex secore laborante. Quæ quidem cum valido rigore incipit, magis febrem tertianam, q̄ aliquam aliarum febrium, fore par est. Si verò & alia, quæ postea dicentur, signa attestentur, hanc proculdubio in prima die tertianam esse cognosces. Quod si cum paruo rigore inceperit, tunc magis & alia signa attendere mente oportet: quoniam non quotidiana tantum atque quartana, sed etiam hemitritæus, id est semitertiana, aut aliqua alia ex continuis esse potest. Alia verò signa & ex caloris qualitate & quantitate, & arteriarum motu, sumunt: ex ipsa etiam rigoris, qui sentitur, forma, & anni tempore, & regione, & temporis statu, atque ex natura & ætate ægrotantis, & ex præcedentibus causis, & ijs, quæ concomitantur. Nam calor quidē, multus & acris esse debet: Pulsus aut magni, & ac calidi, & vehementes, veloces, atq; frequentes, omnis inæqualitatis, præterquam febrilis, expertes: Rigor autem, veluti si à re aliqua acuta magis, quam frigida, cutis pungeretur: cum ijs, qui quartanam aut quotidianam patiuntur, potius frigidum rigorem sentiant: Tempus autem anni æstiuum, sicuti & locus, & præfens constitutio calida. Sit autem & ægrotantis natura calidior, biliosior, & ætas iuuenilis: & exercitationes potius, quam ociositas, antecesserint: magis deustio, quam frige factio: & parcitas cibi potius, quam crapula: vigilie quoque, mœrores, atque lassitudines,

† quidam cod. addit, propter phlegma.

† in antiquis quibusdā hæc non leguntur.

A.li.4. f.1. t.1. c.9. fol.412. h

A.li.4. f.1. t.1. c.18. fol.417

A.li.4. f.3. t.2. c.61. f.429. d

A.li.4. f.1. t.2. c.46. f.425. h

A.li.4. f.1. t.2. c.62. fol.419. c

A.li.4. f.1. t.2. c.3. f.417. c. d

Alasitudines, & intente cogitationes ad eundem perducunt effectum. Quod si multos alios eodem tēpore laborantes contigerit tertianis corripit febribus, hoc quoque maximū præter ea, quæ nuper diximus, signum erit. Quod si, cum hæc omnia affuerint indicia, aut saltē quæ maxima sunt & longe præcipua, sitis quoq; vehemēs adiungatur: vomitus q̄ bilis, aut sudor, vel vtriusq; superuenerint: tunc etiā aperte manifesta erit. Quod si post hæc a febre quiesuerit homo, hac in quæ, quæ in suo motu est & oibus nota: propria verò februm inæqualitas in arteriarum motu relinquatur: tunc certissime poteris, esse tertianam febrē enūciare, æque, ac si per tertium diem accessionem fecisse videres.

Signa Quartana.

CAP. 6.

Quartana autem (nam & huius signa tibi scribere oportet) manifestissimum sui præbet indicium in principijs accessionum, quæ rigent adhuc, qui quartana laborant. Nam eorum pulsus satis tardi sunt ac rari. Cum autem consistit febris, aut etiam augetur, necesse quidem est, vt veloces fiant atque frequentes. Seruatur tamen & tunc propria ipsius tarditas ac raritas, si additam velocitatem atque frequentiam accessioni, ratione perpendas. Etenim, si comparaueris quartanæ febris consistentiam tertianæ consistentiæ, non paulo velociore atque frequentiores in tertianis pulsus ostendere arteriæ videbuntur. Et ipsius vnus motus inæqualitas in quartana febre eius formam ostendit: nam, quæ omnibus communis est febribus, in vno pulsu arteriæ inæqualitatem in hac manifestissime licet comprehendere: multo enim velocius principium finem que motus inuenies, quam medium. Non tamen in tertiana ita se habet: brevis etenim in ipsa est velocitatis excessus, atque in consistentia præfertim. Verum & caliditatis indicia diuerso modo se habent: nam tertianarum calorem & æstum & veluti feruorem, in quartanis haudquaquam inuenies. Hæc igitur signa maxima sunt. Reliqua verò extrinsecus: nam neque hæc sunt omittēda, sed & ægrotantis natura est inspicienda, si in ea atra bilis abundat: & tempus quoque anni, si autumnus: & præfens constitutio, si inæqualis: sic verò & loci natura, & morborum peruagantium populariter: & si lien intumuerit, febris que sine ordine antecesserit, & ætas ienior, quam consistentium: & si cum sudore febres desinant. In his verò bilis flauæ vomitus minime est expectandus, quemadmodum nec in quotidianis: hoc enim tertianarum proprium est. At, cum febris cessauerit, si adhuc signum febris remanserit: pulsus que his, qui secundum naturam, rariore ac tardiores fuerint: quartana proculdubio erit huiusmodi febris.

Signa Quotidianæ.

CAP. 7.

Febrē verò quotidianam vel ex his maxime signis agnosces. Nam caliditatem humidioris eius cum quadam acritudine esse oportet, non cum primū manus admouetur, confestim occurrentem, sed per moram: nam quædam fumosa caliditas cum multo vapore commissa exire videbitur: cum magis ignis in multo humore suffocetur, quam ipsum possit conuincere. Sed & his multo minores sunt pulsus pullibus quartanarum, quam istarum pulsus pullibus tertianarum. Rursus verò tanto rariore sunt in quotidianis pulsus ijs, qui in tertianis, quanto illis pulsus quartanarum: ac tarditas in vtriusq; eodem modo se habet. Minus verò siticulosa hæc febris est: tantumq; eam quartana excedit, quantum istam tertiana. Lingua verò & totum corpus sicissimum est in tertianis: at in febribus his humidissimum. Et vomitus pituitosi. Et, quæcunq; per ventrem excernuntur, frigidiora sunt, atque humidiora, & crudiora, aquosiora, & pituitosiora. Vniuersum corpus denique in hisce febribus plenū crudis humoribus inuenitur. Ideo q̄ ætatibus, naturis, anni q̄ temporibus, regionibus, & temperaturis humidioribus accidunt. Nam iuuenem biliosa ac sicca temperatura nunquam vidi huiusmodi corripit febre. Pueri autem, & maxime paruuli, & ex his, qui iam perfectum corpus habent, pituitosi & habitus crassi, atque ocio plurimò dediti, crapulis, ebrietatibus, balneis assiduis post cibum præfertim, vtentes à quotidianis facile capiuntur. Loca etiam humidiora, atque ex anni temporibus hybernū, atque ex cōstitutionibus humidiores, hæc præcipue afferunt febrem. Quod si sit etiam populo communicata, tunc præter ea, quæ antea diximus signa, hoc quoq; non parum ad eam dignoscendam conducit. Non tamen harum febrium declinationes, quemadmodum tertianarum & quartanarum, sudoribus terminantur. Quare neq; ad integram quietem manifeste (exceptis paucis) perueniunt. Vrinæ verò, quæ procedentibus ipsis adueniunt, totius morbi tempora docent: quæ autem in principijs videntur, febris etiam speciem indicabunt. Nam in quotidianis vel albæ sunt & tenues, vel crassæ & turbulente, vel rubidæ. In tertianis autem rufæ vel subrufæ. In quartanis verò variæ quidem, sed crudæ omnes. Hæc quidem febrium intermittentiū sunt indicia.

Indicia Februm Continuarum.

CAP. 8.

Febres autem continuas ex eo cognosces, quod nullum eis adeest ex signis, quæ intermittenti-bus oportere adesse diximus. Et si citra etiam quatuor & viginti horas non cessauerit febris. Si verò inæquale habuerint incrementum, hoc præter alia signa longius etiam tempus ostendit. Et quidem si & proprium febrium signum in pullibus manifestum habuerint. Si verò & inordinatio quædam, vel inæqualitas ipsis, vel inconcinnatis adsit, & hoc etiam indicium erit simul magnitudinis ac continuitatis. Si verò in hoc litu permanentes, tertio die maiorem accessionē ostenderit, aut excrementa & vrinæ omnino crudæ apparuerint, non possunt huiusmodi febres ad septimum

* Aliter &

septimum diem iudicari. Si vero & quarta dies tertiae diei similis fuerit, & febris quodammodo E submersa, neque facies aut reliquum corpus collabatur quicquam huiusmodi febris ad longius tempus extendi consuevit. Tales quidem sunt differentiae earum febrium, quae accidentibus carent. Curatio autem earum deinceps scribetur, primum quidem intermittentium, deinde continuarum. Ex intermittentibus vero brevissima quidem ac mitissima est tertiana. Longissima autem, ac quantum in ipsa est, haudquaquam periculosa, quartana. Quotidiana vero, longa, & non sine periculo. Quare ab initio statim ad vniuersum aegritudinis tempus inspicientes, rationem victus instituemus: nam aegritudinibus, quae acutae sunt, ac celeriter ad statum veniunt, & si valde tenuem victum exhibueris, haud magnum afferes detrimentum. Quae vero sunt diuturniores, nisi ab initio grandiori cibo reficias, hominem cum morbo pariter perimere: aut intempertive victus modum commutabis: neque enim oportet statu aduentante grandiore, quam prius, cibum offerre, sed contra potius, tenuissimum victum, qui in toto morbo exhibeatur, ad statum reseruare. Hoc igitur in omnibus febribus commune praecipitur. Sed oportet praeterea, quae singulis febribus intermittentibus propria sunt, considerare. Veluti confestim in tertianis (neque enim male ab his initium sumendum) primum distinguas, si exquisita sit febris, & (vt quispiam diceret) legitima: aut non exquisita, sed velut notha. Nam, quae exquisita est, in septem, quod longissimum est, circuitibus iudicatur, praeter id, quod est minime periculosa est: alteram vero, quae non est exquisita, vidi quinquaginta, cum in autumno inceperat, in vere desinere. Deinde vero, vt par est, in tempore adeo longo, tum quia aegrotus medici praecipis parere nolisset, sed in aliquo deliquisset: tum quia ex hyeme laesus esset: lien valde intumuit, & praecordia flatibus sunt oppleta, & iam subtumida quadam erat decoloratio in facie, ac praesertim circa crura: adeo vt nobis de iuvene dubitare contigerit, ac maioribus vti remedijs fuerit necessarium. Sic igitur nihil simile habet huiusmodi tertiana cum exquisita. Quare & ab initio eas distinguere oportet: quantum enim natura differunt, tantum rationale est rationem victus permutare. Vt igitur eas optime sciamus distinguere, quae adolescenti acciderint, mihi sat erit scribere: quae, veluti quoddam exemplum ac monumenta tibi futura sunt earum, quae non exquisitae tertianae sunt. Erat tempus anni medium inter occasum pleiadum & aequinoctium antecedens. Inceperat autem febris cum horrore adolescenti circa aurora ferre, vt neque in caliditate similis tertianae videretur, neque in pulsibus: sed neque vomitus bilis subsecutus est, neque sudor sufficiens, praeterquam quod in die secundo tantummodo circa horam tertiam quidam pauci humidi vapores exierunt: ex quibus febris quidem transpiravit, at ita pedetentim, vt vix circa vesperam expers febris videretur: nam febris signum satis manifestum in pulsibus manserat: in reliquis vero circa vespere satis bene se habebat: & per totam pariter noctem. Rursus vero circa tertiae diei auroram secunda accessio facta est, omnino, praeterquam in tempore, similis prima: nam nocte superueniente paululum ante diem vapores humidi exhalauerunt, ac circa quartae diei aurora febris cessauit. Ac reliquo deinceps autumni tempore atque hyemis, quo aegrotauit, alia oia & hora accessionis & solutionis febris eundem modum seruauerunt. Agebat autem adolescens circiter decimum octauum aetatis annum, albus aspectu, & pinguis, qui saepius ante in ocio degerat, & crapulis balneisque plurimis & repletionibus usus erat: quare neque bene cibos concoquebat. Simul autem aduenit ei durus pulsus, in prima quidem die atque secunda mediocriter: in tertia autem & quarta atque sequentibus usque ad septimam, ad tantam peruenit duritiam, vt quispiam, qui soli crederet pulsui, multorum fore mensium aegritudinem iudicaret: talis autem perduravit usque ad vernum aequinoctium, in quo coepit mollescere. Et rursus postea quadragesimo die omnino aeger a tertiana est liberatus, tendente paulatim ad mollitiem pulsus, ac minore quotidie fiente accessione, vrinis quoque bonam habentibus subidentiam, etenim haec quoque in priore tempore erant admodum crudae. Talis quidem est tertiana, quae alteri exquisitae maxime contraria existit. Reliquas vero intermedias haud numero paucas, ex extremis determinatis haud difficulter inuenies. Quae enim in principio sermonis tertianarum febrium indicia scripsimus, si omnia affuerint, exquisita red dunt tertiana: cuius accessionis tempus breue est, quatuor nimirum horarum, aut quinque, aut sex, aut (quod longissimum est) vndecim, aut duodecim. Huiusmodi praeterea febrium vrinae tertio die, aut ad summum quarto, coctionis signum ostendunt. Hoc pacto quidem exquisita aut non exquisita tertiana cognoscitur: eadem quoque ratio & quartana & quotidiana. Cui enim oia insunt indicia, quae in quartanis febribus antea scripsimus, haec vera atque exquisita quartana est: cui vero minime, spuria est, & nequaquam exquisita: & quotidiana quoque, cui oia, quae diximus, insunt, exquisita est: cui autem non, non exquisita. Non igitur sicuti exquisitae quotidianae & quartanae, ita et non exquisitae, sunt diuturnae, sed, quae admodum exquisita tertiana breuis est temporis, sic & quartana & quotidiana exquisitae, diuturnae. Haec quidem in his, qui per circuitum quandam febricitant, oportet considerare. In alijs autem febricitantibus vrinas atque excrementa atque vniuersum corporis habitum inspicere oportet: calorem quoque atque arteriarum motum, & quaecumque alia praeter haec Hippocrates, & longus usus inspicere iubent, veluti regiones, anni tempora, constitutiones, & aetates, corporum temperaturas, consuetudines, & causas antecedentes, & quae simul cum morbis inuadunt, & quae in medio tempore apparent. Iam totum, vt cuique videatur, admonitum est, non tamen re vera ita se habet: nam quoddam maximum est inter haec oia, breue tamen dictum, non dum scriptum est. Quid vero hoc est: morbi quantitas ac virium, res, quae ad eam

A. l. 4. f. 1. t. 1. c. 8. f. 4. 19. h

A. l. 4. f. 1. t. 1. c. 35. fol. 42. h

A. l. 4. f. 1. t. 1. c. 38. fol. 42. 3. e

Lib. de Humo-ribus a principio.

Ad eam explicandam vno indiget verbo, ad usum vero permagna: neque, n. bene praenoscere possumus, nisi horum singulorum magnitudinem diligenter pensitemus. Nam, vt rumi morbus sit exitialis, an non: & quoniam magis debeat mori, aut sanitati aegrotus restitui: nisi oium, quae diximus, quantitate, diligenter animaduertens, ad duo redegeris capita, ad ipsius, scilicet morbi magnitudinem, & aegroti vires, non poteris vere praenoscere. Nam, si vires adeo validae fuerint, vt possint morbum superare, necesse est aegrotum euadere: si vero contra, omnino morietur. Non igitur solum inspicias, qualis sit morbi species ac forma, sed & eius magnitudinem aduerte. Non paruum autem hoc exiti experientiam, tum alias ob causas, tum quia neque scribi, neque omnino sermone edoceri singulorum quantitas potest. Et, si quid in nobis est, ex nulla re adeo possumus ad exquisitam peruenire notitiam, quantum ex crebra exercitatione circa quantitatis coniectura: hoc quidem in ipsis operibus & discere & docere possibile est: quaecumque vero in qualitate determinantur, haec diligenter ac manifeste, quam breuibus poterimus verbis transigemus.

Tertiana Exquisita febris curatio.

CAP. 9.

EXQUISITA ergo tertianam, vt quae ex flaua bile commota inualescat, quanto magis fieri potest, refrigerare oportet ac humectare: nam contrariorum contraria remedia sunt, quae quidem quibus superfluum est, reprimant: quod vero deficit, suppleant. At flauae bilis humor inter omnes, qui in corpore sunt, humores siccissimus calidissimusque existit. Hunc igitur, cum ad ventriculum repit, per vomitum educere oportet: cum vero vergit ad inferiora, per inferiorem excretionem: hoc quidem & sponte fieri solet in tertianis exquisitis. Per vrinam quoque & sudores oportet diuertere. Iuuat autem & per inferiores partes bilis expurgatio. Venter autem mollibus clysteribus exinanendus est. Vrina vero potionibus, in quibus apium aut anethum maduerunt, prouocanda. Et, si tibi coctionis signa monstrantur, iam cum fiducia absinthium potes exhibere: quod alioquin summum est remedium mordicationum stomachi, quae a bile proueniunt, si praesertim ex ipsius coma, quantum sufficiat, accipiens melicrato intinxeris. Balnea vero calida ex aqua potabili profunt, tum quia aliquid bilis educunt, tum etiam quia sua qualitate plurimum iuuant: nam huiusmodi oia balnea humectant, ac potentia refrigerant. Marinae autem aquae & salsa, nitrosae atque sulphureae, plus quidem bilis educunt, sed multo minus, quam potabiles, profunt: praestat vero neque ipsas viles dicere, quando quidem plus qualitate nocent, quam euacuationibus iuuent. Equidem noui quendam corrupto iudicio hisce balneis uti per suum, deinde extenuato corporis habitu ad tantam venisse perniciem, vt tabe consumptus interierit: reliqua vero victus ratio ad bilem etiam excernendam exhibita fuerat. Semper autem oportet contrarias qualitates illis, quae praeter naturam inualuerint, opponere, cum hoc multo plus iuuat, quam quomodolibet euacuare: sed neque hoc ipse nouerat, neque alio docete didicerat. Haec igitur in balneis intentio sit, vt corpus madeat atque humectetur atque iccirco neque nitrum, neque sal, neque sinapi inspergere oportet, (quod genus mali complures aegrotis afferre videntur) at plurimum olei calidi insfundentes ad aquam perducere ac madefacere: & in ea natate voluerint, quantum id facere possunt, permittendum. At, qui balneis admodum delectantur, si etiam bis in die lauari permiseris, non aberrabis: sed illud semper habeto in memoria, vt in tempore id faciant. Si vero etiam coctionis signa ostendantur, tunc etiam si saepius laueris, nihil deliqueris. A vino vero ante, quam morbus concoquatur, omnino abstinendum: at, vbi concoqui coeperit, dandum est ab initio tenue, aquosum, & paucum: vbi vero iam propere est, vt morbus soluat, amplius est offerendum. Cibi autem, quicunque humectant atque refrigerant, omnes viles sunt exquisitis tertianis: quantitas vero in ipsis sit tanta, quanta optime concoqui possit. Ex oleis quidem attriplex, bilitum, lapathum, & malua, & lactuca, & cucurbita: ex alijs vero & pistacia succus, & ex alia sorbitioes. Et ex piscibus, saxatiles: ex volatilibus autem, quae mollibus constant carnibus: quae autem talia non sunt, eorum alia. Testiculi quoque gallorum: & suum pedes, & cerebra: paruorum vero si etiam dederis carne liquefactam, nihil nocebis. Sed & oua ad forbendum sunt concedenda, & praesertim vitelli eorum: nam hi facilius, quam pars alba, concoquuntur. Ex fructibus autem permittendum est, vt illos degustent, qui non sunt omnino difficiles concoqui. Oportet autem abstinere a melle, sinapi, & salitis, atque omnibus acris: & a vinis & suis vetustis, & quae natura sunt calida. Haec quidem sit victus ratio in pluribus veluti ad coniecturam expolita. Qui vero non sunt delictiosi, ijs talis victus est institutus, qualem nostri me aliquando instituisse in exquisita tertiana secundum sermonem Hippocratis, ex succo pistanae usque ad crissum. Haec quidem in exquisitis tertianis seruare oportet.

Tertiana Notha curatio.

CAP. 10.

IN his vero, quae non exquisitae sunt, prouidendum est pro viribus, ne morbus augeatur: ne ue aegrotantis vires prosterantur, quae longiori tempore debent laborare. Difficile vero est seruare utrumque, quoniam inedia quidem, quantum profunt ad morbi coctionem, imo uel etiam amplius officiant viribus: cibi vero, quantum aegroti robur adaugent, tantum coctiones impediunt. Sed & id quoque noscere opus est, ad quam magnitudinem perueniat morbus, ac quanta sint aegroti vires: vt ad ea, quae maius auxilium exposcunt, inspicies, inedia quidem in valentioribus audacius vtaris viribus, & morbo coctu difficili: largiori autem cibo, vbi vires sunt debiliores, neque morbus admodum concoqui contumax. Haec quidem & in oibus alijs morbis considerare oportet. In tertianis

Septima Classis,

nnnnnn

vero

TA. Et si id, quod nrm est, aliqd forte e, ex nlla alia re ad tm perfectionis venit, quam ex crebra &c. Vide explanationem stephani.

TA. Iuuat enim & p has partes (vrinam, c. & sudorem) bilis expurgatio.

Quidam cod. habent yvevov, i. generan darum, sed melior videtur ee Zeoniceo lca.

B* multocties

verò non exquisitis, neq; statim circa initia balneare expedit, sed cum iam coctionis signa appare...

Quartanarum Curatio.

CAP. 11.

Deinceps de quartanis dicemus, quas etiam ipsas ab initio mediocriter ac leniter tractare oportet...

Codices graeci impressi & manuscripti oēs, Oribasius, Paulus, Aetius, & Trallianus in hoc Galeñi reprehendens, legitur humectat, vide Stephanū Athe. quò hūc locū explauit.

Malamentis.

AP infixum.

Quotidianae Curatio.

CAP. 12.

Quotidianam autem cum volueris curare, vtere oxymelite, post primos dies, & illis, quae post...

AP primis diebus.

Curatio Februm Continuarum, quae Carent accidentibus.

CAP. 13.

In continuis autem febribus, quibus quidem litatus morbi non ultra septimam futurus est, & vires...

A. li. 4. f. 1. 4. c. 19. fol. 43. b.

A. li. 4. f. 1. 1. c. 6. 3. fol. 42. b.

A. ibi. fo. 49. d.

Aris tumor, & venae eminentes atque extensae: his omnibus est auferendus, nisi vires, aut aetas, aut alii...

Februm, quae cum Accidentibus affligunt, Curatio.

CAP. 14.

Quaerendum est, quanta sit febris, quantum ue ex accidentibus periculum imminet: atque ad id, quod vehementius ac difficilius est, intendendum...

Est quidem in impressis cod. & manuscriptorum omnibus quos viderimus, nec Leo-nicenus in uideatur legisse, & Steph. etiā Alben. legit affirmatue, et omnino haec videtur melior lectio.

Al. multitudo

Multi codi. graeci legunt, καθάρσις τῆς τῆς ἐν τῷ πύθω &c. id ē qualis hoc anno fuit tpe medio &c.

In quibusdā cod. graecis haec non habetur.

Manuscripti tamē quidam codi hnt, quidam enim nec vnaquā euacuatione integrā perturbauerunt, & multis cibis vti sunt &c. Sunt et codi. qui habeant, quidam enim nec vna euacuationem integrā perturbauerunt, nec multis cibis vti sunt &c. Sunt et codi. qui habeant, quidam enim nec vna euacuationem integrā perturbauerunt, nec multis cibis vti sunt &c.

A. li. 3. f. 2. c. 7. fol. 16. h.

Handwritten mark or signature.



tionibusq; & cataplasmatibus, & balneis: quorum singulorum indicationes rursus ab ijs, quæ antea diximus, sunt assumenda. Ita etiam, si quando duo contraria accidentia consequantur, inspicere oportet, utrum eorum sit fortius. Eodem modo, si duo morbi eundem hominem obsederint, qui inuicem pugnant habent indicationes: nam & tunc quoque aduersus illum, qui magis virgeat, instandum, neque alter omnino negligendus. Eas verò, quæ habentur ex accidentibus & morbis indicationes, non simpliciter, sed secundum causam, à qua singula fiunt, considerandum: quæ sunt defectus animi, & dissolutio: nam consuevere medici de vna re hæc duo nomina dicere. Est vnum quidem res ipsa, cuius sunt plures causæ: nam animo deficiunt & ex cholera nominatis, & ex profliuuijs ventris, & difficultatibus intestinorum ac læuitatibus, & muliebri fluxu, & vulneribus: & sanguine per ora venarum, quas Græci hæmorrhoidas appellant, emanante, aut per superiora educto, aut per nares aut alios meatus: & ex emixarum purgationibus immoderatis. Non nunquam verò & vehemens cruditas animæ defectum attulit: & tunc præsertim, cum ventrem supra modum soluerit. Et, qui bulimus appellatur, nihil aliud est, quam animæ defectus. Omnem præterea, quæ ex vtero provenit, strangulationem, defectus animi antecedit, sicuti ad vteri versus superiora recursum, & ad latera inclinationes, atque inflammationes, plerunque consequitur. Antecedit autem morbum attonitum, & comitalem, cum malignus existit, & dissolutiones, & synopen, & tabem. Sed & in principijs febrium non admodum paucarum aduenit, & tunc præsertim, cum supra modum aut siccum, & squallidum, aut plenum immoderate corpus extiterit. Et non nunquam etiam simul cum febre incendente atque maligna inuasit. Et quibus extremæ corporis partes in principijs febrium plurimum sunt refrigeratæ. Et quicumque ob inflammationis magnitudinem vel hepatis, vel ventriculi, vel stomachi febricitant, his etiam in principijs accessionum non nunquam animi defectus adueniunt, illis præsertim, quibus humores crudi & incocti redundant, aut qui aliquam præcipuam partem obstruam habent. Animo etiam deficiunt, quibus os ventriculi male affectum est, aut humorum vitio mordicatur: aut crassis, vel lentis, vel humidis, vel frigidis humoribus aggrauatur. Quidam etiam in vehementibus animæ affectibus animo defecerunt, sed præcipue senes, & qui alioquin sunt imbecilles: etenim plures eorum tristati, aut lætati, aut irati, animo defecerunt. Sed & rorida humiditates quædam aliquando his ita affectis haud in tempore superuenientes, animi defectum inducunt: sicuti, & qui magis robusto sunt corpore, ex immoderatis sudoribus idem patiuntur. Et, si abscessus quispiam rumpatur vehementer ei, qui non admodum robustus sit vtriusque: ac tum præcipue, cum materia simul tota ad ventriculum, vel ventriculi os, aut thoracem defluerit. Et, si quando etiam nos abscessus secantes totum simul emittere pus tentauerimus, animi defectum subsequi est necessarium. Et, si quandoque purgantes, aut clystere abluentes, aut quomodocumque euacuantes, id aliquo modo vehementius, quam oporteat, egerimus: neque enim in morbo intercute tota simul superfluitas, quamuis sit præter naturam, potest sine noxa euacuari: sed tunc quoque necessarium est hominem deficere animo. At verò ex uehementia dolorum veniunt dissolutiones, cum morsus quidam ac tormina, aut ilei, aut intestini crassioris affectus, subito accidunt. Sed & nervus percussus, & musculi caput animi defectum intulerunt, & maligna in articulis vlcera, omnia que gangranosa, & depascencia, & immoderata frigiditas atque caliditas, vitalisq; roboris dissolutio. Hæc quidem sunt defectus animi causæ. Singulæ verò earum propriam curationem desiderant, & de omnibus quidem non contingit nunc scribere: nam, quæ passionibus assident, sine illis curari non possunt. Tantum igitur in præsentis sermone de ipsis dicemus, quantum quispiam de eis edoctus, possit ijs, quæ repente ingruunt, accessionibus occurrere: Veluti quod eos, qui ex cholera, & ventris profliuio, & multis alijs vniuersim factis euacuationibus dissoluuntur, aqua frigida spargere oportet, & nares apprehendere, & os ventriculi perfricare, ac iubere vt euomant, stomachum iritando digiti vel pennæ immisso: sed neque malum manus & crura alligare. Oportet autem nexus fieri plures ac fortiores circa manus, quando per inferiores partes fiunt euacuationes, quemadmodum, quando per ora venarum hæmorrhoidum sanguis profluit, aut ventris profliuia adsunt, aut cum per uteros exeunt in mulieribus menstrua: nam, si tunc crura fortius ligentur, sæpius aliquid ad partes inferiores attrahitur. Contra autem fit in fluxibus sanguinis factis per nares atque vomitibus, in quibus crura sunt vehementius alliganda. Et quidem, quibuscumque in vulneribus sanguis emanat, eodem modo, si ex superioribus partibus accidit, inferiores: si ex inferioribus, superiores, vinculis sunt alligandæ. Situm quoque aliquem in aduersum tendentem parti expedit inuenire, non tamen hoc multum fiat: nam, si nimium tendatur, atque ex hoc fatigetur, nihilo minus iritatur, quæ si inclinaret ad eundem locum. In vniuersum autem, aut ad communia membris patientibus in aduersum retrahere oportet, aut ad ea, in quibus est euacuationis origo. Atque ideo uehementes euacuationes, quæ ex vtero fiunt, cucurbitulæ iuxta mammas appositæ statim sedant: quæ uerò ex naribus, hepatis ac splenis secundum nares patientem: quod si ex ambabus naribus subito ac multus sanguis efflueret, utiq; visceri sunt adhienda. Vinum etiam aqua frigida temperatum curat eas, quæ ex magnis fiunt euacuationibus, dissolutiones, & tunc præsertim, quando ad ventriculum fluunt humores. Sed aduertendum est, an aliquid sit, quod prohibeat huiusmodi exhibitionem: veluti si aliquid vniuersim visceribus

visceribus inflammationem patitur: aut caput vehementius doluerit: aut passio aliqua, quæ delirare cogat, affuerit: aut febris incedens in morbo crudo: magna enim & quali insanabilia ex potu vini in huiusmodi affectibus nocentia proueniunt. Quod si nihil prohibeat, postmodum ægrotantis naturam, & consuetudinem, & ætatem, & ambientis aeris temperaturam, distinguere oportet: ad hæc enim respiciens, vel frigidum vel calidum potum exhibebis. Nam, qui assueti non sunt potare frigidum, aut manifeste ex ipso offenduntur, & quicumque natura sunt frigidiores, & qui in extrema sunt senectute, & loco natura degunt frigidiori, tempore hyberno, cauere frigidum oportet: at qui contrario modo se habent, hisce intrepide offerendum est. Sit verò vinum in fluxionibus, quæ ad ventriculum fiunt, calidum & tenue, quale Lesbium: in sanguinis autem fluxibus crassum ac nigrum & acerbum. Ipsi verò locis imponere oportet, veluti ventriculo, & vtero, & stomacho, & thoraci, quæ corroborandi vim habent: capiti autem & fronti, præter hæc, illa etiam, quæ refrigerant. Et, quibus in summis partibus, & in naribus vena aliqua dirupta est, medicamen aliquod ex ijs, quæ sanguinem supprimere possunt, imponendum. Balneæ verò in fluxionibus quidem ad ventrem aptissimæ sunt, sanguinis verò fluxum acriter iritant. Et, quicumque ob sudoris multitudinem animi defectum patiuntur, ijs etiam plurimum nocent: horum enim adstringere oportet, ac refrigerare, non laxare cutem: & vinum frigidum præcipue his exhibere, & nihil omnino calidum offerre. Sed neque etiam crura ac manus ligare oportet, neque cogere ad vomitum, neque vilo modo mouere: ac ventis refrigerantibus aditum præparare: aerem quoque domus alterare frigida atque astringente qualitate, myrtorum folijs, vitium capreolis, ac rosis, pauimentum confertentes. Nihil verò horum confert, vbi ad ventrem fluxiones fiunt: nam, quo magis cutem denaueris, tanto ipsæ magis augentur. Ijs igitur, qui ex euacuationibus dissoluuntur, ita confestim succurrendum est: At, qui ex multitudine, non ita: verum in illis artus quam plurimum fricare oportet, calfacere, atque alligare: à vino verò & cibis abstinentium, & balneis etiam, si febricitauerint: sufficit autem, si eis dederimus melicrati potum, in quo ebullierit thymus, vel origanum, uel pulegium, vel hyssopus: conuenit quoque oxymel, & ligare ac fricare manus potius, quam crura. Et, quæ etiam ex vtero laborante exoluuntur, non aliter curandæ sunt, excepto oxymelite: fricare etiã atque alligare magis crura oportet, quæ manus. Et, quæ admodum in multo effluxu cucurbitas iuxta mammas imponimus, sic, quibus sursum aut in latera tractus est vterus, inguinibus & coxis adhibebimus. Et naribus quidem ea, quæ foetidissimum odorem habent: vtero autem odorata, & ea, quæ laxare ac calefacere possint, medicamenta afferemus. Si uerò os ventriculi fuerit imbecille, atque ideo animi sequatur defectus, ea, quæ roborandi vim habent, oportet emplastra adhibere, quale est, quod fit ex palmulis, vino, farina hordei, croco, aloë, ac mastiche: madefacere autem ijs, quæ constant ex absinthio, & oleo melino, & mastichino, & nardo, & œnanthe, & vino: Et, si ipsum æstuet, miscere ex refrigerantibus aliquid, veluti cucurbitæ succum, atque lactuca, & portulacæ, & solani, & fereos, & vna acerbæ: hæc quidem non solum refrigerat, sed etiam astringit. Aqua etiam frigida æstuantis ori ventriculi plerunque prodest, si in tempore detur, alioquin plurimum obest. Atque ijs, qui ventriculi os imbecillum habent, vinum calidum potius oportet exhibere, si nihil sit aliud, quod prohibeat. Plurimum verò iuuat eos, qui ita laborant, etiam frictio extremorum. Quod si ex his remedijs nihil melius se habuerint, ex æstuantibus quidem quæ primum ad balneas ducere oportet: qui verò aliquid frigiditatis sentiunt, medicamen dia-trion peperon nominatum, atque ipsum piper solum, atque absinthium bibant. Qui verò ex vitiosis humoribus os ventriculi mordicantibus dissoluuntur, hos post aquæ calidæ aut hydrelæi potum fac euomere: quod si difficile euomat, prius concalefacere oportet, quæ os ventriculi circumstant, loca, & manus, & pedes: quod si neque hoc modo possunt euomere, digitos aut pennas demittendo iritare oportet: quæ si neque sic euomant, rursus his oleum calidum quam optimum exhibendum. Solet autem sæpius oleum non solum ad vomitum iritare, sed etiam ventrem molliorem facere. Est autem & hoc præsentibus rebus non parum utile: quare nisi sponte accidat, arte procurandum est: præcipue verò & glandibus suppositus hoc tendendum est facere. Quod si ex istis facilius fiat, etiam absinthij comam in melicrato decoquens ad potandum exhibeas, atque deinceps uinum: ac omnibus modis membra oportet corroborare partim ijs, quæ extrinsecus apponuntur, partim absinthij potionibus. Non tamen id in principijs faciendum suadeo, sed postea, quando partes, quæ circa alium sunt, fuerint expurgatæ: quando uerò adhuc humores in ipsis continentur, non dum adstringere, sed statim concalefacere (vt antea diximus) conuenit: Vbi verò multa pituita frigida in ore ventriculi fuerit, acruata, fouere quidem plurimum oleo, in quo absinthium ebullierit, postea verò etiam melicratum exhibere, vel hyssopum, uel aliquid simile infundendo: dandum etiam oxymeli, aut piper, aut dia-trion peperon, aut diaspolicon medicamen: & vniuersum victus rationis caput incidendi vitium habeat. Quæ uerò ex nimia frigiditate ueniunt exolutiones, eodem modo curandæ sunt, quo bulimi, omni modo calfaciendo. Vinum igitur eis exhibere oportet calida temperatum, ac cibos, qui calefaciendi naturam habent, fricareq; ac calefacere ad ignem simul. Quæ uerò ex nimio calore accidunt, ijs, quæ refrigerandi, ac corroborandi vim hñt, curandæ sunt: hæc uerò maxime eueniunt ijs, qui in aere suffocante ac balneo commorant. Statim igitur ipsos corroborabis, si aqua frigida sparseris, & fla-

A. Et est ardenti & maligna febre non nunquam simul suat et eos, quibus extreme corporis &c. Na de ijs potius det intelligi, qui in suationibus causi maligni extremis corporis partibus refrigeratis, animi defectu sequitur, vt videre licet pag. 99 c

B. In explari Stephani Atheni. hæc verba non habentur.

lanus. contraria sunt generam. huius faciem. dicationem q. huius ex vtriusq. curam se. idem vnum de p. ronta indicatione a vtriusq. ueniam dabit

A. li. 4. f. 2. t. 2. c. 13. fol. 421. c

A. li. 4. f. 2. t. 1. c. 48. fo. 444. b

A. li. 3. f. 11. t. 2. c. 8. fol. 281. e

A. li. 3. f. 11. t. 2. c. 8. fol. 281. h

† In principijs
accessionis, &
refrigerantur.

bellatensis ad ventum conuersos, & os ventriculi perfricaueris atq; agitaueris, ac postmodum vino E
ciboq; refeceris. At, qui ob inflammationis magnitudinem, aut vehementis febris malignitatem
animi defectum patiuntur, † & in principijs accessionum refrigerantur, his artus fricare fortiter,
& calefacere, cruraq; ac manus alligare, ac vigilas, cibiq; & potus omnimodam abstinentiam, præ
cipere oportet. Optimum verò in his, quid futurum sit, præcognoscere, atque hæc ante accessio-
nem facere anticipare. Eos etiam, qui ex siccitate in principijs accessionum syncopam sunt incur-
suri, optimum est præuidere: nam, si duabus aut tribus horis ante accessionem exhibitio cibo, ma-
nus ac pedes constringi iusseris, non interibunt. Oportet autem cibos esse concoqui faciles, & ven-
triculo aptos. Quod si magnum imminere periculum fueris suspicatus, vinum dare anticipabis, vi-
numq; præsertim in alicam elixatam infusum: quod si aliquid † panis loco alicæ exhibueris, idem
valebit. At, si mediocris syncopa expectatur, vino parcendum: sufficit enim tunc mala punica, aut
pyra, aut poma, vel aliquem alium fructum astringentem cibus admiscere: & si ad hæc mediocriter
rulerint accessionem, cum rursus cibum obruleris, non erit necessarium fructibus uti. Hæc quidē
facienda sunt, si quid futurum præuideris. At, qui ex inopinato in periculum inciderint, vinum
calidum cum pane est exhibendum, & paululum aliquid cum eo alicæ calidæ: nam, si ijs, qui ita
affecti sunt, amplius obtuleris, aut cibos difficiles concoqui, non modo syncopam patietur, verum F
etiam penitus strangulabuntur. At, qui animo deficiunt ex membri principalis obstructione, his
oxymel dare oportet: atque ex hyssopo, origano, pulegio, & melle potum: cibosq; incidendi natu-
ram habentes, nam crassi ac tenaces magnas in similibus afferunt noxas. Sed neque deterius fuerit
artus perfricare atq; alligare. Prodest etiam illis potibus uti, quæ urinam ciendi vim habent, veluti
qui anethum, & feniculum, & apium, & petroselinum, & am, & daucum, & spicam nardi reci-
piunt: quæ ubi manifeste iuuerint, iam vino vitendum est albo & tenui, non admodum antiquo.
Nosces verò huiuscemodi obstructiones cum ex alijs inæqualitatibus pulsuum: tum ex his præci-
pue, quæ secundum magnitudinem, paruitatem, ac vehementiam, & debilitatem fiunt, ubi syndro-
me id est concursus, quam plethoricam vocant, non adfit: nam istius quoq; communes sunt. Fiant
verò & in huiuscemodi dispositionibus, cum vehementes fuerint, pulsus intercidentes. Hæc qui-
dem in libris de pulsibus à nobis latius explicantur. Nunc verò transgrediamur ad eum sermonem,
qui superest de reliquis exolutionibus, veluti, quæ ex abscessuum disruptione, aut sectione contin-
gunt: aut ex superflua euacuatione in ijs, qui aquam inter cutem patiuntur: confestim quidem hi
optimis odoribus fouendi sunt, paulo post autem sorbitionibus concoqui facilibus sunt reficiendi.
Si verò ob tristitiam, aut gaudium, aut timorem, aut iram, aut terrorem exoluantur, odoribus & ina-
G
rium apprehensionibus sunt reuocandi, cogendiq; ad vomitum. Eodem pariter modo, qui ex vul-
neribus, aut purgationibus, aut doloribus, qui in articulis, neruis, & musculorum tendonibus eue-
niunt, exoluuntur, statim sunt reuocandi: postmodum verò conueniens passioni curatio est afferen-
da. Animi verò defectus, qui intestini laxioris doloribus, aut ilei, aut similibus vehementibus cru-
ciatibus fiunt, ex patientium locorum concalescentibus frictionibusq; extremorum præcipue
curantur. At, quæ ex propria imbecillitate virium, quæ regunt corpus, eueniunt exolutiones, ex
intemperatura videlicet factæ partium, de quibus vires proueniunt, contrarijs curare intemperatu-
ris oportet: frigidæ quidem, concalescentes: calidæ verò, refrigerantes: atq; in alijs eadem ratione.
Virtus igitur, quam vitalem vocant, quam ex corde prodeuntem ostendimus, ex pulsuum debili-
tate cognoscitur: At, quæ ex hepate oritur, ac naturalis dicitur, ex sanguineis egestionibus ab initio
aqualis atque tenuibus, postmodum verò crassis ad modum facis. At, quæ ex cerebro originem
ducit, quam præcipue non nulli animalem appellant, ex motuum voluntariorum imbecillitate de-
prehenditur. Sed de his quidem dispositionibus proprio tractatu separatim tibi scribemus: per-
multa enim ab ipsis medicis sunt prætermissa.

† At, in ijs, qui
id est ruptis.

A. li. 4. f. 1. d. 6
c. 1. fol. 2. 5. h

Curatio Capitis à varijs causis molestati.

CAP. 15. H

Q
Vonia verò sermonem de accidentibus hucusque fecimus, rursus ad primum institutum
redeamus, vnam in omnibus communem intentionem habentes, causas nimirum, à quibus
fiunt eorum singula, considerare: hæc si quidem tibi conuenientem curationem indica-
bunt: Veluti si quis doleat caput, si quidem os ventriculi illi mordeatur, & fastidium sentiat, iuben-
dum est, ut euomat: nam vel bilem euomet, vel pituitam, vel utrunque. Quod si nulla insignis ap-
pareat in ventriculo passio, considerandum, nunquid multitudo, vel obstructio, aut inflammatio
aliquarum capitis partium adfit. Inuenies verò primum quidem, si interrogaueris, nunquid dolor
per totum caput extendatur, aut alicui particule fortius infideat: deinde nunquid cum grauitate,
vel tensione, vel mordicatione, vel pulsu. Nam, qui cum grauitate dolores fiunt, multitudinē osten-
dunt: qui autem cum mordicatione, vel vaporis vel humoris acritudinem: cum pulsu verò, inflam-
mationem: at cum tensione, si quidem sine grauitate ac pulsu, spiritus crudi ac flatuosi multitudo:
si verò cum pulsu, corporis membranosi inflammatio: at si grauitas adfit, multitudo intra mem-
branas contenta significatur. Cum igitur omnia distinxeris, causam, ex qua horum singula fiunt,
considerare oportebit: illa enim tibi modum curationis ostendet. Veluti si multitudo vaporis atq;
humoris

A
humoris contineatur, aduertere oportet, nunquid ob magnitudinem februm humores diffusi ac
veluti efferuescentes ad caput ascenderint, an propter eius partis imbecillitatem, an ob totius cor-
poris plenitudinem. Hanc enim totius corporis euacuationibus haud difficulter curaueris: cum
verò, qui ex partis imbecillitate contingit, partim quidem in contrarium retrahendo per totum cor-
pus, partim ipsi parti remedia adhibendo. Ac retrahes quidem, clysteribus acris, & nexibus, &
frictionibus in partibus inferioribus plurimis, & si expedierit, aliquid etiam sanguinis abducen-
do. Partem autem sanabis eo tempore, quo ad vniuersum corpus retrahis, ijs vtens perfusionibus,
quæ à capite vim repellendi habent, ac deinde euacuantibus, postremo verò corroborantibus. Re-
pellit autem oleum, quod omotribes, id est immaturum, nominatur, aut tale aliquid simile: & quod
oxyrhodinum, & rosaceum vocatur, ipsum per se ipsum: & quæcunque ex capitibus papaueris,
& teneris oliuæ germinibus, & hederæ corymbis, & viridi, & silymbrio parantur. Vten-
dum verò ipsis in multitudine quidem crudiore ac frigidiore, tepidis: in calidioribus autem & bilio-
siore, frigidis. Euacuat autem atq; dissoluit & oleum calidum ipsum per se ipsum, magisq; si anti-
quum fuerit, vel sicyonium aut anethum in ipso ebullierit: nam multitudo humorum, qui non ad-
modum sunt crassi atq; tenaces, sufficienter per huiuscemodi euacuat. Sed, & si spondylium, vel
B serpyllum intus decoxeris, aut pulegij comam, vel calamenthi, vel mêtæ, vel silymbrij, ita etiam id,
quod crassius est, euacuabis. Hæc verò ipsa, virium etiam aliquid membræ adijciunt, & quæ debi-
lia sunt, roborant: vitendum igitur ipsis deinceps vsque ad integram sanitatis restitutionem. Et, si
oportuerit, per nares etiam & palatum expurgabis: & sternutamenta excitabis. Et, si ad balneas
hominem induxeris, siccis sindonibus caput est perfricandum, salq; & nitrum & sinapi sine oleo
imponendum. Hæc quidem sunt ex particula debilitate doloris capitis medicina. At, quando ex
magnitudine februm accidit, & medicamenta adhibere est necessarium, frigidæ qualitates ac vi-
res, & quæ ex hydrelæo, & oxyrhodino, & papauerum capitibus constant, infusiones expediunt.
In dolore autem capitis, qui sanguinis fluxum aut vomitum decretorium significat, non sunt re-
media querenda: neque enim accidens quoddam, sed bonum signum potius tale quicquam est exi-
stimandum, sicuti & multa alia, quæ ante crises contingunt: quæ plurimis quidem terrorem incu-
tiunt, bonum tamen quoddam ostendunt. Optimum verò est posse dignoscere, ubi corpus pertur-
batur, natura cum alias excretionibus, tum præsertim vomitum, & sanguinis fluxum moliente, quo-
rum inseparabile indicium est capitis dolor. Diximus autem plenius de hisce omnibus alibi: nunc
verò, quantum poterimus, primum seruantes institutum, breuiter de ipsis transigemus. Considera
C igitur primum quidem species februm, si calidæ sunt atque vrentes: nam hæc per excretiones iudi-
cari consueuerunt, quæ admodum, quæ molliores sunt ac veluti submersæ, diu durant, & sæpius
feruntur in abscessus. Secundo loco, si morbus sit ad salutem decliuis: quis enim bonam crislum in
morbo pernicioso expectauerit: Tertio ad hæc, totius morbi tempus considerandum: si enim prin-
cipij vel augmenti fuerit signum, non dum autem status neque concoctionis signa apparuerint in
vris, vel sputis, vel alui excrementis, non expectandum est bonam fieri crislum. Hæc sunt, quibus
sperauerit quispiam morbum per excretiones crislum habiturum. Eius verò, quod iam instat, neq;
iam etiam futurum est, hæc signa sunt. Difficilis quædam tolerantia omnem crislum antecedit, &
si quidem in die crislis esse debet, nocturni autem noctu, in die. Si igitur tale aliquid videas, conside-
randum est, quotus sit agriitudinis dies. Sunt enim, & qui ad crislum apti sunt, vel paruo etiam mo-
tu à natura accepto: multi verò in magnis motibus nequeunt omnino magnitudinem perturbatio-
nis inspicere, nunquid sit secundum diei naturam. Nam septimus dies etiam ex paruo natura ap-
paratu ad crislum per euacuationem mouetur: sextus verò magno apparatu indiget, & sæpe neque
vlla in eo fit crislis: quod si fiat, neque sine periculo, neque fideliter accidit. Sic autem & vnicuique
dierum aliorum quædam inest propria natura, quam, ubi de diebus decretorijs agitur, definiui-
mus. Age, iam sit dies pro magnitudine perturbationis: deinde oportet considerare, qualis erit crislis.
De alijs igitur nihil in præsentia dicere oportet. At, si vomitus, aut sanguinis fluxus ex naribus
futurus est (nam huiuscemodi crislis vnum diximus esse signum, dolorem capitis) ex his maxi-
me distinguere oportet. Primum quidem, si statim ab initio non inuasit, sicut quoddam agriitudi-
nis accidens, sed in perturbatione, quæ ante crislum fit. Secundo loco, etiam si ceruix compatiatur,
& hypochondrium retractedum sit, aut anhelitus difficilis repente superuenerit, thoracæ veluti angu-
stioze factio: si enim post hæc omnia pulsus in tumorem subito elati non reciderint in paruitatem,
neque debiles facti fuerint, statim crislis expectanda est. Si verò non modo nō deciderint, sed etiam
in altum attollantur, & vehementiam assumpserint, iam faciem agrotantis inspicere oportet. Nā,
si aliqua ex ijs, quæ in ipsa sunt, partibus palpitet: aut venæ, quæ sunt in temporibus, pulsant: aut ge-
na, vel nasus, vel oculus rubidior factus fuerit: magis etiam crislis expectanda est. Si verò & inuiti-
lachryment: aut marmarigas, id est splendores videre imaginentur: ac manus naribus veluti scalpē-
tes admoueat: tunc non iam fluxurum, sed iam fluentem sanguinem inspicies: nam, ubi semel au-
bis scalpserint, statim erumpit. Neque verò ex his perterrearis, si hominem desipientem, aut reli-
quientem inspexeris: nam & hæc humorum repentium ad partes superiores indicia sunt, quem ad-
modum & anhelitus difficilis, & hypochondrium retractedum, & collum simul cum capite aggra-
uatum.

*At affectu.

Septima Classis. nnnnnn iij uatum.

uatum. At tibi vnâ cum his indicio etiam sit desipientia. Et hæc quidem sufficere signa possunt. **E** Sed accedit quandoq; & agrotantis ætas, & natura, quæ spem magis confirmat, ac præterea anni tempus, & præsens constitutio. Nam, si agrotus fuerit adolescens, aut aliquin natura calidus, aut multo sanguine abundauerit, magis adhuc de hoc sperandum erit: & si etiam sæpius antea, dum sanus esset aut agrotaret, sanguis ex naribus fluere visus est, hoc vel solum sufficit fluxus sanguinis spem afferre. Si verò & tempus anni æstatem videris, vel non quidem æstatem, aliquin tamen calidam præsentem constitutionem, non ne ex his aliquam indicationem assumes? Quod si & plures eo tempore crilim ex sanguinis fluxu, habuerint, & hoc tibi spem vehementius augebit: & si corpus plethoricum extiterit, & consuetæ excretionis fuerint retæta. Mihi quidem non modo non videtur difficile eum, qui tot & talia habuerit indicia, futuri sanguinis fluxus præcognoscere, verum etiam absurdum & magnæ imperitiæ, non præcognoscere. Noltri verò temporis medicorum indiligentia ea admiratur, quæ admiratione digna non sunt: nam, siue ex dextra nare, siue ex sinistra, fluxurus sit sanguis, nihil difficile ex nuper dictis præcognoscere: plures verò medicorum hoc nō solum difficile, sed neq; omnino possibile existimant. Tamen si hæc & alias excretiones omnes præcognoscere licet, si hæc duo tantum considerauerimus, & vnde natura motus agatur, & in quam partem: nam, & quæ deficiunt adiuuabimus, & quæ immoderate feruntur coercēbimus, si ista nouerimus: **V**eluti, verbi gratia, sanguinis fluxus ex splene, magnæ cucurbitæ sinistro hypochondrio suppositæ facile retrahuntur, qui ex hepate prodeunt, dextro: & qui ab alijs membris, eadem ratione: nam ex vno de omnibus colligere poteris, vniuersale contemplando. Quare & ego hoc in loco præsentem finiam sermonem: deinceps autem de febribus, quæ ex inflammationibus accidunt, tibi transigam, deq; alijs passionibus, quæ in singulis partibus corporis constituuntur. **Phlegmonæ autem, id est inflammationes, à veteribus vocabantur, quæ sunt veluti phlogoses, id est inflammina, vel incensiones: à iunioribus autem non omnes: neq; enim herpetas, neq; erysipelata, neque tale aliquid quicquam inflammationibus annuerant: sed vni tantum affectui ex calidis, qui fit cum tumore duro atq; dolore pulsantili, hoc nomen accommodant. Non tamen ad hunc solum febres & dolores sequi videmus, sed ad omnes simpliciter calidas, ac veluti efferuescentes passiones. De his igitur, atque alijs similibus morbis sequenti libro verba faciemus.**

GALENI DE ARTE CVRATIVA

AD GLAVCONEM

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI

Ratio curandi Omnes præter naturam Affectus, qui communi nomine Inflammationes dicuntur.

De Generibus ac Differentijs Inflammationum.

CAP. I.



De his autem, quæ in singulis corporis partibus fiunt passiones, o Glauco, deinceps dicemus, ab inflammatione incipientes. Etenim sæpius hæc fit, plurimasq; habet differentias, ex quibus omnibus solent febres contingere. **Cōis igitur in oibus immoderata caliditas, & veluti phlogosis, id est inflammatio, vnde & phlegmones, id est inflammationis, nomen de ipsis afferre antiqui cōsoluerunt.** Propriam autem in singulis differentiam inuenies, ex qua eius specie agnosces, & conuenientem assequeris curationem. **Aliter, n. qui herpetas, aliter quæ erysipelata, atq; aliter quæ phygethla vocant, ac reliquas inflammationis species curabis.** Itaq; hoc et in loco antecedit ea facultas, qua possumus recte agnoscere passiones: ubiq; hoc primum conabor scribere, oēs ab initio distinguēs inflammationum differentias. **Prima igitur inflammationis differentia est, sicut quæ hanc quidem humidam, hanc verò siccam, esse contingit: humidam quidem, quæ ex calida fluxione membrum occupante contingit: sicca verò, quæ nullo humore influente calor naturalis ignescit. Hoc autem vsq; ad aliquid quidem veluti febris est membrum: cū verò iam ad immoderatam caliditatem ac siccitatem peruenierit, corruptio atq; extinctio omnimoda fit.** Quare neq; in plura secari potest, quemadmodum differentia altera, sicut quam quosdam influere humores particula dicebamus. **Multa, n. sunt huius species: nam fluente sanguine, altera: flaua bile, altera: ambobusq; simul humoribus, alia tertia. Et quidem in earum singulis, vel iam putruit id, quod influit, aut in membro constrictum putrescit: & vel crassum est, uel tenue: & vel optimum, uel acre. Sanguine igitur optimo ac mediocrem crassitudinem obtinente ad particulam aliquam vniuersim fluente, atq; ob multitudinem conculcato, vehemens dolor arripit hominem, nisi membrum sensum omnino hebetem habuerit: pulsusq; in profundo molestus, accidit, tendiq; omnino ac contundi membrum apparet: & vehementem calorem perferunt adeo,**

A. li. 4. f. 3. t. 1. c. 1. f. 451. d. c. 2.

Aut comburi videatur, & refrigerari desideret: talis que rubor per summa viget, qualis ex balneis aduenit, aut ex igne, aut quouis alio modo calefactis. Hæc quidem passio totius generis nomen accipit, atque Inflammatio nominatur, sicut multæ aliæ species generis accipiunt: fit q; assidue ex omni ferè occasione. Nam & vulneribus, & cōuulsionibus, & contusionibus, & diruptionibus, & defatigationibus ob exercitationem, & ex articulationibus, atque fracturis, & spontaneis vlcerebus aduenit: & præter hæc omnia, quando ad immoderatam humorum repletionem venæ pertingunt, tunc superfluum effundunt ad aliquam partem, quæ eo tempore recipere apta sit. **Omnino autem hæc reliquis omnibus est imbecillior, vel rarior, aut ad attrahendum paratior, vel immobilior, quacunque causa fuerit ad has perducta dispositiones: neque enim de hoc dicere proposuimus.** **Flaua verò bilis, quando sui seruans naturam vnâ cum sanguine per totum corpus defertur, morbum facit, qui licteros, id est regius, appellatur. Sola verò, quando secreta est, & in aliquo membro consistit, Herpes vocatur.** Si quidem crassa sit secundum substantiam, totam exulcerat cutem vsque ad carnem suppositam: atq; hunc affectum Hippocrates nominat Herpetem exedentem. Si verò tenuior fuerit, id, quod in superficie est, tantum veluti deurit: atque hæc species generis sortitur appellationem, cum simpliciter & sine additione Herpes vocetur. Nam ex duabus alijs speciebus, quæ quidem nuper dicta est, Herpes exedens nominatur: reliqua verò altera, miliaris, quæ in hoc affectu pustulæ paruæ ac multæ per summam cutem similes milijs excitatur: fit autem Herpes huiusmodi ex bile quidem & ipse, sed minus calida & acris, sicut priores. Quod si ex sanguine & flaua bile calidioribus, quæ oporteat, mista fluxio fuerit: vel ex sanguine quidem, sed feruescente & tenuissimo secundum substantiam: Erysipelas passio vocatur, multo inflammatione calidior, magis que colorem flauum representans. Et, si tengeris, facile sanguis subterfugit, rursus que illabitur exquilitate tenuis, & aspectu rubidus. Non tamen dolet hoc, veluti inflammatio: neque, ut aliqua inflammationis species, pulsus, aut compressionem, aut tensionem inuenit limitem: sed quandoque valde parum infestat, ac tum præsertim, quando per solam cutem diffusum fuerit, nihil inferiorem carnem molestant: & tale sæpius accidit, atque hoc est exquilitum erysipelas. Quemadmodum, quod attingit subiectam carnem, neque ex vere tenui fluxione consistit, neque tantum est erysipelas, sed iam dispositio permista ex erysipelate atque inflammatione. Exuperant autem in ipsa quandoque propria erysipelatis accidētia, atq; hic affectus à iunioribus medicis erysipelas inflammationis participans, nominatur: non nunquam verò inflammationis, & tunc ipsum nominant inflammationem erysipelatis participantem. Quod si neutrius accidentia manifeste obtinuerint, sed æqualia apparuerint, tunc erysipelas atque inflammatio misceri dicuntur. Exquilitum igitur erysipelas cutis solius passio est, non tamen ipsa inflammatio partium tantum cuti subiectarum, sed harum quidem præcipue, non nunquam verò etiam cutis. Et est ipsa quidem dolorem afferens nihilo minus, quam altera, pulsus tamen ei deficit. Cū vero sanguis influens calidus sufficienter extiterit & crassus, quodcumque membrorum subito occupauerit, hoc comburendo facit vlcus cum crusta: quicquid verò circumiacet, in inflammationem leuat, efferuescentem grauius q; dolentem: vocatur autem Anthrax, id est carbo, huiusmodi passio. Cum vero sanguis influens niger extiterit crassusque, ac seculentus, ac feruens, qualis, quem antea diximus: simul autem & sanies non nullas tenues admistas habuerit: pustulas quædam per summa cutis excitat, similes ijs, quæ ex igne fiunt, quibus diruptis crustosum sub ipsis vlcus inuenitur: hoc que etiam Carbo est. Inflammationis quidem species tot sunt secundum ipsam passionis diuisæ naturam. Multas verò quispam prætermittas putaret, deceptus multitudine nominum, veluti à Græcis bubonas, phygethla, ophthalmias, synanchas, peripneumonias, pleuritidas, & multa alia similibus appellationibus dicta: hæc enim omnia inflammationes quædam sunt, in prioribus comprehensæ speciebus. Singula verò diuersa sunt sortita nomina, quoniam, qui primi ea imposuerunt, vno nomine & passionis ipsius & patientis particula compositam intelligentiam interpretari voluerunt. **Sunt enim bubon, phyma, & phygethlon, partium laxarum (quas glandulas, id est adenas, vocant) passiones: Bubon quidem inflammatio: Phyma autem, quod statim augetur, atque ad suppurationem festinat: Phygethlon autem est id, quod erysipelas particeps inflammationis, aut inflammatio erysipelatis nominatur. Sic autem & Ophthalmia eius membranæ, quæ corneæ inhaeret, est inflammatio: Pleuritis autem eius, quæ latera succingit: Synanche autem faucium: Peripneumonia verò pulmonis: eadem que in singulis ratione. Has igitur, quæ sunt in partibus apparentibus inflammationes, promptum est cognoscere: quæ autem in occultis, & febres afferunt omnino, non æque discernuntur. At mihi videtur mente egere perspicaci eiusmodi agnitio, ac præterea peritia naturæ membrorum, quam ex sectione simul & exquisita scientia operationumq; atque vsuum comparamus. De his quidem in alijs tractatibus diximus. Nunc verò non datur de his sermonem adiungere, quando tibi repente peregrinandi necessitas ingruat. Quo pacto vero quispam eas optime curet inflammationes, quæ in apertis partibus constant, hoc tibi primum transigere satago, principium sumens ab ea passione, quæ plurimum fit, atque idcirco totius generis afferit appellationem. In qua hoc in primis considerandum existimo, quod & in alijs omnibus magnam vim habet, ut morbi occasionem inueniamus.**

A. li. 4. f. 3. t. 1. c. 1. fol. 451. d.

A. li. 7. f. 3. t. 1. c. 6. fol. 221. g.

De Causis Inflammationum, ac de Communibus Indicationibus illarum curandarum. CAP. 2. E

Stigitur vna quadam apparentium inflammationum occasio, quæ non admodum occulta est, quæ Fluxio appellatur, nisi quandoque illis coniungantur, quæ aliqua alia ex causa evidenti facta videntur: quando enim nulla ex his præcedente membrum confestim patitur inflammationem ea, quæ hanc passionem causa generat, Rheuma, id est fluxio, vocatur: ipsa verò passio, dispositio rheumatica. Oportet quæ in his inflammationibus principia curationum optima fieri: nam, quæ in ipsis errata contingunt, difficulter sanabiles, aut omnino insanabiles, faciunt dispositiones. Sunt autem hæc duo maxima errata, si nulla de toto corpore providentia habeatur: & si calefiat atque humectetur etiam membrum. Hæc verò duo medicorum plerique delinquunt, non nulli quidem à Methodicorum hæresi persuasi, & inflammationes omnes esse passiones astrictas existimantes, quas elaxare oporteat. Sunt verò quidam, qui sine ratione atque vlla consideratione istos sequuntur, vnam excusationem ad male agendum habentes, cum multis delinquere. Sed neque ex Dogmaticis medicis quispiam, neque ex Empiricis ita sensit: sed, quod & ratio & experientia suadet, totum quidem corpus euacuare congruis euacuationibus consulunt: ipsam verò inflammatam partem perfundere ac superlinire eis, quæ id, quod influit, repellendi vim habent: id verò, quod in membro patiente continetur, euacuandi: vim autem ac robur adiungendi his, quæ iam affectæ sunt, partibus. Ad quæ verò inspicientes oporteat euacuare, iam & antea diximus: sed & nunc breuiter commemorabimus, vt in sequentibus memoria seruata, non sit necessarium in singulis passionibus eas, quæ euacuationes indicant, audire intentiones. Ætatem igitur, & tempus anni, & regionem, & præsentem constitutionem, & eius qui afficitur, robur, habitum quæ, & consuetudinem, atque ipsam ægritudinis naturam diximus considerandam: ex his enim, quando euacuare, vel non euacuare oportet, & vnde, & quomodo, inuenitur: Vt in ea, de qua nunc agitur, dispositione, ad genu fluxus deferatur, atque hoc subito plurimum attollatur: tibi verò totum corpus plenum sanguine appareat, & valida laborantis vis, tempus autem anni sit ver, regio temperata, æger verò sit adolescens aut iuuenis: is sanguinis euacuatione ex superioribus partibus indiget. Oportet quæ incidere eius in cubito venam, aut scilicet interiorem, aut mediam: si verò aliqua pars superior pateretur, per inferiora sanguis est educendus, semper enim fluxionis motum ad contrarium retrahere expedit. Atque emplastrum apponendum est ex semperiuo & corticibus malorum punnicorum in vino decoctis, & rhu, & farina hordei compositum: hoc enim in talibus optimum est, atque ad omnia, quæ facere intendimus efficaciter repellit enim id, quod influit, atque id, quod continet, excicat, & mēbra circumstantia corroborat. Mille quæ alia medicamina eodem modo componere licet, quorum compositionis viam ac modum in libris de medicaminibus didicisti. Vnde ego quoque in singulis vnum aliquod tibi subijciam, futurum tibi & monumentum, & exemplum eius, quæ in alijs est, facultatis. Si quidem non admodum doleant, talibus vtendum est: cum magno aut dolore fluxu incidente non sic oportet, neque aquam calidam, neque oleum, neque farinam triticæ cataplasmata afferre: hæc enim omnia dispositionibus rheumaticis aduersantur, quamuis ab initio aliquid iuuare videantur. Sufficit autem in huiuscemodi affectibus vehementiam doloris mitigare aliquo ex his, quæ ex passo, & oleo rosaceo, & pauca cera, quæ in vitroque sit liquefacta, conficiuntur. Oportet autem hæc lanis excipere sordidiss, quæ plurimum cœpi habent: & ætate quidem frigida, hyeme autem tepida apponere: Sic etiam cataplasmata ex arnoglossa, lente, pane, & rosaceo oleo adhibere: paulo autem supra patientes particulas apponere spongiam vino acerbissimo intinctam, aut aqua frigida: melius verò fuerit, si parum aliquid aceti adiungatur. Quod si hæc cura insigniter profuerit, neque alicubi pus se ostenderit, emplastris, quæ ad fluxionem mollia parantur, est vtendum. Optima verò ex his sunt, quæ excicandi & repellendi, quod fluit sanguinis, line dolore vim habent: quemadmodum ea, quæ vehementer intendunt, atque idcirco dolorem afferunt, plus doloribus obsunt, quam excicando proficiunt. Tale igitur oportet esse medicamen, quale nobis in vfu est, quod ex chalcite constat oleo rosaceo dissolutum: si verò lanam mundam vino acerbissimo madeceris, & exterius apposueris, plus iuuabis. Quod si pus se in particula ostenderit, cataplasma imponere oportet semel aut bis: plus verò in præsentibus iuuat farina hordeacea: adiungendum tamen in his aliquid vel aceti vel vini. Et post, quam secueris, & pus euacuaueris, cauendum est deinceps, ne oleum aut aquam imponas. Et, si quando vulnus abluere, aut abstergere oporteat, melleo vel oxycrato & vino & mulso vtendum. Superponendum verò, si adhuc inflammetur, ex lente cataplasma: si verò sine inflammatione fuerit, aliquod ex his medicamentis, quæ emplastrica vocantur: quibus in huiuscemodi sectionibus vti consueuimus, & præcipue eo, quod ex chalcite constat. Apponenda verò super hæc extrinsecus spongia aut lana vino acerbissimo perfusa: quod si acerbum non affuerit, tanto aceti aqua temperanda est, vt adhuc potari possit, atque hac intingere oportet. Sunt verò & ad hoc opportuna ea vina, quæ aliquid aquæ marinæ recipiunt, & tu quoque, vbi sit opportunum, potes conficere permiscendo sal ei, quod affuerit. Vulneri autem nullum ex medicamentis, quæ oleosa sunt, apponendum, quale est macedonicum, & quod tetrapharmacum nominatur: nam ex quibus excicare expedit. Ita quidem sanare oportet, quæ ex fluxione fiunt, inflammationes. Quæ verò alia ex causa fiunt, humectare & calefacere nihil prohibet. Et, si ad supurationem

A. II. 4. f. 3. e. 1.
c. 3. f. 4. 2. a

Suppurationem perducere volueris, cataplasma ex farina triticea, quæ in oleo atque aqua ebullierit, apponendum. Et, si quando scarificare oportuerit, neque hoc verendum est. Si verò eas, quæ ex fluxionibus fiunt, inflammationes scarificaueris, magnum afferes malum, ac per initia præsertim. Nam, quæcunque ex ipsis longioris temporis existentes, post totius corporis euacuationem, atque aliam opportunam curationem, quasdam durities atque nigrities in membris habent derelictas, his sanguinem auferre nihil absurdum est: neque enim amplius hæc inflammationes existimandæ sunt, sicuti neque erysipelas, quod iam liquidum est. Etenim & hoc per initia quidem infrigidandū est, tunc præsertim, cum sine manifesta occasione factum fuerit: quando verò iam illi deerit feruor, & scarificare conuenit, atque emplastrum ex farina hordeacea calida, & ceratum, & aliud aliquod medicamen ex dissoluentibus, apponendum. Non tamen ex vena in talibus sanguinem mittere necesse est, sed ventrem tantummodo expurgare sufficit: dandum autem medicamen, quod bilem flauam educat. Si verò passio parua fuerit, neque hoc facere est necessarium, sed sufficit clystere acrivti. Quæ verò ex vlcerebus fiunt erysipelata, & quæcunque adeo manifestas causas habent, si statim volueris cataplasma apponere ex farina hordeacea, & præsertim si antea scarificaueris, nihil nocet. Inflammationibus verò, quæ cum erysipelate coniunctæ sunt, & erysipelatis cum inflammatione iunctis, mista, quantum fieri potest, curatio est adhibenda, semper que illi, quod magis superat, resistendum. Et eorum quoque, quæ Bubones, & Phymata, & Phyegethla à Grecis dicuntur, similem his, quæ in alijs partibus similes accidunt dispositiones, curationem oportet adhibere, præterquam in partibus, quæ acriora medicamenta in eisdem affectibus possunt tolerare, quemadmodum laxiores partes, quas adenas vocant. Herpetas autem, quantum ad totius corporis euacuationem attinet, vt erysipelata, curare oportet: quantum verò ad patientem particulam, non omnibus similis curatio adhibetur. Nam, qui exedentes sunt, refrigerari quidem desiderant similiter alijs herpetibus & erysipelatis: non tamen ea ferunt medicamenta, quæ præter id, quod refrigerant, etiam humectare natura apta sunt, sed sola admittunt refrigerantia, quæ etiam maxime possunt excicare. Non igitur vel lactucam, vel polygonum, neque ex itagnis lentem, aut palustrem lotum, vel anthyllon, vel psyllon, vel portulacam, vel serin, vel semperiuam, vel tale aliquid, quod refrigerare possit atque humectare, apponere oportet, quæ erysipelatis erant opportuna: neque vnquam spongiæ fidas frigida aqua perfusa: neque solano, quamuis refrigerandi atque vna excicandi vim habet, sed mediocrem. Cum igitur maiorem, quam solano adsit, expetunt siccitatem, superimponere ipsis oportet ab initio quidem ex vite capreolos, & folia rubi, & rubi canini, & arnoglossi. Post hæc verò & lens adiungenda, si oporteat, & aliquando mel, & farina hordeacea, & quod antea scripsimus ad inflammationes, quæ ex fluxione eueniunt, cataplasma, dempta ab eo semperiuam. Ipsa verò loca exulcerata inunge medicamentis, quæ ad herpetas in libris, qui Pharmaceutici dicuntur, scripta sunt: multa verò huiuscemodi apud omnes inueniuntur, plurima quæ ex his ad figuram paruorum circuloformantur. Et, vbi vti volueris, ex passo liquefacere oportet: quæ si passum non affuerit, vino tenui & albo & subadstringente, quale est Falernum, & Massilioticum, & Sabinum, & Adrianum, & Arsyinum, vtendum est: cauendum tamen, ne ob antiquitatem, aliquam contraxerit in gustu acritudinem. Et, si posca aquosa loco horum aliquando vsus fueris, nil deterius feceris. Iam verò in longum tempus protrahis vlcerebus, neque passo circuli parui sunt diluendi, neque posca adhuc aquosa sit: & vina, quæ sunt adstringentia, sufficienter conueniunt, præcipue quidem nigra: & si ea non affuerint, alba. Medicamina autem in hoc tempore ipsis præcipue sunt accommodata, & quod Polyidæ vocatur, & Pasionis, & Musæ, & Andronis, & quæcunque alia his similia sunt. Herpetas verò, qui summa tantummodo exulcerant, nisi diu perdurauerint, nullo horum inungere oportet, & comburunt enim fortiter, & vehementer excicant: verum istis sufficiunt, quæcunque vim glaucij habent, medicamenta. Diluere autem maxime D quidem aqua: quod si nil profecerit, etiam acetum adiungere oportet: quod si etiam solani succo intinxeris, aut arnoglossi, plus etiam proficies. Summatim verò hæc te cognoscere oportet, quod omne vlcus, siue sponte, siue ex accidenti, siue ex vulnere factum fuerit, excicari desiderat, medicamento (vt inquit Hippocrates) non aspero, hoc est, non mordente, neque vehementer irritante, præterquam vbi malignum & cum putrilagine fuerit: talia enim acriora expetunt medicamina, & quæ ignis vires habent, quale est misy, & chascitis, & arsenicum, & calx, & sandaracha: etenim non aliter, quam ignis, adurunt medicamenta huiuscemodi: sapius verò, vbi ista celerint, ipsum ignem adhibemus. Quapropter & his, qui Carbones appellantur, super ipsam crustam, vbi præcipue particula putrefit, huiuscemodi medicamentorum natura est conueniens. Non tamen loca circumiacentia tangere expedit, ne te ipsum lateas ea exulcerans, quæ minime expedit, sed antedictis circulis paruis vtendum est, qualis est, qui Andronius nominatur. Si quando verò rubor inualuerit & multa phlogosis, medicamentum passo diluendum, vel arnoglossi succo. Si verò magnus sit tumor, vino quidem acerbissimo in principio, postmodum verò & aceto. Cataplasma etiam ex orobi farina & oxymelite confectum apponendum: atque ante hæc statim ab initio tantum sanguinis auferendum, quantum sufficit, nisi aliud prohibuerit. Hæc quidem sunt passionum per genera curationes: quæ pro naturæ instrumentorum patientium varietate mutantur.

* Cum Falernum, & Massilioticum fuerint alterius generis, forsitan loco ipsorum legendum est Tyburinum & Marsum nam & apud antiquum interpretem ea vox Falernum delideratur.

† In aliquibus codicibus antiquis grecis legitur, εστ γαρ ιογγυρα, i. sunt. u. fortia.

Lib. de Vlcerebus nō longè a principio.

mutantur. Quatuor verò sunt ab his indicationes, ab eorum temperatura, à formatione, à situ, atq; à virtute. A Temperatura quidem, si non nulla quidem ex ipsis natura sicciora sunt, non nulla autem humidiora: quaedam frigidiora, quaedam calidiora existunt: Et secundum coniugationem humidiora ac calidiora, vel humidiora & frigidiora: vel sicciora & calidiora, vel sicciora, atque frigidiora: aut ex toto temperata. Oportet q; in curationibus intentionem haberi ad membri naturam: hæc enim, quousq; in frigidandum aut exiccandum sit, docet. Nam, si carnosæ partes inflammationem patiuntur, paulum exiccandæ sunt: venosæ quoque, quâvis sint carnosæ sicciores, non tamen & ipsæ multum exiccari desiderant. Sed, quæcunque natura arteriosæ sunt, magis venosæ sunt exiccandæ, atque his amplius nervosæ, & multo magis his cartilaginosa & ossæ: nam prius, quam ad propriam naturam particula redeat, non dum curationi impositum esse finem arbitrandum. Ad sicciores verò temperaturam reducunt, quæ natura sicciora sunt: & ad frigidiores, quæ frigidiora: & secundum alias qualitates eodem modo: ad mediocrem verò referunt, quæ sunt in singulis mediocria. Sic quidem partium temperaturæ passionum variant curationes: At Formationes hoc modo: nam quaedam ex ipsis intus habent spaciolitates, quaedam extrinsecus, quaedam utrinque, quaedam neutra parte. Velut ex simplicibus arteriæ ac venæ & nervi, quæ quidem sunt in artibus seu membris extremis, duæ græce cola dicuntur, intus: quæ verò intra peritoneum, vrinæ que. Nervi autem, qui in membris extremis sunt, neutra parte: qui verò intra peritoneum, ex altera parte. Visceribus autem ferè omnibus intrinsecus atque extrinsecus sunt magnæ spaciolitates. Ac præterea caro ipsa, pulmonis quidem, spongiosa: contra verò renum, densissima: & ipsa hæc, hepatis caro: splenis verò caro, quanto densior est carne pulmonis, tanto hepatis carne rarior. In omnibus igitur his, quæ neutra ex parte habent cavitates, quæ superflium fluxum excipiant, fortiter exiccare oportet, quamuis non fuerint natura sicciores, sicuti nervi, & præcipue illi, qui sunt in membris extremis. Sed, quæ intus & extra aliquid inflammationis possunt relaxari, non multum huiusmodi fortiter exiccantibus egent, si præsertim laxam carnem habuerint, quemadmodum pulmo. At ex Positu indicatio, neq; ipsa negligenda est: nam, per quæ evacuari oportet, atq; quomodo, ipsa præcipue demonstrat. Fluentium igitur adhuc humorum, Antispasii, id est, retractio, sic. n. Hippocrates nominat: eorum autem, qui iam membrum obsederunt, Parochetum, si i. deriuatio, medela est. Vtrinque autem evacuationis genus per communes venas fieri præcipit. Veluti in locis muliebribus retrahes, si eas, quæ in cubito sunt, secueris venas, aut iuxta mammascucurbitas apposueris, vel manus concalefeceris, & fricueris atque alligaueris: Deriuabis autem, si eas, quæ in poplitibus, aut talis sunt, venas diuiseris, & cucurbitas coxis applicueris, & crucurale calefeceris, ac perfricueris, atque alligaueris. Et, si quidem in parte dextra locorum muliebrium passio fuerit, à dextra manu, aut crure detraxeris sanguinem: si verò in sinistra, à membris, quæ illi è directo sunt. Quod enim ab ipso Hippocrate Catixin, dicitur, hoc ipsum est, secundum re-ctitudinem. Interiores autem venas incidere oportet: hæc enim viciniores magis que è directo sunt patientibus membris. Nam, si splene inflammationem patiente, sanguinem vis euacuare, interiores in manu sinistra venas secato: & si hepate, eadem ratione in dextra: Siquid verò ex superioribus inflammationem habuerit, veluti in his affectibus, quos Græci synanchas & ophthalmias vocant, & quicumque alij capiti aduenerint, eas, quæ extrinsecus sunt, atque è directo. Patientibus verò membris extremis, à coniugibus euacuatio facienda est, siue retrahere velis, siue deriuare, præterquam ubi passio sit inueterata: tum enim à membro ipso patiente detrahimus. Sic igitur in synanchicis eas, quæ sub lingua sunt, venas incidimus, quando iam totum corpus vacuum se nobis obtulerit, passio verò sit diuturna. Sic & hepate & spleni cucurbitulas applicamus. Sic & aliud quodlibet patiens membrum scarificamus, si non amplius humores influant (tunc enim magis irritaueris, ac malum duplicaueris) sed quando iam totum corpus expurgatum fuerit, neque iam aliquid influit, aliquid verò, quod pridem influxerat, in membro contineatur. Et quidem laborantibus gibbis hepatis partibus, quod per vrinam trahere oportet: concauis autem per excretionem inferiorem: situs ipse visceris indicat: atque etiam thoracem & pulmonem per tusses expurgare: ventriculum autem & stomachum per vomitus: intestina autem per inferiores excretiones: quemadmodum & splenem & renes per vrinas: locos autem muliebres per menstrua: cerebrum autem atque eius membranas per palatum, & gargareonem, & narès, & aures. Sed, quod & ijs, quæ in superficie sunt, partibus talia medicamenta apponere oportet, quilibet eget passio: ijs verò, quæ in profundo sunt, & quas per multa interposita debent eorum virtutes attingere: non qualia nunc sunt, sed qualia futura sunt, ex situ membrorum agnoscimus. Quare, siue medicamentum est ex ijs, quæ extrinsecus apponuntur: siue ex ijs, quæ comeduntur, aut bibuntur: non præsens eius vis consideranda est, sed qualem obtinebit, quâ ad membrum affectum peruenerit. Ob hæc igitur, quæcunque in pulmonis inflammationibus extrinsecus thoraci applicantur medicamenta, valde fortiora atque acriora natura sunt, quam si ipsa visceri patienti apponerentur: quod enim per multorum corporum media ipsi membro patienti est occursum, omnino exoluitur, & viribus deficit, si ab initio fuerit imbecille. Tantum igitur aduentitij roboris adiungere oportet, quantum in transitu amittitur, vt, quod relinquitur, æquale remaneat ei, quod tactu iuuat. Ob id igitur in thora-

cis

A cis inflammationibus, quæ in parte summa consistunt, ea, quæ solum relaxare possunt, sufficienti: intrinsecus autem, sicuti in membrana succingente, acriora sunt necessaria. Et de splene etiam, atque hepate, omnibus q; visceribus intra peritoneum ratio eadem. Sæpius enim ex medicamentis impositis vlcatur cutis, quamuis durior minus q; ad patiendum habilis, quam viscera. Et, si ipsis visceribus medicamenta applicare possemus, quibus subinde indigent, tanto molliora esse oporteret, quanto & ipsorum natura facilius affici. Et quidem omnia, quæ comedere vel bibere iubent, medicamenta viscerum passionibus opitulantiæ, hæc multo acriora ac potentiora viribus esse conuenit præ ijs, quibus indigent membra morbis affecta: exceptis illis, quæ & ventriculo & stomacho auxiliantur, hæc enim sola talia exhibentur, qualia à passionibus exiguntur: reliqua verò omnia acriora, ac viribus potentiora sunt, ea que præsertim, quæ vel renum vel pulmonis occasione dantur. Considera itaque, quot numero partes pertransire oporteat id medicamentum, quod ad pulmonem sit peruenturum: primum quidem os, & fauces, & stomachum: deinde & ventriculum ipsum, & quaedam ex tenuioribus intestinis: deinde eas, quæ sunt in mesenterio, venas: deinde eas, quæ in cauis partibus hepatis: ex quibus ad eas, quæ in gibbis sunt, transumptum, hinc ad cœcicam peruenit venam: postquam ad cor: & deinceps hoc modo ad pulmonem. Neque negare possumus, quin in singulis partibus his, quibusdam admisceatur humoribus, ac quaedam transmutationem, atque alterationem pro natura visceris capiat: quare, quod de eius virtute relinquitur, minus omnino est atque imbecillius, quam vt membrum affectum iuuare possit. Quæ igitur à situ partium indicatio sumitur, tantum curationem euariat: Quæ verò à Virtute, quantum nunc dicturus sum. Quoniam ex partibus corporis non nullæ ab influentibus virtutibus gubernantur: quaedam verò à proprijs atque natijs: atque ex his ipsis quaedam sibi duntaxat, quaedam etiam alijs, fons & origo sunt quarundam virtutum: & aliæ quidem opus habent peculiare, aliæ autem commune: permutare opus est curationis formam pro ratione earum, quas diximus, differentiarum. Nam pleraq; ex remedijs, morbum quidem finiunt, sed natiuas membrorum virtutes offendunt, quæ quidem offensio ad totum corpus pertinet: Quod dupliciter fit, quatenus aut viscus illud alicuius virtutis est origo omnibus partibus communicata, aut ipsius opus toti corpori vtile est. Hepar enim, cor, cerebrum, & testes, communia vniuerso corpori principia sunt virtutum: ventriculo autem, atque locis muliebribus propriae insunt virtutes nulli alteri parti communes: opus tamen ventriculi quidem toti corpori confert, locorum muliebrium autem nequaquam. Nocet autem sæpius passionis curatio membri patientis virtuti. Quæ enim immoderate laxant, soluunt robur, quare & membri virtutem: quæ autem supra modum refrigerant, natiuum calorem extinguunt, qui fortassis (vt non nulli arbitrantur philosophi ac medici summi) substantia virtutum existit: & si non hoc, saltem primum & maxime necessarium ipsarum instrumentum. Iam verò & qualitates quaedam extraneæ virtutes dissoluere possunt. Nihil igitur horum in curationibus præterire oportet, ne nosmet ipsos lateamus, in eum incidentes sermonem, Morbus quidem curatus est, homo autem obijt: quod à quàm plurimis quotidie factitari videmus, qui irrationalem experientiam colunt, atque hæresim methodicam, omnia artis bona destruentem, quæ rationes quaedam dogmaticas quidem, sed multis erroribus plenas, consecratur. In indicatione autem, quæ habetur ex virtute partium, quispiam etiam reponeret & Facilitatem & Difficultatem ad sentiendum. Nam, quæ facile sentiunt, acria medicamenta non tolerant, sicuti neque etiam humores. Nā, cum acris humor in ventriculo continetur, sæpius lyncopa corripuntur. Quod si mediocris sit affectus, anxietatem & nauseam habent: & non nunquam humorem, quo infestantur, euomunt: non nunquam verò frustra agitantur: hoc que in illis affectibus accidit, in quibus in ore ventriculi vitiatum humor imbibitur. Eodem pariter modo, cum ad oculos huiusmodi defluerit humor, maximum affert dolorem: & pustulas vlcerosas, quæ difficulter curationem recipiunt, excitat. Sic quoque rursus oculi ipsi ob eam, quam habent ad sentiendum facilitatem, tolerare non possunt acrimia medicamentorum viciniam, quemadmodum neque etiam ventriculi os: quin imo nec aliquod extrinsecus aggrauans hæc particula tolerat, & minus ventriculo oculus, vtpote qui non nunquam etiam ab ijs, quæ inunguntur, grauatur. At, quæ difficilem sensum habent, hæc cataplasmata grauiâ sustinent, & medicamenta mordacia. Siquis igitur velit ex facilitate sentiendi indicationem illis quatuor, quas antea memorauimus, quintam annumerare: vel in ea comprehendere, quæ ex virtute sumitur: nihil, quantum ad recte medicandum, differt. Has igitur omnes indicationes in memoria habere oportet in quacunque particula morbo aliquo affecta: nam & ipsius Temperatura, & Formatio, & Situs, & Virtus, singulas, quæ in nobis fiunt, operationes commutant, communi intentione seruata: hanc enim ex morbo semper assumendam esse docuimus. Qui igitur secundum solam & simplicem intemperiem morbi fiunt, per contrarias qualitates curantur: Calida quidem intemperies per refrigerantia, siue primo, siue ex accidenti refrigerent: frigida verò per calefacientia: sic sicca per humectantia: humida autem per exiccantia, curantur. De eo verò, quod primo calefacit, aut ex accidenti, plenè (vt nosti) diximus in eo tractatu, quem de Simplicium medicamentorum potestate composuimus: Vbi id, quod primo refrigerat, quandoque ex accidenti calefacere ostendimus, quemadmodum aquæ frigidæ infusionem, vbi

*
inducatio ad
lib. de Hum.
mo. à princ.
pio.

1. de Rat. vlt.
in acut. 29. 7.
113. d. Et ali.
bi sepe.

vbi caloris naturalis fecerit reuocationem: & quod calefacit, refrigerare, cum rarefaciendo corpus E caliditatem fecit euaporare. Quae igitur secundum solas actiuas qualitates corporis sunt alterationes, ex sola, quae ex calefacientibus, refrigerantibus, humectantibus, atque exiccantibus potestate adhibetur, ad naturalem habitum restituntur, neque sensibili egent euacuatione: Quae vero ob materiae influxum, si quidem bene temperata sint, solam euacuationem desiderant: si vero intemperata, euacuationem, atque vna per contrarias qualitates expetunt alterationem, veluti quae rheumaticae dicuntur dispositiones. De quibus (vt nosti) vnum a nobis volumen est editum, in quo & hoc statim ab initio ostensum est, quod ea, quae totum corpus alit, facultate debilitata, huiusmodi fiunt dispositiones, cum acervata superfluitas ad partes praecipue defluat imbecilles. Si enim per rheumaticam dispositionem sanguis, qui in huiusmodi partes fluat, aliquam habeat cacochymiam, mista oritur dispositio: quod forte rarissime euenit. Sanguis enim sine pituita, aut flaua vel atra bile, fluens, semper mihi consistentiae apparuit. Ex alia autem quapiam causa si pars intumeat, considerandum est, an huiusmodi affectus sit phlegmone, an scirrhus, an oedema, Phlegmonem id est inflammationem nominantibus nobis omnem calidam ac veluti flammam dispositionem: cuius differentias paulo ante diximus. Tempus itaque est, vt de oedemate breuiter subiiciamus, vt memineris eorum, quae latius de hoc nos dicere audiuisti.

De Oedemate.

CAP. 3.

Oedema igitur vocamus tumorem mollem, doloris expertem, quem ex pituitosa substantia, aut spiritu vaporoso fieri constat, qualis in cadaueribus euenit: Non nunquam etiam in pedibus & cruribus eorum, qui aqua intercure, & phthisi, & alio malo habitu (Graeci cachexiam vocant) laborant. Verum tale oedema in periculosis illis dispositionibus accidens est, nulla propria praecipua que curatione indigens: sola enim frictio ex oxyrhodino, aut non nunquam ex sale & oleo, vel etiam ex sale iniectione oxyrhodino, sistit ipsum, alia que huiusmodi multa. Cum vero propter pituitam pari influxam huiusmodi sit affectus, spongia in aqua, quae parum aceti habuerit, infusa passionem aliquando sedat: quae si non quiesuerit, plus aceti miscendum est: sit tamen moderata ipsius temperatura, vt possit ipsam quispiam bibere. Quae autem ex ea plus aquae continet, in principio adhibenda est, maxime in mollibus corporibus: quae vero hac fortior fuerit in robustis & duram habentibus pellem, & quae ad primam spongiae appositionem non iuuantur. Oportet autem spongiam omnino nouam esse, quae si non affuerit, saltem exquisitae abluatur ex aphronitro & nitro, & ex ea, quae conia stacte, id est lixiuium distillatum, a Graecis nominatur. Quod si ex his oedema non quiescat, aluminis parum imponendum est, spongia que omnino noua applicetur. Si vero in aliquo ex membris extremis tale fuerit oedema, incipiendo ligaturam in imis partibus finire oportet in altioribus, iniectionem & compressionem & vniuersam distributionem faciendo, velut in fractionibus. Curationis enim intentio in huiusmodi affectibus mista est, vna: quidem vt eorum substantia aliquid dissoluatur: alia vero, vt aliquid congregetur ac restringatur. Si igitur per ea, quae dicta sunt, non sedetur, tunc aliquid fortiorum medicamentorum, quod temperaturam mistam habeat, ex dictis viribus adijciendum est. Ego in diuturno oedemate, vbi prius particulam oleo ileuilem, deinde spongiam ex lixiuium apposuissim, atque vehementius strinxissim, affectum perfecte curatum vidi, non amplius videlicet hac curandi regula habente mistam virium intentionem, sed ad discutiendum & incidendum declinante: id quod in omnibus ferè diuturnis affectibus probatum haberi non ignoramus. Postquam vero satis de te oedematis scripsimus, de scirrhosis deinceps tumoribus dicendum est.

De Scirrhus.

CAP. 4.

Exquilitus scirrhus est tumor praeter naturam sensu priuatus durus que: non exquisitus vero non omnino insensibilis est, difficulter tamen omnino sentit. Scirrhus igitur insensibilis curationem non recipit: qui vero difficulter sentit, non incurabilis quidem est, non tamen facilem curationem admittit. Fit autem ex humore lento & crasso, qui partibus, quae indurantur, tenaciter infigitur. Interdum itaque statim a principio congregatur paulatim & augetur: crebrius vero medicorum imperitia paratur, cum vehementer erysipelata & inflammationes astringunt & infrigidant. Siquis igitur medicamenta vehementer dissolutiua induratis corporibus adhibuerit, quae manifestam faciant scirrhii diminutionem, breui tempore sperabit perfectam curationem, non vere, ignorans, quod residuum passionis hoc curationis modo incurabile redditur: tenuiori enim ex eo dissoluto humore, residuum exiccatum lapidis duritiem assequitur. Non igitur curandae sunt partes induratae medicamento immodice siccante, sed eo, quod calorem habeat tepidum, humiditatem vero nec multam, nec omnino minimam: quod enim superfluum humorem habet, nihil omnino dissoluit: quod vero minimum, plus, quam oportet, exiccet. Oportet igitur induratum corpus, a medicamento, quod auxilio futurum sit, simile quid pati ijs, quae sub Sole funduntur: vocantur autem Malactica, id est mollificantia, huiusmodi medicamenta: de quibus amplius diximus in quinto tractatu libri, qui de simplicium medicamentorum viribus inscribitur. Ex exempla eorum dicta sunt,

A. li. 4. f. 3. t. 1.
c. 11. f. 492. a. b.A. li. 4. f. 3. t. 2.
c. 12. fol. 499. f.

Asunt, simplicia quidem, medullae omnes atque adipēs. Ex medullis primas partes obtinet ceruina, deinde vitulina: ex adipibus autem adeps anseris in volucrum genere: leonis vero in pedestrium, ceteris praestat. At vero, qui ex gallina sumitur, anserinum, & qui ex pardo, leoninum sequitur, ac deinde vrsinus, atque taurinus. At, qui ex capris accipitur, & crassior & siccor praedictis est, eoq; adhuc magis, qui ab hirco capitur: at, iam dictum est, q; huiusmodi affectus medicamentis vehementer siccantibus non indiget. De differentia vero, quae ex eorum tenuitate crassitudine q; oritur, indicatiue quidem dictum est, manifeste vero nequaquam adhuc: iccirco in memoriam tibi reuocanda sunt, quae inuicem commentabamur, quando Cercyllij puerulum curabam, cui ex erysipelate nimis infrigidato atque astricto tumor scirrhosus in toto femore relinquebatur. Existimauimus enim medicamenta, quae ipsum curare deberent, tenuia esse oportere: quare femur oleo perfundebam in profundam peluim posito puero, quae multum sabini olei continebat, eo, q; omnium tenuissimum ipsum esse sciebam: a balneo vero abstinebam, nisi in longo intervallo dierum totius corporis curandi gratia. Postquam vero partem fouimus, medicamenta ex praedictis medullis & adipibus confecta adhibuimus, miscendo non nunquam bdellium scythicum, mastiche aegyptiam, atque ammoniacum thymiana vocatum, quod pingue & non verustum esset: similiter & chalbanen. Et post, quam per haec praeparatum fuerat, soluens ammoniacum pinguisimum in acerrimo aceto, circumlinui totum femur circum circa: deinde per aliquot dies rursus opopanax pinguisimum miscui aceto acerrimo, & huius videlicet exoluens id, quod recens erat: alioquin pingue non permaneret, quemadmodum nec bdellium, nec ammoniacum, neque etiam chalbane: tunc si q; puerum alteri cruri innixum saltare, vt plus cibi ad illud ferretur. Postea, vbi repulsus erat iam scirrhosus tumor, timens, ne eius residuum maneret, omnia e contrario facere aggressus sum, femur ex aliquo medicamento eorum, quae pice constant, perungens. Manifeste itaque clarebat, quod ex aceto linimenta egregie tumorem comminuerant, laxatiua autem molliorem reddiderant, minorem autem nequaquam: vicissim tamen eis vtendo, adhibito conuenienti moderamine, puerulum curavi, sic, vt, si altero duntaxat medicamentorum genere quis curationem attentasset, nihil ad scirrhii solutionem profecisset. In tendonibus (voco autem sic musculorum aponeuroses, id est eneruationes) ex praedictorum medicamentorum vsu manifestissima auxilia videri licet: siquis recte vtatur curatione ex pyrite lapide. Oportet autem eum, cum igne excanduerit, acerrimo aceto aspergere, ac deinde super lapidem mouere partem affectam, vt a vapore sursum lato scirrhus dissoluatur. Multae enim partes iam plane curuatae conuolutae que hoc curationis modo membrum dimouendo, perfecte sanatae sunt, vt ferè magicum opus videretur. At oportet praeparare mollificando partem scirrhosam medicamentis, de quibus supra diximus. Quin etiam in hac ipsa, quae fit per pyrite lapidem, curatione, abunde multum oleum sabinum calidum prius perlundendum est, aut aliquod aliud, quod extenuandi vim habeat. Nec minus proderit anethi comam decoquere, praesertim cum viride fuerit atque recens. Quod si pyrite habere non possis, molari vtendum est: vocant autem sic lapidem, ex quo molae parantur, quae frumentum molunt.

De Scirrhus Lienis & Iecoris.

CAP. 5.

Splenem induratum non solum de foris fortibus medicamentis curare conuenit, sed etiam per fortissimas portiones: nam eas sine molestia tolerat. Ex quorum numero primas partes sibi vendicant cortices radicis capparidis, & scolopendrij, & myricae tum radix tum germina, omnibus huiusmodi in aceto vel oxymelite coctis. At saepe numero, cum tangitur splen, renitens videtur: non tamen scirrhosus, sed flatuosus potius est tumor. In quo oportet, vbi prius locum absinthio perfuderis, medicamen emplasticum mistas vires continens superponere, quale est, quod ex sulfure atque alumine constat: sunt profecto multa huiusmodi in medicamentorum tractatibus descripta: non simpliciter autem mistorum medicamentorum viribus attendendum est, sed & quantum miscetur. Cum itaque splen flatuoso tumore afficitur, & magis oedemate: si multum aluminis adhibueris, nihil nocebis: in scirrhosis autem tumoribus vim dissolutiuam superare conuenit: parum autem eius, quod stringendi vim habet, admiscendum est. Cum igitur de numero simplicium & sponte nascentium medicamentorum flos salis talis sit natura praeditus, sanat splenes induratos, si extrinsecus ipsis in velica apponatur. Scirrhum autem hepatis ab initio quidem sanauimus saepius: vbi vero ad plures dies forte foret extensus, neque ipse potui sanare, neque alium vidi, qui posset. Omnibus igitur, qui ita affecti sunt, ex necessitate subsequitur aqua intercus: pereunt autem quam plurimi in tempore longo: quosdam vero noui etiam breui pereuntes, quibus alius multa deieciēbat. Liquet igitur, q; ijs sufficienter angustata erant ora vasorum, per quae transmittitur cibus ex simis hepatis partibus in deuexas, adeo quod, si qui ex eis sanati sunt, ea, quam antea diximus in muscularum partium scirrhosis, curationis ratio saluauit: neque enim perfert hoc membrum fortia medicamenta, veluti splen. Augere autem oportet ea, quae ratione inflammationis ipsi apponuntur, mistura emollientium: erant autem illa ex absinthij coma, & expressione myrobalani, & vtraque nardo indica q; ac celtica: adhuc autē & croco, & oenanthe, & mastiche chia, & vnguentis, quae ex spica nardi conficiuntur: adhuc autem & masticino, & melino, & oenanthino.

no. His igitur ammoniacum thymiana, & bdellium, & quas diximus medullae, & adipis misti, & quae incidere possunt, factum in hepate scirrhum sanare poterunt, si etiam ratio conueniens vitus adhibeatur una cum medicamentis, quae in potu sumuntur ad aperiendum abstergendumque eum, qui in viscere continetur, humorem. Sunt vero haec omnia etiam eos, qui in renibus continentur, lapides comminuerunt apta, de quorum materia multi medici conscripserunt. Admiscere autem oportet & ex ijs, quae urinam mouere possunt aliquid. Plurima vero est etiam istorum materia, quae a multis quidem scripta est, atque a nobis comprehensa in eo, quem de medicamentis scripsimus, tractatu. Quare nunc etiam, quae dicta sunt, tibi sufficiant.

De Tumore Flatuoso.

CAP. 6.

Tempus enim iam est transgredi ad alterum genus tumoris, cui materia generationis est spiritus flatuosus. Vocatur autem non solum flatuosus, sed etiam flatus, huiusmodi spiritus, crassus ac vaporosus existens, non secundum substantiam aethereus neque tenuis. Cogita vero eius naturam ex circumstante nos aere, in memoriam reuocans, qualis in austrinis constitutionibus, qualis ue in aquilonaribus fiat: ei enim qui in australibus, assimilatur flatuosus: alteri vero, qui in aquilonaribus, is, qui in nobis secundum naturam est, spiritus. Adiuuat autem, ne huiusmodi spiritus difflet, etiam densitas corporum. Quare huiusmodi affectus curatio unam communem que habebit intentionem ad elaxanda ea, quae astricta sunt, corpora, atque ad crassos spiritus extenuandos. Nam, si subtiliori substantia sufficienter calefeceris, id quidem, quod densatum est, rarefacies: quod vero crassius est effectum, extenuabis. Patientium autem particularum natura conuenientem auxiliorum materiam indicabit, ac in ipsa maioris minoris que rationem. Nam spiritus iste crassus & vaporosus non nunquam sub membranis, quae integunt ossa, comprehenditur: non nunquam vero sub peritonaeo: aliquando intra intestina vel ventrem: comprehenditur vero aliquando & intra membranas, quae musculos complectuntur, quemadmodum & a membranosis tendonibus: comprehenditur etiam ab ijs, quae ratione cognoscuntur, spiritus in musculis atque alijs partibus corporis, quorum locorum naturam in administrationibus anatomicis didicisti. Ita igitur ipse musculus inflatur, atque in ventris vel intestinorum corpore flatuosus includitur spiritus: & cum sufficienter frigidus fuerit, tunc maximum dolorem excitat. Communis autem curatio omnibus (quemadmodum diximus) per subtiliorem substantiam: quae que, quando passioni dolor adiunctus sit, talem habeat naturam, ut dolorem queat sedare. Secundum vero patientium partium differentiam, & materia curationis commutatur: & augetur, atque obtunditur vis. Cum igitur ex tali spiritu dolor interuenerit in ventre inferiore, subtile oleum cum medicamentis, quae in ipso ebullierint, per clysterem iniiciens, statim dolorem sedabis. Quae vero debent ebullire in oleo medicamenta cum subtili substantia calefacientia, sint cuminum, & id quod apud nos est, & magis quam ipsum, id quod aethiopicum nominatur: & apij, & petrapij semen, & marathri, & sinonis, aneli quae, atque libyfici, & seseleos, & dauci, & spondylii. Et, si coniectura comprehenderit frigidam esse dolentium partium dispositionem, rutam, & marathrum, & grana lauri intus decoques: miscebis que asphaltum, ipsumque oleum laurinum, & si qua alia similem naturam habent. Quod si inflammationem huiusmodi doloribus adiunctam putaueris, auferes ea, quae admodum acris sunt, & quae vehementius calefacient: ad ea autem, quae in hoc mediocre naturam gerunt, quaeque vim elaxandi habent, transibis. In oleo itaque ad ebulliendum pones anethum & non rutam: etiam admiscebis adipem anserinum vel gallinaceum: sed haec quidem, ubi vehementiores dolores infestant. Mediocres vero etiam extrinseca concalescentia iuuantur, ea praecipue, quae ex milijs fit: nam eorum leuitas dolentibus commodissima est. Si haec non affuerint, vel ex sale calefacito, vel ex lini semine crudo, vel quocunque alio modo. Cucurbita etiam magna cum multa flamma absque cutis scarificatione, saepius statim dolorem amouit: oportet autem eam umbilicum comprehendere. Quod si etiam post haec dolores permanserint, medicamentis ex opio uti non dubitabis, quale est Philonis Tarsensis, omnibus medicis notum: quamuis scieris aliquam noxam ex huiusmodi medicamentis, membrorum patientibus necessario affuturam. Sed certe ei, quod magis urget, oblitendo, hominem, qui ex nimio dolore synopa corripitur, parua cum noxa saluare eliges: nam & sequentibus deinceps diebus noxam membro ex medicamento contractam emendare licebit. Vocantur igitur huiusmodi medicamenta, Anodyna, id est indolentia, quoniam dolorem sedant: & dolorem quidem sedant, non tamen dispositiones penitus sanant, sed vim sentiendi obtorpescere faciunt. Vt autem oportet Philonis medicamento, omnibus que ex opio confectis, non statim, sed post tempus compositionis annum, aut omnino semestre. Maxime vero atque citissime ex potu horum medicamentorum laborantes dolore liberantur, ubi intestina gracilia patiuntur: sicuti ex ijs, quae sedi imponuntur, crassorum intestinorum passiones praesentaneum habent remedium. Non modica autem sit virtutis distributio & ex ebitibus, cum inferiora afficiuntur: atque ex ijs, quae sedi imponuntur, cum superiora fuerint affecta. Quae quidem in carnosis sit partibus spiritus flatuosi aggregatio, non nunquam omnino vacat dolore, ac longiori tempore durat, ac tum praecipue, cum fuerint articulationi vicina: hic enim sunt muscoli magis nervosi ac densi, ac in media sui parte carnosiores ac rariores. Tales vero (ut nosti) passiones sanantur medicamentis ex pice, resina, terebinthina,

A. l. 4. f. 3. r. 1.
c. 19. f. 460. d.

A. ibid. c. 10. d.

Abinthina, & adipe leonino atque taurino. Conuenit autem ipsis & quod ex sorde balnei, & calce sit, & ex lycomorio, & (ut summam dicam) ea, quae insigniter subtili constant substantia, quibus ea, quae molliendi vim habent admiscuntur.

De Abscessibus.

CAP. 7.

Enimvero, cum de his satis dictum iam tempus est, ut transeamus ad apostematum, id est abscessum tractationem: sic autem nominant eas dispositiones, in quibus inuicem distant, quae prius se continebant, corpora. Spatium igitur vacuum in medio fieri oportet, quod aliquam substantiam spirituosam vel humidam aut mistam ex utrisque comprehendat. Transmutantur autem in abscessum inflammationes quaedam, atque ex inflammationibus erysipelatis participantibus, & ex erysipelatibus inflammationibus participantibus non pauca. Sine his vero etiam abscessuum dispositio consistit ex multitudine quorundam humorum, aut spirituum vaporosorum, siue in ipsis patientibus partibus in medio generentur, siue ex alijs confluentibus, ea ratione, qua sunt illa, quae Apostematata id est decubitus vocantur. Nominant vero sic huiusmodi dispositiones, cum qui prius unum membrum infestant humores, eo relicto ad alterum transeunt. Quocumque vero modo fiat abscessus, id spatium quod abscedentes interiacet partes, humidatibus, quae ipsum faciunt, repletur: quae, ubi aliquando perdurauerint, multiformes habent alterationes. Nam & lapidibus, & arenis, & testis, & lignis, atque carbonibus, & limo, & fordiciis balnei, faeci, & amurce, & multis alijs talibus similia in abscessibus corpora contineri saepenumero inueniuntur. Qui igitur per summa sub cute consistunt, facile dignosci possunt, neque est eorum sanatio difficilis: nam ex tactus proprietate facillime discernuntur. Curantur vero ex extrinsecis adhibitis medicamentis, ijs, quae bibuntur, non indigentes, veluti qui in profundo, atque in visceribus praesertim, fiunt. In dignotionibus igitur, cum suppurantur, cedunt digitis prementibus non resistent, quemadmodum membra inflammata: dignotionem igitur praebent manifestam. At proprietates cessionis alia est in tenuibus humoribus, alia in crassis, quemadmodum & in tenacibus atque mucolis humoribus. Saepius vero nobis subijcitur cum tentione spirituosae pars aliqua abscedens: quae ubi secta fuerit, inuenitur sanguis concretus, adeo ut, qui bis aut tertius huiusmodi viderit dispositionem, si solers & memor fuerit, comprehensum in huiusmodi tumoribus sanguinem ita concretum agnoscere poterit, cum in memoriam ex collatione reuocauerit tentionis ac cessionis proprietatem. At forsitan praestat non proprietatem, sed quantitatem tentionis ac cessionis nominare. Curatio autem earum, quae in superficie cutis abscedunt, inflammationum, sit incipiente quidem adhuc abscessu per ea, quae dolorem sedant atque elaxant: procedente vero tempore ad ea, quae concoquendi ac suppurandi vim habere proprie dicuntur, transire oportet. De his autem dictum est, sicuti de pluribus alijs, in quinto de medicamentorum simplicium potestate tractatu. Statim igitur aqua abundanti perfundere atque fouere oportet: & oleo calido partem inflammatam conspergere: atque ex farina triticea, quae in aqua atque oleo moderate ebullierit, cataplasma imponere, nam hoc citius ad suppurationem perducit, quam id, quod ex pane conficitur. Illud enim maxime dissoluenti vim habet, ut cui ad sint sales atque fermentum, optimaque coctum sit: haec vero omnia defunt triticeae farinae. Et, cum suppurari incipientem inflammationem curaturus, suppurationem prohibere posse speraueris, tunc plurimum panem ebullire permittas, oleo scilicet ac aqua subiges: sit autem aquae ad oleum multiplex proportio. Plus autem, quam hoc, suppurationem prohibet hordeacea farina simili modo praeparata. Quae vero in tali curatione infunditur aqua, habeat althaeae radices intus decoctas. Si vero per summa cutis in parte inflammata tensio valida fuerit, multis scarificationibus incidere oportet in superficie, ac postmodum ex farina hordeacea elixata, ut diximus, cataplasma apponere. Tentauit autem saepius multas & in superficie valdeque tenues scarificationes: contrario autem his modo alias profundiores magnas: & tertias, quae medium tenebant in longitudine ac profunditate. Quae igitur in superficie fiebant, debile auxilium afferbant: Quae vero longae erant atque profundae, plurimum quidem sanguinis exhauriebant, adeo ut ferè animi defectum afferrent: rursus vero ipsae propriam curationem, veluti vulnera, exigebant: Quae autem earum ambarum medium tenebant, semper inueni ab inconuenientibus dictis esse remotas: atque ideo eas in usu censui preferendas. In quibus igitur difficulter ad suppurationem peruenit, neque facile discuti tumor potest, ibi humores esse compactos crassiores ac tenaciores est existimandum. In his vero dispositionibus tantum conuenit ea, quae fit per profundiores scarificationes, curatio. Conuenit etiam id, quod ex caricis constat in aqua decoctis, cataplasma. Oportet autem non ipsas assumere caricis, sed aquam, in qua ebullientes sunt liquefactae. Expediit vero & caricis pingues esse & dulces, ut earum humor non dissimilis melli videatur: & si eas assumens decoxeris usque ad plurimum temporis, reddetur aqua melli tenui substantia simillima. Huic igitur aliquando hordeaceam farinam iniicere oportet, aliquando panem Syncomistum, sic autem nominant eum, qui medius est inter exquillite purum & fursuraceum: vocant autem non nulli eundem panem Autopyron, quoniam in puro farinam, non qualis natura est, talem ad conficiendum panem assumunt, sed prius purgantes fursur excernunt: contra autem in fursuraceo prius adimunt eam farinam partem, quae purissima est: panis autem, qui autopyros appellatur, qualem habet ex natura farinam triticum, talem etiam seruat. Oportet autem triticum ipsum, ex

Septima Classis.

000000

quo

A. l. 4. f. 3. r. 1.
c. 28. f. 456. a

quo farina sumitur, esse ex ijs, quæ generosa dicuntur: quædam enim ex ipsis multum furfuris continent, quæ ignobilia nominant: quædam verò siliginem, quæ (vt dixi) generosa vocant. Nequaquam igitur oportet furfuraceum esse frumentum, ex quo vtilem ad cataplasma farinam accipimus, sed, quemadmodum dictum est, multam habere siliginem: quod si ignobilis tritici farinam asumpseris, crassiorem furfuris partem oportet excernere, atque ita panem medium conficere. Ex hoc igitur pane partem mediam ac teneram ad cataplasma commiscebis, quando potentia medium farinae hordeaceæ & triticeæ volueris facere cataplasma. **Nam farina triticea** maxime ad suppurationem valet, hordeacea verò plurimum resoluit: hic verò, quem diximus, panis mediam naturam seruat, sicuti & eius farina inter nuper dictas farinas triticeas est media. Ad hoc igitur respiciens cum decoctione caricarum misce, quod tibi conuenientius videtur, siue ex panibus siue ex farinis. Si verò tumor resoluatur, minus tamen, quam oporteret, simul coquere oportet cum caricis hyssopum vel origanum. Si quando vehementius tumorem exiccare volueris, sales decoctioni adijcias, deinde hoc modo infunde farinam hordeaceam. Eximatur autem & hinc, quicquid furfuraceum est: & postquam plurimum ebullierit, appone cataplasma. In tumoribus quidem, qui difficulter resoluntur, verendum est, ne eorum reliquias, Scirrhus, i. dura, relinquatur. Quare in singulis solutionibus attendere oportet, ad quid transmutetur omnis, cuius curatio suscipitur, tumor: nam ea cura ratio, quæ fortiter exiccantibus agit: reliquias duras operatur. Hoc verò in singulis solutionibus animaduertes, si partem patientem tetigeris, & quod nunc apparet, illi, quod prius videbatur, contuleris. Si igitur vnquam tale suspicatus fueris, decoque in aqua cucumeris agrestis radicis, aut bryoniae, aut asari, sæpius quidem per se solas, non nunquam caricis pingues adijciens: deinde aquæ farinam admisce, commiscens & aliquid adipis, anserini præcipue vel gallinæ: quod si hi non affuerint, suillum adiunges. Radices quoque earum, quas nuper diximus, herbarum, atque præterea althææ, si post moderatam decoctionem cum pane atque adipe conterantur, huiusmodi tumores resolunt. Fortior autem hisce omnibus est dracontij radix: & si quando ea vti volueris, cum sit ijs, quas nuper diximus, multo subtilior atque ad resoluendum potentior, omnino adipem commisce. Nili enim humectaueris atque mollioris induratos tumores, sed fortibus medicamentis resoluere tantum studueris, in primis quidem diebus eos insigniter decretere facies, sed pariter id, quod relinquatur, indurabis: hoc verò induratum difficulter resoluetur. Melius igitur, sicut diximus, vt fortiter resoluentibus medicamentis commisceamur mollientia, verentes, ne tumores in scirrhus (quorum curationem in præcedentibus audiisti) conuertantur. **Rursus igitur ad suppurationis tumores accedamus,** quos vbi posse resoluere desperaueris, ex farina triticea vtere cataplasmatibus, nam ad celeritatem suppurationis plurimum conferunt. Deinde aperiens, si videris ea, quæ circa sectionem sunt, libera omnino ab inflammatione, medicamentis, quæ emplastica dicuntur, vtere. Sit autem eorum vis ad exiccandum habilis: careant etiam morfu, vt neque adstringentia medicamenta habeant admixta, sed ea potius, quæ sine doloris sensu resoluunt, vel parum aliquid adstringentis habeant. Ego verò sæpius in huiusmodi vsu sum medicamento, ex fermento & ostreis combustis confectio. Si verò pars aliqua sectioni circumstanti inflamata fuerit, eo, quod ex chalcite constat, vsus sum, oleo liquefaciens: & vbi paulatim refrigeratum fuerat, in mortario temperans & molliens manibus, atque vinum infundens, vt nosti. Ad multa verò vtile est hoc medicamentum, quemadmodum in libris de Compositione pharmacorum diximus. Faciemus etiam alios (si Deus voluerit) de Passionibus, quæ singulis partibus accidunt, in quibus omnium medicamentorum, quibus vti consueui, diligenter vires explicare tentabo, atque eorum vsu opportuno exponere. Sed tu iam in hisce medicamentis, de quibus in hoc libro memini, habuisti à me antea & mensuras & præparandi modum. Vbi verò plus opportuno cutis colliquata fuerit in suppurationibus, adeo vt pannu lacero similis efficiatur, non facile subiectis corporibus agglutinatur, vt necesse sit eum, qui *κατὰ πλάτος*, id est per latitudinem, nominatur, curationis modum adhibere.

De Sinu.

CAP. 3.

Cum verò amplius agglutinandi cutem subiectis corporibus creuerit difficultas, huiusmodi affectum Sinum appellant. Deinceps tibi in memoriam reuocabo huius quoque curationis modum, quem vidisti me sæpius in pluribus adhibere. Vbi talis dispositio consistit, latius est fistulam directe perforatam vel ex are vel ex cornu factam habere paratam: quod si hæc non fuerit, vnus ex ijs instrumentis, quæ Pyulca id est puris attractiua, dicuntur, quod foramen latissimum habeat: & eius, quod à nobis compositum est ex charta combusta medicamentum, tu sæpe vidisti me exiguam portionem multo oleo rosaceo permiscere, ac per id instrumentum puris attractiuum in sinus inijcere, deinde filis euulsis orificium claudere. Quæcunque verò emplastica medicamenta oleo rosaceo liquefacientes inijcimus, hoc instrumentum non permeant. In his verò oportet vesicam suillam accipientes, fistulam directam foramen habentem apponere. Esse verò acriora medicinalia liquefacta, quam illa, quæ Emmota, id est linamentaria, dicuntur, est necessarium, qualia sunt apud omnes vsitata, colore viridi intingita: hæc enim oportet non paucis oleo rosaceo liquefacere, vt in sinum inijci possint. Dissoluitur autem emmotorum vis in huiusmodi misctionibus.

Igitur

A Igitur Emplastica omnino medicamenta, quale est Macherionis, & Epigoni, & quod Iphis cognominatur, vbi ad emmotorum vsu deducuntur, cerati indigent admitione, hæc. n. ad sinus vtilia sunt: qua enim ratione eis ceratum admiscetur, eadem etiam sunt ad sinus vtilia. Miscentur autem, quoniam vires mordaces habent, si per sola liquefcerent, non admisso ipsis cerato: sed, vbi quidem oleum rosaceum plurimum fuerit, quod verò in ipso liquefcit, medicamentum paucum, non amplius acritudinem seruant. Vbi verò sinus mediocriter carne oppletus fuerit, tunc agglutinantia medicamenta apponere oportet, veluti si recenti & sanguinolento vulnere mederis. Multa verò tali sunt natura prædita, alia quidem, quæ ex asphalto constant, vocantur autem huiusmodi, nescio quomodo, emplastra Barbara: alia verò, quæ Cirrha id est fulua, vel Phæa id est fusca, à colore dicuntur, ex lithargyro & æruginis decocta plurimum, sic enim ærugo fuluum colorem accipit: si verò paucum ebulliat, facit emplastra, quæ Melina id est lutea, dicuntur. Te verò non latet, quod omnia metallica medicamenta subtiliores partes habent, & vim exiccandi maiorem, vbi multum ebullierint. His verò medicamentis fuluis, vbi statim reponuntur, quædam extrinsecus supereminentia fusca concrefcit, sub qua pars medicamenti profundior plus, quam ab initio fulua videtur. Atque idcirco non nulli huiusmodi emplastrâ vocant Dichroma, id est bicolora, quidam verò Diproso, pa id est bifacia. Quanto verò subtiliora fuerint ac maiorem exiccandi vim habuerint, tanto plus in sinum operabuntur: nam ad eius profundum oportet transmitti vim, si intentionem propositam assequi velimus. Quæ verò recentia & sanguinea vulnera agglutinant, quamquam his minus exiccant, labra vulnerum, si breuia extiterint ac minime profunda, agglutinant: atque ob hoc facile ac cito, quod oportet, efficiunt. Si verò in profundum vulnus protendatur, & fururis & fibulis solentur in vnum cogere. Sinus itaque omnes non simplices sunt diuisiones, sed frequenter in ipsis modo vna pars, modo alia excoriata est, quod neque te oportet latere. Cum igitur ad locum superiorem sinus extenditur, facile per os humor vitiatas (ichor græce dicitur) elabitur. Si verò vergit ad ima, cum intus retineatur, partem aliquam continuam erodit. In his quidem sinibus, nisi prius ad effluxum feceris sectionem, nihil proficies, neque cum carnem generare, neque cum agglutinare volueris. In alijs verò non opus est sectione, si modo conuenientem figuram in parte patiente seruaueris: ex qua figura potes aliquando sinum ad partem superiorem vergentem, facere ad inferiorem declinare: ac contra, vergentem ad ima, conuertere ad superiora. **Vidisti me igitur sinum in brachio existentem,** cuius os erat prope cubitum, figura in superiora tendente sanasse linæ alia facta ex aduerso sectione: & in coxa similiter figura sinus ad ima vergente, cum sinus versus genu quidem terminaret, altius verò os media coxæ regione superius, sine vlla ex aduerso diuisione vidisti factam esse curationem, subijciente me popliti cervical molle, vt inferiorem situm haberet inguen, quam genu. Sufficit autem in hoc sinu & alijs isto maioribus solum melicratum immissum, aptum ad conglutinandum omnes eius partes profundiores. Quidam autem lixiuum iniecerunt, se ipsos coarguentes in ijs, quæ prius ad carnem sinui inducenda medicamenta apposuerunt: neque enim caro noua priori adnasci potest, cum sordicies circumfedit. Quo modo igitur sufficienter carne innata sinui, conglutinatum adhibent medicamentum, si quidem veluti satis fordidum existentem lixiuo abstergere tentant, cum pura caro neque acrius melicratum toleret. In hoc igitur satis est, si hoc tale immitatur, quale quispiam cum voluptate potaret. Et post melicratum solitus sum deinceps, antequam medicamentum conglutinatum imponam, aliquando vino solo, aliquando vino mulso, sinum abluere. Nam ad abstergendum atque ad expurgandum circumstantes humores vitiatos melicratum est melius: sed ad conglutinandum vinum est melius & efficacius: sit autem inter dulce & adstringens medium. Et quidem post medicamenti agglutinantis appositionem spongia noua ex mulso vel vino circumijciatur quam mollissima atque alligatio quidem incipiat à fundo sinus, finiat autem ad os. Sed & linteorum deireum resolutiones fundi sinus sine dolore constringant, paulatim verò laxentur vsque ad os sinus: & hoc ipsum habeat laxam pharmaci alligationem, emplastro, quod circum apponitur, ita cum forficibus discisso, vt ex ore sinus humores vitiatas, si qui excernantur, possint effluere, paruo aliquo alio, ipse imposito emplastro vsque ad solutionem: quam tertia quaque die faciens, auferes hoc ipsum, quod veluti suprapositum circumiacet, id, quod per totum sinum circumiectum est medicamentum relinquens. Indicium autem tibi sit, nunquid pars sinus profunda sit bene conglutinata, humor emanans si multus aut paucus, decoctus aut crudus: adhuc autem si neque in ipso sinu dolor sentiatur, neque tumor appareat, sed totus locus depressus siccus atque expers doloris existat. Si autem & pus bene coctum in ore videris paucum, adhuc magis bona tibi sit spes de sinu conglutinatione: imponensque rursus spongiam, ac denuo alligans, vt diximus, secunda quaque die vel tertia solve, permuens semper, quod ori sinus superstat, linteum eodem emplastro perunctum, quod totum os in circuitu comprehendet. Oportet autem non esse admodum impressum, sed ita, vt omnis humor vitiatas ex sinu per ipsum possit euacuari. In prima igitur & secunda die si aliquis humor tenuis à sinu excernitur, noli omnino de conglutinatione desperare. Sæpius enim circumiecti membro patienti vis medicamenti vehementer exprimit ex ipsa cute & carne subiecta tenuem humiditatem, quando ita affectum fuerit corpus agroti, aut ex naturali temperatura.

Septima Classis.

oooooooo ij aut

A. l. 4. f. 3. t. 2. c. 11. fol. 459. c

A. l. 4. f. 4. t. 3. c. 1. fol. 473. b

A. libidem. c

aut ex malo victu, qua humiditate expressa spatia mediocriter exsiccata conglutinantur. In tertio autem & quarto ab initio die si ichor crudus ex ore se ostenderit, tunc scito sinum non esse conglutinatum. Sit autem prae omnibus id, quod patienti membro circumscitur, medicamentum vehementer quidem exiccans, neque mordens verò, neque intendens, veluti est nostrum, quod cirrhum, i. fulvum seu gilvum vocatur, sine cera confectum ex metallicis medicamentis elixatis & oleo cicino, & aceto, quod vulnera sanguinolenta conglutinat, ac sine molestia sinus exiccat. Vidisti verò & ipsas sanatas fistulas aliquando, in quibus angusto longoque existente foramine, cum non dum intus callum haberent, sed fordiciem solum, immisi primum lixivium: deinde tamdiu intus permanere permisi, donec speravi totam fordiciem penitus excidisse: postmodum medicamentum apposui. Sic verò & eos, qui sub cute sunt sola sinus, in quibus non dum carnem generari oportet, quiq; infecti à quibusdam curati erant, simul atq; curandos suscepi, hoc medicamento conglutinavi, cum tamè prius lixivio abluissem: quoniam, qui vlcera curant, nullo ex his, quae expurgandi vim habent, vtuntur medicamento. Vbi verò, qui ad abscessum perveniunt, tumores tarde facti fuerint, aut ob medicamentum imperitiam: aut eorum, quibus medela adhibetur, timiditatem, qui secari non patiuntur, sed expectant, vt longiori tempore cutis à pure rodatur: contingit saepius vniuersam cutim à pure circa abscessum aggregato sufficienter extenuari instar *responso* id est lacere vestis, vnde & illi nomen **F** *R* hac *des. i. lacerosa*, à medicis inditum puto. Est itaq; huiusmodi cutis conglutinari contumax, praecipue liquis secundum substantiam liccum medicamentum imponat: ex his enim magis fit lacera vestis similis & sicca cutis, instar pellium detritarum. Visum est igitur mihi opportunum, si quis ad eius conglutinationem vtatur medicamento, substantia quidem humido, potentia autem sicco. Dicitur autem in libris de medicamentis, quòd potentia sicca medicamenta dici solent à medicis, quae exiccandi vim habent. Optimum autem ex omnibus medicamentis, quae substantiam quidem humidam habent, vim autem exiccandi, est id, quod à me compositum est ex lithargyro & adipe sullo antiquo & chalcite, quibus additum sit oleum vetustissimum. Nam vim eius esse efficaciorum sum expertus ad huiusmodi dispositiones, cum neq; admodum durum fuerit, neq; exqui site non inficiens. Sed, & si tale conficiatur, & vulnerum sanguine manantium conglutinatum erit: & omnia etiam vlcera ad cicatricem perducit, si & oleo antiquo remittatur, & cum vino mediocriter atatis commisceatur, deinde in circuitu eiusmodi dispositionibus apponatur: quas saepius sine vlla molestia conglutinavit. Confert autem, vt diximus, in lacerosis cutibus non parum & mel, si vsque ad emplastri consistentiam elixetur. Eius verò elixationis mediocritas vix recte perficitur, nisi inspiciatur. Oportet enim ipsum neq; adeo esse durum, vt difficulter labatur: neq; ita humidum, vt circumfluat: nam, quod durum est, ad eandem pervenit cum duris emplastris absurditatem: humidum verò veluti superiectum calido corpori, vndique circumfluit, & siccum linteum derelinquit, quod non modo nihil iuvat, sed etiam non nunquam obest cuti, quae debet conglutinari: at, si mediocriter elixetur, hoc quidem optimum est medicamentum in huiusmodi sinibus. Sed, quoniam elixationis eius mediocritas non facile potest coniectura attingi, rectius mihi visum est ei myrrham subtilissime tritam aspergere, aut aloem, vel thus, aut aliquod ex his, vel omnia simul, tum praecipue, cum linteo inunctum humidius apparet. Oportet autem aspergere ista per cribrum, quod sublime supra mel teneatur: sufficit autem semel aut bis illud agitare, vt mediocriter excidant. Non nunquam verò & dum elixatur, adijcio melli aliquid ex antedictis medicamentis, quando praesertim sinus maior fuerit atq; profundior. Vnus sum aliquando & tenui centaureo, quòd mirum est ad huiusmodi medicamentum. Post ipsum verò & symphitum vultu est, & deinde ireos illyricae radix, postea farina ex orobis. Neq; obscurum est, quin & comendi oporteat, & per cribrum subtile transmitti, ac postmodum conteri talia omnia: melli autem commisceantur eo tempore, quando debet ab igne amoveri, tantum nobis superterentibus, donec melli decocto optime vntantur. Melius autem fuerit, si cacabum ab igne amouentes, haec omnia admisceamus, & deinde diligenter agitemus, donec mel adeo tepidum reddatur, vt corpori, cui curatio adhibeatur, possit imponi.

De Gangrena. Consequens est, vt deinceps dicamus de inflammationibus, quae gangraenas fiunt. Nominant autem (vt nosti) Gangraenas, eas, quae ex magnitudine inflammationis non dum factae sunt, sed adhuc fiunt, mortificationes. Nam, cum omnino membrum effectum est emortuum, vt punctum vel sectum vel adustum non sentiat, quae patitur, statim recidere oportet, quae sanam partem vicinam attingit. Sed, quod ita affectum est, denigratur: quod verò in medio est constitutum, ita vt tendat ad mortificationem, Gangrena nominatur. Curatur autem euacuantibus nobisquam possumus plurimum sanguinis, qui in membro patiente compactus est, cuius causa sunt mortificationes, ob id, quòd arteriae ex angustia loci nequeunt se attollere: reliquo autem transpirationes exhibentibus. Aut igitur cutem vniuersam multis sectionibus profundis secare oportet vna cum subiecta substantia: aut plurimis scarificationibus profundis incidere. Sanguinem verò manare permittens, imponere debes ex medicamentis aliquod ad putrescentiam vitibus: cuiusmodi sunt, quae ex oxymelite & farina orobi vel lolij conficiuntur: si verò talia non affint, fabarum farinam

A. l. 4. f. 3. r. 1. c. 15. fol. 454. b

A farinam adhibe, atq; ipsum oxymel solum: & si fortius medicamen apponere velis, adijce sal, aut ex trochiscis aliquem exquisitissime tritum, qualis Andronis & Polyidæ & Pasionis est. Et Musae medicamen ad haec aptissimum, quod in Herae tomo scriptum est. Vtari autem & his & alijs, quae antea diximus, animum aduertens ad corpus agroti. Nam, si rusticum fuerit & durum natura, fortissima medicamenta desiderat: foemineum verò & molles carnes habens, imbecilliora. Sic & viri, quicumq; & molles carnes habent, & balneas amant, & in ocio degunt, mollia exigunt medicamenta. Neq; dubium est idem in pueris faciendum esse. Et, si quando etiam putrefactam atque emortuam partem abscideris, vt securius agas, nuper dictis vtere medicamentis, naturam corporum simul attendens, atq; eius insuper partis, quae male affecta est. Quaedam enim sunt, quae citissime ad putredinem veniunt: et fatius est ob maiorem securitatem, quando abscedis aut circuncidis id, quòd iam putruit, eam, quae veluti quaedam radix est, sanae parti adiunctam, adurere, sicuti saepius in putredendis facere consueuimus, non nunquam quidem male affectis partibus, quae adurunt, afferentes, quandoq; verò linamentum ante submittentis. Facta verò adustione, solemus (vt nosti) vt succo porri: qui vbi non adsit, ijs, quae paulo ante diximus. Vbi verò tibi videbitur his remedijs adhibitis cessare putredo, vt cito crusta excidat, medicamento, quod nominatur Cephalicum, cum melle vt **B** re. Melius verò & ex hydrelæo panem decoquentes, vel farina hordeacea eodem modo parata, vel etiam cum ipsa miscendo triuicem, facere cataplasma. Id etiam medicamentum, quod Tetrapharmacum nominatur, ac praeterea Macedonicum, sunt crustarum suppurationibus, atq; earum excidentijs accommodatissima. Similiter autem & quaecunq; vim habent ad suppurationem perdurandi. Et panis verò tritus cum apio vel ocymo optime crustas dirumpit, & à sanis partibus separat. Ex simplicibus autem medicamentis iris cum melle, vel radix panacis, vel aristolochia, vel acori. In mollibus verò corporibus sufficit orobi farina cum melle vel thure. Auffer autem & crustas Machaerionis medicamentum, & iris cum melle. Cum verò exciderint crustae, huiusmodi vlcera possunt quibuscunq; medicamentis, quae carnem inducant, ad sanitatem perducì,

A. l. 1. f. 4. c. 29. fol. 83. f

A. l. 4. f. 3. r. 2. c. 15. fol. 159. g

A. l. 4. f. 3. c. 3. fol. 461. b

De Cancro & Elephantiasi.

CAP. 10.

Cum de his abunde dictum sit, reliquum est, vt de cancris tumoribus differamus, qui in omnibus quidem partibus corporis fieri consueuerunt, sed in mammillis praesertim mulierum quae purgationem secundum naturam non habent: quae vbi modum seruauerit, tunc mulier integra fruatur sanitate. Hi verò omnes praeter naturam tumores ex melancholica superfluitate generantur, de qua diximus in commentarijs, in quibus de potentijs naturalibus egimus: Vbi ostendimus hunc humorem, dum sanguis in hepate fit, facis vinarie proportione generari: expurgari autem à splene, qui ex eo naturaliter habet alimentum. Cum igitur naturalis temperatura hunc humorem paucum generauerit, & ratio victus adhibita confert, & splen satis attrahit ex eo, qui generatur, nulla huiusmodi superfluitas in venis coaceruatur. At, cum contraria eueniunt, tunc in venis multiplicatur: & eas, de quibus dicturi sumus, facit agritudines. Dico autem ijs, quae diximus, contraria, vt scilicet hepar ad generandum huiusmodi superfluitatem sit apium: sit etiam ratio victus per tales adhibita cibos, qui crassum & foeculentum humorem procreare natura apti sunt: splen verò sit natura imbecillior, & quicquid de ea superfluitate generatur, ad se minime trahere potens. In hoc verò corpore turbidus fit, ac crassescit is, qui in venis continetur sanguis. Et non nunquam à venis habentibus (sicut & alia omnia) vim excernendi id, quod extraneum est, per haemorrhoidas excernitur. Saepius autem & ad varices decumbit. Et quandoque ad cutem vniuersam expellitur, fit que is morbus, quem Elephantem nominant. Nam & aliquando ad alias corporis partes, quae carceris sunt imbecilliores, humor iste defertur: atque euidenter apparent, quae in illa parte sunt, venae nigro sanguine ac crasso plenae: quanto que crassior fuerit ac nigrior, tanto deterior est passio. In mammillis autem saepe vidimus tumorem forma ac figura cancro animali exquisitè con similem: nam, quemadmodum in isto pedes ex vtraque parte sunt corporis, ita in hoc morbo venae distenduntur, ac figuram omnino similem cancro representant. Hunc morbum per sui initia saepe sanauimus: sed, vbi in molem insignem satis euictus est, nemo sine manus opere potuit curare. Itaque vniuersae chirurgiae tumorem praeter naturam excidentis intentio est totum tumorem, qua partibus sanis adheret, circuncidere: sed ob vasorum magnitudinem, cum praesertim fuerint arteriae, profluuij sanguinis statim periculum imminet: quòd si laqueis eas circumprehendas, sympathiae id est compassionis, insequuntur. Si autem & morbi radices exurere statuas, neque huic rei maximum periculum deest, cum prope principes partes sit adustio. Hunc igitur morbum (vt diximus) in principio sanauimus, & tunc praesertim, cum melancholicus humor non admodum crassus videbatur existere: nam hic purgantibus medicamentis, ex quibus sanitas sequitur, prompte succumbit. Neque obscurum est huiusmodi medicamenta debere esse euacuanda atrae bili accommodata. Quod tam diu faciendum est, donec sanitas pristina parti subsequatur, quando ratio victus optimos generans humores interim adhibeatur. In Alexandria quidem elephantis morbo plurimi corripuntur propter victus modum & regionis feruorem: at in Germania & Mysia rarissima haec passio videtur.

† In gre. cod. legitur, & itis cum melle. legitur etiam, & itis, emmota.


& apud Scythas lactis potatores nunquam ferè apparuit. In Alexandria verò plurimum generatur E ob victus rationem: comedunt enim farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura salia, & non nulli ex ipsis carnes alininas, & alia quaedam, quæ crassum & melancholicum humorem generant. Nam, cum circumstantia aer calidus sit, motus humorum agitur versus cutem. Huic igitur morbo, quas antea diximus, conferunt purgationes. Quod si & atas & virtus permiserint, sanguis prius mittendus est. In cancris verò non inutile est, neq; in istis, ubi nihil prohibet sanguinem mittere, demum purgare: & si fuerint mulieres, menstrua euocare, siquidem non dum quinquagesimum annum attigerint. Patienti autem particula succus solani imponatur, nam hoc medicamen ad huiusmodi vitale est. Quod si nolit agrotans medicamento adeo humido illiniri, cum præsertim domum exire cogatur ad consueta negotia peragenda, medicamen ex pompholyge constans est imponendum, quo me vidisti vitæ ad cancras exulceratos: & si hoc non adlit, adhibe alterum medicamentum nostrum, quod ex chalcite fit. In victus verò ratione succus pitissanae abundanter exhibendus, & serum lactis: & ex oleribus malua, atriplex, & bletum: & quando tempus tulerit cucurbitas, ipsis etiam est utendum, & piscibus petrosis, & aibus omnibus, exceptis palustribus. Sed ijs, qui elephantiam patiuntur, in viperarum esu est mirabile auxilium. Ita verò eas condire oportet, quem admodum vidisti Marfos, qui feris venenatis & aspidibus nutriuntur, Capite quidem primum absciso & cauda usq; ad digitos quatuor: deinde omnibus interaneis exemptis, cute etiam nimirum adempta: aqua deinde abluto corpore ipsarum. Sed neque aliter, cum theriacam antidotum conficere volumus, usque ad hoc præparamus: sed deinceps concoquimus differenter, in theriaca quidem paululum anethi & pauci salis in aqua ponentes: in ijs autem, qui elephantias laborant, in olla anguillarum modo præparantes, ex albo iure. Fit autem hoc modo. A qua abundanter in ollam funditur & paucum olei, & cum hoc porrum & anethum adijcitur. Liqueat autem, quod viperarum carnes sunt decoquendæ, donec exquisite molles reddantur. Ipsum etiam medicamentum confectum ex viperis, quod theriacam appellant, optimum est ad potandum ijs, qui huiusmodi morbo laborant, vel etiam, sicui liberit, ad cutem oblinendam: nam, cum omnia hæc facta fuerint, non nunquam solet squama à cute decidere, quale in serpentibus quod senium appellatur.

Strumarum, Meliceridum & Hydropum curatio. CAP. II.

In alijs autem tumoribus præter naturam non putavi oportere eam, quæ manu fit, curationem hoc in loco scribendam, cum tu medicamenta probatissima à nobis acceperis. In strumis enim ea, quæ adstringere, & exsiccare, & pus etiam facere possunt. In ijs autem, quæ Melicerides dicuntur, ea, quæ has dissolendi vim habent, & quæ pus resoluunt, & aquam in scroto & abdomine, G medicamenta accepisti: Quibus etiam in aqua intercute laborantibus utaris: in ijs enim duplex intentio est, scilicet ut sanetur tumor durus in viscere, & coaceruata humiditas dissoluatur. At prius de induratorum viscerum curatione dictum est: sed differunt cum talem tumorem partes patiuntur, & differentem exigunt curam. Quare curatio hydropum ad has tres reducit intentiones, ut sanemus durum tumorem, qui in viscere est: ut ea apponamus, quæ humiditatem dissolunt: & medicamenta, quæ urinam mouent, in potu demus. Hæc quidem tibi, qui ad longam peregrinationem accingeris, satis esse arbitror. Si vero (ut institui) librum de medicamentis secundum morbos & loca patientia composuero, illum in tuo reditu habebis. Sed & aliud opus magnum amicis exoptulantibus exarabitur, in quo tota ars curandi continetur. Quod si tibi peregre detineri diutius contigerit, singulos, qui à nobis scribentur, commentarios ad te mittere non grauabimur.

Post hunc librum collocari debuerat liber, cui titulus est, Quos, H & quando, & quibus medicamentis purgare conueniat: qui in quinta Classe pag. 88 habetur.

Galeni



GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS
DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS
COMMENTARII QVATVOR

Ioanne Vasseo Meldensi interprete

Ab Augustino Gadaldino plerisque in locis emendati.

ARGVMENTVM

Pertractat de ijs, quæ Veteribus medicis in Acutorum morborum Victu controuerſa erant: ac in Primo quidem libro agit de Pitissana.



Qui Gnidias appellatas sententias conscripserunt, hi sanè, quæ ægri in morbis singulis patiuntur, & quò nam modo non nulla ijs eueniant, rectè scripserunt. At q; hæc enus uel medicina, quoq; imperitus quispiam rectè scribere potuisset, si ab ægro unoquoq; qualia patitur, probe intellexisset. Veru, quæ medicis non referere ægro ipso discere oportet, multa ex his sunt præmissa, alia in alijs.

Non solum nihil eorum, quæ ægri patiuntur, prætermiserunt, qui gnidias scripserunt sententias: verum quoq; & ultra id, quod iustum est, de quibusdam mentionem fecerunt: ut paulo post ostendam. Neq; id artis opus est, si nihil prætermiserint eorum, quæ à plebe ipsa cognosci possunt: non etenim is artificii est scopus, sed, quæ ad curationem idonea sunt, omnia scribere. Quapropter sapius non nulla adijcere, quæ vulgus non nouit, erit opus: & multa, quæ huic nota sunt, aufere, si nihil ad finem artis conferre videantur.

2. Et quaedam ad coniecturalem cognitionem (τεμνησιον dicunt) peropportuna.

Τεμνησιον est, quæ per τεμνησιον fit, cognitio: Τεμνησιον autem appellant veteres syllogisticum signum, non autem simpliciter signum omne, ut in opere de coniectura et signo est demonstratum. Quæ igitur medicis ad huiusmodi cognitionem tum necessaria tum utilia existunt, non omnia aut gnidijs in sententijs scripta esse, sed prætermissa pleraq;.

3. Cum autem ad coniecturalem cognitionem dicatur, quò nam modo curare singula oporteat, in his multa aliter, quam illi enarrauerunt, sentio.

Ex quo multa, quæ ad coniecturalem cognitionem utilia existunt, à gnidijs medicis prætermissa esse dixit: quam nam dicat coniecturalem cognitionem, ipse deinceps docuit, inquitens, Quò nam modo curare singula oporteat. Nempe, quod ad horum inuentionem vitale fuerit, id ex arte est. Sed forsàn quis opinabitur prætermissas esse, quæ tum ad dignotionem, tum ad prænotionem conferunt, coniecturas. Verum res non ita habet, cum de necessitate in illis, quæ ad curationem idonea sunt, hæc contineantur. Si enim ad optimæ curationis inuentionem nihil conferrent morborum dignotio & futurorum prænotio, prorsus hæc superuacarent: nunc autem, quod conferant, ob id vitales existunt. Ergo, quod affectuum dignotio ad curationem valde necessaria sit, recensere non est opus. Nam in primis, quis nam sit morbus, dignoscere oportet, deinde curationem ipsius ita aggredi. Quod verò prænotio ad curationem quoque utilis sit, demonstrauit in præfatione prognostici Hippocrates. Qui ergo omnia, quæ ad medicinam spectant, utilia ea vel ad dignotionem vel curationem vel prænotionem esse dixerit, virtute idem dicit. Curatio siquidem per se à medicis exercetur: prænotio autem & dignotio propter curationem. Quo fit,

Septima Classis. oooooo iij vt

1. Prog. t. 1. 4.
189. d

enim si genitus mundus sit, neque si interitus conscius, neque si extra ipsum inane non sit, neque si infinitus, neque si is solus vnus sit, neque si plures, neque quot numero, si plures: neque si horum multitudo incomprehensibilis sit, aut infinita, manifeste coniectari potest. Ad hunc sane modum & de aliis multis, quae in philosophia quaeruntur, non nulla quidem iudicare prorsus nequiuimus, alia vero non sine magna contemplatione. Verum de ipsis, quae aegros iuuant, vel laedunt, non similiter est. Nempe, etsi ad ipsa inuenienda longo opus sit tpe, viroque a multis discrepante, quae tamen se reperisse quidam iactant, ea facilem habere iudicationem videbuntur. Nempe, si agris quidem adhibita praesidiu attulerint, laudare oportet atque agnoscere: si vero detrimento fuerint, vitare atque repellere: quae vero nihil auxilij vel offensa effatu dignum praesiterint, in neutrius horum ratione censere conuenit. Sed sane medicos ab euidenter offendentibus abhorreere oportet. Si ergo parum experibus insistant, qui quouis modo ab initio sunt opinati, nihil mirum videri debet. In iis vero, quae ad modum recesserunt, atque usque adeo ut a quibusdam laudentur, ab aliis culpentur, admirari quisquam eos poterit, qui valde offendentia extollunt, vel eos, qui vere iuuantia vituperant. Id sane est, quod Hippocrates particulari vno exemplo proponit. Dicitur autem & id, nec fecus ipsius solutio, ab Erasistrato in primo libro de febribus paucisque & euidenter, utpote qui Hippocratem plane est secutus. Percurrens enim in libro praefato medicos tum eos, qui aduersissimum febrientibus victum praescribunt, tum eos, qui longis inediis aegros ipsos conficiunt, atque Petroniam ipsum, qui tum carnes tum vinum exhibebat in textura sermonis hoc infert pacto. In multis igitur valde magnis plagis decidebant: si autem febrientes omnes ex tali curationis modo male liberabantur, qui ita curabant, a curatione desistebant. Sed, ut videtur, non febribus omnibus opem fertis sanationis modus. Laudandi igitur cum Erasistrato, tum alij, qui quaestionem hanc proposuerunt, & solutionem eius scripserunt: laudandus quoque & qui praeter ceteris eam proposuit. Sciueris praeterea & eam non magis de acutis morbis, quam de aliis omnibus, proponi soluit. Nempe responsio de omnibus eadem est. Non enim in acutorum modo, verum quoque & morborum aliorum curatione controuersi fuerunt medici: atque ob id longo tpe sua in cibi exhibendi regula permanent, quae non nullos ab ea euidenter iuuari vident. In caeteris autem, qui nihil inde auxilij recipiunt, cito quidem & aegros occulte aliquid deliquisse suspicantur; quancumque id non sit, sed quod retulit Hippocrates in libro de fracturis: ubi agens de iis, qui fracturas cum vulneribus perperam ligant, atque ob id laedunt, ait, Non enim deligatione causam esse existimant, sed aliud quoddam infortuniu. Sic & eos in victus ratione opinari par est. Quod autem praesenti in oratione recensuit Hippocrates, id palam est, ubi quis eam secum cogitans bis & ter legerit. Nempe ex particulari exemplo eodem doceri sermonem comperiet: quem & vniuersalem vocare consueuerunt, non Philosophi modo, verum quoque & prope omnes Logicae artis non imperiti. Erasistratus ergo aduersissimarum meminit victus rationum. Hippocrates vero relictis molestis alienisque, ad moderatiores se contulit. Monstruosae etenim alienaeque vere sunt, tum quae per inedia sunt summa: tum quae per repletionem immoderatam, qua utebatur Petronas. Moderatae vero, quarum meminit Hippocrates in acutis morbis, ab insignibus exhibentur medicis. Quidam enim hordeaceam ptisanam in his administrant, alij cremorem duntaxat, alij ne hunc quidem in acutis morbis ante iudicationem, sed tempore interiacente solos exhibent potus, aquam, melicratumque, & si opus sit, oxymeli. Controuersia igitur causa est, quam Hippocrates ipse in sequentibus exequetur, & quam ab Erasistrato in primo de febribus bene enunciat afferebam. Est autem ea, quod aliqui solo ptisanae cremore indigent alij hordeacea ptisana: & alij horum neutro, sed potibus solis ad iudicationem usque feliciter seruantur. Demonstrabit autem in sequentibus, qui nam hordeacea indigent ptisana, & qui solo ptisanae cremore, & qui neutro horum.

*Al. legentibus.

3. de Fracturis c. 8. 7. 243. b

14 Sane quaestiones huiusmodi proponere medici non consueuerunt: neque forsitan, si proponantur, soluentur.

Quod primus Hippocrates quaestionem hanc proposuerit, solueritque, ex hac notum euadit dictione. Neque enim, inquit, tales quaestiones proponi a medicis consueuerunt, Quod si & eas quis fortassis proposuerit, solutio non reperietur.

15 Calumnia vero usque adeo grauem patitur apud vulgum ars tota, ut nullo pacto medicina esse videatur.

Hac quoque in oratione ex particulari exemplo rem quandam vniuersalem docet. Nempe in primis qualem cumque ingredientium exercitationem controuersia iustam ignorantiae suspicionem ostendit. Secundo concordia ipsa iustam magnamque cognitionis spem demonstrat: quod nimirum mathematicis demonstrationibus valde contulit. Neque enim discipulos solum alliciunt, credulosque reddunt, verum quoque & apud idiotas sese verissimas existimandas praestant. Mathematicis igitur demonstrationibus vios ait, qui euidenter quippiam & citra quamuis ambiguitatem demonstrauerunt. Sed controuersiae rationem diligenter in sequenti oratione prosequitur.

*Aunt. f. idio- te, est in veteri translatione.

16 Quapropter acutissimis in morbis usque adeo dissentiu inter se artifices, ut si alter porrigit optima esse existimas, ea alter mala esse putet: atque, si ob id naticinat, quae graece μαντιαν vocat, ars ipsa similis esse uideatur, augures huiusmodi aliter eadem si ad sinistram volauerit, bona sanitasque esse putat: si ad dextram, mala insanasque.

Astamq. Talia quoque in Aruspicina (quam Iεεσοποτιαν dicunt) videntur, alia in alijs: sed vaticinantiu non nulli contraria sentiunt. Dico autem speculationem hanc esse & pulcherrimam & germanam, propter quam plurima & commodissima, quae in arte comperiuntur.

Μαντιαν appellauit Hippocrates, οἰωνιστην: Iεεσοποτιαν vero, θυτιαν a plerisque appellatam, quam vere antiqui etiam alij Iεεσοποτιαν vocant, quae Iερεια id est hostias, suspicientes, qui in ea scientia graues & praestantes sunt, ex ipsis ventura praenunciant. Iερεια, autem scimus appellari omnia, quae dijs ad honorem exhibemus, quales sunt, quae litantur victimae, quarum extra insipientes Iεεσοποτοι, id est aruspices, praedicunt. Eos vero, qui ex auium volatu augurantur, quos οἰωνιστας & οἰωνοσκόπους, id est auspices, appellant, nunc μαντιες, id est augures, appellauit Hippocrates: quancquam μαντιως nomen & μαντινης de omnibus, quae ita praedicunt, artibus proferatur. Nempe μαντιες vocantur: & Iεεσοποτοι, & οἰωνισται, & qui appellantur γενεθλιακοι, & qui per notas & victimas, futura praedicunt. praeterea & χρησμολογοι, i. fatidici & θεομαντιες, id est diuini vates. Sunt, qui & ονειεσποδους, id est somniorum interpretes, a poeta appellatos inter μαντιες, id est vaticinantes, collocant. Sed constat Hippocratem solos οἰωνιστας appellare μαντιες, ut poeta appellauit. Nam is in plerisque sui operis poetici partibus οἰωνιστην artem, venturorum praenotionem esse demonstrat. Quo modo & in primo Iliados circa initia ait, Α'λλαγε δητινα μαντιν ερεομεν, η Iερηια, η κρη ονειεσποδου, κρη γαρ τ' οναρ εν διος εστ, id est, Consulamus itaque augurem quempiam, aut aruspicem, aut somniorum interpretem: nempe & ab Ioue ostenduntur insomnia. Iερηια quidem dicens, Iεεσοποτοι: ονειεσποδου vero, qui circa somnia versatur; μαντιν autem οἰωνιστην, id est augurem auspicemque. Sapius etenim in suo opere poetico huius meminit in maximis rebus, diuinandi etiam arte per alites usus. Sed forsitan haec, & quae decet, plura de huius nominis μαντιως appellatione dicta a nobis sunt: atque ob id, ad quod dicitur, trahere iam est tempestiuum. Quod enim ait Hippocrates, tale est. Qui diuinatorias artes prosequuntur, in particularibus multis nihil minus, quam medici, discordant. Vidi equidem aliquando augures in volatibus ipsis, quos dextros & sinistros memorauit Hippocrates, discordantes. Alter Arabs erat, alter Graecus, atque ex Asia nostra. Arabs dicebat dextram alitem, laborantes mulieres seruare, sinistram viros. Qui vero ex Asia nostra erat, dextram alitem in virorum morbis apparentem, interrogantibus ipsis, si seruarentur, aliter interrogacionem recensebat, sinistram vero denegare. Interrogabam igitur eos, si quomodocumque volantem vel dextram vel sinistram alitem pollere eadem significandi facultate dicerent, nihilque differre putarent, si aut celsissima aut terra propinquissima, aut media volaret. Et si media, an si propius vel celsissimam, vel infimam, vel adhuc inter has mediam. Pari modo, & si auis vel propinqua vel longinqua volaret, an ne in his nulla foret distinctio. Arabs eas nihil ea, quae vel in altitudine vel longitudine vel latitudine esset, distantia discrepare respondebat. Graecus vero de symmetria distinguebat, dextro & sinistro: assereratque ab auguribus haec scripta esse, atque immoderatas distantias moderatis contrarias: testesque in eam rem libros Apollitis, Athenai, Cheramonis, Artemidoris, Phocae, atque aliorum multorum, qui in augurandi arte clari essent, proferebat. Deprehendi proculdubio Arabem & consulum & a distinguendi arte alienum: Graecum vero distincte loqui, & artificem esse. Nempe artis, quae suorum theorematum iudicium per experientia habet, dissidentia ex distincta & indistincta rerum explicatione oritur. Quod ab Hippocrate edoctus graecum augurum in auium volatu artificiosum magis videri iudicauit: ex abundantia vero celebratissimos augurum testes adducens, adhuc magis fide dignius erat. Cum vero etiam Arabs plurimos aegrotantium, quibus vera praedixerat, testes citaret, succedentis ut plurimum euenti subsecuti causam pronunciaui. Nempe, si auis dextra moderate distans viros seruat, immoderate vero distans foeminas: sint autem complures, quae immoderate distent, vna vero duntaxat, quae moderate: iure quidem multis succederet ex animi sententia, paucis vero non succederet. Graecus autem alias adiciebat distinctiones, quibus, etsi dextra auis immoderate distaret, interdum tamen seruandum virum laborantem declararet. Nempe, qui molle & muliebre studium exerceret, veluti & scissiculum, mulieris schemate seruari dicebatur: rursusque & id ab optimis scriptum esse auguribus demonstrabat. Adde quae alias quaedam adiciebat distinctiones, in quibus Arabs nihil intelligere videbatur. Retuli haec propter sequentem dictionem, quam nemo conuenienter exposuit, sicuti neque eam, quae ante scripta est, ubi ait, Quaestiones sane huiusmodi proponere non consueuerunt medici: neque forsitan, si proponantur, solui reperiantur. Nam, cum inquit graece τοιαυτα, latine huiusmodi, i. quae ita dissident, quidam de ptisana sola perperam intellexerunt: alij autem paulo his melius de victu acutorum: alij de omni simpliciter victu: alij vero de curatione vniuersa, prioribus quidem melius, sed neque adhuc absolute. Causam autem ut dixi, totius dissidij quaesiuit Hippocrates in omni arte, quae experientis iudicari possit. Quod autem id ita habeat, manifeste per sequentem condiscos orationem.

A. li. 4. f. t. a. c. 8. fol. 419. g

17 Nempe & agris omnibus ad sanitatem magnum quippiam potest, sanitasque, ad securitatem, se sequi, exercitantibus ad bonum habitum, atque ad quod quilibet voluerit.

Sermo praesens eos arguit, qui Hippocratem existimant praescriptam dictionem de ptisana sola

sola proposuisse eosque, qui de victus ratione siue acutorum morborum, siue simpliciter vniuersa, fa- Etum id putant: pari modo & eos, qui de curatione vniuersa problema esse existimauerunt. Nempe prior oratio, quae ita habet, Nempe & egris omnibus ad sanitatem magnum quippiam potest, eos arguit, qui de piffana: atque alios, qui de sola vel acutorum vel morborum aliorum victus ratione antecedentem orationem esse opinantur. Neque enim egris oēs a sola victus ratione curantur: cum multi sint, qui manuum opera & medicamentorum administratione indigent: adhuc verò magis neque a piffana sola. Neque igitur de diata sola acutorum, neque diata simpliciter quae est in omnibus morbis, sermo Hippocrati exiit: neque de sola ea, quae ex his oritur controuersia: sed de omni simpliciter arte, quae experimentis tum discerni tum iudicari nata sit. Qui etenim cōe vniuersaleque iudicandi instrumentum reperit, per id, quae particularia sunt, iudicat. Particulare autem vniuersale est, & quod de piffana medicis in controuersia venit: sicuti & quod de victus ratione non acutorum modo, verum quoque & morborum aliorum: atque etiā, quod generalius est, de curatione vniuersa: & quod adhuc hoc generalius est, de omni corporis prouidentia, & si sanorum ea fuerit: nempe & hi ea indigent arte, non quae ad consequendam sanitatem praecipua tradat, sed praesentem conseruandam. Quod non praetermisit Hippocrates, cum inquit, Sanisque ad securitatem, nempe, vt talis seruetur, securitate est opus. Vtilem quoque ait esse speculationem & iis, qui exercitantur ad habitum bonum. Vt enim egro- F opus curatio ea, quae nunc ab Hippocrate proposita est, speculatione indiget: sic & sanorum securitas, vt praesens sanitas conseruetur: sic & sese exercitantium prouidentia, vt bonum habitum consequantur. Haec igitur oia artis, quae circa corpus versatur, sunt: sed, quod serie continuata dicitur, ad omnem extenditur artē. Quid nam etenim est, quod ait, Et ad quod quilibet voluerit: Nempe augur, aruspex, mulicus, rhetor, & artifex ois, simpliciter causam eius, quae in sua arte reperitur, controuersia vnam esse existimat, cum scilicet vnusquisque ex particulari vniuersale facit. Ita sanē & in auguribus facta controuersiam deprehendit: eumque qui veriora loqueretur, iudicauit: atque ob id augurum memini Arabis & Graeci. Nempe artis omnis constitutio ex propriorum a communibus distinctione oritur: qui enim haec distinguere potest, is optimus censetur artifex. Vt autem constitutio, sic & iudicatio in distinctione substantiam habet. Nempe falluntur, qui artes constituant, cum, quod cuiuspiam contigit, id vel in oēs vel in plures, quod oportet, extendunt: quod siquidem nulli prorsus contigit, nemo id in tali arte persuadet sibi verum esse. Nam in hoc vere oritur controuersia, cum vnusquisque sibi ipsi persuadet, non cum simulans confingensque contentiose litigat: quo modo non nulli de quibusdam secus, quam animo sentiebant, fecerunt: quo modo & qui proponunt ambiguum esse, vtrum vigilamus dormimusue, aut sapimus, insanimusue. Quod si manifestum esse id conceda- G tur, vtri sanē magis vera loquuntur, anceps inquit esse, an qui vigilat, is, qui dormiunt: vel, qui non insanunt, is qui insaniunt. Nullus siquidem, ita persuasus, aut secum animo opinans, sed litigans, hos sermones facit. Quidam autem in arte medicinali res novas quidem sunt aggressi, cum tñ rebus prioribus melius quippiam inuenire nequirent, sed vulgi affectionem, quam Hippocrates dixit, intelligerent. Nempe vulgus quod nouum in usitatumque est: & non dum, si vtile est, intelletu: laudat magis, quam assuetum, quod vtile esse est cognitum. Sunt, qui ob victus suauissimi pollicitationem persuadentes agros alliciunt, doli vafriciaque non ignari: sed vel propter lucrum vel propter gloriae cupiditatem talia dolose committere, aggrediuntur. Diata ergo ea, quae verbo tenus sit controuersia, quam viri huiusmodi inter se habent, illa quae secundum rei veritatem est, controuersia oritur, quae enunciatio non distinguatur, sed vel de pluribus, quae oportet, vel de omnibus tanquam similiter habentibus, offeratur. Atque ob id iuste laudandus venit Hippocrates, qui de sola secundum rei veritatem meminit controuersia: quam, qui artem constituere aliquam volunt, patiuntur, cum secū suaeque in anima differenter opinantur, & non verbo tenus simulate ac subdole id agunt ob gloriae vel lucrum cupiditatem. Nullus enim, qui animi consilia vere per experimenta iudicat, Petronae victus rationem recipiet, carnes assas administrans vinumque nigrum in iis, qui acuta laborant febre: neque in tanta siti ita temperans, vt cotula aqua vigesimam porrigeat partem. Talia siquidem diataemata absurda sunt: duorumque alterum existit, nempe vel ob nouitatem vafris ab hominibus parata, vel ob summam stupiditatem, si planē soli veritatem reperisse existimauerint. Quae verò ab Hippocrate scripta sunt, ea in prudentibus viris, qui vere artem constituere student, reperiri possunt: cum non maxima sit laesio, quando, quibus non oportet, offeruntur. Actalia quidem distinctu difficilem habent eā, quae experimentis conficitur, iudicationem: quae autem valde differunt, facilem. Controuersiam igitur in iis, quae parum inter se exuperant, iudicare, & quibus nam piffana sola exhibenda in cutis morbis sit, & quibus hordeacea: & quibus nullo pacto id faciendum sit, sed potus solus ad iudicationem usque porrigendus sit, demonstrare, Hippocratis intelligentia, est dignum.

*Graece εὐρηματικὸν, id est subtilia.

† In antiquis loco dictionis ἐνέκλυτον legitur ἐνέκλυτον, & sic I comen. vt sit interpretandū, & si quod excerni, facile ipsa excernit.

18 Piffana igitur frumentaceis gustamentis recte praelata fuisse mihi videtur in acutis morbis: eosque, qui eam praesertim laudo. Nempe viscositas eius lauis, continua, incunda, lubrica, & mediocriter humes, sitim minime infert: & siquid abluere eget probe abluat: non asstringit, non male turbat, neque in ventre tumescit: nempe inter coquendum, quoad maxime potuit, intumuit.

Orationem hanc tantummodo legisse mihi videtur, qui librum hunc de piffana inscripserunt: veluti

A. li. 4. f. l. 1. c. 8. fol. 49. B

A ¶ veluti procerum partem primam, qui aduersus gnidias sententias titulum fecerunt. Nam Hippocrates in secunda procerum parte non amplius contra gnidios medicos agere, sed se ad curationis acutorum morborum exercitationem conuertere est visus. Tertia autem procerum pars, quam hucusque percurrit, ad eam, quae victum morbis acutis praescribit, artem spectat. Neque tamen ad eam solam est utilis, verum quoque & alteri, qui generalior sit, subiecta est sermoni. Demonstrauimus autem in iis, quos in scripta de fracturis articulisque parauimus, commentarijs Hippocratem subiectos sermones, pro alijs quibusdam vniuersalioribus obsignare consueuisse: doctrinamque vniuersalium ex ipsis, quae tanquam exempla constituit, efficere: neque enim ita ab instituto recedit, neque saepius docet, quod multorum commune existit. Quo autem modo in piffana sermonem fecit, causam eius, quae de ipsa est, contentionis tum vestigans tum decernens, sic & de omni acutorum morborum victu rectum tulit iudicium. Nam & de venae sectione, & purgatione, & tum glandis tum clysteris vsu: de cataplasmatibus item, fotibus, vino, aqua multa, oxymelite, & balneo non parua inter medicos exorta est controuersia: quae omnia libro in hoc percurrit Hippocrates methodo vna, quam nuper dixi. Vm cuius etiam nouisse visum sunt, qui se empiricos nominauerunt, diorsim, id est distinctionibus propria a communibus separantes: consueuerunt autem dialtolas magis, B quae diorsim appellare sermones eos, qui quod proprium est, a communi separant distinguuntque. Iam ergo, quae ab Hippocrate de piffana dicitur, videamus. Videntur ergo mihi (inquit) priores medici frumentaceis gustamentis recte praetulisse in acutis morbis piffanam. Frumentacea gustamenta intelligit, quae ex frumento sunt: frumentum autem graece σίτου homines appellant, maxime quidem triticum, sed iam tum hordeum ipsum tum zeam σίτου appellant. Appellationem verò ad plura extendentes, δημητρια quoque i. cerealia appellata semina connumerant, lentem videlicet, fabam, lupinum, cicerculam, panicum, milium, pisum, scenum graecum, ajenam, tipham, cicera, & quaecumque id genus alia. Horum igitur omnium frumentaceorum gustamentorum cetera quidem vulgo damnantur, quae protinus magnam inferant detrimentum. Panis autem vnus & chondrus in acutis administrantur morbis: & cum his solis piffana est conferenda: lens siquidem, & milium, & faenum graecum, tanquam medicamenta, ob quosdam ventris morbos exhibentur, & non tanquam nutritura cibaria. Piffanam igitur recte praelatam: esse ait frumentaceis edulij, panis scilicet, chondro, & zea, ex qua fit tragus appellatus. Nempe eorum, qui chondrum temporibus Hippocratis non dixisse existimant, ignorantiam argues tum ex quibusdam antiquis comicis, qui chondri meminerunt tum etiam, ex Hippocrate ipso, qui in libro de victu salubri, de chondro ipso mentionem fecit. C Nam, ut si liber ille Hippocratis non sit, sed vel Euriphontis, vel Phaontis, vel Philistionis, vel Aristonis, vel alterius cuiuspiam ex antiquis (nempe ad multos librum hunc referunt) sanē omnes huiusmodi res vniuersae, atque ex eis quidam & Hippocrate antiquiores, alij verò tempore ipsius vixerunt. Loquor autem de Hippocrate Heraclidae filio, qui librum hunc confecit: nam auus ipsius Gnosidici filius Hippocrates, quorundam iudicio nihil omnino scripsit: aliorum verò sententia duos scripsit, librum scilicet de fracturis, & librum de articulis. Quare autem piffana frumentaceis edulij recte anteposita sit, demonstrabitur per ea, quae ipse infert, inquit. Quaecumque etenim ad acutorum morborum sanationem insunt bona, nulli alteri inesse comperies. Recte autem iudicabis, si & acutorum morborum naturam, & piffanae vires, cognoueris. Natura igitur acutorum morborum est, vt ipse paulo ante dixit, vt horum febres omnino sint continuae. Febris verò ortus, caloris natui ad ignem est conuersio, vt alibi demonstrauit, & nunc manifestabit, inquit ex thorace quidem incipere, ad caput verò flammam mittere. Praeterea in libris vulgarium morborum, febrem magnam, ignem vocare consuevit, quasi non aliam habeat naturam, praeter quam ignis substantiam. Si igitur contraria contrariorum remedia existant, sanē febris peculiare remedium vt virtute tum refrigerante, tum humeficante sit, oportet: id namque febris natura, quae & calida & sicca est, D contrarium erit: talis siquidem natura est ignis. Praeterea, cum febres & ex humorum putredine oriuntur, non partiam diligentiam adhibere oportet, vt quicquid ex ipsis concoqui possit, concoquatur: & quod iam exultum sit, neque amplius concoqui possit, euacuetur. Quod si febricitans ipsis cibis vsus sit, qui haec efficere queant, etiam facile tum coquitur, tum distribuitur: iam omnia haec, quibus est opus, habuerit. Quae nam igitur sit piffanae virtus, ex Hippocrate audiamus. Viscositas, inquit, lauis est. Laue exasperanti opponitur. Exasperant autem acria, acrida, & astringentia. Acria sanē omnia calfaciunt, vt eruum, scenum graecum. Acidorum cetera quidem dimittere oportet: de oxymelite verò est duntaxat agendum. Dimittantur pari modo ex astringentibus pyra agrestia, & mespila, & quaecumque huiusmodi, atque ex frumentaceis lens & similia. Exasperantum igitur malitiam piffana effugit, vt pote quae lauorem non tactu solum, verum quoque & facultate habeat. Est item & viscositas eius continua: est siquidem in omni parte sibi ipsi similis propter exactam coniunctionem: quod zea nullo inest pacto. Laudatur praeterea non parum, quod in piffana iucundum & mite existit: quod immitti in iucundoque opponitur, id est quod, dum sumitur, insuauitatem quandam facit: sicut denique & panis insuauis est, dum sumitur, nisi abunde ipsum maceraueris madefecerisque: immo & ita superatur ab ea, quae in piffana est, iucunditate, quae mandu non indigeat, sed potum instar forberi possit. Neque paruae est conditionis

† veluti procerum partem primam, qui aduersus gnidias sententias titulum fecerunt. Nam Hippocrates in secunda procerum parte non amplius contra gnidios medicos agere, sed se ad curationis acutorum morborum exercitationem conuertere est visus. Tertia autem procerum pars, quam hucusque percurrit, ad eam, quae victum morbis acutis praescribit, artem spectat. Neque tamen ad eam solam est utilis, verum quoque & alteri, qui generalior sit, subiecta est sermoni. Demonstrauimus autem in iis, quos in scripta de fracturis articulisque parauimus, commentarijs Hippocratem subiectos sermones, pro alijs quibusdam vniuersalioribus obsignare consueuisse: doctrinamque vniuersalium ex ipsis, quae tanquam exempla constituit, efficere: neque enim ita ab instituto recedit, neque saepius docet, quod multorum commune existit. Quo autem modo in piffana sermonem fecit, causam eius, quae de ipsa est, contentionis tum vestigans tum decernens, sic & de omni acutorum morborum victu rectum tulit iudicium. Nam & de venae sectione, & purgatione, & tum glandis tum clysteris vsu: de cataplasmatibus item, fotibus, vino, aqua multa, oxymelite, & balneo non parua inter medicos exorta est controuersia: quae omnia libro in hoc percurrit Hippocrates methodo vna, quam nuper dixi. Vm cuius etiam nouisse visum sunt, qui se empiricos nominauerunt, diorsim, id est distinctionibus propria a communibus separantes: consueuerunt autem dialtolas magis, quae diorsim appellare sermones eos, qui quod proprium est, a communi separant distinguuntque. Iam ergo, quae ab Hippocrate de piffana dicitur, videamus. Videntur ergo mihi (inquit) priores medici frumentaceis gustamentis recte praetulisse in acutis morbis piffanam. Frumentacea gustamenta intelligit, quae ex frumento sunt: frumentum autem graece σίτου homines appellant, maxime quidem triticum, sed iam tum hordeum ipsum tum zeam σίτου appellant. Appellationem verò ad plura extendentes, δημητρια quoque i. cerealia appellata semina connumerant, lentem videlicet, fabam, lupinum, cicerculam, panicum, milium, pisum, scenum graecum, ajenam, tipham, cicera, & quaecumque id genus alia. Horum igitur omnium frumentaceorum gustamentorum cetera quidem vulgo damnantur, quae protinus magnam inferant detrimentum. Panis autem vnus & chondrus in acutis administrantur morbis: & cum his solis piffana est conferenda: lens siquidem, & milium, & faenum graecum, tanquam medicamenta, ob quosdam ventris morbos exhibentur, & non tanquam nutritura cibaria. Piffanam igitur recte praelatam: esse ait frumentaceis edulij, panis scilicet, chondro, & zea, ex qua fit tragus appellatus. Nempe eorum, qui chondrum temporibus Hippocratis non dixisse existimant, ignorantiam argues tum ex quibusdam antiquis comicis, qui chondri meminerunt tum etiam, ex Hippocrate ipso, qui in libro de victu salubri, de chondro ipso mentionem fecit. C Nam, ut si liber ille Hippocratis non sit, sed vel Euriphontis, vel Phaontis, vel Philistionis, vel Aristonis, vel alterius cuiuspiam ex antiquis (nempe ad multos librum hunc referunt) sanē omnes huiusmodi res vniuersae, atque ex eis quidam & Hippocrate antiquiores, alij verò tempore ipsius vixerunt. Loquor autem de Hippocrate Heraclidae filio, qui librum hunc confecit: nam auus ipsius Gnosidici filius Hippocrates, quorundam iudicio nihil omnino scripsit: aliorum verò sententia duos scripsit, librum scilicet de fracturis, & librum de articulis. Quare autem piffana frumentaceis edulij recte anteposita sit, demonstrabitur per ea, quae ipse infert, inquit. Quaecumque etenim ad acutorum morborum sanationem insunt bona, nulli alteri inesse comperies. Recte autem iudicabis, si & acutorum morborum naturam, & piffanae vires, cognoueris. Natura igitur acutorum morborum est, vt ipse paulo ante dixit, vt horum febres omnino sint continuae. Febris verò ortus, caloris natui ad ignem est conuersio, vt alibi demonstrauit, & nunc manifestabit, inquit ex thorace quidem incipere, ad caput verò flammam mittere. Praeterea in libris vulgarium morborum, febrem magnam, ignem vocare consuevit, quasi non aliam habeat naturam, praeter quam ignis substantiam. Si igitur contraria contrariorum remedia existant, sanē febris peculiare remedium vt virtute tum refrigerante, tum humeficante sit, oportet: id namque febris natura, quae & calida & sicca est, D contrarium erit: talis siquidem natura est ignis. Praeterea, cum febres & ex humorum putredine oriuntur, non partiam diligentiam adhibere oportet, vt quicquid ex ipsis concoqui possit, concoquatur: & quod iam exultum sit, neque amplius concoqui possit, euacuetur. Quod si febricitans ipsis cibis vsus sit, qui haec efficere queant, etiam facile tum coquitur, tum distribuitur: iam omnia haec, quibus est opus, habuerit. Quae nam igitur sit piffanae virtus, ex Hippocrate audiamus. Viscositas, inquit, lauis est. Laue exasperanti opponitur. Exasperant autem acria, acrida, & astringentia. Acria sanē omnia calfaciunt, vt eruum, scenum graecum. Acidorum cetera quidem dimittere oportet: de oxymelite verò est duntaxat agendum. Dimittantur pari modo ex astringentibus pyra agrestia, & mespila, & quaecumque huiusmodi, atque ex frumentaceis lens & similia. Exasperantum igitur malitiam piffana effugit, vt pote quae lauorem non tactu solum, verum quoque & facultate habeat. Est item & viscositas eius continua: est siquidem in omni parte sibi ipsi similis propter exactam coniunctionem: quod zea nullo inest pacto. Laudatur praeterea non parum, quod in piffana iucundum & mite existit: quod immitti in iucundoque opponitur, id est quod, dum sumitur, insuauitatem quandam facit: sicut denique & panis insuauis est, dum sumitur, nisi abunde ipsum maceraueris madefecerisque: immo & ita superatur ab ea, quae in piffana est, iucunditate, quae mandu non indigeat, sed potum instar forberi possit. Neque paruae est conditionis

† In antiquis codi. legitur, ὁ περὶ οὐχ ὁ παρὰ τοῖς λοιποῖς λαμοῖς, i. quod non inest reliquis iuribus.

conditionis pituitae lubricitas, praesertim cremoris; Pertransit enim thoracem, in nulla ipsius parte quippiam, dum transit, relinquens: veluti faciunt, quae in meatibus infarcta adeo obstruunt, ut vix absolui possint: quod accidit viscosis fere omnibus excepta pituita. Hinc sanè, quae ex chondro fit forbitio, quod quidem viscosum sit, habet, sed lubrico est destituta: pituita autem inest & lubricum & detergens. Quapropter medici ad deiectionem eum, qui in ventre infarctus est, humorem vomitibus exhibito pituita cremore, veluti & aqua multa: vtuntur. Crudam quoque conterunt pituitam puerorum mangones, faciesque, ut vitiosos cutis exterant colores, illinunt. Quod autem in ea deiectione existit, id ad deiectionem est idoneum, distributionemque, praesertim ubi ex sima hepatis ad gibbā transire debet, quae distribuit alimonia: hic etenim infarciuntur, quae crassi succi sunt, & quae tenaciter collae modo adherent. Atque ob id chondrus non in affectu iecinore solum maxime nocet, verum quoque & in his, qui viscus hoc nullo quidem pacto laesum, sed cum meatuum angustia naturaliter affirmatum habent. Qui igitur ita natura affecti sunt, ipsi tum tenacia tum crassi succi oia infarciuntur, atque opplentur: quod ob id grauitate in eo viscere sentiunt, cum hac distribuuntur. Praeter ea pituita viscositas humens est, sed non vehementer, ut aqua & melicratum, forbitio item

Exigitur quidem in omnibus cod. gr. acis quos inuenimus, ubi τὰ βόρρα ἰδίωτα ἴσθ' ἄδω. Veritas tamen interpretis videtur habuisse aliam lectionem, qui verit, quod ex omni cum spectibus conuenientibus. Et Co. impressi habet, ubi a cibo aliquo caco stomacho subuersum manu scripti habent, ubi a cibo aliquo caco stomacho subuersum, vetus traslario hēt, sed, qñ cō fortat p quof- dā cibos cōfor- ratiuos conue- nientes stoma- cho & c. quam- lectionē fecerit, etiam est inter- pres postter.

C* Al. cum.

ex chondro, & ea, quae forbentur oua: nempe ea oia stomachum languentibus ipsi ita manifeste supinant, ut subuersum ipsum esse existimant: verum pituita humectare quidem valet, sed stomachum subuere non potest. Stomachum autem hoc in loco intelligere oportet, ut huiusce temporis homines dicere consueverunt, non meatum tantummodo, verum quoque & os ventriculi. Cum igitur id imbecillum fuerit, atque exolutum, manet diutius in eo, quod ingestum est, supernatans. Sed contrarium vsu euenire natum est, ubi a cibo aliquo boni succi reductum, quod continetur, expellit. Nempe humor proinus ab ipso recedit, & coquitur, atque, quod ita expulsum est, deiecitur. Sicuti si crudum, manet, tardeque cedit, quod in ore ventris supernatans: nempe partis huius manus est appetere, non concoquere. Quae igitur astringunt edulia, ut ventriculi os roborent, sic & plus iusto exiccant. Pari modo, & quae ex chondro paratur forbitio, ut humectat, ita & supinare nata est. Pituita igitur humectantium vim affecuta, malitiam effugit. Deinceps pituitam sitim minime inferre ait Hippocrates, maximum quippiam & hoc esse in iis, qui corpus tum exurunt tum siccat, morbis testatur. Hac sanè occasione pituita, quae aqua multa, longe melior existit, quae aqua ablucenda bonitate, quam deinceps huic inesse ait, similiter aqua multa nacta fuerit, immo, si pituitam aequae multa comparaueris, pituitam ipsam in acutis morbis & superiorum & melioris conditionis esse reperies: quod procedente ostendam sermone. Nam de pituita sermone absolueret est rempestiuum.

Proinde liquidum abluere dixit cum adiectione, si quid abluere egeat, quod non in illis acutis morbis probe ablucere vramur edulio. Nempe caetera oia, quae de pituita dicuntur bona, morbis oino profunt acutis: sed ablucendi bonitas, quibus ventrem subduci volumus, ubi cibus in via moratur, est idonea. Probe igitur abluere febrili affectione neque tanquam contrarium, neque tanquam familiare auxilium vnum vsile existit, sed bene tanquam symptomatis alicuius emendatorum: correctoriumque. Deinceps inquit, neque astringit, neque male turbat viscositas scilicet pituitae: sic etenim sermone de ea inchoauit. Non astringere aut quibusdam maxime bonum existit. Nemo siquidem astringentibus vtitur cibis, nisi vel propter symptoma, quod animi deliquium inducat, vel propter immoderatum ventris profluuium: cogunt siquidem constringuntque corpora, viasque tum distributionis, tum alimoniae, tum eius, quae foras fit, perspirationis conuere faciunt, quas reclusas apertasque esse conducit.

Quod aut non turbet, in nullam, dum concoquitur, faciat perturbationem, in laudem & ipsum praestat pituita. Perturbatio autem huiusmodi ex multis partibus edulibus, his quidem veniunt inordinatibus, alijs vero in infantibus, alijs item, quae pugnantibus facultate partibus constant. Quod tum in lentula, tum in brassica reperitur, nempe solidum ipsarum corpus ventrem cohibet, ius autem ipsum proritat, subducitque. Sic & qui cerebrum cum oleo & garo condiunt, totum ex ipsis tum dissimulare, tum sibi ipsi pugnant efficiunt, cerebro quidem stabili & tarde meante, multis vero ipsi ad deiectionem excitare idoneis. Pari modo & de ovo dicendum, siue cum melle, siue cum sale, siue cum garo assumatur: nempe quod ex ipsis constat, differetes habet facultates. Iura item fere omnia. Quapropter & circa sermone initia viscositatem pituitae laudans inquit, continua, quod sanè contra totius in partibus omnibus similitudinem non fit. Verum in praesentia huic verbo turbat adiecit hoc aduerbium male, (sic graece ὀνείδωρα ἢ ἰσχυρὸν) pituitam non turbare haudquaquam simpliciter asserens, sed male adiecit, nihil enim ciborum concoctione, hoc ipsum, aduerbium magis. Quo fit, ut qui de concoctione scripserunt, ciborum varietatem, praesertimque ubi varijs continent facultatibus, nocentissimam dixerint, utpote quae ingesta ipsa probe concoqui prohiberet. Obseruat id maxime, tum qui luctantur, tum qui legitime certant. Prandio siquidem panem dumtaxat edunt, in coena vero carnem. Plura de his enunciarē, nisi scirem te inuenire ipsa posse, qui ex his, quae de concoctione in commentarijs de facultatibus naturalibus dicunt, sis instructus. Commentarios autem huiusmodi si neglexeris, frustra in his versaris. Quapropter de perturbatione huiusmodi super sedens, ad oium vsu me transferā, quod ab Hippocrate de pituita adhuc loquente dicitur. Neque in ventre tumescit. Nempe multos pituita, quae flatuosa esset, damnales haudquaquam igno- rans, non abs re adiecit. Nam inter coquendum, quoad maxime potuit, intumuit. Quae sanè adiectione

crimina-

A crimi nationem coindicauit, & ipsius solutionem dixit, elixationemque edocuit. Scribit quaedam & nihilo minus de coctione in sequentibus: sed in praesentia tantillum hoc sermone de pituita adiectionem. Pituitam si plurimum coxeris, cibum flatu expertem efficias: Et nos autem fabaceum (ita Graeci dicunt) neque si tribus coxeris diebus, flatu vnquam orbatum reddideris: nempe ex propria substantia, flatuositate habet, non autem ob diminutam coctionem, veluti pituita. Sunt, qui ab ipsius coctione ocyus recedere consueverunt, potissimumque diuitem coqui: terunt siquidem crudam eam, atque deinde parum calfaciunt: non enim coctam dominis offerunt. Sed de coctione pituitae, ut dixi, rursus dicetur. Nunc autem, posteaquam vires ipsius demonstrauit, deinceps vsus distinctiones docebit: ad quem & ego me conferam, ubi me in sequentibus absoluturum sermone de pituita ad aquam multam & alia, comparatione, praemonuero.

19 Quicumque igitur in huiusmodi morbis pituita vitetur, iis ne vno quidem die vasa, ut ita dicā, inaniri mittendū, sed vtendū, nec desistendū, nisi vel propter medicamentū vel clysterē eos desistere opus sit.

Soluere hoc in loco incipit, quod quaeritur. Sed, quoniam dictionem ipsam non exacte interpretatus sit, ob id obscurum reddidit sermone. Quapropter, quoniam maxime expositus modo nihil obscuritatis habeat, referre conabor: sermoneque ab initio hoc repetam pacto. Quae nam est causa discordiae, cur in acutis morbis alij quidem pituita hordeacea vtantur, alij solo pituitae cremore, alij ne hoc quidem ad morbi vsque iudicationem? hoc sanè est problema. Sed solutionem deinceps audiat. Qui acutus laborant morbis, alij quidem a cremore solo, alij a pituita ipsa, alij ab horum neutro iuuantur. Sed sanè petulantius de omnibus morbo acuto laborantibus tulit medicorum vniuersis sententiam, non considerata ea, quae in omnibus esse debuit, experientia. Sed distinguam ego, demonstraboque, qui nam a pituita iuuantur, qui nam a cremore solo, & qui nam neutro indigeant. Tota igitur pituita uti debent ex acuto morbo laborantes, qui neque alio quopiam ante vtantur remedio, quale vel per fecam venam, vel ventris subductionem, vel quippiam simile fieri solet, neque etiā eis inest, quod periculum minetur, symptoma: Cremore autem, qui aliquid tum fallacius, tum periculi magis particeps habent. Quos vero vel sanguinis missione, vel purgatione vacuare expedit, vel etiam dolores sedare, his non ante vel pituitam vel cremorem dabis, quam quippiam eorum, quae dixi, feceris. Sanè haec Hippocrate praescripisse oportuit, & ab vnoquoque singularium iniecit: atque hoc pacto sermone fecisse, si sane clarus futurus erat. Verum, quoniam id non fecit, non abique causa obscurus abiectione conueniente ordine est effectus. Nos autem dictiones ipsius secuti, reducimus vnae quaque ad ea, quae ante dicta sunt, capitataque in primis diligentia adhibita praesentem exponamus dictionem. Quare me latius explicantem Hippocratis dictionem, simulque & verba aliqua gratia perspicuitatis adicientem audio. Quicumque igitur aegrotantes pituita in his morbis vtantur (dicam autem paulopost, qui nam ea vtantur) iis quidem nulla die vasa inaniri (ut ita dicam) permittendum, nisi desistere debeat vel propter medicamentum, vel propter clysterē. His ergo si bis dederis, cum opus habuerint, bene facies, atque quantum corporis tolerat virtus. Explicabo autem tibi scopos, quibus attentus vel per ventrem vel per venas ipsos euacuabis, aut fortibus cataplastatis ue vteris. Haec si ita praedixisset, deinde vniquodque ipsorum seriatim resumens conuenienti expositisset ordine, non obscurus fuisset sermo ipsius. Nunc autem, quod interreperit, interlabiturque, semper ad finem vsque, persequi cupiens, ubi sermone diutius suspensum esse permittit, iure obscurum fecit. Vera aut me loqui deprehendes, si dictiones singulas omnes claras manifestasque inuenieris: orationem vero totam incompositam, & ob id obscuram.

20 Proinde, qui bis die cibari consueverit, bis pituita dare oportet: q. semel, semel quae primo die detur: deinde cum ἄποσπασθῆναι, id est sensim paulatimque, si fieri potest, bis quoque detur, si qui d. putes adiectionem.

D Bis cibandos ipsos inquit, qui bis cibari consueverunt: cum vero necessitas fuerit eis, qui semel cibari consueverunt, bis assumendi cibum, pituitam bis dabis, ab ipso quidem semel incipiens, sed paulatim ad bis ipsum procedens: nempe cum ἄποσπασθῆναι, id est sensim, id declarat. Fitque res hoc pacto. Semel quidem dabis, quod satis sit: sed minimum sit, quod secundo exhibeas: deinde paulatim augebis: idque efficias, donec ambas aequari alimoniae continget. Sed nondum sermone huius fides huic patet, qui librum hunc Hippocratis legit, quod neque ab ipso est praemonstratum, qui nam sint, qui commode pituita vtantur. Verum, cum paulo superius, eos qui mediocriter aegrotant, ab ipso ita cibari, praedixerim, paulo post & Hippocratem ipsum velle id demonstrabo. Atque haec tibi sit praesentis huius dictionis expositio. Sunt autem plerique, qui dictionem hoc scribant pacto. Qui semel cibari consueverunt, semel quidem prima die dandum sensim paulatimque: quod si fieri potest, bis quoque detur, si quid adiectionem putes. Sed mente caret dictio haec. Nam, quod prima detur die sensim paulatimque, fieri non potest: cum sensim ipsum pluribus ingestioneibus fieri natum sit: non semel neque statim in prima.

21 Verum inter initia neque multam, neque crassam admodum, dare oportet: sed quantum est ob consuetudinem, & ne multa vasorum inanitio fiat, ingerere conuenit.

Qui

παρὰ τὴν ἰδίωτα

τελέωται

ἴδω πρῶτον, id est, primo. ἢ ἴδω in commenta. ἢ ἴδω oportet. ἢ ἴδω in commenta.

Qui Hippocratem replere agrotantes asserunt, quod his, qui citra periculum agunt, bis quotidie Eptissanam dare iubeat, si, quod in dictione retulit, considerarent, se ipsos condemnarent. Tantum si quidem forbitionis dari precipit, quantum alimoniam corpori & ob consuetudinem & ut non multa fiat vacuatio, administrari conuenit. Si igitur ptissana oxybaphum, sed est cotula quartam partem, quae quodidie ad septimam usque vel nonam diem exhibetur, minoris esse facultatis, quam id, quo alunt, nutrimentum, fatebuntur, mea sententia a nugis se se cohibebunt. Sed paulo post id declarabo. Atque in praesentia verbum hoc inter initia quod Graeci dicunt *κρητ' ἀρχαίς*, exponam. Neque enim morbi principium id significat: sed ex eo generalius adhuc audi significatum. Nempe, cum agrosans primum ptissana egere videbitur, tunc protinus neque multam, neque admodum crassam dato: a multa siquidem & subita tum repletionem, tum vacuationem, semper abstulit Hippocrates.

22 Verum danda forbitionis quantitas augenda hoc obseruabitur pacto. Nempe, si morbus sicciior, quam ut quispiam existimet, fuerit, non multum dare oportet: sed ante forbitionem, vel mulsam vel vinum, utrum magis congruat, propinare conuenit: quod autem modis singulis congruat, dicitur.

Morbus sicciior varijs dignoscitur modis, quanquam vniuersalem communemque rationem habeant eandem. Peripneumonia quidem, & pleuritis, atque omnino, qui tum pulmonem, tum asperam arteriam infestant, morbi, cum nihil ab affectis expuitur partibus: Iecinoris vero, vel mesaraei, vel ventris, vel ieiuni, vel intestinorum, vel lienis, vbi alius prorsus cohibita sit, aut pro necessitate excernatur sicca, tum dura, & caprarum stercorei similia excrementa. Morbi sicci tum arteriarum tum venarum dignoscuntur linguae siccitate, & ea, quae totum corpus occupat, ariditate. Phlegmonae pari modo sunt siccae in ipsis, quae tum foris tum conspicue apparent, vlcibus, vbi scilicet nulla ex ipsis faecies effluat. Saepe & in oculis phlegmonae etiam siccae oriuntur nihil excernentes. Cerebri praeterea agritudines, quae neque per nares neque per palatum expurgantur, iure optimo siccae dicuntur. Et sane superfluitatum nihil excernere, siccorum omnium morborum notam esse non ignoras. Non immerito igitur Hippocrates humectantium aliquid ante ptissanam assumi iubet: ut vel aquam mulsam, vel vinum, tanquam haec, quam aqua, magis humectent. Sed, quoniam vires ipsorum se se enarraturum pollicetur, ob id & nos eorum, quae ad aquam est, comparationem, in eam differemus libri partem, quae horum vires edocet.

23 At, si os madefiat, & quae a pulmone expuuntur, talia sint, qualia esse oportet, forbitionis quantitatem, ut dicam summam, augere conuenit. Nempe, quae citius magisque madescunt, indicationis denunciant celeritatem: quae vero tardius minusque, tardiores significant indicationem.

A morborum siccorum genere ad eos, qui contrario pugnant, modo conuersus, deinde memorato citra omnium adfectionem vno, narrationem eius commune omnium eiusdem generis exemplum ratus, non absque causa obscuritatem fecit. Nempe os madescere, & talia a pulmone expui, qualia oportet, morbi non simpliciter sunt humiditatis nota, qui omnino in omni sit corporis parte, sed cum cuiuspiam eorum, quae respiratori subseruiunt, instrumentorum affectione. Ob eam rem, ut dixi, dicitur Hippocratis obscurior est reddita. Sed, quod ab eo enunciat, verum omnino est, quod scilicet, quae per sputa, qualia esse oportet, excreta expurgantur, celeriter indicantur. Contraria vero duorum alterum subeunt: nempe aut in perniciem, aut in longum finiuntur tempus. Ergo, qui probe expurgantur, his ptissanam dare oportet, ut roborata virtus ipsis, quae per tusses ex pulmone fiunt, humorum expuitionibus sufficiat. Nempe verba haec qualia esse oportet, coctionis habent notas: de quibus absolute diximus tum in iis quos de crisi bus, tum illis quos de temporibus morborum fecimus, commentarijs: praeterea & in expositione aphorismi illius, vbi Hippocrates, quo nam oporteat modo ex apparentibus praenotiones facere, ostendens, sermonis exemplum pleuritidem scripsit hoc pacto: ¶ Veluti in pleuriticis si sputum inter initia protinus appareat, morbum breuiat: H si vero postea appareat, producit.

24 Et haec quidem per se talia parte plurima existunt. Sed multa quoque & alia per opportuna, quae praemonstranda sunt, praetermittuntur, quae postea dicentur.

Dixi & ego sermoni huic deesse non pauca, quae ad distinctionem definiteque loquendum utilia existunt: de quibus & ipse agere pollicetur. Sed in praesentia de his solum vult intelligere, quae dicta sunt: ea si quidem per se talia sunt, qualia ipse percurrit.

25 Et quanto copiosior fuerit expurgatio, tanto plus ad indicationem usque dare oportet, sed maxime duos ab indicatione dies, quibus utique, vel quinto, vel septimo, vel nono fieri debeat morbi iudicatio: quasi dierum tantum paritas in imparitas praededita sint. Post hoc autem mane forbitionem dabis, sero autem ad cibaria te reuertes.

Κεῖν, id est iudicationem, nunc dixi vel perfectam morbi solutionem, vel permutationem eam, quae usque adeo insignis sit, ut ager periculum omne euaserit. Duos autem ab iudicatione iubet adnotari dies, ut & eos, qui diebus tum paribus tum imparibus fiunt, accessionum circuitus obseruemus. Contingit siquidem interdum, ut tanquam soluto exacte morbo agri confidant, cibentur deinde

† Al. totam curiam.

1. Aphor. 13. Ex. ord. 5. a

A. li. 4. f. 1. 1. c. 101. f. 44. b

A deinde negligentius, & eius, quae per circuitum repetat, accessionis occasionem praebent. Tutum igitur est, etiam si morbus iam videatur iudicatus, ad duos usque dies diligentem victus rationem, quae ager vsus fuit, seruare. Praeteritis autem ab iudicatione diebus duobus, iam securum est plenius cibare: sic ut neque mutationem eam, quae vniuersim subitoque fit, efficiamus: sed mane quidem forbitionem demus: postea vero progrediente die iam & frumentacea exhibeamus alimenta. Constat igitur Hippocratem languentibus ipsis neque aliud quippiam ante praefinitum tempus nuper dictum dare, neque panem, sed ptissana omnino contentum. Quod agrum replentis non est, sed potius, si quis vitio vertere voluerit, tenuius, quam oportet, cibantis. Verum ita cibare neque tenuius iusto est, neque plenius, quam oportet, sed exuperantiarum exacte est medium, & maxime laudabile. Quod autem ita cibare sit medium, demonstrat & eorum, qui contraria vitio vertunt, contentio. Quo numero Thessalus eiusque sequaces, tanquam egros replentem accusant Hippocratem: Erasistratus vero, tanquam fame necantem. Nempe, quae ab Erasistrato in primo de febribus aduersus Apollonium Dixeripumque Hippocratis discipulos dicuntur, calumniam habent eius, qui per famem fit cruciatus, qui ad Hippocratem magistrum refertur. Sed sane Erasistrato ignoscendum magis, utpote qui verisimilia dicit: ceteros vero, qui Hippocratem agros replere aiunt, viros Thessalo dignos esse existimandum: qui neque aliud quippiam scriptorum Hippocratis, neque quae de victus ratione proferuntur, nouerunt.

26 Talia autem magna ex parte profunt ipsis, qui protinus tota utuntur ptissana.

Siue totam, siue hordeaceam, siue ptissanam simpliciter dixerit, vni & idem ex tribus his significatur vocabulis, ptissanam vnoquoque non colatam significante. Nempe si a decoctione quis ipsam colauerit, deinde cremorem separauerit, dederitque, is neque tota, neque hordeacea, neque simpliciter dicta, uti ptissana dicitur, sed solo ptissanae cremore. Rursus autem in praesentia memorabo, qui nam sint, qui ptissana tota ab initio uti debent: breuisque erit memoratio, nisi segniter desidiosoque, quae praedicta sunt, audieris. Si ergo, quae expuuntur, utilia fuerint, utilia fuerint, neque medicamento neque clysteri egere videatur, ptissana hunc cibare iubet. Sed rationem consilij adiecit inquitens.

27 Dolores siquidem pleuriticorum confestim sponte desinunt, vbi aliquid effatu dignum tum expuitum expurgari ceperit. Nempe & purgationes longe perfectiores existunt, minusque purulenti ita sunt, quam si quis aliter cibaret. Praeterea indicationes simpliciores facilioresque, & minus reuersoriae.

A. li. 3. f. 10. t. 5. c. 1. f. 1. 27. c

Probe autem haec omnia a ptissana fiunt, tum quod humectet, mediocriterque incidat, quae expui debent humida, tum deim quod virtutem roboret. Concurrentibus siquidem virtutibus ocyus expurgantur, qui respirationis instrumenta infestant humores: quos quidem & humectare & secare potest ptissana modo aqua mulsam, sed virtuti robur non addit. Contraria autem pollent facultate & panis & chondrus: nempe virtutem quidem roborant, sed neque humectant, neque secant. Quod neque alteri cuiuspiam inest eorum, quae medici languentibus dare consueverunt, verbigratia, ouis, gallorum testiculis, alis, piscibus, iuuenibus columbis, & quaecumque id genus sunt. Quare, qui lenticulam ex aceto confectam pleuriticis morbo iam declinatam, ut nihil aliud, quam coctorum expuitionem desideraret, exhibuit, is non immerito languenti ipsi, qui sequenti nocte suffocatus est, mortis causa fuisse est visus. Verum lenticulam nemo, qui mentis compos fuerit, dederit. Quod si ager aquam mulsam ptissanamque fastidierit, pisces saxatiles sunt maxime idonei, exacta quae scilicet & porro, & anethum, & sale, & medico oleo parati: atque ex non saxatilibus aselli. Sed antea oxymeli propinare oportet: neque enim id stomacho aduersatur, nisi affectus in languente nervis, & in muliere, vtero. Quod si oxymeli loco medicamentum aliud dare volueris, dabis eam, quae ex marrubio & iride fit, confessionem. Nempe haec etiam, si per se cum mulsam bibatur, maturat probe, quae tum in thorace tum in pulmone sunt superflua, atque ad expuitiones praeparat.

28 Ptissanam autem ex optimo confectam esse hordeo oportet, atque quam probissime coctam, & maxime si non solo uti debeas cremore.

Probatissimum hordeum prius, quam experiaris, ex eo solum, quod & plenum sit, & nihil rugosum in se habeat, iudicabitur. Sed experientia iudicatum per decoctionem deprehendetur, vbi scilicet plurimum intumescat: & succum faciat plurimum: quod stabile ratumque virtutis ipsius est argumentum: nempe, quod a plenitudine sumitur, id scientificum non est, neque perpetuo verum, quanquam magna ex parte insignis egregiumque. Ptissanam autem perpetuo optimam esse iubet: sed maxime si non solo uti cremore velimus, verum & ipsa tota. Quare autem id praecipiat, manifeste declarauit, cum inquit.

29 Nam praeter reliquas ptissanae virtutes lubricitas eius, ne hordeum, cum deuoratur, noxam inferat, efficit: neque enim adheret, neque in recto thoracis manet tramite, (sic enim vocant.)

Hippocratem in magna ex parte quidem εὐδυσπλάγ, id est rectum tramitem: interdum autem & φούρα, id est lationem, dicere non ignoramus. Quod autem ptissanae hausta per thoracem tum rectum iter tum latius ad ventrem usque, per stomachum fiat, liquido constat omnibus, vultque Hippocrates in ea re nihil ipsi adherere. Nempe, cum multa in thoracis pulmonis que affectionibus

existit caliditas, quod adharet, arefcitq; atq; adeo pertinaciter obstruit, vt vix absolui possit, id cibo E- rum fastidium quoddam & sitim facit.

30 *Lubricissima autem est, & ab inferenda siti maxime aliena, facillime concoquitur, & infirmissima existit, si optime cocta fuerit, quibus omnibus est opus.*

Pissanam probe coctā non lubricissimam modo, maximeq; ab inferenda siti alienā, & facillimā cōcoctionis esse astruxit, sed tandē infirmissimā esse adiecit. Ac quod quidē maxime lubrica sit, si probe cocta fuerit, iā antea est enunciātū. Sed, q; ab inferēda siti maxime aliena sit, hic pp hordei natura continuo adijcitur: est autē hordeum temperamēto frigidum. Verū, quo nam pacto substantiā ipsam tū frigidā tum calidā iudicare oporteat, inter aīantia quidem in libris de temperamentis diximus: inter ea verō, quæ anima caret, in ijs, quos de simpliciū medicamentorū viribus fecimus, cōmentarijs. Immo & facillimā ait esse cōcoctionis pissanā huiusmodi, vipote quæ dissoluta sit, neq; quippiam habeat, quod & durū sit, & difficulter cōfici possit: atq; status perterem iā propter longam cocturā effectū esse. Quod verō in dictionis sine dixit, pissanam ita coctam, infirmissimam nominans, si nihil de probissima ipsius cōcoctione prædixisset, promptum esset sermonem Hippocratis ad eam, quæ in ventre sit, cōcoctionem referendum affirmare: quasi infirmissimam dixisset, quæ in ventre & facillime vincatur, & conficiatur, & permutetur. Sed, quoniam id prædixit, infirmitatem illam intelligere oportet, quod vel paucam præstet corpori alimoniam; vel nullam habeat qualitatem vehementem vt vel neruos vel mentem feriat, quo modo acetum vinumq;.

† Nisi igitur quis cotulerit, quantum opus est, ut sufficiens sit eiusmodi sorbitioni spiritusana modus, crebrius & c. De exhibendi anim ratione, non de apparatu intelligenda esse hæc verba, ex sequenti bñ innuit.

Docere incipit hoc in loco, quæ paulo ante se diciturū promissit, cum dixit multa quoq; alia peropportuna, quæ præmonstranda sunt, prætermittuntur, quæ postea dicent. Quod autem verbū τιμορῆσαι, i. conferre, tum apud antiquos; tum apud Hippocratem ipsum sæpius pro βοηθῆσαι, i. auxiliari dictum sit, demonstratum & in alijs libris per eas, quas in ipsos confecimus, enarrationes.

32 *Quibus enim cibus statim inclusus, si quis non subuacuato eo sorbitionem dederit, dolorem, si adest, adaugebit: si non adest, protinus inducet, frequentiorq; reddetur spiritus: quod malum est. Nempe pulmonem excitat fatigatq; tum hypochondrium, tum ventrem innum, tum septum transuersum.*

Cibum (græce σίτων) dixit, quod ab edulijis (hoc est ἀπὸ τῶν σιτηῶν) in intestinis ipsis cōtinetur excrementū quod Græci & σμύβαλον & κόπρον appellat. Si igitur incluso eo, id est ex multo tpe haudquaquā eiecto, pissanam quis propinauerit, lateri offensam fieri est necesse propter intestinorum oppilationē, quā ex collectio in ipsis stercore flatuq; propter oblatā pissanam haudquaquā pertranseunte, & demū ob prauam, q; ad affectam partem fit, distributionē, nata sunt. Quo fit, vt exhausta pissana, necessario dolorem, si lenitus fuerit, adaugeat: & si cōquieuerit, generet. Nempe vapores, flatuosiq; spiritus, & exhalationes scybalorum, cum ad latus perueniunt, dolorē ipsi pariunt, adaugentq;: ob eas causas & frequentior fiet respiratio. Vocauit autem totam respirationem spiritum & in prognostico, & in libris populariter vagantium morborum. Denata autē frequensq; reddita respiratio, respiratorijs in organis assiduit ob motū caliditatem efficit maiorē, qua siccantur tum pulmo, tum septum transuersum: siccanturq; vnā & calfiunt eæ, quæ tum in hypochondrio tum in peritonæo existunt animalis partes: omnes liquidē in respirationibus vnā cū thorace mouent. Quod autē principio dictionis dicit, Quibus n. cibus statim inclusus, vocem hæc statim/ordine hēt cōmutato: quæ si suam peculiarem acceperit cōinnitatem cōpositionemq; dictione ita habebit: Nisi præfato pissanaeæ sorbitionis modo suppetia tulerimus, frequentius orietur latio: statim si quidem, quibus cibus inclusus est, nisi quis prius subuacuato eo sorbitionem ita dederit, maximam afferet offensam. H

33 *Præterea, si lateris dolor assiduus est, calidusq; fomētis nō remittitur, sputūq; nō pcedit, sed καταλισηχρανόμενον ασπῆτως, id est summe citra coctibilitatē glutinosum sit, nisi quis dolorē vel alui emolliatione vel secta vena pro vtriusus exigentia soluerit, pissana aut ita affectis dederit, præcipitē ager in morē.*

Quod de pleuritide tanquam exemplo agat Hippocrates, memoria non excidat: fieri autem pleuritidem ipsam propter inflammationem eius, quæ costas succingit, membranæ ostendimus. Si igitur, cum in vigore fuerit inflamatio, pissanam quis dederit, agrum grauius offendet. Vigenitis autem inflammationis notæ sunt, dolor assiduus, & quod nullo pacto a calidis fomentis remittatur. Continuo autem & alia adijcitur pleuritidis non magnæ modo, verum & morosæ, nota, quod scilicet sputum abunde glutinosum ab euacuatione arceatur, infarctum affectus partibus & derentum. Nempe hoc verbū καταλισηχρανόμενον plus aliquid indicat, dictione maximam signifiante glutinositatem, facta præpositionis huius κατὰ adiectione. Satis igitur fuerit ex ipsius additamento, quod ita glutinosum sit, ab eo, quod concoquitur, distinxisse. Nempe, quod concoquitur, mediocriter glutinosum existit, non tamen καταλισηχρανόμενον, i. neque extreme neq; summe id habet. Et, ne quis in ea re falleretur, continuo Hippocrates verbo huic καταλισηχρανόμενον aduerbium

A. l. 4. f. 1. 1. c. 9. f. 4. 1. f

A aduerbium hoc ασπῆτως adscripsit, quod idē cum ἀπέπτως, id est incoctibiliter significat. Nempe καταλισηχρανόμενον ἀπέπτως, id est citra coctibilitatem glutinosum, malum est. Egro autē ita affecto si quis pissanam dederit, priusquam dolorē vel secta vena vel ventris euacuatione soluerit, hominem perimet. Nempe in præsentī & tali pleuritide, postea q; a calidis fomentis non remissum esse dolorem dixit, statim duo alia habet aduersus dolorem remedia, sanguinis missionem scilicet & purgationem. Nempe eorum, quæ ex opio, hyoscyamo, & mandragora conficiuntur, medicamentorum vsus dolorosam pleuritidis affectionem non sanat, sed sensum tollit enecatq;. Nunc ergo sectionis venæ incinit simpliciter & purgationis. Sed deinceps super vtriusq; vsu distinguetur.

34 *Ob has igitur causas, si quis, atq; ob alias similes adhuc magis, qui tota vtuntur pissana, septimo die vel celerius moriuntur: alij quidem mente læsi, alij verò ob orthopnæam stertoremq; præfocati.*

Quod sæpius appellet causas προφάσεις, demonstratum quidem in ijs, quas in alios libros parauimus, enarrationibus. Sed, quas nam alias præter dictas vnā celeriore in inferre mortem dicat, adijcere sermoni oportet. Nunc liquidem sumptionem pissanæ, priusquam soluat dolor, recensuit, sputiq; ob frequentem respirationem glutinositatem, ob quam & suffocantur. Sed lædi quoq; esse Brit, si prius (vt suppositum) quam vacuati sint, vinum sumplerint, aquam item mullam & oxymeli. Nempe de alijs omnibus neq; idiotis ipsis non constat. Non abs re igitur ait alios mente lætos mori. Id enim contingere natum est, si vinum vinoq; intempēstiuē sumplerint.

35 *Non perperam autem hos antiqui sideratos esse existimauerunt, tum maxime ob id: tum non minime, quod mortuus latus liuidum plagæ simile videretur.*

Veteres talisprehendit opinio tum propter necis celeritatem, tum quod non nullorum latus affectum liuore videretur, vbi scilicet inflammationis erat radix. Sanguine etenim in latus ob dolorem perueniens, quicquid in cute diuisum solutumq; est, id in morte refrigeratum nigrorem contraxit, similiter illis, qui ita ex plaga affecti sunt.

36 *Rei huius causa est, quoniam prius, quam dolor solvatur, pereunt. Celeres siquidem sunt respirationes.*

Quod autem hoc respirent pacto, deinceps ipse ostendit, inquiens.

37 *Amulio autem frequentiq; spiritu, vt iam dictum est, summe tum viscosum, tum incoctum, effectum sputum, ferri egressum prohibet.*

Quod prius ασπῆτως dixit, nunc ἀπέπτως, id est incoctum, dicit: fidemq; facit quod & probe tunc vocis transpositionem fecimus.

38 *Nep̄e & sputū, qd̄ intus retinetur, prohibet spiritus ad interna lationē, cogitq; ipsum celeriter egredi.*

Nō ois spūs in hmōi affectionibus ad interna ferri prohibet. Nep̄e, si id fieret, hominem protinus mori esset necesse, nō secus, q; ijs accidit, q; strāgulant. Verū, quod vsui respirationis cōferat, intro ferri prohibetur: quapropter ad tempus aliquod sufficunt, sed tractu tpsis aucta indigentia moriuntur.

39 *Et ita aduersus malum sibi inuicem opitulantur. Nempe retentum sputum frequentem spiritum reddit: qui frequens effectus sputum aggluinaat, atq; expui prohibet.*

Quod verbo hoc τιμορῆν pro opitulari tum antiqui alij, tum Hippocrates vsi sint sæpius, ante dictum est: & nunc sanē συντιμορῆν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν dixit pro συμπαράττειν καὶ λισυτελεῖν, id est opitulari & prodesse. Atq; quo nam modo sibi inuicem opitulentur profintq; perspicue quidem ipse ostendit, sed & a nobis dicitur. Sputum in bronchijs pulmonis tenaciter adharens, transiit spiritus angustiam parit: atq; ob eam angustiam minus a gri inspirant. Quod autem minus inspirant, eo magis in expletam reddunt respirationis necessitatem: atq; ob id citius a priore inspiratione ad secundam properant: quod frequentem spiritum vocant.

A. l. 3. f. 10. t. 4. c. 1. fol. 268. c

40 *Præhendunt autem hæc, non solum si pissana intempēstiuē vtantur, verum & multo magis si quippiam aliud, quod pissana deterius sit, vel ederint vel biberint.*

Iam rei huius paulo ante mentio habita est, quando dixit, Ob has igitur causas, atq; ob alias similes magis. Immo eo in loco de vino, aqua mulla, & oxymelite mentionem fecimus: hic autem & alia intelligere est opus, quæ ita affectis non aliter pleriq; medici exhibent: quæ etiam, quàm aqua mulla, vinum, & oxymeli, nocent magis.

41 *Bene igitur vt plurimum similia sunt, auxilia tum ijs, qui tota vtuntur pissana, tum ijs, qui cremore ipsius: verum, qui neutro horum, sed portione sola vtuntur, his interdum diuersimode auxiliandum est.*

Auxilia, inquit, similia sunt & ijs, qui pissana, & ijs, qui cremore ipsius vtuntur. Sed, qui portione duntaxat vtuntur, his interdum diuersimode opitulari oportet. Sed, qualis nam sit huiusmodi diuersitas, in sequentibus perdocet.

42 Verum omnia hæc ad hunc modum facere oportet. Si nuper pasto cuiquam, & alii oneribus non dum ex purgato, febris vel cum dolore vel sine dolore inceperit, a sorbitione tantisper est temperandum, donec cibum ad infernam intestini partem descendisse coniectum fuerit.

Sermonem lacerum frustratumque sectum, neque continenter & convenienti digestum ordine, fecisse se se deprehendit Hippocrates: quapropter resumens ipsum, ad accommodum perducit principium. Hoc autem ideo ipsi accidit, quod quæstionem super medicorum controuersia soluere conatus, in ea solutione de rationibus curatorijs mentionem fecit: qui sanè re intellecta atque his quidem permutatis, sermonem ab initio aliter percurrere debuit. Nempe & ita mihi aliquando scilicet contingere est visum, utpote qui ijs, quæ ante scripta fuerant, permutatis, alio de ipsis scripserim modo. Sed, quoniam pacto & quæstionem ab ipso propositam soluere, & sermoni ordinem dare debuit, ijs exponam ego, qui talia interpretari exponique desiderant, viamque dilucidabo. Iam ergo animum conuerte, sermonem ab initio audieturus. Quare contingit, ut interdum præstantes medici de curatione dissideant: quod scilicet in non nullis expertum, conuenire omnibus putauerunt. Sic sanè & in victus ratione in morbis acutis fuerunt controuersi, alij quidem ægros ad iudicationem usque purissimam cremore seruantes, alij purissimam ipsam exhibentes, alij autem neutrum horum ministrantes: ex parte autem verum quidem dixerunt omnes, sed ex parte falli circumuenti sunt. Nempe quidam ex eis, qui acute agrotant, purissima indigent, alij cremore, alij horum neutro ad iudicationem usque: verum claritatis gratia de acuto morbo vno, tanquam exemplo, sermonem faciam. Proponatur igitur pleuritidis curatio tradenda. Si languenti non multo ante tempore cibato, neque ventris oneribus expurgato, febris inceperit, sorbitionem huic non dabis, donec, quæ administrata est alimonia, penetratis plurimis intestinis, ad vltima usque eorum peruenisse videbitur. Principium huiusmodi vbi quispiam sermoni fecerit, atque deinceps omnia proprio dotauerit ordine, doctrinam in his haudquaquam obscuram pariet.

Antiqua tralatio hoc in loco habet, non est usus eius in hydromelle in eo, qui ex infirmis hinc sumit, ut non abscondat suum eum, sed ut faciat eum cauere ab usu secum ab ipso: propter hanc ergo causam dixit aquam, postquam dixerat hydromel.

B* ἀγορεύει κῶς ἢ ἰσομέλιον. vide i lib. d marcore c. 8.

C* ἀπαπνεύσει.

D† al. oxybaphi. Antiqua tralatio habet, plus vncijs quatuor & semis.

E* Al. φολάξ, i. seruat.

F† Hæc addi debent ex antiquis cod. græcis. Sed tunc oxymelitis parum datus, tanquam in ventriculo presit enasurus tepidum, quod eius frigiditas ad coctam usque distribuat, quod si quid exiguum fuerit, et distributum, illud ab ipso oxymelite corrigitur, ut quod secandi vim &c. & ita vetus tralatio.

43 Vbi autem dolor aliquis vexauerit, oxymeli bibendum dabis: hyemem calidam, æstate frigidam. Quod si multa sitis fuerit, melicrato utendum & aqua.

† Siticuloso existente ægro, alioqui oxymeli admodum multum deuitans, quapropter consequenter tum melicratum, tum aquam mentionem fecit. } Nempe, quantum ad morbum spectat, oxymelite magis est utendum: verum, si eger accepto multo oxymelite adhuc situerit, melicratum insuper dare oportet. Quod si & ab hoc situerit, aquam offerenda est: nempe aqua per se pota culpa non caret. Causas vero, ob quas aqua pota culpatur, in sequentibus in ea libri parte, quæ de virtutibus ipsius agit, perdisces. Nunc autem, quod presenti apposuit orationi, considerabimus, quia scilicet præcipit oxymelite utendum hyeme quidem calido, æstate vero frigido. Nempe id ad eam, quæ in acutis morbis magno est adiuuamento, nos hortatur gelidæ aquæ potionem: quam oino prætermississe videtur Hippocrates, atque ob eam rem a quoque culpa pariter posset: res etenim doceri, non negligenter incuriosèque narrari debuit. Quam ergo opinionem habuit de aquæ frigidæ potionem, ex hoc sermone intelligi potest. Nempe, si Hippocrates sitientibus oxymeli frigidum aliquando exhibeat, quod & aquam daturus sit, est manifestum. Quamuis siquidem non prorsus de frigidæ potionem, constantem virtutem, veritatem dogmata sequitur ipsius: utpote qui febrè ex nativo calore ignescente suscitari existimet, atque contraria contrariorum esse remedia. Cum autem ignis (græce πυρ) tum calidus, tum siccus sit, atque ob id et febris (græce πυρετός), sanè aqua febris naturæ aduersissima est, corpus tum refrigerans, tum humectans. Et sanè ab ea, si tempestiue detur, febres protinus extinguuntur. Dicitur sanè abunde in libris methodi medendi: sed & nunc rei summa dicitur. Cui ergo febris fuerit, constante virtute, tunc non solum non offendet dans frigidam, verum & iuuabis abunde. Potio autem frigidæ huiusmodi tanta sit, quantum frigidæ aquæ æger inspirando haurire possit. Oxymelitis vero exiguum datur, neque singulis oblationibus plus dimidio: in hoc ergo exhibitionis scopus est dissimilis. Nempe ad febris extinctionem frigidam affatim atque ad laborantis usque satietatem bibitur: quæ enim ita bibitur aqua, sanationis gratia bibitur. Oxymeli vero æstate datur frigidum, ne laborantis adaugeat sitim: immo ut aduersus etiam contrarium conferre possit. Ob eas etiã causas frigidum oxymeli ante morbi coctionem dari iubet: quasi frigidam aquam ad satietatem usque in eiusmodi affectione dare æstate haudquaquam debeamus. Denfat siquidem inflammationem, si ex ea febrerint, erudosque refrigeratione reddat humores, vbi ex ipsis morbum contraxerint: sed ab oxymelite reducitur, quod secandi vim habeat. Nempe quod secat penetratque, id spissanti cogentique corpora est contrarium.

44 Postea, si dolor quispiam vel periculum comparuerit, sorbitionem dare oportet neque multam neque crassam: sed post septimam vel nonam, si validus sit.

Qui Hippocratem ægros ἐπιπλάων, id est replere dixerunt, (ita enim verbo sunt vsi) dictionem hanc prætermittere mihi videntur: ut, qui fame necare ipsum dicunt, solam hanc legisse apparent. Quod si vtrique animaduertissent, eorumque, quæ ab ipso bene enarrata sunt, meminissent, quoniam scilicet pacto naturæ inter se valde differant, forsitan eos contraria Hippocrati imponere puduisset, & potissimum si reliqua animo voluissent, quæ ipse demonstrauit, regiones a regionibus

A a regionibus magnopere differre ostendens, & anni tempora ab anni temporibus, & ætates ab ætatibus, & consuetudines a consuetudinibus, & proprios peculiareque languenti vnicuique ante morbum victus. Si ergo in omnibus, quæ dicta sunt, contrario habentes modo inter se comparaueris, maximas in victus ratione comperies differentias. Quas vbi è regione inter se ordinaueris, iam & hoc pacto, quam multas consistere in medio exacte videbis. Sed de huiusmodi differentiis dictum quidem absolute in libris methodi medendi, dicitur quoque & nunc rei summa. Statue igitur quempiam natura siccum quidem corporis habitum, superficie autem densum, latis venis, virtute vitali valida, cibis que non multis assuetum, ægrotares hyeme non admodum frigidam, in loco tali, atque, prius quam ægrotares, ocio deditum, insatiabiliter que ciborum varietate abustum: præterea & os ventris validum sit, quod & stomachum quidam appellant. Sit autem & alter contrario affectus modo, humidus quidem & mollis, & virtute vitali imbecilla, & qui plures cibos ingerere consuevit: ægrotares que ætatis tempore æstuoso, regione huiusmodi: statuamus que hominem, antequam ægrotares, tum curis, tum assiduis necessitatibus fatigatum, pauca præter consuetudinem edisse, & oleracea, & quæ haudquaquam nutriunt: ventris item os non validum, sed natura imbecillum habere: atque his ita habentibus vterque eodem, si volueris, morbo infestetur, ea scilicet, quam Hippocrates veluti exemplum hoc in loco constituit, pleuritide. An ne vna tibi victus ratio in vtroque definienda videtur? An posterior a prima die alendus: prior vero potu solo ad septimam usque gubernandum, vbi morbum non longius protrahaturum se se speraueris? Ego sanè, qui longa experientia vtrunque probauerim, optimam ita fore victus formam assero. Nam, si vice versa feceris, priorem scilicet a principio nutrire aggressus, posteriorem vero ad septimum usque sine cibo seruare volueris, trucidabis sanè ante quartum diem vtrunque: nempe alterum citissime præfocando, alterius vero vires prostercendo. Cæterum adijce, si velis, ætatem vtrique contrariam, priorem quadragenarium constituens, posteriorem puerum: nam hoc pacto citius adhuc ad mortem vterque properabit. Sed sanè omnia hæc, quæ nunc dicta sunt, ad vnum reducuntur scopum, qui vno verbo ab Hippocrate est declaratus. Quid enim ait: Sorbitionem dare oportet post septimam, si validus fuerit. Verbum siquidem vnum est: sed ex omnibus, quæ nuper dicta sunt, inuenitur. Si enim validus ad septimum usque diem fuerit, oxymel & melicratum & aquam dare satis erit: per quæ, ut dixi, omnia tum liberabitur tum sanabitur. Quali sanè ex ipsis alia quidem præstò sint, alia vero non, quorum vires si vice versa comparaueris, quot diebus sufficere ex tali victus specie æger possit, deprehendes. Verum hæc nostris in tractationibus demonstrata sunt, quas ille Clegisti, memoriæ mandes, oportet: si non legisti, in eas te prius transfer, si sententiæ Hippocratis veritatem cognoscere volueris. Omnia siquidem in operibus omnibus dicta sunt a nobis, qui verissima Hippocratis dogmata sequimur. Sed, cum fieri non possit, ut homo vnus convenientem methodum & singularia, quæ in ea sunt, omnia doceat, neque ideo ab Hippocrate singularia omnia audieturum te existimaueris. At potius culpa eos, qui, cum ea, quæ ab Hippocrate bene præcepta sunt, elaborare & conficere deberent, laudis appetentiã ducti sectam aliam constituerunt. Verum nos, qui veritatem honoramus, laudamus Hippocratem cum in cæteris omnibus, tum quod in vnoquoque opere proprium scopum ita docuerit, ut huic attentus omnino quispiam definitam certam que inuentionis auxiliorum habeat viam. Sic sanè & cibandi scopum vnum communem prorsus tum sanistum languentibus esse demonstrauimus. Is autem facultatis vitalis custodia est, quam nunc manifeste explicuit, cum dixit, si validus fuerit. Ob eandem sanè facultatem sanè edimus, & bibimus, alia que omnia vitæ munia exequimur: propter hanc eandem & ægrotantes ad cibos potus que procedimus. Nempe morbus suæ affectionis indicat auxilia, phlebotomia videlicet, clystima, cataplasma, purgationem, oxymeli, aquam mulsam, atque aliorum vnum quodque: virtutis vero custodia solam indicat alimoniã. Si igitur morbosam affectionem

nullo pacto offenderet alimonia, nos virtuti soli attendentes ægros, ut sanos, aleremus: sed, quoniam sæpius noxam, ut ostendimus, affert, ob id morbi affectionem, non tanquam cibi indicatricem, sed tanquam prohibetricem contemplamur. Vbi ergo non prohibuerit, facultas que præceperit, tunc nutriamus. Nunquam enim cibus morbosam affectionem sua ratione iuuabit. Id sanè dixi, quoniam sæpius materia vna vim tum cibi tum medicamenti obtinet, ut purissima. Nempe, quod virtutem roborat, id ea efficere tanquam alimentum nata est: sed, quoniam & secat & humectat, quæ expui oportet, ideo medicamenti obtinet rationem. Chondrus ergo pleuritico cibus tantum existit: oxymeli vero medicamentum. Sed vtrorumque facultatem purissima obtinet, vsu que languentibus ipsis exhibet: sed ingeritur virtutum quidem conseruandarum gratia, tanquam alimentum: ut verò soluetur morbus, tanquam medicamentum. Cum igitur virtus ad morbi usque iudicationem sine purissimæ sorbitione suffecerit, oxymeli & aqua nulla satis sunt: oxymeli quidem vim medicamenti solam habens, aqua multa vero cibi pauci & imbecilli. Si igitur iudicationem septima die citius futuram speraueris, ut verbi gratia circa quartam vel quintam, ægros sanè multos sufficere citra purissimæ sorbitionem posse comperies: quod si ad septimam usque protrahatur, paucos omnino: sunt que, qui & virtutem habent valentem, corporis que habitum tum durum, tum ægre respirabilem, succos que vel crassos vel viscosos, atque si ambiens aer

† Ita A. C. Græ. legitur, πολλοῦ τροφῆς ἐδέχμασι, id est cibis multi nutrimenti.

† Ex antiquis græcis cod. & tralatione veteri ita legi potest. Si. n. valeat ad septimam usque perdurare, dicat utens ex oxymelite, & melicrato, & aqua, ex ijs omnibus, quæ dixi, inueniri ac cognosci poterit: quoniam, si alia quid præstò sint, alia vero absint, vires præsentium cum absentium viribus comparando, quot diebus &c.

A. l. 4. f. i. t. a. c. 8. fol. 419. 8

calidus non fuerit. Nempe, si nihil est nostro efflueret corpore, alimento opus non esset: sed, quoniam effluit, ideo huius proportionem cibi quantitatem definimus. Quibus igitur per cuticulares meatus parum exhalat, fieri potest, ut his summam consulamus in ediam, & magis, ubi virtutem ab initio validam habuerint: quasi velociter laboret, quæ imbecilla, veluti senum, fuerit, & si corpus parum exhalauerit. Quapropter & paulo ante quadragenarij meminimus, & non septuagenarij.

45. *At, si nuper cibato cibus prior non descenderit, virtusque valida fuerit, & floruerit ætas. Subluere oportet: si verò virtus imbecilla fuerit, glande est vitendum, nisi alius sua sponte probe deiecerit.*

Rursus & hoc in loco remedium indicationem ab affectu corporis accepit, simulque virtutem consideravit, neque tanquam remedium usum aliquando indicantem, sed tanquam contrarium indicantem modo, interdum autem & prohibentem. Non enim, quod æger valida sit virtute, ob id clymate est opus, sed clymatis indicatio ex ventris desumitur affectu. Si verò virtus valida fuerit, vacationi non reclamatur: quæ, si imbecilla est, vacationem ipsam inhihet. Sed rursus ad Hippocratis consuetudinem conuertitur animus, qui in talibus aliquando de sola virtute mentionem facit, sicut in ante dicta videre est dictione, interdum autem adijcit ætatem. Præcipuus siquidem est virtutis scopus: sed ad notitiam eius confert etiam ætatis cognitio, cito quidem in pueris laborante propter fecopiam effluuij virtute, in ætate verò florentibus abunde sufficiente. Caterum, quo modo in pueris corporis substantia tum mollis tum humida præcipua exolutionis virium causa efficitur, sic & in regionibus & anni temporibus res habet: nempe horum caliditas velociter confestim que virtutem vacationis quantitate soluit. Iure igitur Hippocrates ex virtute interdum sola distinctionum huiusmodi doctrinam efficit: interdum & quippiam ex alijs adijcit, vna cum ipsis & cætera commentorans.

46. *Tempus autem danda sorbitionis tum per initia, tum per omnem morbi decursum, hoc maxime seruari oportet. Nam, si pedes frigidi fuerint, non a sorbitione modo, verum quoque & maxime a potu temperandum: at, cum caliditas ad pedes descenderit, tunc dare expedit. Sanè tempus valere admodum putandum cum in morbis omnibus, tum præcipue in acutis, & potissimum quibus febris vehementior suberit, periculumque summum.*

Quo modo dixi vnum quidem esse alimoniam scopum custodiam virtutis, necessario autem simul morbi affectionem contemplandam esse, ita cibi offerendi tempus ex morbo non prohibente inuenitur. Quantum siquidem ex primo virtutis scopo est, interdum & per accessionum initia alimoniam existit necessitas: sicuti & in sanis, ubi primum in naturalibus euacuationibus quis eo deuenit, ut prope laborare incipiat, refocillatione est sibi opus. Sed, quoniam in accessionum tum principijs tum incrementis ingesta alimoniam lædere admodum nata sit, ob id differimus ipsius exhibitionem, quanquam corpus ipsum iam iam indigere videatur. Quod nam igitur optimum languentibus ipsis danda alimoniam tempus? Sanè, cum moderatissime habuerint tum thorax tum venter: deterrimum verò, cum ea deterrime habuerint. Deterrime autem habent in accessionum principijs: moderatissime verò in declinationibus. Constat igitur optimum cibi ministrandi tempus in ægrotantium declinationibus esse. Accessionis autem principium fit calore omni toto ex corpore ad cor thoracemque concurrente: incrementum, cum paulatim ad extremas corporis partes sese expandit: Status, cum ex æquo corpus totum occupat. Verum declinatio contrarium principium modum habet, perspirante scilicet caliditate atque medium corporis relinquente, quod vno ostendit verbo inquitens, Cum ad pedes calor descenderit. Neque enim idem est calidos ex frigidis fieri pedes, & caliditatem in eos descendere: nam descendere commutationem caliditatis ex alia parte in aliam manifestat. Fieri autem potest ut pedes caliant manente in corporis medio caliditate, quod in vigo re ipso contingit.

47. *In primis autem & maxime cremore, deinde ptiffana uteris, præscriptis coniecturis diligenter attentus.*

Postquam Hippocrates prædixit, quando potu solo regere ægrotantes oporteat, & quando ptiffana, nunc, quando cremore solo, & quando ptiffana ipsa vitendum sit, distinguit breui quidem & conspicua distinctione. Nempe ad coniecturas, quas recensuit, animum conuertens, quis nam ex languentibus ptiffana uti possit, comperies: sic tamen, ut à cremore ipso exorsus ad ipsam, sensim paulatim que te transferas. Dico autem sensim paulatim que, ut primum quidem solo vtaris cremore: deinde cremoris quidem plus exhibeas, ptiffanæ autem exiguum: deinceps æqualiter vtrunque, mox ptiffanæ plus, atque tandem eam solam: sciens ptiffanam ipsam ad corporis nutrimentum virtutisque robur exuberare, cremorem autem ad concoctionem confectionemque facilem esse. Cum igitur morbi conditionem virtutisque robur vergeret ad melius videris, auge & tu ptiffanæ oblationem.

Galenus

A. l. 4. f. 1. 11.
c. 8. fol. 419. f.

A. l. 4. f. 1. 11.
c. 3. fol. 411. f.

GALENI IN LIBRUM HIPPOCRATIS
DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS
COMMENTARIVS SECVNDVS

ARGVMENTVM

Exemplo doloris lateris agit de Vi ac Vsu Fomentorum, deinde de Repentina tum in victu, tum in reliquis rebus Mutatione fule lateque pertractat.



At, si autem dolorem sine is per exordia fiat, sine postea, tentare calidis quidem fomentis primum dissoluere, non abs re existit.

Quod à me sæpius est enunciatum, ad memoriam & nunc id reuocare est melius. Nempe quod explanatio fit in dictionibus, quæ obscuritatem habeant: neque tamen expostores id tantummodo in commentarijs faciunt, verum quoque & ea, quæ dicuntur in libris, in quos commentaria parant, astruunt & demonstrant. Ob hunc igitur morem cogor ego & illis consentire, quos non probo, atque sæpe numero ad ea, quæ explicatione egent, sententiam meam prædere, & efferre. Neque tamen eorum, quæ in huiusmodi commentarijs vera mihi apparent, demonstrationes scribo, vitiope qui de his peculiariter in eorum vnoquoque scripserim: sed solas earum, quæ cæteris in tractationibus demonstratæ sunt, rerum summam ad memoriam reuoco: quod & hoc loco in dolore sum facturus. De doloris ergo generatione diximus quidem libro de elementis secundum Hippocratis mentem: diximus etiam & in libris, quos de symptomatum causis fecimus: quod dolor in senilibus fiat corporibus, mutationem subitam in id quod præter naturam est suscipientibus: & quod duplex est hæc mutatio, aliàs quidem, dum ipsa tum subito simul que secundum qualitatem alterantur: aliàs verò, dum continuas soluitur. Alterantur autem subito simul que ab efficientibus qualitibus, cum & calfiunt, & refrigerantur, & siccantur, & humectantur: corrumpitur autem eorum continuas, ubi illa vehementer vel distenduntur, vel comprimuntur. Ad hunc igitur modum, & dolor lateris fit in pleuriticis affectibus, de quibus agit Hippocrates, dum quæ illis in locis est phlegmone, tum multitudine caliditatis præter naturam, particulas per distemperantiam contristat, tum etiam repletionem corpora phlegmone laborantia distendit. Primo ergo auxilio si dolor is vel sanari vel mitigari fomentis calidis possit, tentandum præcipit Hippocrates. Nempe fomenta calida cutim ipsam ad perspirationes rariorem efficere, phlegmones que sanguinem tum tenuare, tum per halitum digerere, consueuerunt. Quæ si facta fuerint, non solum sanguinis aliquid euacuabitur, verum quoque & affecta, quæ minus distenduntur, partes mitius ex inde & mansuetius dolebunt. At, cum sanguis in phlegmone non diminiuitur, vel etiam spiritus vaporosus ex calore generatur, tunc dolorem augeri contingit. Sanguis autem non diminiuitur propter eam, quæ in toto corpore est, humorum redundantiam. Nam pars, quæ calore afficitur, plus trahit, quam euaporet: nempe, quæ calfiunt, suapte natura hæc, ut quod vicinis continetur partibus, digerunt, sic, & quod redundat, ex propinquis trahunt. Cum igitur fomenta calida dolorem non soluerint, corpus totum { insigni } aliqua vacatione præuacuabis. Vacuatio autem insignis in morbis acutis, aut per ventrem, aut per venæ sectionem fit. Quarum alteram assumi præcipit Hippocrates, scopos que eius, quæ præsidio magis esse possit, edocet. Summa ergo præsentis narrationis hæc est: verum, quæ particulatim ab eo dicuntur, & quæ multis obscura, existunt, in sequentibus explanabo. Multis dixi, quoniam ipsi, qui sese in dictionibus antiquis intelligendis exercuerunt, pauca omnino obscura sunt. At in hisce commentarijs intentionem non eo tantum dirigimus.

A. l. 3. f. 10. r. 5.
c. 1. fol. 272. g.

A. l. 1. f. 4. c. 30.
fol. 84. c.

2. *Fomentorum autem calidorum probatissimum est aqua calida, vel in utre, vel in vesica, vel in vasculo aut anco aut testaceo posita.*

Ἐπιδομῶντα, i. fomenta calida, proculdubio vocat, quæ corpus quouis modo calfiunt. Quorum alia prorsus humida, alia sicca, & alia ex vtriusque mista: mordentia præterea alia, & alia mordendi facultate carentia, & ex his commista tercia. Primum igitur horum genus, cuius in dictione meminimus, morfu caret, atque humidum existit. Secundum ex vtriusque sicco & humido, mordenti & morfu: priuato, commissum est. Tertium autem siccum quidem, sed vel mordens vel morfu carens, Quod si & affectiones, quæ vnoquoque dictionum generum egent, recensuisset, orationem pro Septima Classis. ppppppp iiiij secto

fecto suam tanto perfectiorem melioremque, quanto & legitibus ipsis vtiliorem, fecisset. Sed quia E non recensuit, propterea neque id recensere necessarium erit nobis, qui doctrinam alterius explana-

3 Verum prius molle quippiam lateri, ut & mitior & incundior fatus fiat, supponere oportet.

Postea quam in vtre, vel vesica, vel vasculo aut aeneo aut testaceo, positam aquam lateri adhiberi precepit, hac in dictione prius molle aliquid supponi ijs, quae lateri tum quadrare tum coherere de-

4 Vtilis autem & spongia mollis magna, atque ex aqua calida expressa applicatio. Sed fomentum linteum vestendum, ut vis eius plusculum sufficiat tempore permaneat: atque simul ne halitus ad laborantis spiri-

Cetera quidem, quae in dictione continentur: liquida manifesta quoque existunt: sed de halitu est discutiendum: qui multum & laedit & contristat, non ipirandi difficultatem caloris incremento solum proritans, sed pulmonis angustiam, qua ob replentem, qui humidus est, halitum afficitur. Solis igitur laterum doloribus tum siccis, tum quibus nihil expuitur, idonea est halitus in spiratio, plus auxiliij, quam noxae, afferens. Hoc igitur in loco scriptum est primum fatus genus. Mox ad secundum sese conferens inquit.

5 Præterea & hordeum & eruum in aceto ita diluto ut paulo acidius sit, quam ut quis bibere possit, madefacta persusilla, & seruesacta atque in sacculos coniecta lateri apponuntur: atque ad hunc modum fursur.

Hordeum eruumque non semina, quae integra sint, ex aceto & aqua excoquere praecipit, sed prius concisa comminuta: quae constat, quae Hippocratem velle id ex verbo hoc dicitur, & dicitur siquidem madefacio & persundo significat: atque aliter ex actione ipsa certior fiet, nempe hoc pacto tum blandior, tum efficacior erit fatus. Fursur denique & hoc pacto parare praecipit: fatus autem huiusmodi priore efficacior virtute aceti redditur. Quod si & ex eruo paratur, conferet sane & id non parum: nempe eruum crassos humores tum secare, tum conficere, tum euaporare potest: atque ob id fortibus huiusmodi vtemur, ubi crassos viscososque humores in ea, quae phlegmone obsidetur, parte collectos suspicabimur. Tibi autem sane id constabit ex antecedente victu, si humores huiusmodi produxerit, anni temporibus, & locis, & etate. Præterea & si benevoli fatus mansuetique, quos prius memorauimus, nihil praesidij attulerint. Nam, ubi de corporis totius repletione distinxeris, cum videlicet neque huius nota apparuerint, neque benevoli mitesque hi fatus quippiam iuuerint, fucorum existimabis crassitatem, quae in halitum soluitur, flatuosumque spiritum, qui ob denegatum exitum contristat. Flatum ergo hunc parientesque ipsum humores, praefati discutiunt fatus, & potissimum qui ex eruo parantur. Præterea & sermonem percurrens Hippocrates manifeste simul & optime

A. l. 3. f. 10. v. 5. c. 3. fol. 273. e

A. ibidem. e

A. l. 1. f. 4. c. 30. fol. 84. d

& optime metricam aceti ad aquam temperaturam memorauit. Nempe acutum ita dilutum esse oportere inquit, ut paulo acidius sit, quam ut quisquam biberit, ut scilicet & acrius ob mordendi facultatem, & aquosius propter operationis ignauitatem vitemus. In incidendis igitur atque per halitum digerendis tum crassioribus tum viscosioribus succis, aquoso oxycrato congruentius fuerit, quod acrius: sed, quoniam medicamenta huiusmodi non tolerant, quae phlegmone obsidentur partes, ob id mediam vtriusque exuperantiae temperiem fecit. Hoc tibi sit secundum fortium, quos ab initio trifariam separauimus, genus.

6 Ex siccis autem fomentis maxime conueniunt, quae ex sale milioque, frictis torrefactis, atque in sacculis conclusis parantur. Leue siquidem quippiam & beneuolum incundumque, est milium.

A. ibidem.

Ad tertium fortium, quos ab initio distinximus, genus sese transfert Hippocrates, mentionem milij & salis faciens. Est autem communis vtriusque siccitas: sed salis proprium est ut mordax sit, milio autem ut morsu careat.

7 Fomentum huiusmodi, & dolores ad clauiculam & humerumque pertinentes soluit.

8 Ex adiectione huius coniunctionis, & ostendit & dolores alios soluere, utpote eos, qui ad hypochondria pertinent.

9 Sectio autem non similiter soluit dolorem, nisi is ad clauiculam pertingat.

Sectio, inquit, venae scilicet: quam non similiter soluere inquit, auxiliari & ipsam non negauit. Sed de huiusmodi auxilio in sequentibus fusius latiusque scribit.

10 Verum, si fomentis dolor non soluitur, ne diutius calefacito: siccet enim id pulmones, atque ad suppurationem excitat.

Fomenta varia, alia quidem humida, alia sicca, & alia mordetia, aliaque mordacitate carentia, ubi percurris, si ab horum experientia facta dolor non leuatur, totum corpus vacuabis a fomentis desistens, cum pulmonem exiccet, & suppurationem excitent. Fit autem suppuratio huiusmodi, lateris inflammatione non exhalante, sed in pus traefuente: mox pure ipso in media thoracis pulmonisque regione confluenta.

11 Si vero dolor ad clauiculam pertingerit, aut molestia sit vel brachio, vel mammae, vel partibus septo transuerso superioribus, grauitas, internam cubiti venam secare expedit. Neque, ut copiose sanguis detrahatur, est cunctandam, sed consueque auferendus, donec rubidior multum, vel pro puro rubido luidus fluxerit: nam vtrumque contingit.

Pro eorum, qui inflammationem pariunt, humorum vergentia inclinationeque, vacuationes facit Hippocrates. Nempe, quod dicitur, Quod naturam vergit, per loca conferentia eo ducere, id verissimum existit. Contingit autem interdum id ob differentiam partium eius, quae costas succingit, membranae. Nempe superiores ipsius partes, cum inflammantur, ad clauiculam brachium & mammam condolentia extendunt: inferiores vero ad septum transuersum & hypochondrium. Cum igitur superiorum condolentia signum fecerit, venam in cubito secare ea oportet, quae sanguinem ab affecta parte & magis & velocius tum reuellere tum vacuare possit: verum, si partibus infernis affectus consenserit, purgatione vacuare expedit. Recte autem grauitatem circa brachium esse & non dolorem dixit. Nempe, quod hoc in loco sanguis magis aceruetur, repatque, signum est grauitas, quae ex multitudine fit. Tentiones autem & in sola affectus participatione fieri consueuerunt: cum videlicet partes iis, quae inflammantur, attiguae, citra sanguinis in eis redundantiam tenduntur. Ob id igitur sanguinem redundantem secta interna vena vacuandum praecipit. Sunt autem in cubito articulo plures, quas secare consueuimus, venae: de quibus abunde quidem in anatomicarum tractationum tertio, atque in alio libro, qui seorsum de venarum articularumque sectione scriptus est, diximus: sed in praesentia de ipsis summatim agemus, ab initio ducentes orationem. Vena caua ex gibba hepatis sursum ad dextram cordis aurem sanguinem ferens, partibus quidem interiacentibus exiguum ipsius distribuit, sed cordi ipsi plurimum elargitur. Deinde ab eo, tanquam ab initio, progressa, ad collum recto festinat tramite, atque in duas rectas scinditur in thoracis parte venas, easque insignes, quas iugulares vocant. Propagantur autem ab ipsa prius, quam ad cor ipsum pertingat, insignes quidem venae ad septum transuersum: paruae autem ad inferiorem thoracis partem, quae octo costas constat, contententes. Pars autem haec ab vna, quae coniugio caret, nutritur vena: quae in quibusdam animantibus supra cor adnaescitur: in quibusdam vero, ut in hominibus, ex ea emergit parte, qua iam cordis aurem vena caua tangit: hinc siquidem emergens, humiliter de pressiusque per cor defertur, atque in spinam contorquetur. Vena igitur, quae ad inferiorem thoracis partem defertur, vtriusque costas octo ad septum vique transuersum distribuitur. Ceterae autem sublimiores thoracis costas quatuor ab alio venarum nutriuntur coniugio, quod a vena caua propagatur prius, quae in iugulares scindatur. Ab his igitur duabus venis deinceps sunt, quae ad manus per axillas perungunt. Verum, quae humerariae appellantur, postquam caua in iugularias fusa est, ab vtraque vna, progignuntur, habentque radices iis,

At Al. Sed si signum quidem faciat dolor clauiculi, vel in brachio grauitas, vel circa mamam, vel supra phrenas, iterna etc.

B. Aliqui cod. addunt, & flauior.

C. H. Aph. 21. Ex. ord. 10. a

D. Dicitur haec nec in antiquis quibusdam graecis codi. nec in translatione veteri habetur.

E. Ant. traditio. in paniculos qui sunt in pectore: pars autem inferior pectoris composita ex octo costis, ab vna, quae coniugio caret.

F. I. de corp. v. 1. in v. 1. p. 1. v. 1. est in impref. e. i. v. 1. in hominibus. Bartholomaeus v. 1. Eustachius medicus insignis v. 1. an. clomi ca. professor eximi. asserit in cod. veteri legi de corp. v. 1. p. 1. v. 1. est in impref. e. i. v. 1. in hominibus. cur lectio distipulatur vel tra latio q. habet, & in quibusda. hoibus etc.

ces iis, quae in superficie extant, iugularijs communes. A iugularijs siquidem quae in superficie extant partes ferè omnes tum colli tum capitis in superficie constitutae nutriuntur: sicut & à iugularijs altius profundiusq; latentibus partes omnes altius profundiusq; latentes. Verum, quae circa scapulas atque circa dorsalem medullam, quae est in collo, existunt loca, venas habet, quae ex inferioribus praefatae radicis communis partibus ad ipsas ascendunt. Communem dico radicem, quam proxime dixi & iis, quae in superficie constitutae sunt, iugularijs & humerarijs communem esse. Non immerito igitur humeraria partes, quae supra claviculas sunt, quae & in collo & capite existunt, tum magis tum velocius euacuat. Axillaria verò thoracis partes, & magis eas, quae in sublimi sitae sunt, praefertimq; in hominibus ipsis. Nempe infernas demissasq; omnes vena vna altera nutrit, quae sub corde à vena caua procedit. Ex sinistra autem parte venae illius, quae infernas thoracis partes alit, atque ad costarum radices prona fertur, ad usq; septum transuersum singulis intercostalibus spatijs tum sinistris tum dextris rami distribuuntur. Verum, quod reliquum ex ea est, septum transuersum penetrat, primisq; ab eo corporibus dispensatur. Caterum, quae per axillas ad manus feruntur veng, proximas iis, quae sublimes quatuor thoracis alunt costas, radices habent: suntq; quam quae per humerum ad manus contendunt, non paulo maiores, ascēdunt autem ad internam regionem brachij viri usq; atq; cum per ipsam pronae feruntur, musculis ipsis, qui inibi situm habent, notabiles dispē sunt ramos. Verum, cum ad cubiti articulum prope vtraq; venerit, venas brachij internas ad ipsius cubiti ossis nodum, qui hic positum habet, producit: quicquid verò reliquum est bifariam scissum diuisumq; per cubiti flexum defertur, parte ea, quae in superficie constituitur, venam eam, quae in eo cubiti flexu secatur, efficiente: penitiorē verò eam, quae cum arteria diuiditur. Secatur quoq; & vena alia in cubito obliqua, veluti & ea, quae in viroque manu vna est: humeraria non exigua portio. Nempe & humeraria ipsa per brachium subter cutem conspicue percurrrens in ipso cubiti articulo, qua sublissima extant partes, figurata sicut Hippocrates in libro de fracturis docuit, manu, diuiditur. Quae igitur sublimior venae ipsius à fissura portio per externa cubiti loca defertur, ea apud fissuram ipsam secatur, qua primae venae radice è directo maxime respondet. Eam ob causam & sublimes clavicularum loca citissime euacuat. Portio autem, quae in cubiti flexum oblique fertur, minus quidem ea, sed ceteris magis eas euacuat partes. Pars verò, quae ab interna notabili vena oblique etiam fertur, minime quidem praefatas vacuat partes: verum maxime thoracis superiora, & radices tum eius, quae per axillam ad manum fertur, tum eius, quae superiores thoracis alit partes, vicinae admodum existant. Secare igitur hanc iubet Hippocrates prius, q̄ veng, quae ex humerariae fissura prouenit, praefens sit, inferaturq;. Quae si aliquando non comparuerit, vice huius secamus aliquam ex internis, quas recte in os cubiti deferri didicimus. Quod si & ea non comparuerint, accedimus ad eam, quae ex praefatarum duarum venarum obliquarum insitione progignitur. Verum, & cum ea interdum non apparere possit, humeraria apparente, seca humerariam: qui scilicet vacuationes ab vniuerso animalium corpore fieri noueris, quaquam neq; celeriter, neq; similiter, ex vena omni fiant. Nos verò partem eam, quae phlegmone obsidetur, tum celeriter, tum q̄ ceteras partes magis, in acutis praefertim morbis vacuare contendimus. Quod sanè interna cubiti vena facit, multoq; magis, vbi sanguinis redundantia ad superiora vergere videatur, aut superiores thoracis partes affectae sint. Tunc enim grauitas magis in brachio & circa mammam fit. Verum, quae partes thoracis inferiores, prope septum transuersum infestant phlegmonae, non abs re dolorem ad hypochondrium transmittunt. Quo fit, vt dolores huiusmodi non admodum iuuat, quae in cubito fit, vacuatio, corde sicut medium occupante: nempe venam, quae inferiores thoracis alit partes, infra cor emergere nuper audiuit. Dicta quidem mihi haec sunt super eo, quod ab Hippocrate bene scriptum est, de secanda sicut interna cubiti vena. Sed, cum vacuandi sanguinis terminum coloris mutationem posuerit, deinceps est de eo differendum. Quicquid ergo sanguinis in phlegmone continetur, id caloris abundantia colore permutatur: reliquum autem in partibus omnibus simile manet. Eam ob causam sanguine, qui in totum spargitur corpus, pituitosiore existente, rubicundior sanè erit, qui in eo, quod phlegmone obsidetur, latere continetur. Quod si sanguis in corpus totum diffusus, rubidus fuerit, is proculdubio, qui ad phlegmonem est adustus assatusq;, in nigrum permutabitur. Liuidus autem in ea, quae fit à rubido ad nigrum, transmutatione medium obtinet. Coloris igitur mutatio sanguinis ex particula inflammata translationem sufficienter demonstrat. Vacuationis igitur modum mensuramq;, quae affectui peculiaris sit, diximus. Sed, si interdum virtus tantum vacuare prohibeat, parti ipsi, quae phlegmone obsessa est, minus quidem futurum auxilium scire oportet: sed melius est virtutem non exoluere, quam sanguinem vacuare, redundantem.

† Veluti & her, in viraque manu vna

Sec. 1. r. 1. 7. 223. e. Et t. 16. 210. g

* Claviculis.

† Haec ex antiqua translatione, & recte

* κατ' ἴξιν.

A. li. 3. f. 10. t. c. 2. fol. 27. f

* Al' sel' non, id est ap. um.

† ὁ πλάτων.

Si verò eas, quae sub septo transuerso sunt, partes dolor infestat, nullumq; ad claviculam signum fecerit, ventrem vel nigro veratro vel peplio mollire oportet. Sed veratro nigro vel daucum, vel selseli, vel cymium, vel anisum, vel aliud quippiam boni odoris miscebis. Peplio verò siphij succum, quantum & haec inter se mista non dissimuliter agant. Caterum veratrum nigrum tum melius tum ad indicationem iuuantius, quam peplium, ventrem soluit, sed peplium statum magis excutit. & Dolorem praeterea ambo haec sedant. Sedant quoque & alia multa, † quae expurgant medicamenta. Ve-

Arum omnium, quae nouerim viderimq;, haec potissima existunt. Nempe, & quae in sorbitionibus dantur purgantia medicamenta, solvere possunt, quaecumq; scilicet non valde insana existunt vel propter amaritudinem, vel aliam quampiam iniucunditatem, vel quantitatem, vel colorem, vel suspensionem aliquam.

* ὁ πλάτων.

26

Quod medicamenta purgantia per experientiam inueniantur, & quem nam expurgent humorem, & si omnino purgent, in libris de simplicium medicamentorum facultate didicisti. Quod verò purgationis necessitas sit, si redundantes humores deorsum repant, est quoq; ratione scitum animaduersumq;: sed id, testimonium ratamq; fidem ab experimentis habet. Edocuit autem Hippocrates facultates medicamentorum, quae in huiusmodi affectibus propinat, veratrum quidem nigrum καλομώτερον, ad iudicationem iuuantius vacuare, peplium verò status magis excutere affirmans. Sint autem quae ab Hippocrate καλομώτερον, id est ad crilim iuuantiora, dicuntur, ea quae morbi iudicium faciunt magis, quod facultate verbo huic ὀφελιμώτερον, id est iuuantiora, idem existit. At, cum purgantia omnia medicamenta ventrem, praefertimq; os ipsius, q̄ maxime tum nervosum tum sensibile existat, affligant laedantq;, ob id eorum, quae boni sunt odoris, mistio excogitata est, ne sola synceraq; purgantium medicamentorum virtus os ventris tangat. Permissa quoque inter se, tum peplium, tum elleborum, ὁμοίωτροπα id est modi similis, esse ait, quod est facultatibus conuenire, & in nullo controuersa esse. Nam & in purgantium medicamentorum permissione controuersia est, non quando aliud quidem bilis, aliud verò pituita excretorium fuerit, (nam eodem tempore vacuari tum bilis, tum pituita possunt) sed quando aliud quidem protinus, aliud verò longo à propinatione tempore, purgationem mouere natum sit. Nempe hoc pacto inaequalis (eis simul ingestis) fit vacuatio: inaequalem dico, cum iam altera quidem delinere, altera verò incipere videatur. Nempe, quod citius purgare conseruit medicamentum, id & ex alio quippiam simul vacuat: quo fit, vt, quod exiguum ipsius relinquitur, imbecillius reddatur, & longe tardius suam inchoet purgationem. Praefinita igitur vacationis lege simile est elleboro peplium, potestq; elleboro similiter nigrum subducere humore. Cetera tum dictionis huius, tum sequentium patent. Considerare igitur haec atq; in memoria tenere nos oportet, sed non perpetuo in pleuriticis vt debemus, ad mortiam reuocantes aphorismum illum, vbi dicitur, In acutis morbis raro & in principijs, purgantibus medicamentis est vtendum. Vbi igitur (inquit) non solum acutus morbus fuerit, cuiusmodi est pleuritis, verum & cum febre vehementissima, multo magis vitanda est purgantibus medicamentis administratio: atq; per sectionem veng vacuandum magis, etiam si ad hypochondrium dolor peringat. Nempe & si minus quidem auxilium, quam per purgationem, sequatur, securus tamē multo existit. Immo nullum ex eo, quod per vena sectionem fit, periculum impendet, eo discrimen maximum subeunte, quod per purgationem tentatur: Et potissimum si laborantis naturam expertus quis non fuerit: nempe alij difficulter natura purgantur, alij modico assumpto medicamento purgantur copiose. Quibus igitur dare quadrabit, his medicamenti tantum propina, quantum in plurimis mediocriter vacuari tum nouisti, tum sis expertus. Si enim hominis naturam non noueris, metus est, ne plus iusto vacues, vel nullo pacto vacationem moueas: aut, si moueris, non tamen sufficienter vacues. Quae omnia magnas in morbis acutis pariunt offensas: quod non facile, vt in iis, q̄ non febricitant, emendatur. Cum igitur febris vehemens non fuerit, naturamq; laborantis expertus fueris, ad medicamenti purgantibus potum te conferes, iis, quae ab Hippocrate dicta sunt, vel etiā aliis similis naturae vsus. Quo è numero est, quod ex colocynthide paratur medicamentum: quod iam ex vsu hieram vocant. Id sanè varijs parant modis, sed, quod elleborum accipit scammoniamq; non habet, id iis, qui medicamen subdūctorium omnino assumere possunt, optimum est.

* Aph. 24. Ext. ord. 10. c

* ὁ πλάτων.

12

Vbi autem quis medicamentum ebibit, pituitam protinus sorbendam dato, neq; insigniter minore, quam consuetum est, quantitate.

Et maxime quidem ventris ori, quod & stomachum vocant, vt in ipsis purgantium medicamentorum potibus illatum maneat, consulere oportet: praefertim que vbi febricitantibus tale quippiam propinatur. Verum praecipua, ne ostendatur, cautio est, si medicamentum, quod propinatur, purum non sit: sed cum aliis, quae malitiam ipsius hebetare nata sunt, temperatum mistum que. Nempe purgantium omnium medicamentorum natura, corporum, quae purgantur, naturis contraria est, atque, vt quispiam dixerit, lethalis, & deleteria. Vt autem succi papaueris, mandragorae que, & hyoscyami, atque aliorum huiusmodi multorum, quae nobis & substantia & viribus aduersa corpus perimere nata sunt, portionem exiguam assumentes, magnam percipimus commoditatem: sic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus nostris aduersa est, exiguam aliquam partem praecedentes ad suppetias ferendas vumur. Quo item modo in horum medicamentorum potu seminum aliqua, quae boni sunt odoris, miscemus, quae & malitiam obtundere nata sunt, & operationem ipsorum non prohibeant, tenuandi incidendiq; facultatem obtinentia, ita vt & crassos incidant humores, & vias quibus vacuatio fiat, aperiant patefaciant que: sic & à sumpto medicamento pituitam sorbere confert. Nempe purgans medicamentum

tum ipsum, tanquam exiguum sit, ad ventris quidem fundum pervenit: verum, dum transit, stomachus & quaecumque ventris sublimior pars non qualitatem medicamenti purgantis modo, verum & substantiam, quae in transitu haeret, aliquid assumens, vehementer laeditur. Pissanae igitur cremor superingestus commoditate affert. Nepe & detergere, & deorsum trahere, quod viae adheret, & qualitatem medicamenti, quod his adheret partibus, tum contemperare, tum permutare potest. Ob eas igitur causas a purgantibus medicamenti potu, pissanam superforberi praecipit: sed, ubi purgatio coepit, ab ea vult abstinendum, purgantibus medicamenti operationem exolvi veritus: atque ob eam rem ait.

13 *Et, quoniam ab re non est, purgatione in media sorbitione dare non conducit. At, ubi purgatio desierit, tunc sorbitio datur, sed consueti minor: deinde liber alius perpetuo exhibeatur, si & dolor cessaverit, & nihil aliud obicem fecerit.*

Contra, quam plerique huius temporis medici, rem hanc docuit Hippocrates. Nempe hi, ubi vacuauerunt, copiose nutriunt: Hippocrates vero a purgatione, pissanae minus ministrari iubet. Nam corporum, quae purgata sunt, natura purgatione agitata labefactataque, tolerare alimoniam non potest, neque probe eam conficere, nisi omnino pauca fuerit. Purgatis igitur tantum cremoris primo exhibendum, quantum domare possint: deinde paulatim sensimque adaugere oportet, si & dolor, ut inquit, cessaverit, & nihil aliud prohibuerit. Quod de dolore ait est manifestum: sed, nihil aliud prohibere, ad praefatas referre oportet, si intelligere volueris, distinctiones, in quibus demonstravit, quoniam pacto morbis acutis laborantes absque sorbitionibus regere oporteat. Summa vero horum est, cum vel morbum ante iudicationem nulla sorbitione indigere sperabimus: vel in quibus summa est, quae phlegmonem facit, cruditas.

14 *Ratio autem mihi eadem est, si & pissana cremore utendum sit.*

Tempus exhibendorum tum pissanae, tum cremoris ipsius, & antea simile esse demonstravit, re vna duntaxat differentiam horum definiens. Nempe a cremore principium exhibitionis facit.

15 *Melius siquidem esse dico, ut protinus a morbi initio sorbere incipias, quam inanitis vacuatisque, venis vel die tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto, vel septimo, si ante hoc tempus morbus haudquaquam iudicatus fuerit, sorbitionem inchoare.*

1. Apho. 8. Ext. ord. 4. f

Quod in Aphorismis scripsit Hippocrates, id & impraesentiarum persequitur, in morbi omnis vigore, tenuissimo utendum victu praecipiens. Si igitur, quinta die morbi vigor futurus sit, & eger solo usus potu sufficere non possit, melius esse ait si protinus ab initio pissana dederis, & neque tertio die, neque quarto, sorbitionem inchoaueris. Sic sane & eos, qui vel quinto, vel sexto, vel septimo, sorbitionem inchoant, falli circumveniri que, si ante hoc tempus morbus non fuerit iudicatus. Per iudicationem intelligo, ut dixi, non perfectam morbi mutationem solum, verum quoque & effatu dignam transmutationem.

16 *Præparationes autem & his tales sunt, quales dictae sunt. De sorbitionis igitur exhibitione ita sentio.*

Et, quibus ab initio sorbitionem daturus sis, praeparationem similiter fieri praecipit. Id est, siue sectionis venae, siue clysmatis, siue balani necessitas fuerit, illud ante faciendum iubet.

17 *De potu quoque, qualemcumque ex declarandis potaturus quisquam sit, eadem omnino mihi est ratio.*

Si laborantem potu solo citra pissanae sorbitionem rexeris, praefatas quoque praeparationes te facere iubet, id est aut venam secare, aut clysmate vel balano uti.

18 *Verum & medicos contra omnino, quam oportet, agere scio. Nempe omnes, languentes ipsos per initia morborum duos vel tres vel etiam plures dies inedia siccare, atque ita tum sorbitiones tum potus exhibere volunt: idque, forsitan magna corporis mutationi magnam quamquam obicere mutationem ipsis decens esse videatur. Verum mutatio ipsa bene quidem habet non modica, sed recte transferenda venit. Iam autem & ciborum exhibitio mutationis rationem maxime subit.*

A. lib. 4. f. 1. 61 c. 8. fol. 420. a

† Al. si modica. al. non modici.

Medicos culpavit Hippocrates, qui languentes ipsos in absoluta ciborum abstinentia seruant: deinde eos protinus alij quidem ad sorbitionem, alij ad potum ingestionem deducunt. Non tamen mentionem eorum fecit, qui cibos validiores ante morbi concoctionem ministrant. Consuevit siquidem, ut antea dixi, interdum praetermissis, quae maxima sunt, erratis culpae minora: & eam, quae ex illis oritur, demonstrare offensam. Qui autem ita transmutant, forsitan (inquit) rationabiliter transmutare arbitrantur, in magna corporis transmutatione effatu dignam victus permutationem facientes. Quod sane bene eos existimasse ait: non tamen de transmutatione omni, sed bene aliqua est putandum. De qua partim praedixit, & partim quippiam est dicturus, sermoni adstruens declinandas esse repentinas mutationes.

19 *Maxime ergo laeduntur, qui tota utentur pissana, nisi recte transferantur: laeduntur quoque, & qui solo utentur cremore, quanquam minus: laeduntur praeterea, & qui solo utentur potu, sed hi minime.*

Dictam

A *Dictam paulo ante subitam victus mutationem, qua primis diebus in absoluta ciborum abstinentia servuatos languentes circa diem quartum nutrire incipiunt, maxime quidem nocere ait, si in pissanam totam transferantur: minus vero, si in cremorem: sed huiusmodi, id est in λελωσιν, quod minimum indicat, offendi eos, qui ad solos procedunt potus. Nempe ex magnitudine virtutis eorum, quae offeruntur, magnitudo oritur offensae.*

20 *Oportet autem & ex sanorum hominum victu disciplinam, quae conferat, facere. Nam, si sanis quibusdam tales vel tales cibi variare videantur cum in alijs quibusdam, tum in non nullis mutationibus, quomodo & in morbis quibusdam & maxime in acutis non valde euariabunt?*

Incipit Hippocrates praefatam ab ipso de victu sententiam demonstrare, arguens vna & eos, qui contrario victum instituunt modo. Sed, ut dilucidus conspicuusque reddatur sermo, summam ipsius omnem praefari melius esse mihi videtur. Est autem earum, quae in eam rem assumuntur, summationum dignitas altera vniuersalis haec: Si bene valentibus laesionem afferant repentinae victus ad contraria mutationes, multo magis agrotantibus ipsis. Quod variis etiam modis possumus interpretari, aliud in aliam transuentes dictionem, ut hoc pacto, In repentinis victus mutationibus, qui sanis sunt, agris minus laeduntur: Vel sic, Agri sanis magis laeduntur: Vel ad hunc modum, Detrimenda sanos minus, quam agros, afficiunt: Et adhuc generalior haec: Validiores minus afficiunt, imbecilliores magis, detrimenda. Licet & aliter vim sermonis interpretari aut ex eo, quod per se & primum utile sit ad quod demonstratur: aut ex aliqua continentium ipsum vel dignitatum vel summationum. Talis quidem tibi sit per se credibilis altera summationum (lemmata Graeci dicunt) quas sanae vocare consuevit Aristoteles axiomata id est dignitates. Sed alteram, cui fides per experientiae lucem accessit, deinceps audi. Sanos etiam repentina victus mutatio offendit. Ex utraque hac summatione concluditur languentes a repentina victus mutatione laedi magis, sed multo magis, qui acutis infestantur morbis. Haec est vis sermonis. Verum Hippocrates alteram ex summationibus per se tum prius, tum credibilis, protinus citra probationem accipit. Alteram vero istis, quae singulatim per experientiam noscuntur, fide donat & auctoritate. Quod & sequens declarat oratio.

21 *Atqui, quod vitiosus victus cibi & potus semper sibi similis ad sanitatem tutior omnino sit, quam si quis subito ad alterum vel meliorem se transferat, facile discitur, intelligiturque.*

* Dieta φούλα, id est vulgare ac simpliciter, quod sit, habetur a Galeno in cō. lib. de Fractu. pag. 230. g. & pag. 248. c.

Alteram summationum earum, quae ad praesentis sermonis demonstrationem praestant, nunc ex multis particularibus exemplis astruere incipit, fidem ipsius in vnam colligens summam, quae talis est. Magnae & repentinae praeter consuetudinem mutationes non paruum sanis afferunt laesionem. Quanquam sermo hic conspicuus sit, tamen, si quippiam, quod explanatione indigeat, intercidere videbitur, istis, qui exercitati non sunt, in sequenti serie explanare non cunctabor. Nempe hic commentarius liberalior ac humanior est, si non eos modo, qui in rationibus sunt exercitati, sed etiam, qui non sunt exercitati, spectet. Quod si quis praefatas disciplinas neque didicerit, neque expertus fuerit, aliud quippiam agat.

22 *Nempe tum istis, qui bis die comedunt, tum istis, qui semel, noxas & infirmitatem pariunt repentinae mutationes: eosque, qui prandere non consueverunt, & prandent, statim infirmos reddunt, toto item corpore graues & imbecillos, & desidēs. Quod si supercauerint, acidum ructant: alios alui lenitas exercet. Nempe ventriculus praeter consuetudinem grauat, superficcescere consuevit, non bis tumescere, neque bis cibos coquere.*

* ἐλκυσί. ἐ. ἐλι- xare. Vide in fine cōmenti.

Non solum, quod in repentina consuetudinis mutatione valde laedantur, verum quoque, & quae nam laesiones fiant, & quoniam modo singulas emendare oporteat, scribens Hippocrates, ob id sermonem prolixum facit: quomodo, si duntaxat, quod in repentina consuetudinis mutatione laedantur, ostenderet, ob id sermo illi totus brevis foret. Prima igitur consuetudinis mutatio, quam nunc exprompsit, est de istis, qui prandere non assueti pransi aliquando sunt. Ait enim tales & infirmos, & toto corpore graues fieri, imbecillos item & desidēs reddi. Contingunt autem haec ipsis, graua ab alimento, veluti a pondere, facultate, neque enim imbecilla ea redditur propria ratione, veluti in cibi penuria fieri consuevit. Ob eam igitur causam hoc in loco sermoni adiecit totum corpus grauari istis, qui bis cibati sunt, eosque fieri desidēsiores. Verum in assuetis prandere & non pransis imbecillitatem quidem virtutis scripsit, sed grauitatem non adscripsit. Nempe & in talibus mutationibus imbecillitatur sua ratione virtus. Praeterea, cum desidēs fieri in praesenti victus mutatione asserat, in contraria timidos esse dixit, quasi opus omne perosos, & veluti opus aggredi veritos, diceret. Nempe res ita habet. Nam, qui ita se habent, virtutis imbecillitatem vere sentiunt: atque ob id eas, quas ante promptius obibant, obire non audent actiones. Quin etiam & istis, qui diminute cibantur, viscera videri pendere ait, eosque tum calidum, tum χλωρον, id est viride, meiere. Calidum inquit, id est solito calidius: χλωρον vero, id est viride, iuxta morem quendam Asiaticorum Graecorum, qui & nunc obseruatur: ωχρόν siquidem, id est pallidos quosdam videntes, causam, cur ita χλωρον, id est virides, facti sunt, interrogant, χλωρον & ωχρόν, id est viride & pallidum, nihil differre existimantes.

† Al. γιογπερ
καὶ τὸ πῦρ καὶ
λοομῆνις ὡς
χρῆσις, i. veluti
& color &c.
* In antiquis le-
gitur διατη-
θῆσι, i. cibatis.

existimantes. Visumque quendam se ipso χλωρότερον, id est viridiorem, dicunt: ὡχρότερον, id est pal- lidiorum, ita significantes. Est autem ὡχρὸν χρωμα, id est color pallidus, et veluti ignis, & color ὡχρῶς vocata, cuius prima syllaba acuitur. Fuitque talis color permixta aquoso excremento pallida & ama- ra & flava appellata bile. Nempe flauus color, quantum a rubro in albiorem secedit, tantum a fla- uo pallidus. Scripsit & alia quaedam symptomata, quae ita affectis fiunt. De quibus, cum ad eam, quae de ipsis est, mentionem peruenerimus, agemus. Praesentem autem dictionem discutiamus. Quae in non assuetis prandere contingere ait, iis adhuc & hoc adiecit: Si autem supercœnauerint, acidum ructant. Quod autem ructus acidi fiant & propter ventriculi frigiditatem, & propter pitui- tam saepius in eo acruatam, & propter ciborum multitudinem, aut, si pauci quidem sint, potestate tamen frigidorum, didicimus. Omnium autem praefatorum commune est calorem ventris inge- nitum vinci a cibis, non eos vincere, neque iis praestare, neque probe ipsos conficere posse: ut si modicae flammæ lignorum multitudinem superaceruaueris, vel & citra multitudinem tum viridia tum hu- mida superposueris. Ceteris ita cibatis πατίλιν, i. alui laeuitate siue humidam deiectionem fieri ait. Verum in exemplaribus non paucis non πατίλιν, scriptum inuenies, sed ἀσπν, ut eo vocabulo πῖπασμὸν, i. proiectionem intelligamus corporis hominis huius, qui ita cibatus est: corporis, in- quam, ob cibi multitudinem ἀσπνίει, i. grauitate molesteque habetis, atque impacidi inquietique, dum in lecto iacet, & sese permutantis. Ceterum, quod circa dictionis finem conuersionem elixationi simi- lem esse oporteat, manifeste ostendit, tanquam a calido fiat non sicco squalentique, cuiusmodi est fe- brilis, sed humido vaporosoque, cuiusmodi est, qui in animalibus secundum naturam existit.

* πῖπασμὸν.
* ἀσπνίει.

23 Conuenit autem his permutationem aequa virtute compensare. Dormire siquidem eos oportet tanquam noctem a caena, hyeme quidem citra frigus, aestate vero citra calorem, agant. Quod si dormire non que- ant, plures lente ambulando absoluant circuitus, neque sentent: nihil cauent, aut pauca & innocua. Mi- nus praterea bibant: sed meracius & non diluunt. Magis praterea & is afficietur, qui ter die replebitur: ac etiam multo magis, qui crebrius: quanquam sent non nulli, qui ter die satiati facile ferant, utpote qui ita sunt consueti.

Hoc in loco referre haec non erat necesse. Nempe docere proposuerat, quoniam pacto repenti- nae consuetudinum mutationes nos laedant, non autem, quo tales laesiones modo curare oporteat. Verum, quoniam Hippocrati hoc tentare est visum, propterea, quae scripsit, persequemur. Maxi- me quidem his dormire ipsos plurimum iubet: & si dormire nequeant, plures lenta ambulatione absoluant circuitus: idque, ut quam plurimi expositorum aiunt, post caenam: sed, ut eorum, quae di- cuntur, sensus praecipit, post prandium. Nam oratio haec tanquam noctem agat de somno meridiano non de nocturno dici expositulat. Praeterea, quod continuata est scriptura serie, ubi inquit: Si vero dor- mire non queant, plures lente ambulando absoluant circuitus, neque sentent: nihil praeterea cauent vel pau- ca & innocua testatur Hippocratem velle eos a prandio dormire, non a caena. Duorum igitur alterum: Nam aut emendanda, tanquam errati conscia, scriptio, atque ita scribendum, Dormire siquidem eos oportet post prandium, tanquam noctem agant, hyeme quidem citra frigus, aestate vero citra calorem: Vel, si serua- re volumus orationem hanc a caena, intelligenda est hoc pacto dictione: Dormire siquidem eos oportet, ut a caena ante dormiebant: sic & nunc post prandium, tanquam noctem agant. Quod autem velit Hippocrates eos vel nihil omnino vel parce vel leuiter caenare, sensus est manifestus. Ventrem liqui- dem vult requiescere, laboremque, quo grauius afficiebatur, refoueri, quod praeter consuetudinem pran- sus homo fuerat. Hinc sequens est & minus bibere, sed non aquosum, non diluunt. Nepe fluctua- tionem humiditatemque & refrigerationem vitare oportet, ubi a ciborum multitudine venter gra- uatus fuerit. Potum autem, qui exhibetur, non aquosum esse continet, sed ventris tum calfactoria, tum roboratoriam obtinere facultatem. Cetera, quae continuantur, liquida sunt & manifesta.

24 Praeterea, qui bis die cibum sumere consueuerunt, si, nisi pransi fuerint, imbecilli, & infirmi fiunt, timidi, ad quoduis opus, & cardialgici. Nempe his viscera pendere videntur, calidum mingunt & viri- de, id est pallidum, stercesque exurit. Sunt, quibus os amarum fit, oculi cauantur, & tempora saluunt, par- tesque frigescent extrema.

Cetera quidem huius dictionis in eorum comparatione, quae praeter consuetudinem pransi contingere diximus, sunt explanata: sed de reliquis nunc dicam. Αφροδον, id est ἀποπατήματα, id est sterces ipsorum siue alui purgationem exuri inquit, a calore scilicet assatam. Nempe corpus magis tum siccescit tum ignescit iis, qui consuetum relinquunt prandium. Alijs os amaricare ait, utpote iis, qui biliosiorem habent naturam: hisque caui fiunt oculi ab eadem, qua excrementum aduriur, causa siccescentes. Quod autem in amaræ bilis naturis innatus calor in id, quod igneum est, digre- diatur, propterea & tempora saluunt, id est temporum arteriae euidenter pulsant. Partes praeter ea corporis extremae frigidiores fiunt, quod venter biliosis repletur humoribus: quorum morsu atque contritione affectus virtutem dissoluit, corporisque extrema refrigerat.

25 Plurimi quoque horum, qui pransi non sunt, caenare nequeunt: quod si caenauerint, ventris grauitate afficiuntur: ac difficilium

A difficilium cubant multo, quam si pransi fuissent.

Picrocholi natura praeter consuetudinem impransi permanentes, cibos auerfantur, ventre scilicet male affecto. Verum, qui coacti cibum sumperint, grauantur: atque ob id δυσκοιτῶσι, ut ipse inquit, id est male habentes in lecto permanent & traducunt:

26 Cum igitur talia ob dimidiatae diei victus a consuetudine digestionem sanis contingant, neque adijci quicquam neque subtrahi commode videtur.

Rursus inter exponendum, quae contingunt valentibus iis, qui subito consuetudinem permuta- uerunt, sermonis summam obiter atque veluti appendicem adiecit, cuius gratia omnia haec exponit, quae sanis contingunt. Nempe, ut constat, si bene valentibus victus dimidiatae diei permutatio adeo mo- lesta sit, quo modo non admodum languentibus ipsis molesta erit: Deinde rursus ad explanationem eorum, quae sanis contingunt, reuertitur in sequenti dictione, quae ita habet.

27 Qui igitur praeter consuetudinem semel pransi toto die exinanitis vasis, quantum consuevit, caenauit, si tunc impransus laborauerit, egredi, habuerit, atque assumpta caena tunc grauatus fuerit, multo magis Beum grauari par est. Quod si adhuc plusculis horis vena exinanita fuerint, atque repente caenauerit, magis adhuc grauabitur.

Quod ait huiusmodi est. Si, qui praeter consuetudinem impransus permanens minus consue- to caenauerit, nocte grauctur, multo magis grauabitur, qui solito plura est caenatus. Qui autem pluscu- lo tempore exinanitis vasis repente caenauerit, magis adhuc grauabitur. Nempe, qui impransi pra- ter consuetudinem permanent, horum alij ad minus temporis inedia protendunt, alij ad longius interuallum: hos igitur grauari adhuc magis ait.

28 Quibus igitur praeter consuetudinem vena sunt inanita, ij eodem die veniunt reficendi. Vitent in primis fri- gus, calor, & labor: nempe haec omnia moleste feruntur. Deinde caenam solito minorem faciant, eamque non sicca sed humentiorum: deinceps bibant, neque diluunt, neque minus, quam ingestorum ratio postulat. Postero autem die pauca prandant, ut accessione in αποσπαρῶνις, crescente, ad consuetudinem redeant.

Teorum, qui praeter consuetudinem pranderunt, detrimenta emendauit: licet & eos, qui quod semel duntaxat die praeter consuetudinem ederunt, afflicti sunt, vult in primis vitare tum calo- rem, tum frigus, tum labores: haec nempe omnia moleste ferunt. Adde, quod & minus solito cae- nare ipsos iubet, quanquam plerique maxime contra agant. Nam prandere ob negocium aliquod prohibitos volunt in caena & eam, quae in prandio omissa est, assumere alimoniam, haud scientes quod eger quidem vere alimonia omissa corpus, sed ipsam conficere non possit ventriculus ob longiorem abstinentiam laesus. Quin etiam Hippocrates, ut alimoniam minus vult exhiberi, ita & eam humidiorum. Nempe huiusmodi alimonia exiccatis tum ventri tum corpori vniuerso peculiare auxilium praestat. Roborare praeterea & ventrem ipsorum iubet vini potu, neque di- lutum, neque minus, quam cibi proportio exigit, porandum praecipiens. Dilutum enim, ventris tonum seu robur exoluit: minus vero, quam cibi proportio expositulat, ventri arefacto inhabile exi- stit. Postero tandem die ita affectos victui prospicere iubet, qui Hippocratis praepro consuetor- um ciborum minus ingerere debeant: ut in αποσπαρῶνις, id est sensum paulatimque, in pristinam redeant consuetudinem.

29 Talia vero molestius ferunt, qui parte superiore picrocholi existunt.

Iam & ego paulo ante dixi picrocholos, id est amare bilis homines, subitariam eam, quae a vi- ctu ad abstinentiam fit, digestionem pituitosis difficilium molestius ue ferre. Bilescit siquidem Docyus his totus tum corporis tum ventris habitus. Sed quare non simpliciter dixit picrocholi, at parte superiore? Nempe, cum flaua bilis, quam & pallidam & amaram nominant, superio- ri supernat ventri, iure optimo tales parte superiore picrocholos dicimus: cum vero per sedem demittitur, parte inferiore picrocholos asserimus. Paulo siquidem rhetori, qui toto corporis ha- bitu pituitosus erat, diebus singulis supernatabat flaua bilis, primamque ipsam vomebat a lauacro non paucam. Eudemo autem philosopho, qui temperamento biliosus erat, per sedem demitte- batur: raroque is (quanquam aliquando) pallidam vomebat bilem. Ut autem Pauli excrementa bi- lis exiguum habebant, ita & Eudemi multum. Qui igitur praeter consuetudinem non prandent, si & toto corporis habitus, & superiore ventre, picrocholi fuerint, his necessario contingunt, quae paulo ante dixit omnia. At, qui ventre duntaxat superiore picrocholi existunt, his tolerantiae dif- ficultas similiter continget: sed ex reliquis symptomatis alia quidem nullo pacto erunt, alia erunt quidem, sed moderatiora. Praedixit quoque & eos, qui praeter consuetudinem non prandent, timi- dos ad quamuis operationem esse, stomachi erosionibus, hoc est cardialgijs, affici, pensilia videri ipsis viscera, calidum & viride mieri, exurique excrementa: alius os amaricare, oculos cauari, tem- pora palpitare, & extrema perfringere. Sed horum alia toto habitu picrocholis contingunt magis, alia autem superiore duntaxat ventre talibus. Atque ob id ad quamuis operationem timiditas extremorum

* μὲν δὲ δεῖν
νῆσεν, i. post
caenauerit, est
impressis, et
multis manu-
scriptis cod. in
aliquibus autē
μὲν δὲ δεῖν
σεν, i. copiose
caenauerit.

A. H. 4. f. r. t. 2.
c. 8. fol. 410. c.

extremorum perfrictio, mictus calidus viridis q3, deflectionum adustio, cautio oculorum, & tem- E porum saltus. toto habitu picrocholis vsu eueniunt. V trisq3 autem pensilium viscerum opinio, & oris amaritudo. Nam ob infuretam abstinentiam, tum suspensa tum pendula percipiunt viscera, Verum ob bilis exasperantiam picrocholis toto corpore os amaricat: non q affectio in ore magis fiat, sed q sentiendi partem eam natura generis humorum discretiora fecit. Venter autem magis quidem ijs exurit, quibus ex hepate in ventrem bilis effusa supernatat: minus autem, quibus deorsum mittitur. Nam his quidem intestinum proritat ad excretionem, illis vero stomachum mordet. Ob eam rem Eudemus diebus singulis, bis & interdum ter deijciebat: Paulus autem interdum nullo pacto exercebat. Nisi etenim intestina a mordente aliquo iritentur, vel copioso excremento grauentur, excretionis promptitudinem non accipiunt. Neutrum horum impransis contingit, neque enim mordentur intestina bile in os ascendente, atque illa non mordente contristante q3: neque grauitas his fit, qui nullo pacto comederunt.

*Al. amaritudinem.

30 Non assuetam autem cibi abstinentiam facilius omnino ferunt, qui parte superiore pituitosi sunt. Quo fit, vt, si semel die cibum tantum, facilius etiam ferant.

† in manus scriptis legitur τὸν ἀσπίδιον τῆν μὲν οὐσίαν, i. cibariis abstinentiam, & cibationem semel die factam.

*est in im pressis, sed in aliquibus manus scriptis legitur παρὰ, id est prater.

31 Potissimum sanè & hoc argumentum, quod maxime mutationes eorum, quæ circa naturam nostram habitumq3 contingunt, maxime morbos committunt.

Multa quidem apud Hippocratem φύσις, id est natura, nomen indicat: sed hoc in loco temperaturam significari quispiam existimauerit, veluti & partium ipsarum structuram compositionemq3, ἔξω, id est habitum, appellari: quo in structuræ genere continetur & bilis ad partes superiores fluctuatio, & ad inferna deiectionis, & viscerum tum suspensio, tum constantia stabilitas que. Nempe, cum venter magnus existit, viscera confirmat & stabilit, tamen si bilis vacuus, destitutusq3 fuerit: verum, cum paruus est, bilis quidem refertus confirmat, vacuatus vero subsidia relinquit: hinc fit, vt suspensa sentiant viscera. Quibus autem bilis flaua sursum natat fluctuat que, ante est dictum, meatu, qui bilem ipsam ex hepate ad id intestinum, quod Græci ἐνδοσίον vocant, & quasi è ventre enatum dixeris, defert, structuram differentem habente. Nam interdum quibusdam portio aliqua ab ipso ad ventrem procedit: his quidem supernatat biliosum excrementum: cæteris vero H deorsum omnino voluitur.

32 Non igitur intempetue, neq. fortes vaforum inanitiones moliri: neq. cum morbi vigent, feruoremq3 habent, cibum dare: neque repente huc vel illuc in toto negotio quicquam mutare licet.

Dictio hæc præter ordinem scripta est, copulari siquidem debuit eum ea, quæ scripta est ante: vt tota oratio talis foret: Talia verò molestius ferunt, qui parte superiore picrocholi existunt. At non assuetam cibi abstinentiam facilius omnino ferunt, qui parte superiore sunt pituitosi: quo fit, vt cibi vsu, qui semel die sit, facilius etiam ferant. Non igitur intempetue, neque fortes vaforum inanitiones moliri: neque, cum morbi vigent, feruoremq3 habent, cibum dare licet. Nam, postea q3 sermonem, quo magnas victus mutationes ostendit sanos ipsos, non quo modo languentes, lædere, compleuit absolutiq3, iure intulit, cuius gratia mentionem de his omnibus fecit, inquisiens, Non igitur intempetue, neque fortes vaforum inanitiones moliri licet. Quamquam autem & institutum etiam per relata sufficienter demonstrauerit, videtur tamen & ad alterum transire sermonem, qui hæc commonstret, ex abundantia testimonij vsus. Principium igitur sequentis sermonis iure censetur dictio hæc, Potissimum sanè & hoc argumentum, q3 maxime mutationes eorum, quæ

A quæ circa naturam nostram habitumq3 contingunt, maxime morbos committunt. Cui quidem dictioni continua fuerit, quæ ita sequitur: Multa autem his germana, eorum, quæ ventri contingunt, atq3 alia quis dixerit. Dictionem sanè hanc sum explanaturus: sed nunc ad præsentem reuertar, quæ hanc habet mentem. Non intempetue neq3 vehementer fame necare, neq3 in morborum consistētij victum ex inedia ad cibi oblationem permutare licet, sicuti neq3 subito ad contrarium. Ex quibus sequitur talem instituendam victus rationem, qualem is præcepit. Summa autem horum est, declinandas esse subitas repentinasq3 ad contraria permutationes.

*Al. præter

33 Multa autem his germana, eorum, quæ ventri contingunt, atq3 alia, quispiam dixerit: vt exempli gratia, Cibos, quibus uti consueuerunt, facile ferunt, tamen si natura haudquaquam boni fuerint: similiter & potus. Cibos verò, quibus uti non consueuerunt, et si mali non fuerint, moleste ferunt: consimili modo & potus.

Quæ similia existit, atq3 vt quispiam dixerit, genere admodum iuncta cognataq3, cōsuevit vocare Hippocrates ἡ δὲ λαοσφόρα, i. germana: q3 eorū, q3 genere iungunt, & familiarissimi & genere oīum iunctissimi sunt ἀδελφοί, i. germani. Nam propinquitates ceteræ his posteriores sunt, vt patrū matruq3 fratres sororesq3, & fratrum fororumq3 filij filiaq3, & quæcunq3 id genus sunt. Cætera dictionis clara sunt. Nam demonstrat Hippocrates sermonem eundem, quem ab initio demonstrauit: cuius summa est, Consuetudo maxime potest: repentinaq3 ab ea digressio corpora non parum offendit.

34 Si ergo multa præter solitū carnis deuoratio, vel allia, vel silphion, vel ipsius succus, vel caulis, vel alia consimilia, quæ seorsum insignibus sunt prædita viribus, vetriculis quibusdam magis, quam alia, labores inferant, minus quis admirabitur. † At iure admiraberis, si didiceris, quantam Μαζα turbationem, tumorem, flatum, torminaq3, maza deuorare non assueti pariat, si præter consuetudinē ingesta fuerit: † vel qualem Panis ipse calidus deuoratus sitim inferat, & repentinam plenitudinem, quod tum exiccet, tum tande descendat: Et quam varia inter se pariant purissimi consusaneiq3 panes, si præter consuetudinē deuorentur: & maza similiter vel arida, vel humida, vel tenax: qualiter item & potentia afficiant, recentes quidē eos, qui recentibus uti non consueuerunt, & alie eos, qui recentibus ex consuetudine utuntur: Ad hæc quid faciant Vini, & Aquæ potationes præter consuetudinē in aliud subito translata: quid dilutū uem uinum, meracumq3 repente pota: dilutum enim cum infirmitate humentem reddat ventrem superiorem, flatuosumq3, inferiorem: meracū verò venarū palpitacionem efficit, capitisq3 grauitatem, & sitim infert. Præterea quid uinū album nigrumq3, præter solitū mutata: quæ si ambo uinosa fuerint, ualde alterant corpus.

† Codex quidam antiquissimus græ. plus hoc in loco habet, quā im pressis: quæ tamen oīno videtur esse Hippocratis: heī. n. * Ἄλλ' εἰ καταμύθῃς ὅσον ἐν μάζα τε ὀχλον καὶ ὄγκον καὶ σφόδραν κοιλίην παρὰ τοῦ παρὰ τὸ ἔθος Ἐρωθεῖσα τὴν ἀρτιοφάγειν εἰδησιμῆν, ἢ ὅιον ἀρτιοσ βάρως κατὰ τὴν κοιλίην τὴν ὑπερσφαιρῆν εἰδησιμῆν, id est. At iure admiraberis, si didiceris, quantam maza turbationē & tumorem & flatum & torminē venriculo inferat præter consuetudinē comestū ei, qui panē comedere sit solitus: vel qualem panis grauitatem et tensionē uentri culi ei, qui maza comedere sit solitus.

Quare dulce uinumq3, minus quis dixerit mirum esse non idem posse, ubi repentina fuerit mutatio.

Sermonis totius sensum intelligētiaq3 ubi prius dixerimus, ad particulares, quæ in eo sunt, dictiones perueniemus. Orationis igitur totius sensus talis est: Victus mutationē in eos, qui insigni præditi sunt virtute, tum cibos tum potus, nemo, qui ledentē corpora uiderit, admirabitur: uerū eam, que fit neq3 sine læsione in cibos potusq3 non insigni præditos uirtute, iure quis admirabitur. Talis quidē est sermo totius intelligētia: Sed, vt particulatim dicam, orationis totius principium mentionē eorū facit ciborū, qui fortē uoluntēq3 habent facultatē, vt carniū deuorationis, alliorū, silphij, succi eiusdē, & caulis: nempe silphium totum fortem habet facultatem, sigillatimq3 succus ipsius, & caulis. Verū hæc quidē simpliciter dixit, sed cū carniū deuorationis meminisset, adiecit hoc uerbū, multa: nempe multa carniū deuoratio magnā habebit facultatem, mediocris uerò non magnā. Quæ huic succedit dictione, ad eos accedit cibos, qui non magna cōstant uirtute, maza uidelicet, & panē uel calidū, uel frigidū, uel syncomiston, id est confusaneū. Quod uerò panē non purū syncomiston appellat, constat & ex eo, quæ ad purū est, oppositione: panē hunc homines huius tēporis autopyron appellant, non discreto. s. surfuraceo, sed vnā cum syncera puraq3 farina maceratio conspersaq3. Post hæc de potentiarum differentia mentionē fecit, recenteq3 uocauit ποταύνας, Ionū uoce vsus & anti quorum. Memorauit postea & uini & aquæ potationes præter solitū mutatas: meraciorē item & dilutiorem potum. Quibus adiecit dilutū uinum in ventre superiore ὑπερσφαιρῆν, i. humiditatē infirmitatemq3 facere, flatumq3 in inferiore: meracū uerò palpitacionem temporū, capitis grauitatem, & sitim, idq3 caliditate: dilutū autē contraria, tum humiditate tum frigore. Mentionē quoq3 & de uinorum ipsorum differentia fecit, ex his oībus colligens, quod in uniuersum ab initio ipsi propositū institutumq3, omnem. s. consuetudinē subitā permutationem non paruum corpori afferre detrimentum.

35 Cæterum partem hanc sermone contrario τιμωρητέον, id est iuuare oportet. Nempe his victus mutatio facta est, corpore neq. ad robur, vt cibos adycere, neque ad infirmitatem, vt cibos diminuere oporteret, haudquaquam permutato.

† Venriculo inferat præter consuetudinē comestū ei, qui panē comedere sit solitus: vel qualem panis grauitatem et tensionē uentri culi ei, qui maza comedere sit solitus.

Verbum hoc τιμωρητέον opitulandum siue iuuandum indicat. Neq3 autē opitulatio alia sermoni huic fuerit præter patrocinium, q3 uera loquitur. Nempe, cum ex duobus sermonibus vnus ipsi placuerit, alter uerò huic aduersetur: & ei quidē, qui placuit, huc vsq3 est patrocinatus: nunc ad alterius patrocinium descendit: cuius sententiam quis conuenire dixerit, vt lægentes ab insigni victus mutatione iuuentur, quando & corporis affectio in contrarium his quidem, qui antea sani uiuebant, nunc uerò ægrotant, permutata sit. Sanè & in huius sermonis gratiam uniuersaliter antea est lo-

B* præter consuetudinē. C† Venarum, additur in antiquis.

† Al. si modica al. nō modicū. Supra. t. 18. Supra. t. 32.

cutus his verbis: Transmutatio autem bene habet non modica: sed opothōs, i. recte, transferenda ve...

36 Coniungere autem oportet & robur, & morbi cuiusq. modum, hominis item naturam, atq. egrotantis in...

Conuenienti in acutis morbis victus institutioni, quam docuit, & roboris considerationem, & morbi modum, præterea & hominis naturam, consuetudinemq. ipsius, adijcere iubet Hippocrates...

37 Ciborum autem adiectioni intendendum multo minus: nam subtrahere omnino, sæpè numero expedit, ubi ager...

Quoniam victus cuiusque species ex ijs, quæ antea dixit, inuenitur: atq. inde, quæ in ante scripta dictione dicuntur, coniungere operæpretium sit, ut in singulis, victus formis quantitas reperitur: præsentii

A præsentii dictione/ciborum autem adiectioni intendendū multo minus: nam prorsus subtrahere, sæpe numero expedit / cognoscens præsidiorum singulorum quantitatem artificiosa egere coniectura...

38 In quibus autem id faciendum sit, scribetur.

B Quod prædixerit Hippocrates commonstrata vniuersali victus ratione in hoc libro se transiturum ad cæteras omnes acutas ægritudines, liquido constat. Verum tamen opus huiusmodi non reperitur...

39 Multa autem & alia ijs, quæ dicta sunt, germana quis scribere potest.

Rursus ad eum reuertitur sermonē, quem multis certū ratumq. fecit exemplis, mutationem consuetudinis languentibus noxam afferre demonstrans: sed, qm̄ a sanis in eos transit, ob id, quæ similia sunt & congruentia bene, n̄ delphos id̄. i. germana dixit. Quod autem postea dicitur est, sermonis huius testimonium existit, quanquam nō simile, nō congruēs, nec germanū, ut ipse appellauit, sed id quod peruestigatur. Patebit aut tibi mens Hippocratis in sequētis dictionis expositione.

40 Hoc autem verius efficaciusq. testimonium. Neq. n. rei, de qua plurimus factus est sermo, germanū existit, sed res ipsa commodissimum est documentum. Nempe quidem per morbi acuti exordia eodem, quo laborare ceperunt die, comedunt, alij postero die, alij quiduis, alij cyceonem sorpsērunt. Sane hæc omnia deteriora quidem sunt, quam si modo alio cibaretur quis: sed, quæ hoc tempore peccata sunt, ea minus multo laedunt, quam si primis quidem diebus, vel duobus vel tribus uasa quis integre exinanierit, mox quarto vel quinto talia ministrauerit. Adhuc tamen deterius erit, si omnibus his diebus uasa ante exinanierit, & sequentibus diebus ita pauert prius, quam morbus maturus reddatur. Nempe hoc pacto mortem plurimis liquido afferit, nisi morbus omnino beneficis fuerit. Quæ verò in principio committuntur delicta, ea non similiter his, domantibus renuntiant, sed facilius domari possunt.

Ante ab ijs, quæ bene valentibus ex consuetudinis mutatione contingunt, ad languentes ipsos per similitudinem transit: transiturus autem & nunc, atq. ipsum, quod nunc instituitur, serē ita habere est demonstraturus. Sed quid nam id fuit: sanè quod neq. à principio neq. primis diebus fame cruciatos ægros, cum prope vigorem iam peruenerint, replere oportet. Tota autem dictione vult ostendere grauiorem contingere agris offensam, cum prope vigorem erratum sit, quam si in morborum principijs quippiam delinquitur. Inquit enim, Quæ hoc tempore peccata sunt, ea minus, quam si primis diebus, duobus vel tribus, uasa quis integre exinanierit, mox quarto vel quinto talia ministrauerit, & atq. etiam ante, quam morbus (vt græco verbo inquit) τῶσδε εἰς reddatur. Quod τῶσδε εἰς appellet πεπεμμένον, i. quod ad maturitatem est perductum, palam est omnibus. Morbos præterea εὐθεις, i. beneficos dixit, non quidem maleficos morososq. quos Græci κακοθεις vocant, sed εὐθεις, i. qui facile ad bonum vergunt. Scimus etenim veterum multos ita vti dictione, ita quoque & Hippocratem, vt alibi est dictum.

41 Hoc sanè maximum reor esse documentum, quod primis diebus quauis forbitione nequaquam eos priuemus, quibus futurum est, vt paulo post forbitionibus quibusuis vti debeant.

Sermonem hoc in loco eundem dixit, quem sæpius antea enunciauit, nutrire scilicet forbitionibus ab initio præcipiens eos, qui ad vigorem vsq. sufficere citra puillanæ ingestionem non possunt. Nam eos prope vigorem nutrire compellemur, cum ad tenuiorem victus formam, etiam si antea plenius cibati fuerint, transeundum sit.

42 Πυλὸν ἠρόθεν ἔργο, q. hordeacea nutur piffana, q. agri ladetur, ignorat. si duobus uel tribus diebus antea exinanitis ualis sorbere incipiat: neq. et, q. solo vitur cremore, q. sorbetes ladentur, intelligunt, cū forbitionem Septima Classis. qqqqqq ἡ tionem

A* ἀνέλαβεν, sed forte ἀνέλαβον, i. assumpsi. vt sic vertatur. præfatæ dictionis partem hanc rursus assumpsi, vt qui velim ad memoriam reuocare familiarē hunc sibi scriptū & hic & in aphorismis. & ita videt legisse veteres interpretes. B || r. Apho. 9. Ex. ord. 4. g. C* οὐ γὰρ μα... D* ἡ ἀπορία... E† Al. ex antiquis, ob id n̄ delphos id̄. i. germana dixit, per germana similitudine intelligens. F† Al. ex antiquis. Hoc tamen melius est testimonium. Neq. enim solum germanū est res, de qua plurimū mihi factus est sermo, sed res ipsa &c. G† Hæc addenda ex antiquis cod. græcis. Adhuc tamen deterius erit, si omnibus his diebus uasa ante exinanierit, & sequentibus diebus ita pauert, priusquam morbus, ut græco &c.

tionē nō recte inchoabit. Sed tūc cauēt, magnāq; intelligūt lesionē, si ager ante mutationē morbi pūssanā E hordeaceū sorbeat, cremore uti suetus. Oīa igitur hęc magna testimonia sunt, medicos nō recte agrotates ad uictū inducere, quippe q̄ in q̄bus morbis nō oportet uasa exinanire, ijs q̄ sorbitionibus cibari debēt; uasa exinaniāt: q̄ cōtra, in quibus ex uasorū inanitione ad sorbitiones trāseundū nō sit, in illis trāseant.

Aduerbiū hoc πρὸ μὲν, vel πρὸ τῶν, id est omnino, vel ἐξ ἀρχῆς, id est ab initio, Hippocrati indicat. Nam medicos ignorare ait, quando primum uel pūssanam uel cremorem egrotis dare oporteat: bene tamen scire, si ante morbi cōctionem pūssanam hordeaceam dederint, se agrum laesuros. Sequentem autem dictionis huius seriem, quæ eadem ex eisdem sapius dicitis ostendit, de in dustria ob claritatem transgrediar.

43 Et plerumq; ἀπὸ πρῶτου, id est ex ipso. Interdum autem hoc tempore, interdum q̄ alio, ex uasorum inanitione ad sorbitiones transeunt, ubi sapius a sorbitionibus ad uasorum inanitionem transeunt expediat, si ita ex morbi acerbatione contigerit.

Hoc aduerbiū ἀπὸ πρῶτου & apud auctores atticos, & apud Hippocratem, est in usu pro ἀπὸ πρῶτου μὲν ἢ ἀπὸ τῶν, id est ex ipso & absolute. In quo significatu & nunc est usus Hippocratis, demonstrare uolens medicos in illo maxime tempore permūtare uictus rationem ex abstinentia cibi ad sorbitiones, quo ad abstinentiam accedere oportet: atq; hinc manifestissime ostendens, cum morbi vigor adest, tunc tenuissimo de necessitate uictu esse utendum.

44 Interdum autem q̄ cruda tum a capite tum a thoracis loco attrahuntur biliosa: uigiliāq; his accidunt, ob quas non coquitur morbus: pertristes q; amarū hi sunt, desipiunt, incerti q̄ discurrunt lucis splendores oculis obducuntur, aures implentur sono, frigent extrema, urina crudescunt: spūta tenuia sunt, salia, colore syncero, & exigua: sudores circa collū, anxietates inquietationes q; & spiritus offendens, in ea qua sursum fit, aeris latrone frequens, uel ualde magnus: supercilia quadam enus amplificantur, deliquia animi sunt, uestium a pectore reiectiones, manuum tremor, atq; interdum labij inferioris concussio.

† δόρυς δὲ νόστος μετέχουσι, i. supercilia grauitate participat.

Vniuersa hęc contingere ijs ait, qui perperam cibati sunt a medicis: qui primis diebus exiccatos egros, die tertio uel quarto uel quinto uel sexto repente ad edulia non peracto morbi uigore permūtauerunt: quali peracto morbi uigore, conuenienter eos uictum permūtasse dicat. Quod igitur dicebat, Permutare quidem oportet sanorum uictum in morbis, neq; tamen temere id agendum, iam patere ex prædictis arbitror. Nempe, cum vna quidem corporis conditio salubris sit altera, quæ a morbi initio ad statum vsq; extenditur: mox & tertia, quæ ad perfectam vsq; morbi solutionem sese prorogat: deinde & quarta, quæ totius conualescentiæ tempus ad usq; sanitatis habitum occupat: in nulla harum quatuor conditionum permutationes uictus insignes facere oportet, nisi prius in alteram conditionis speciem peruentum sit. Qui igitur agros morborum exordijs in omni ciborum abstinentia seruant, si ad vigorem vsq; talem uictus speciem seruare possint, nemo eos culpauerit: quod si facere non possunt ob interlabentes agrorum vires, quod perperam inedia uiuantur, oportet eiχθισωτερες, id est exiccantes agros, palam est omnibus. Hoc autem uerbo abstinentiæ importunitatem plus iusto corpus exiccante in euidenter demonstrat: ubi etenim, quo tempore prope vigorem tenuius cibandum fuit, in eo cibum dare coacti sunt, quod agros abstinentia immoderate exiccauerint, est manifestum, quod uocatur τὰ εὐχθισωτερες. Ob id igitur modo cibandi huic succedere ait symptomata multa, & praua: quæ omnia continuata recenset seriem a biliosis crudis exorsus. Nempe biliosa cruda ita appellauit, quoniam & excrementorum cōctionem appellat, quamquam mutata nutrire non possunt, ut bilis uiraque, & quæ græce ἰχθῆρες dicuntur. Veruntamen, quoniam & talia euincit natura, cocta, quidem uocare consueuit Hippocrates excrementa huiusmodi, quæ a natura ipsa euicta sunt: cruda uero, quæ non sunt euicta. Ob id & pus in phlegmonis, quæ H concoquuntur, fieri ait, quamquam pars nulla ex pure alimonia accipiat, ueluti accipit ex crudis appellatis humoribus & pituita: quæ reliquum perfectionis affecta & profus cocta, corpus nutrire possunt. Sic igitur biliosorum humorum concoctio existit, ut sanguinis, qui in phlegmone est, in pus migrantis, intelligentibus nobis cōctionis nomen in suo uniuersaliore significato. Est autem uniuersalius, cum natura causis fortior fuerit, permūtaueritq; eas pro suo robore. Quæ igitur, ueluti in corpore inanimato, putrescunt, nihil ad permutationem conferente innato calore, a concoctionis ratione degenerant: hoc sanè aliquando contingit etiam aquolis ijs ichoribus, qui per urinas excernuntur: atq; ob id incoctas urinas concoqui dicimus, quamquam corpus ex coctis urinis ali non possit. Generali præterea hoc concoctionis significato utimur, cum uel catarrhum, uel coryzam, uel fluentes ex his ichoras, uel eos qui ex oculis manant, aut incoctos aut coctos esse dicimus. Ad hunc modum & bilem uel crudam, uel incoctam, uel coctam esse pronunciamus. Cruda quidem flaua admodum est & acris & male olens: cocta autem & pallidior & minimum male olens. Bilem igitur incoctam ait ad ventrem de necessitate confluere, quæ ob prauam uictus rationem tum ex capite; tum ex thorace trahitur, idq; cum fame agros necant, nullo uictu solatium uentri præstantes, atque cum ex inedia ad ualidos cibos prope vigorem intempestiue transeunt. Recenset

A. l. 4. f. 1. u. c. 8. f. 420. d

2. Epid. sect. 1. circa medium. 1. in sexto Ep. 1. 10. p. 162. d

ARecenset deinceps & symptomata alia, quæ prauam ob uictus rationem oriuntur. In primis quidem uigilias, quæ longam inediam, cibosq; intempestiue exhibitos consequuntur, quæ utroq; noie medicorum culpant uictus rationem. Quod autem uigilias morbi a peptia. i. incoctio seu cruditas consequatur, manifestum sanè existit, si somnos concoctio sequi debeat. Cæterum pertristes, inquit, sunt tum ob longam inedia, tum ob ualidum repentinum alimentum, quo grauatur uenter, grauatusq; languidos reddit & mœstos. Adde, q̄ & amaros fieri ait, quippiam manifeste præfato consimile adstruens: ut enim sunt, qui ex melancholia tum languidi tum mœsti sunt, sic alij quidem sapius acriter excandescunt, tanquam collecta in stomacho bile. Vel sanè, cum amaros fieri ait, eā, quæ in ipsorum ore ex tali bile fit, amaritudinem indicat. Delipientiæ & acres excandescitias & bilem amaram uel in stomacho, uel in cerebro collectam, consequi natae sunt. Incerti & discurrunt lucis splendores, qui μαρμαδεγες græce dicuntur, oculis sunt propter eam, quæ a ventre est, exhalationem, & propter sanguinis, qui ad caput fertur, abundantiam: atq; ex his prius quidem ex importuna interdum fit ciborum oblatione, alterum autem propter iudicatoriam sanguinis eruptionem, uel delirium imminens. Consimiliter & aures sonis implentur, tum propter eos, qui a ventre sursum feruntur uapores, tum propter flatuosum spiritum, qui in capite ipso oritur. Corporis extrema, quæ sunt pedes & manus prompte perfringere, male habente uentris ore, haudquaquam nos præterit, utpote cum uel propter longam inediam uehementer a mordentibus mordetur ichoribus, uel ob importunam cibi multitudinem grauatur. Patitur autem utrunq; ex ea, quæ antedicta est, uictus ratione, qua medicis, agros primis diebus ubi fame exiccauerint, tunc, cum tenuiter cibandum sit, ad frumentacea repente transeunt edulia. Ob eandem rationem neq; eorum, qui ita cibantur, urinae concoquuntur. Nam in ea, quæ citra uel cremoris pūssanæ, uel melicratī, uel oxy melitis oblationem fit, exiccatione, languis propterea, quod non purgetur, bile scit: propterq; subitam ad esculentam permutationem uenter compatiens ipsi facultate uitali grauatur. Quo fit, ut stomachicæ appellatæ syncope manifeste nobis indicent facultatis uitalis ad os uentris condolentiam. Hoc siquidem tum magis tum primum ex importunis tum inedijs tum cibis affligitur. Ob id igitur spūta & tenuia, & salia, & exigua, & synceris coloribus fieri ait, & sudorem circa collum duntaxat, & anxietatem inquietationemq; & spirandi difficultatem. Incoctus siquidem manet morbus propter excessum utrunq; longam. i. inediam, & intempestiuam cibi oblationem. Apeptiam autem ipsam consequuntur spūta commemorata ueluti & circa collum sudores, uirtute & ob famis anginam languescente, & ob cibum intempestiuum grauata. Consimili modo & ἀνομία id est anxietas inquietatioq; commune est utrisq; symptoma, & ob longam inediam, quæ uentrem ichoribus replet, & propter cibum intempestiuum grauantem. Verum spirandi difficultas, qua spiritus offendit, ob cibum intempestiuum magis, quam ob indigentiam, oritur. Nam spiritum inter inspirandum & offendere & quasi sisti, tum angustia, tum conuulsionis est notatio etenim, quæ sursum fit, expirationē facit. Tali autem spiritui contrarium tum in secundo tum in sexto de morbis populariter uagantibus libro percurrit inueniens. Duplex intro reuocatio ueluti aspirantibus. Quod autem ob cibum intempestiuum & non pro penuria talis fiat spirandi difficultas, patet ex sermone Hippocratis spiritum frequētē uel magnum ualde perperam cibatis fieri asserentis: fit siquidē frequens magnusq; actio in angustia septo transuerso ab ea, q̄ in uentre continetur alimonia, cū uidelicet neq; uicta, neq; probe a uentre confecta, inflationem parit. Nempe tunc ob septi transuersi angustia de necessitate minus aeris inspiratur, quam thorax se ea, qua prius dilatabat, dilatatione dilatat. Ergo, quod nunc aeris deest priori, qui inspirabatur, id deficitētem diminutumq; respirationis usum facit, atq; ob eam rem animal maiorē respirationem facere cogitur, uel frequentiore, uel utranq;. Dicitur autem abunde de spirandi difficultatibus omnibus, in libris de spirandi difficultate: ubi tum harum tum aliarum difficultatū spirandi causas unā cum proprijs demonstrationibus scripsimus: uerū, quantum ad præfens attinet, hæc sufficiunt. Ait præterea & ex præpostero cibatu supercilia quadantenus amplificari. Verum id bifariam scriptum inuenitur. Nempe in quibusdam exemplaribus singulari numero ad hunc modum, δόρυς δὲ εὐώσιος μετέχουσα, id est superciliū quadantenus amplificatur. In cæteris uero pluraliter, δόρυς δὲ εὐώσιος μετέχουσα, i. supercilia quadantenus amplificantur. Significatur autē ex ea dictione supercilia ipsa quodam modo euelli uel retrahi. Fitq; illud interdum quidē ambobus conuulsive intentis, aut altero solo: interdum autē & altero resoluta. Deinceps ait deliquia animi fieri, sermone ad symptomata referens, per quæ & uestiu reiectiones fiunt ardētibus agris. Interdum autē & manus totæ tremulæ fiunt, plus aucto malo. Concussio autē labij inferioris, morsum in ore uentris uehementem significat. Quo fit, ut tale symptoma, uomitus acrim humorum etiam signum sit.

45 Hæc si in initijs apparuerint, delirium uehemens indicant, atque magna ex parte agri moriuntur.

A. l. 4. f. 1. u. c. 15. 4. 1. c.

Dicta, inquit, symptomata si circa morborum initium fiāt, delirium uehemens denunciāt. Morbi initium nunc intelligere oportet totū illud tps, in quo non dū existunt concoctionis notæ. Nempe & in libris de iudicationibus dictum est nomē principij & plura significare: & significatum, quod nunc dictum est, secundum eam esse diuisionem, qua morborum tempora diuidentes morbos ipsos constare ex principio, augmento, uigore, & declinatione asserimus. Ergo, cum nuper dicitur Septima Classis. q̄q̄q̄q̄q̄q̄q̄ iij c̄ta

* Al. expira dū. & ita uetus interpretes.

* Superinspirantibus.

† παρασπῆδον πῶς αὐτὸς ἢ ἀνεσπῆδον, i. ad latus trahi quodā modo ipsa supercilia, uel sursum trahi. Antiquus interpretes, quæ tempora eorum trahuntur ad latus aut sursum. ut a diuisionem δόρυς uerū iij ipse tempora.

Etia symptomata, ubi prope morbi vigorem apparent, iudicationem futuram salubribus in morbis E significent: sane, si in principio fiant, iudicationem quidem non denunciant, (nihil enim in principio iudicari potest) sed delirii notae existunt. Scriptum autem & de his abunde in libris de iudicationibus, ex quibus totum, qui de his est, sermonem perdisces, cum illic plenior sit, quam ut nunc omnino percurrere oporteat. Sed sane, ut in caeteris, ita in his summatim perfringere satis erit. Ergo, quoties natura ad excretionem properat, efflatu digna in corpore fit permutatio, ob quam symptomata huiusmodi cum manifestissimis coctionis signis apparerent. Verum, cum perturbatio efficitur similis, nullo a natura ad infestantum excretionem facto apparatu, tunc periculosissimum est signum. Dicitur iam & caeteris in commentarijs de νεοσμίασι id est iudicatorijs symptomatis, qualia sunt, & quae nam ipsorum natura, & quo nam pacto ab ijs differant, quae περιφωρόδωα. i. superapparentia, vocantur, quo in genere erunt & ipsa coctionis signa. Nempe & prognosticum, & librum de humoribus, & aphorismos, iam ante hunc librum exposuimus. Sane semper de his eadem dicere ad eum spectat, qui prolixioribus uti consuevit sermonibus.

46 Qui autem euadunt, hi vel cum abscessu, vel sanguinis in naribus fluxione, vel puris crassi exspuitione euadunt, neque aliter.

Cum mori ipsos dixit, non simpliciter dixit, sed magna ex parte ascripsit: quapropter, quo nam pacto quidam ex ipsis feruentur, dicere sequens erat. Quos nunc percurrit, atque quosdam ex ipsis feruari ait, aut per sanguinis eruptionem, aut per abscessum, aut puris abinde cocti exspuitionem, si mul ex ijs, quae retulit, aegros in huiusmodi symptomata incurrere propter multitudinem significas.

47 Neque sane horum ita peritos video medicos, qui, ut oportet, dignoscant eas, quae in morbis contingunt, virium imbecillitates, & quae ob vasorum inanitionem, & quae ob aliam quampiam iritationem, & quae ob laborem, & ab acumine morbi fiant. Quas item natura nostra habitusque singulis, affectuum species omnigenas fabrefaciat: quamuis cognita salutem, & mortem ignorata ferant.

Quoniam de aegri robore imbecillitateque sermonem fecit, qui victus scopi sunt non contempnendi, ob id nunc sermonem de imbecillitate repetit, quibus haec fiat modis, medicos cognoscere debere asserens: Nempe, quod quaedam fiat ob vasorum inanitionem: hoc. n. vocabulum νεωργησία id proprie & primum significat, atque ob id ἀσπίτια. i. ciborum abstinentia; νεωργησία. i. vasorum inanitio, saepius dicitur, tanquam nomine generis etiam in specie homines omnes uti consueuerint. Alia autem ob ἀδύνη. i. laborem seu proprie dictum, ut dolori idem sit, seu, ut quospiam dixerit, malam affectionem, qua in acutis morbis aegri male afficiuntur. Aliam praeterea virium imbecillitatem ob aliam quandam fieri ait iritationem. Nam, si morsum dixit vel ventris, vel intestinorum, symptoma hoc sub dolorum nomine intellexisse est visus. Verum, si vel vigilias vel oris ventris affectionem dixit, non proprie interpretari visus est. Caterum virtus exolui videtur, & ob euacuationem, quae fit vel sanguinis eruptione, vel vomitu, vel deiectionibus, vel sudoribus, & ob longiorem, quam par sit, inedia, & propter tum dolorem aliquem, tum vigilias, tum assiduas purgandi ventris suscitationes: atque etiam cum os ventris ita affligatur, ut syncopas minetur, idque vel propter grauantis alimoniae multitudinem, vel contristantem quandam ipsius qualitatem, nempe haec virtutem celeritate tum fatigant, tum dissolunt. Omnes igitur haec virium offensa ex manifestis quidem fiunt causis: sed aliae ex non manifestis: ut quae absque manifesta vacuatione, vel inedia, vel oris ventris sensu, aegri ad tale subtrahuntur corporis affectionem, quam in prognostico scripsit Hippocrates, inquiens. || Naris acuta, oculi concaui, collapsa tempora, & quae deinceps sunt. Nam haec corporis conditio fit quidem & ob vigilias, & ob excretionem quandam, quae multa sit, & ob inedia: fit quoque & absque his, cum. s. corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris. Nam euaporantur, qui ita extenuantur, per insensibilem euacuationem. Caeteris autem & ob intemperaturam principis vnus partis affectus imbecilla redditur facultas. Primum siquidem affecta prima laborat, deinde affectuum participatione & reliquae duae. Didicisti. n. vnam esse in nervis facultatem, quae principium habet cerebrum: alteram in arterijs, cuius principium est cor: tertia vero in venis, quae ex hepate oritur. Ergo partis vnus, quaeuis illa fuerit, intemperatura propriam interdum facultatem violauit, cui affectus participatione consenserunt reliquae duae facultates. Velocissima igitur sunt corde patiente mortes: deinde affecto cerebro: tardissima ab hepate procedunt. Ut enim partes haec intemperie affectae maximam facultatis vnaquaque suae offensam incurrunt: sic partes aliae principio vniciusque propius appolita, si forti intemperatura affligantur, virtutum principia ad sympathiam agunt. Sunt etiam aliae, quae quamuis propius appolita non sint, ob generalem tamen communitatem, vel quandam affectionis proprietatem, partes virtutum principia contingentes laedunt. Osi igitur ventris, cum vitalem facultatem ad sympathiam agit, syncopas infert: cum vero proprie animale appellatam, desipientias vel conuulsiones. Vterus interdum & apnoeas (quas non spirationes proprie dixeris) interdum & nruorum contentiones. Verum singula haec completa ab omnibus cognoscuntur: cum vero fiunt, & sensim crescunt, medicos plerisque latent. Quae sane non, quando ob magnitudinem auxilium iam carent, tunc cognoscere oportet, quod

1. Prog. 6. & 7. 4. 19. 1. a & b

*generis, quid sit coctas generis, vide lib. 3. Epid. sect. 1. c. 4. pa. 130. c

A. 1. 3. f. 1. 1. 2. c. 9. fol. 28. b

A quod vulgo contingit, sed & cum incipiunt, & sunt: hoc siquidem optimum est. Quod si fieri non potest, saltem omnino, cum crescunt, dignoscere est necesse. Sane haec omnia Hippocrates signis caute mihi videtur, cum inquit, Quas item natura nostra habitusque singulis affectionum species omnigenas fabrefaciat: ubi naturam, temperaturam dixit: & habitum, situm corporis compositionemque. Nam, qui raram ex natura habent texturam, tum euaporantur, tum syncopam facile incurrunt: qui vero densiore constant textura, hi in morbis cumstantur, diutiusque trahunt. Sic autem & partes non nulli habent, alias quidem frigidiores, alias calidiores, alias sicciores, & alias humidiores: sed omnibus peculiare temperamento malum.

48 Maius siquidem malum est, si ob laborum & acumen morbi imbecillitate porrexerit quis potum vel sorbitionem copiosorem, vel esculentum, imbecillitatem ea ex vasorum inanitione contigisse arbitratus. Neque sane calidum effugere potest, qui imbecillitate ex vasorum inanitione non cognoscit, premitque victum. Periculum siquidem aliquod adferri erratum hoc: sed longe minus, quam alterum, atque risu dignum magis. Nam si medicus alius vel plebeius aegri interuiserit, cognoueritque ea, quae contigerunt, dederitque in edendum tum bibendum, quod alter vetuerit, is praesidium attulisse existimabitur. ¶ Alia autem maxime ab ijs vituperatur hominibus, qui res ad nigrum vertunt. Nepe, qui aegri interuiserit vel medicus vel plebeius, hunc a mortuis suscitasse ipsis videtur.

† Aliqui ita uertunt, et alia autem artificii fecerunt maxima ab his vituperantur.

B Ob dolores saepius aegri sine pulsu redduntur, animique deliqua incurrunt, & nullo pacto queunt moueri: similiter & ob morbi acumen. Sunt autem, quibus non ob haec virtus offenditur, sed ob vasorum quomodolibet factam euacuationem. Siue igitur ob euacuationem sensui manifestam, siue ob eam, quae per habitum fit, discussionem, siue ob inedia, virtus labefacta fuerit, qui ita affecti sunt, ci bari quam celerrime expostulant. Contra autem, qui ob dolorem, vel morbi acumen parum valent habent facultatem, vacuatione interdum magis, quam repletionem, indigent: immo, qui cibum his exhibet, maximum affert detrimentum. Verum, qui ex vasorum inanitione imbecilles sunt, hos si quis diuina tenui prefferit, laedet, quanquam non aequae euidenter vel celeriter. Ignorare autem, si aeger sit imbecillus ob vacuationem magis, quam ob dolorem, probro vertitur. Caetera dictionis manifesta sunt.

49 Scribemus autem & horum notas, quibus singula dignosci possunt.

Rursum & hic pollicetur Hippocrates, sicuti paulo ante, se librum alium quendam de morbis, acutis scripturum.

50 C Similia porro ijs, quae ventriculo contingunt, haec existunt. Nam, si corpus totum praeter consuetudinem valde quieuerit, non cesset robustum magis euadit: quod si diutius ociatum ad labores sese repente uerterit, vile profecto quippiam euidenter operabitur. Ita de caeteris corporis partibus est existimandum. Nepe & pes, & caetera, quae articulis praedicta sunt partes, laborare non consueuerunt, tale quippiam patiuntur, si post longum tempus ad laborem subito se uertant. Haec patienter oculi & dentes, & quicquid huiusmodi est. Praeterea & cubile praeter consuetudinem & molle & durum, laborem facit. Quod item sub diuino est, praeter solitum corpus madurat.

Rursum ad institutum redijt Hippocrates absolute de virtutis imbecillitate sermone, quae per digressionem a pristino mutauerat instituto: aitque, quae nunc dicitur, similia quodam modo esse ijs, quae ventri contingere dicta sunt. Nempe scopum dirigit ad summam eam, in qua mutationes subitas magnam languentibus afferre laxationem astruit. Quod autem hoc in loco scribit, huiusmodi est. Ut venter diutius omnino ociatus functionem perficere probe non potest, nisi prius sensim rursus affuecat, & suas exerceat operationes: sic corpus vniuersum singulaque aliae partes. Deinde & partes aliquas serie continuata nominatim commemorat: atque tandem in fine sermonis, eius, quae in cubili fit, mutationis mentionem facit, astruens sane & tunc, quod ab initio de consuetudinis mutatione est ab eo propositum.

51 D Sed horum omnium exempla scribere satis fuerit. Nam si quis vlcus neque admodum insigne, neque valde vile, in tibia acciperit: fueritque homo, cui neque admodum difficulter neque valde prope vlcera sanentur: & prima proinus die ita iacet, curetur, ut nequaquam crux tollat: hoc sane pacto sine inflammatione manebit, citiusque sanitati restituetur, quam si oberrans curetur. Quod si vel quinto vel sexto vel superiore adhuc die surrexerit, atque ambulare voluerit, magis laborabit, quam si statim ab initio oberrans curatus fuisset. Porro si et multum et repete se fatigauerit, multo magis laborabit, quam si ita curatus in diebus huiusmodi sese fatigauerit.

A. 1. 4. f. 4. c. 3. c. 1. fol. 47. 2. c

De repentina adhuc mutatione, ut antea in exemplis alijs, ita & nunc in vlcere sermonem facit Hippocrates. Nam, si quispiam (inquit) vlcus in tibia habens, qui & quiescere & iacere indigeat, quiete ambulet (hoc enim significat περιπατήσας, id est oberrans curetur) laedetur quidem profus, sed minus, quam qui primis diebus quieuerit, deinde subito circa quintum vel sextum, vel diem etiam ανωτέρας, id est superiorem, tertium videlicet vel quartum, ambulare coeperit. Sunt, qui vocabulum hoc ανωτέρας de sequentibus dici diebus existiment, septimo scilicet octauo & nono: quod si ipsi placebat, eos principium dictionis per ε & ζ ανωτέρας, & non ανωτέρας per α & υ, scribere oportebat. Quare autem, inquit, tale fieri non valet vlcus, ut si non parum laedatur, qui septima vel octaua ambulare coeperit, & antea quieuerit: & grauius, dixerim, si vlcus magnum fuerit, vel laborans fuerit vnus ex illis, quibus vlcus difficulter curatur: & magis, si ambo Septima Classis. qqqqqqqq iiii concur-

concurrerint: Quod si neq; vlcus magnū fuerit, neq; laborans fuerit, cui difficulter vlcera curentur: E curetur autē cōuenienter, nā & hoc subaudire in sermone oportet: iā circa septimam aut octauam bene habebit, & ambulare citra læsionē poterit. Quā ob causam sermoni adiecit, Vlcus neq; admodū ἐπιμαρτυρῶν, i. notabile in signe q; neq; valde ὑψηλῶς, i. vile, simplex scilicet ὑψηλῶς vocans. Fueritq; item homo, cui non admodum difficulter vlcera sanentur. Is liquidem, si nihil aliud circa curationem erratum sit, solū quia mediocriter ambulet & incedere indigeat, lædatur quidē: sed non ita grauiter, vt si primis diebus quiesuerit, mox tertia vel quarta vel quinta vel sexta obambulare cōeperit. Qui verō magnū vlcus habuerit, & is sit cui difficulter vlcera sanentur, non mediocriter sed grauiter lædatur ab initio obambulans: veluti & qui paruū vlcus habuerit, atq; is sit cui facile admodū vlcera sanentur, si primis diebus quiesuerit, & quinta vel sexta ambulare cōeperit, non grauiter sed mediocriter offendetur. Ob eam igitur causam Hippocrates de eo, qui in vtraq; oppositione mediū obtinet, sermonem fecit. Oppositionem autem dicit tum eam, quæ in magno & paruo vlcere comperitur: tum eam, qua homo dicitur δυσδαλῆς & ἐνδαλῆς, id est cui tum difficile tum facile vlcera sanantur. Quod nihil referat dicere in signe vlcus, vel magnum, palam est. Nempe ἐπιμαρτυρῶν, i. in signe, propter loci naturam tale fit: magnum verō virtute perficitur, etiam si sectione corporis paruum sit, vel ipsa sectionis magnitudine in signe fiat: ὑψηλῶς verō, i. vile, quod simplex est & paruū vel propter loci naturam, quæ vilis & abiecta est, vel propter sectionem ipsam paruam factam, dicitur.

52 *Omnia igitur hæc inter se subitam omnem supra modum huc & illuc mutationem nocuum mentum inferre perpetuo testantur.*

In exemplis singulis presentis sermonis mentionem facit Hippocrates: quapropter & nunc in exemplo, quod de vlcere facit, idem est executus. Nempe δεῖ τελεῖσθαι, id est perpetuo, idem significat, quod δὲ πάντως & αἰεὶ, id est vbique & semper.

53 *Multiplex itaq; in ventre est læsio. Nam, si ex multa vasorum inanitione repente quid plus iusto ingeratur, similiter si reliquum corpus diutius ocium subito ad laborem vehementem sese uerterit: multo magis lædatur, quam si ex multo cibo ad vasorum inanitionem transferatur. Corpus re vera his cessare oportet, etsi ex multa fatigatione subito ad ocium ignauiamq; descenderit. Oportet autem & illis ventrem a ciborum cessare multitudine: alioqui læsio in corpore fiet, & totius corporis grauitas.*

Quod primum omnium demonstrare decreuerat, id de subitis in ventre mutationibus fuit. Deinde ab hoc ad generalius, quod & vniuersaliter dicunt, transiens, de repentina omni consuetudinis mutatione hucusq; percurrit. Nam, cum specialiora in generalioribus, et particularia in vniuersalibus, continentur, ventrisq; permutatio cum subita omnium mutatione demonstrata sit, nunc rursum ad ventrem reuersus, mutationum, quæ in eo fiunt, differentias edocet. Atq; longe grauiorem in vltis mutatione esse læsionem, cum ex multa inedia repente plus modico ingeritur, quam si ex multo cibo ad inedia transmutatio fuerit. Simile huic fieri in toto corpore deprehenditur. Nam minus læduntur, qui ex motione ad quietem subito transeunt, quam qui ex quiete ad motionem demigrant. Rursus & hoc in loco permutationis intempestiue emendationes correctionesq;, veluti & in præmissis, adscripsit, quanquam id ad presentem non videatur pertinere speculationem. Quæ autem adscripsit, hæc sunt: Qui ex motu quidem actione q; in ocium segnitiamq; transeunt, eos ἐπιμαρτυρῶν, id est cessare & toto quiescere corpore præcipit: quod idem huic sententiæ existit: Vbi fames, laborandum non est. Verum, qui ex multa fatigatione ad quietem transeunt, eos pauciora ingerere iubet, quod est & ventriculum quiescere. Quoniam, qui toto corpore non laborans consuetam ingeret, is multitudinem subaleat: qua efficitur ratione, vt totum corpus grauetur, labore q;. Πόνος autē, id est labor, nunc Hippocrati læsionem indicat, multis specialibus læsionibus genus existens.

54 *De mutatione in victu, qua in hac vel illa sit, plurima sum locutus: quod re vera hæc nouisse commodissimum sit, cum ad omnia, tum ad id, de quo nunc agitur. Nam & in morbis acutis ex vasorum inanitione ad forbitiones transeunt. Transeundum quidem, veluti iam præcipio ego: deinde forbitionibus haudquaquam vitendum prius, quam morbus ad maturitatem per ductus fuerit, aut signum aliquod aliud apparuerit, vt in intestinis vacuatorium vel proritatorium, vel in hypochondrijs qualia scribentur signa.*

Rursus sermonem totum in summam vnā coegit Hippocrates. In habentibus quidem similiter, victum haudquaquam permutare præcipiens: verum in ijs, qui ex sanitate ad morbum transeunt, permutare quidem, non tamen vt ceteri permutant. Deinde compendio quodam victus scopum in acutis morbis declarauit. Nam, si morbus maturuerit, transeundum ad cremoris puillanæ exhibitionem præcepit: & si adhuc incoctus fuerit, non transeundum, nisi forsitan symptomata aliquod, quod vires prosterneat, apparuerit, vt vel vacuatio ventris immodica, vel aliud quippiam, quod proritet. Communi autem proritationis nomine comprehendit omnia, quæ quouis modo virtutem ad infirmitatem agunt, quo in numero censentur & morsus, quem acris humor siue in intestinis siue in ventriculo & præsertim iplius ore parit, & vigilia, & ira, & cæcor, & lumbrici helminthes, qui ab intestinis ad ventrem vsque ascendunt, & cutis totius aut membri alicuius,

2 Aph. 16. B. x. ord. 12. g

A. l. r. f. 3. d. 1. c. 7. fol. 61. h

Aius, qui nocte aggredietur, pruritus: ita vt virtus non solum ob iritationem, verum quoque & propter vigilias, exoluatur. Præterea inquit, Vel in hypochondrijs qualia scribentur signa. Nam & ipsa dandam vel non dandam commōstrabūt alimoniam. Fieri liquidem potest, vt intelligatur vt in que: sed alterum magis pro sermone intelligentia. Nempe præcipiens a puillana abstinendum ante quam morbus maturuerit, cū scilicet ager sufficere possit, adiecit, Nihil signum aliquod apparuerit vel in intestinis vacuatorium aut proritatorium, vel in hypochondrijs qualia scribentur: tanquā & hæc cremoris exhibitionem antequam morbus maturuerit, admoneant. Forte hypochondria dicit, quæ vehementer exaruerunt, & squallida admodum existunt. Talia nempe contingunt & mortiferæ faciei, de qua in prognostico dixit, ¶ Naris acuta, oculi concaui, & collapsa tempora. Nempe is signorum concursus hypochondrium habet ita contractum, vt quempiam ex inexercitatis fallat, tanquam reuulsum videatur. Verum contrahi vehementer ob siccitatem, & propter phlegmonem reuelli, idem non sunt, liquidem exuperans corporis siccitas tensionem septo transuerso & hypochondrio pariat maiorem. Sed maxime animaduertas distinguasq; a siccitate phlegmonem, q; sanatio non vna sit, oportet. Nempe, qui hoc ipsum ob phlegmonem habent, tenuissimo egent victu: qui verò ob siccitatem, contrario, vbi sapiuscule pauculum exhibemus puillanæ cremorem.

55 *Fortis vigilia, potus cibosq; tum crudos tum incoctos reddit: verum ea, quæ in alia sit transmutatio, corpus dissoluit, excoctionemq; & capitis grauitatem parit.*

Sæpius existimauit librum hunc in typis repertum, post mortem Hippocratis esse publicatum. Non secus etenim, quàm hoc pacto, facta esse videtur inordinata sermonum compositio. Nam quæ ab Hippocrate inueniebantur exempla, hæc in libro ad fidem vniuersalis scripta sunt, alia qui dem in facie, alia in tergo. Neque enim vnicuique tum adscripto tum addito suum assignare ordinem potuit. Ergo, quod ab Hippocrate in presentia dicitur, id manifeste inordinatum existit. Neque enim hoc in loco ascribenda rei huius occasio fuit, sed certe paulo ante, cum de ea, quæ præter consuetudinem ad contrarium sit, mutatione exempla scripsit. Nempe illis adscribi debuit, Quæ etenim ad vigiliam infueta sit mutatio, incoctiores tum cibos tum potus efficit: ad somnum verò multum, cum que studio quodam accersitum segnitiam corporis & capitis grauitatem. Quam enim dixi ἐπιμαρτυρῶν, id est excoctionem, & dissolutionem, & capitis grauitatem, verbo vno coniunctam comprehensamq; manifestat roboris exolutionem. Commonstrat autem & nomē ἐπιμαρτυρῶν, id est excoctionis, quæ ob calidam humiditatem fit, non ob siccitatem. Nempe vigilia per halitum digerere & siccare, non, quæ in imo sunt, coquere nata est: somnus verò humectare, spiritumq; & effluuia cohibere. Non igitur absque ratione in eorum, qui plurimum præter consuetudinem dormiunt, corpore halituosa redundant excrementa: atque ob eam rem tota ipsorum constitutio excoctis similiter exoluta redditur.

1. Progn. 6. & 7. 4. 1. p. 1. a. & b

1. Zauachius ita vertit, & meo iudicio re Ele. inordinat^o nanque sermo haud aliter esse factu qua sic monstrat.

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS

DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS

COMMENTARIVS TERTIVS

ARGVMENTVM

Exponit Vini, Mulsæ, Oxymelitis, Aquæ, & Balneorum facultatem.

D

DE VINO.



Vibus autem vinum dulce vinosumq; & album & nigrum, melicratumq; & aqua & oximeli insigniantur, in morbis acutis, distinguere oportet.

Non inordinate solum, verum quoq; & diminute vinorū catalogum fecit. Est liquidem vna ipsorum differentia in colore: alteram qualitas in gustatu facit: tertia consistentiam respicit: quartam odor progignit: & quinta in virtute reperitur. Quæ ergo in colore est, ea in album, nigrum, fuluum, & flauum, & rubrum diuiditur: verum cum & alia, quæ medium obtineant, sint differentie, iane vt in colore, sic in virtute permixtae reperiuntur. Quæ autem ex vinorum gustatu est differentia, ea in dulce & austerum diuiditur: & ex his medium, tum quod nullā, quæ manifesta sit, habet qualitatem: tum quod ex vtraq; cōstat qualitate: præterea & in id, quod acre appellatur. Verū, quæ in consistentia reperitur differentia, in aquosum secat & tenue, & in valde crassum, & in horum mediū, atq; in ea, quæ media hoc & extrema interficiant. Atq; eam, quæ in odore est, alia quidē boni odoris sunt, alia verò non boni odoris existunt, sed & ferientem quandam & in suauē nasci sunt

sunt qualitate: alia nullo pacto odorem habent, sed sunt aquae instar inodora. Differentia verò in facultate est, ob quam aliud quidem potens, aliud verò imbecillum, aliud medium, atque aliud quod medium hoc & extrema interiacet. Vinum potens vehementer celeriter que corpus calcificat, caput que ferit: imbecillum contrario agit modo: quae verò medium obtinet, nota euadunt, si ab extremis distinguantur. Potens, vinosum appellatur: imbecillum, & aquosum. Nempe in quo vinum aquam euincit, id cum in aliquo vehementissimum esse videbimus, iure vinosum appellabimus: si cui & contrarium, aquosum, quod aquae maxime in omnibus simile existit tenuitate scilicet, & colore, & odoris carentia, & non manifesta calefactione. Haec igitur in vinis secundum propriam naturam reperiuntur differentiae. Sunt, qui his adiciant eam, quae ex tempore defumitur, differentiam: qua, vetusta quaedam sint admodum, alia recentia, & alia, quae in medio horum consistant. Sed, quod differentiae huiusmodi eorum sint, quae extrinsecus accidunt, palam est. Nempe, quatenus tempore aciora & calidiora fiunt vina, atque vna cum his tum colorem, tum substantiam, tum odorem mutant, eatenus differentiam aliquam in vinis tempus facere videtur. Quod si nihil horum immutetur, neque ab aliquo vinum vetus dicitur, neque recens: immo neque nunc ita dicunt, tanquam vini ipsius annis opus prima ratione habentes, sed tanquam simul cum annis facultatem commutantes. Non enim ob tempus vina vel iuuant vel laedunt, sed ex propriarum differentiarum mutatione id habent. Ergo, cum de vinorum agimus differentis, temporis mentionem facimus per accidens, & non proprie, neque primum. Ceterum inter proprias vinorum differentias quaedam iuuant sedunt que propria ratione: alia non per se proprie que sed per accidens. Dulcedo quidem & austeritas propria ratione, sic tum imbecillitas, tum tenuitas tum crassities: Sed differentiae, quae tum colore tum odore defumuntur, non primum, sed per accidens: quoniam vinorum haec quidem & aquosa & alba & fulua & nigra, alia aquosa & inodora ut aqua, vel instar aromatis vnguenti que beneuolentia. Si igitur vinorum haec sint differentiae, quae & secundum propriam virtutem & per accidens numerentur, iam tibi constat de eorum ordinis tum numeri, qui in praesenti dictione sit, defectu. At si in sequentibus omnium, quae commodae sunt, differentiarum meminisse Hippocrates videtur, veniam eius inter exponendum defectui dabimus.

2 *Vinum dulce vinoso minus caput grauat, minusque mentem ferit, atque quoniam alio facilius per intestina descendit: lienem tamen iecurque tumefacit: picrocholisque nullo pacto est idoneum, nempe his sitim facit, superiusque intestinum inflat: non tamen inferiori pro flatu ratione est inimicum, esse non admodum penetret, qui a dulci vino est, status, sed diutius circa hypochondria moretur.*

Vinum dulce secundum gustandi qualitatem nominatur, quae & austerum & acre, ut aquosum praetermittamus, quod non omnino ab astringendo excidit: tamen si penitus exolutam habeat astringendi qualitatem. Nam, si ipsum aquae comparaueris, percipies manifeste ex ea comparatione gustum huiusmodi vinorum, eorum esse, quae modicam nacta sunt astringentiam. Aquosum autem vinum appellant homines, quod aquae tum colore tum substantia simile est: perspicuum siquidem, ut aqua, splendidum & purum, & substantia tenue videtur. Protinus autem & facultate aquae simile existit, neque imbecillum caput feriens, neque infirmos nervos, quando ne quidem manifeste calcificat: Sed de vino hoc rursum tractabitur. Dulce igitur vinum hoc quidem modo ab ea, quae in gustu reperitur, qualitate est nominatum, sed multis numeris ab aqua & colore & substantia recessit. Neque enim tenue exquisitae neque album vidisti aliquando vinum dulce: sed plus minus dictis recessit, & neutrum horum habet. Dulcia autem vina maxime sunt theracum & scybelites, crassa vtraque & nigra. Dulcia quoque & ea, quae in Macedonia sunt, therinum & caryinum tanto dictis & crassities & nigritie superiora, quanto dulcedine inferiora. Praeterea, quod heptema & siraon à Graecis, & à Latinis sapa appellatum ex cocto musto conficitur, quo dulcius vino perficitur, eo & colore nigrius & substantia crassius apparet. Quarto autem de simplicium medicamentorum viribus dulcem omnem saporem à caliditate: quae non immoderata & vehemens sit, fieri demonstrauimus: sicuti & acrem in vehementer calefacientibus, acrimonia siquidem horum est inseparabilis. In usu verò vinum dulce mediocriter calcere videtur, sitim que facit propter tum caliditatem tum crassitatem. Ita sane & mustum, quo diutius in igne versatur, eo tum crassius tum nigrius tum dulcius euadit: quanquam supra modum coctum amaritudinem contrahat, quo modo & mel ipsum, quod, quanquam omnium dulcissimum sit, longa tamen coctione amarum redditur. Sed, ut iam retuli, de qualitatibus omnibus gustabilibus in quarto de simplicium medicamentorum viribus est tractatum: atque hoc in loco, ut in alijs super Hippocratis libros expositionibus, non demonstrationes, sed conclusa tantummodo recensco. Cum igitur vinum dulce viscus calcificat, sit que, ut dictum est, substantia crassum, particulae ipsius facultates, quas eorum communitat, secundas qualitates consequuntur: color siquidem sua ratione nullo pacto vel iuuare vel laedere potest. Ergo vinum huiusmodi pro substantiae crassities tarde meat: quapropter tantum abest: ut ex obstructis partibus aliquid adimat, ut etiam obstructions adaugeat. Atque ob id hepatis affecto maximum affert detrimentum, praesertim que vbi vel phlegmone vel scirrhosis ipsum occupauerit, Sed moderatus laedit, vbi vel ab humorum crassities viscus oppilatur, vel propter

A. L. 3. f. 14. l. 1.
c. 19. fol. 309 B

A. L. 3. f. 10. l. 5.
c. 1. fol. 272. d

Apter imbecillitatem afficitur, ut in affectionibus, quae proprie hepaticae nuncupantur. Post hepaticam à vinis crassis laeditur: non tamen pulmo, quando in bronchijs crassum habet humorem. Nempe in hepate ex amplis portae valis ad angusta striataque vasorum tum gibbae tum sima proceditur extrema: per quae eorum omnium, quae in corpus totum digeruntur, transmissio fit: at in pulmone contrario euenit modo: nam per venas multas digestum confectumque in amplam bronchiorum, & primo minorum, irruit capacitate: atque ab his ad maiora excipitur, secum & crassos tollens humores, quibus non calidius solum, verum quoque & tenuius existit. Scis autem pulmonem ipsum ab humoribus crassis viscosisque per tusses expurgari: nam, qui aquosi sunt, & exquisite tenues, aerem qui tussiendo extra mittitur, circumfluunt. Aer etenim tanquam manus quaedam existit, quae sursum crassos humores secum ferat: sed crassitatem humorum talem esse oportet, ut ab aere sursum ferri possit, & non, ut lutum, bronchijs illitam esse & infarctam. Ob id sane viscosos humores tusses non expurgant: nempe manent, & interna, visci instar, occupant bronchia. Ergo: quae ad educationem eorum, qui in pulmone continentur, crassorum humorum futura sunt idonea medicamenta, moderatam humiditatem habere debent. Quod si viscosi humores fuerint, non humiditate solum est opus, verum quoque & ea, quae ab acidis fiat succis, detersione. Ob eam rem melicratum B quidem ad crassorum humorum expuitionem est conuenientissimum, oxymeli verò ad viscosorum. Post melicratum ptisana est, atque ab ea vinum dulce, si coctis iam tum peripneumonia, tum pleuritide propinetur, amplius non vexatis inflammatione corporibus. Quod si vinum huiusmodi eorum situm faciat, ad expuitionem minus idoneum redditur. Verum, ut vno absoluam verbo, vinum dulce in acutis morbis ad expuitionem tum propter dictas operationes, tum propter communem vinorum omnium rationem, quae vires roborant, idoneum existit, & maxime ijs, qui quaeuis humida, quae tum in thorace tum in pulmone continentur, expuunt. Didicisti autem humida illa varia tum substantiis, tum qualitatibus, tum virtute esse, in prognostico, vbi sputorum exposuit differentias. Nullum sane bonum aliud, vinum huiusmodi habet febrilibus propinatum: minus tamen vinoso, quod vehementer calcificat, laedere poterit. Commodum praeterea aliud nihil habet praeter aetiam, nisi quod ventris permeationem modice iuuat. Ob id igitur Hippocrates, vbi à minus laedentibus, quae multa sunt, doctrinae exordium fecit, ad iuuamenta ipsorum, quae pauca sunt, circa finem sermonis transit. Percurramus igitur: quae recenset, dictiones ipsius persequendo. Vinum dulce minus, quam fortia potentia que, mentem ferire ait, id est minus deliria progignere: fortia siquidem vina vehementer calcificata caput humoribus vaporibus que & caliditate replent. Vina igitur dulcia, quo magis à vehementi caliditate absint, eo minus cum caput grauant, tum mentem laedunt. Sed facilius per intestina descendere ait, & viscera tumefacere, id est viscerum tumores augere. Sed de his dixi paulo ante. Praeterea dulce vinum non idoneum esse ait picrocholis, id est qui amarum bilem sibi acervant. Nempe medici *χολήν*, id est bilem, simpliciter & pallidam & flauam dicere consueuerunt: *μέλαιναν* verò *χολήν*, id est nigram bilem hoc toto appellare, & non *χολήν*, id est bilem simpliciter: sed haec quidem acida est: amara autem, quae flaua. Ob eas res picrocholis appellat Hippocrates, qui redundantem habent huiusmodi bilem. Permissa autem aquosis ichoribus & liquidissima & pallida videtur: sola verò cum existit, & crassa & flaua est. Quae autem huiusmodi bilem procreant, sunt calida & sicca temperamenta: ad cuius generationem idonei sunt & dulces omnes humores. Quo fit, ut omnium horum maxime mel bilem calcificat, quod dulcissimum sit: deinde & dulcia vina. Non solum autem, quod caliditas multa tales humores amarus reddit, propterea dulce vinum febrilibus, & praesertim vbi calidi & licci temperatura fuerint, idoneum non est: verum quoque & quod crassa sint huiusmodi vina, neque per vias velociter descendant, neque cito diffentur transparentes: quo fit, ut biliosos humores neque secum agant, neque excernant. Solis ergo his vnum inest bonum, quod ventrem emolliant: quod si non fecerint, omni pacto nocent. Praeterea & siticulosa sunt, hac re, quod facile bilem calcificat, communitantia. Flatuosum quoque vinum huiusmodi esse asserit. Nempe incalescentes crassi humores flatum sibi similem generant, tum vaporosum, tum crassum: quod autem tale est, inflationes parit. Quapropter ex tenuibus vinis non prodit flatus, quanquam interdum quippiam generetur, quod & tenuissimum sit partium & aerosum, non nebulosum vaporosum que. Ceterum dulce vinum inferioribus intestinis non esse inimicum ait, quanquam tarde meet, qui ab ipso est, status, moretur que circa hypochondrium. Ea autem occasio est, ob quam non admodum turbet inferiora intestina, quia circa hypochondrium moretur, donec perfecte coctum & tenuatum fuerit: quod si semel coctum fuerit, commeabiliorum tenuiorumque partium habebit naturam. Qua igitur ratione à superioribus ad infernas expellitur partes, eadem ab infernis extra mittitur.

3 *Vinas siquidem hoc minus, quam vinosum album, omnino mouet.*

Quod nam vocauit vinosum album, considerabimus: nam antea vinosum vinum tum esse, tum appellari diximus, quod iure optimo aquoso opponitur. Valenter igitur ipsum & calcere, & caput replere, & delipentias procreare, & calorem febrilem augere, est operepretium. Sed vinum huiusmodi album non est: neque cum nouum existit, neque cum vetus: quando ne quidem aliud quippiam

A. L. 3. f. 10. l. 5.
c. 1. fol. 272. d

piam antiquorum vinorum manet album, et si quam maxime circa initia tale fuerit: immo semper E fulvius redditur, & tandem flavum. Vifus est ergo Hippocrates dixisse vinorum album, austerum quod neque vrinam mouet: sed, si tale crassum fuerit, circa hypochondriū moratur: si verò non crassum, neque multum moratur, ut nigrum, neque albis simul & mediocriter austeris similiter ad vrinam descendit. Nempe vina hæc vrinam cient, quod vtriusque tarde per vrinam descendendi effugerunt proprietatem, tum eam, quæ aquosa est, quam ob frigiditatem nacta est: tum eam, quam vinum nigrum propter crassitatem habet. Vinum siquidem album & austerum minime calidum inter vina existit: atque ob id ijs, quæ ad ventrem fiunt, distillationibus idoneum. Non tamen abunde cient vrinam hoc vinum. At forsitan Hippocrates vino huic nigrum comparans, minus cient vrinam ipsum ait.

* Al. ὑδατοδύες, i. aquosissimi.

4 Sputum autem alio efficacius educit, quod dulce est.

Quod nam aliud dicitur: vtrumne præsens, ad quod dulce comparans dixit, Vrinam siquidem hoc minus, quæ vinorum album, omnino mouet: an non hoc solum, sed simpliciter omne id, quod dulce non est: Cum ergo Hippocrates, quantum ad dictionem hanc attinet, obscurus sit, credibilis que sit ipsum nunc de vino albo sermonem intelligere, rursus & alia oritur ambiguitas, quid nam sit vinorum album: quod non valde manifestum sit, vtrumne id, quod vehementer calfacit: an quod valde astringit, quod σπογγώδης, id est acerbum, Græci appellant: veluti quod moderatius: austerum. Quo nam igitur pacto habeat, quod in dictione est, ego in præsentia exponam.

A. li. 3. f. 10. 15. c. 1. fol. 275. d.

Sputum maxime omnium vinorum dulce educit, vbi non supra modum crassum fuerit, veluti & quoties non vsque adeo ad fulvum secesserit, ut exoluta in eo sint tum crassities tum dulcedo. Præterea autem febri auxilium est vinum fulvum, quod vehementer calidum sit. Verum post vinum dulce non admodum crassum ad eorum, quæ in pulmone sunt, educationem conueniens est aquosum vinum, virtutem scilicet roborans, & humores tum humectans tum incidens mediocriter. Quod cæteris vinis omnibus innocentius febrientibus exhibetur.

5 Et sanè, quibus propinatum sitim facit, his minus, quam vinum aliud, educit: quibus verò sitim non facit, vino alio magis educit.

Vinum aliud nunc dixit, quod omnino siticulosum non est. Quare autem vinum siticulosum minus sputa educat, facile intelliges, si, quæ antedicta sunt ad memoriam reuocaueris. Nempe sitis his perseuerat, qui dulce vinum bibunt, quod febrilis calor in ipsis morosior maleficentiorque existat. Qui si talis fuerit, sputum siccat, crassiusque & viscosius reddit. Quod autem sputum huiusmodi difficulter educatur, verbis non est opus.

6 Vinum autem album vinorum iam plurima maximaque parte laudatum quidem & culpatum in vini dulcis enarratione. Ad vesicam verò vino alio magis penetrat, vrinamque prouocat, & perpetuo purgat, atque multa ad opem his morbis ferenda facit. Nempe, etsi vino alio ad cætera inhabilius existat, verum tamen, quæ in vesica ab eo fit purgatio, liberat, si propinetur, quale oportet. Bonæ hæc coniecturæ sunt de vino tum profectus, tum detrimenti: quas, qui me seniores sunt, non didicerunt.

καταφύκτινος.

De vino hoc in dulcis vini mentione diximus, postea quam vires ipsorum comparauit, perquisiuitque: dixi autem non paruam esse quaestionem, si album simul & austerum vinum, album vinorum dixit, vel quod vehementer inter vina alba calfacit. Nempe ex vinis albis nullum valenter calfacere potest: quod enim summe calidum est, id continuo & flavum existit, veluti & quod ab ipso est fulvum: mox ab his rubrum, & deinde dulce. Album autem minus quidem his omnibus calfacit: sed differentias particulares alia que omnia pro pluris minorisque ratione habet interualla. Quod autem vinum huiusmodi dulci facilius ad vesicam penetret, dictum antea: sed ad alia dulci inhabilius esse ait, quæ sunt ventris subductio & educio sputorum. Bonas autem has ait coniecturas esse, id est notas indiciaque, facultatis vinorum.

7 Fuluo autem vino & nigro austero in morbis huiusmodi ad hæc vteris, si neque grauitas capitis fuerit neque mentis concussio, neque sputo via concludatur, neque teneatur vrina: excrementa autem & humentiora & ramentosa magis fuerint. In his autem ex albo migranda precipue est: & ijs, quæ his similia existunt.

* In textu est Anabates. Aliqui legunt Sybates. Co-dex quidam manuscriptorum habet Αβάτης. In libro etiã de cibis boni et mali succi cap. 11. tractat de vino Cilicio abate.

Dulce quidem vinum continuo & nigrum existit: non tamen nigrum omne continuo & dulce: nam ex his quadam austera sunt, qualia apud nos in Asia prope Pergamum in Perperine & Egis. Quod autem in Cilicia est Albates, austerum simul & dulce existit, qualitatibus constans contrarijs, quo fit, ut prauum sit, quia neque distribuatur, neque descendat, sed plus iusto in ventre permaneat superiore, atque ipsum inflat. At, quod citra dulcedinem nigrum austerum est, id ventri vitale existit, quando vel plura iusto descendunt uel ramentosa: tunc enim est idoneum, sicuti & vinum album austerum, & quæcunque alia astringentia. In eum usum & fuluum vinum prodesse ait, non omnino simpliciter fuluum affirmans, sed fuluum austerum. Nam de vtriusque te intelligere oportet, quod in principio dictionis existit, qua dicitur, Fuluo autem vino & nigro austero, in morbis huiusmodi ad hæc vteris. Duplex siquidem fuluum, vtrumque nigrum: aliud siquidem dulce, aliud

Ace, aliud austerum. Atque, cum tertium præter vtriusque existat ex vtriusque qualitatis permixtione constans, at tamen, quod vna est præditum qualitate, id colore vtroque duplex existit. Caput autem & mentem fuluum magis ferit, quod & calidius nigro existat. Febres quoque ratione eadem auget: his. n. idonea sola ea sunt, quæ aquosa sunt. Non immerito igitur vinis austeris vtendum prohibuit, siue ea colore fulua, siue nigra fuerint, in capitis grauitatibus & mentis lisione, vbi nimirum febrem ipsam percussisset: atque amplius in thoracis pulmonisque ægritudinibus, in quibus sputum detinetur, vina huiusmodi inhabilia esse ait, atque cum vrinæ supprimuntur, propter crassitatem videlicet & astringendi facultatem.

8 Quod autem superiora quidem omnia vesicamque minus offendet, si dilutius fuerit, intestina verò iuuabit magis, si meracius: neminem latere debet.

Vinum meracius, ut dixit, intestinis magis conuenit: quo fit, ut non abs re iuuat ipsa astringentis ratione, propter quam omnino iuuamentum habet. Verum huiusmodi astringentem exoluit, si aqua temperatum fuerit, atque ob eam rem minus intestina iuuat. Quo autem modo hæc iuuat magis astringendi ratione, vbi meracius fuerit, sic thoracem caputque magis offendit: hæc sunt sanè quæ manifestauit in quibus superiora quidem omnia ledit. Ledit quoque & corpora ea, quibus

per vrinam expurgari est opus: nempe austerum vinum: excretionem omnes cohibet. De vris huius locutus Hippocrates, continuo ad melicratum transit, cæteris quidem ferè omnibus de vino demonstratis, at prætermisso vno, quod non absoluit, & ego obiter percurram, quod scilicet febrientibus maxime idoneum aquosum sit. Est autem vinum hoc album colore, substantia tenuis, nullam earum, quæ cæteris vinis insunt, habens qualitatem, neque astringentem, neque acerbam, neque dulcedinem, neque acrimoniam, neque odorem. Nempe vino huic omnium soli, ut tum aqua tum vini mala effugeret, est datum. Prodeunt autem talia in vnaquaque gente aliqua. In Italia imbecillum Sabinum, quod febrientibus administrant. In Asia Titacazenum & Tibicenum. Sed vini huius notas vbi intellexeris, talia facile in qualibet gente reperies, vbi & valde tenuia & aquosa producuntur vina. Repperi equidem talia in Cilicia, Phoenicia, Palæstina, Scyro, & Creta, in quibus regionibus non facile gignuntur vina tenuia & aquosa: immo, ut retuli, in regionibus vidi omnibus, & quod mirum magis sit, in Ægypto. Crassa siquidem vina & odora & valde fortia in feruidis progignuntur regionibus: in Italia verò, & Bithynia, & Asia, si multa producantur aquosa, nihil mirum. Sed merito quaeret quispiam, quam ob rem Hippocrates in antecedente dictione peculiarem de his vinis prætermisit sermonem, cum febrientibus, quæ cætera omnia, sint minus noxia. Neque enim. Cest dicendum, quod scilicet Hippocrates tale vinum ignoraret: nempe post paulo, cum de melicrato agit, hæc scribit: Cæterum vino albo tenui paucifero & inodoro quodammodo fortius est, & quodammodo infirmius. Hæc ait Hippocrates, vino albo tenui, & paucifero id est parum aqueferenti, & inodoro, melicratum comparans. Vini igitur vini notas tum conspicue tum exacte vbi recensisset percurrissetque quoniam scilicet pacto tum caput tum mentem feriat, de aquoso ipsi contrario disciplinam sufficientem esse existimauit, cum contraria ipsi inesse ratiocinari possimus.

* Δυσλθον, i. Percurrit commento scilicet superiori.

* Tibicenum.

* Al. Cyro.

DE MELICRATO.

9 Melicratum, id est mulla, per totum morbum in acutis epota parte plurima tum picrocholis, tum megalosplanchnis (id est quibus magna sunt viscera,) minus, quam non huiusmodi, est idonea.

Oratio hæc per totum morbum ostendit Hippocratem de ijs intelligere morbis, in quibus cremorem exhibere idoneum non esse demonstrauit prius, quæ ad morbi peruentum sit vigor. Nam, si eger acuta febre laboret, neque tum in thorace tum in pulmone fuerit morbus, viresque valuerint, & morbus quintum ultra diem sese prorogaturus non sit, aqua mulla sola epota abunde egro sufficere potest. Cæteris quidem omnibus in morbis huiusmodi est conuenientissima: sed picrocholis minus propitia existit. Nam in ipsis bilescit, nisi prius vel intestina vel vetrica pertransierit: quæ si pertransierit, non solum nihil ledit, verum quoque & maxime iuuat, nam secum biliosa deducit excrementa. Hac sanè cum ratione temperaturam quoque ipsius demonstrauit: nempe in huiusmodi naturis, dilutor exhibita mulla confert, neque enim hoc pacto siticulosa existit, neque bilem generat. Ut autem picrocholis, ita megalosplanchnis haudquaquam idoneam esse ait. Megalosplanchnos nunc dixit non eos, quibus magna ex natura ipsa sunt viscera, sed quibus ex ea affectu aliquo intumuerunt, siue scirrhum, siue phlegmonem, siue œdema nacta sunt. Mala siquidem in his, quod cito pertransire viscera ipsa non possit, & facile bilescat, præsertimque in phlegmonis propter caloris magnitudinem: in cæteris autem, qui præter naturam sunt, tumoribus, minus detrimenti affert.

10 Porro & siticulosa minus, quam dulce vinum, existit. Nempe & pulmonem mollit, & sputum mediocriter educit, & tussis mitigat. Habet etenim vim quandam exterendi, quæ plus, quam mediocriter piscosum, facit sputum.

Quam ob causam aqua mulla minus, quæ vinum dulce, siticulosa sit, dixi antea, cum utraque quatenus dulcia sunt, eatenus facile bilescere demonstrarem. Verum, quod tenuior penetrantiorque, ut oia subeat

subeat, existit, ea ratione minus vino dulci est siticulosa. Quo fit, ut, si aliquando plusculo tempore E in ventre manserit, tunc vino dulci non minus siticulosa reddatur: quod rarer contigit. Aqua vero mulla, vino dulci citius ventrem intestinaque omnia penetrat: nec secus hepar adusque tum rennes tum vesicam non rarer quidem, sed perpetuo. Ob hac igitur vino dulci minus siticulosa existit. Hippocrates idem, quanquam non ita, sed modo alio dixit, mullam virtutem ex iis, quae in pulmone facit, demonstrans: nempe, quod haec non efficeret, nisi vias ipsius penetraret abstergeretque, palam omnibus existit. Praeterea sputum educere non simpliciter dixit, sed hoc aduerbium/mediocriter/adscripsit: neque enim valenter educit, ut oxymeli: sanè mitigat, quo oxymeli priuatur. Nempe oxymeli tuffes incitat, tum iritans tum asperans, quatenus scilicet vehementer detergit: mulla vero, & praesertim aquosa, deterforia, quae minima sit, participat facultate. Vocatur autem huiusmodi facultas etiam σμηκτική, à qua & nunc Hippocrates nomen fecit σμηγματώδες, de mulla ita scribens, ἔχει γὰρ σμηγματώδες τι, id est habet etenim vim quandam exterendi detergendique. Mediocri autem participare ipsam facultate huiusmodi ostendit adiciens vocabulo huic σμηγματώδες, vocabulum hoc τὶ: nempe, quibusvis adiciatur, paucitatem indicat. Ergo exigua mulla abstergendis vis, non quia abstergendis vis est, ob id impotens infirmaque, sed quia exigua est. Ad glutinosum si quidem sputum, medicamentum vehementer abstergere oportet, quod glutinosum eum, qui bronchitis pulmonis inhaeret, detergere possit humorem. Quod si talis quispiam in thoracis pulmonisque medio acruatus fuerit, iam & maior, ut probe spuatur, tum incisoriae tum deterforiae virtutis est necessitas, quae id à succingente costas membrana detergat, dissecet, & tenuet: nam fieri non potest, ut talis humor aliter per membranam, quae viscus ambit, ad pulmonis bronchia transferatur. Non igitur bene est usus dictione Hippocrates, cum huic orationi/habet enim vim quandam exterendi/eam, quae sequitur, adiecit: quae plus, quam mediocriter, καταλιχραίνει, id est viscosum reddit, sputum. Nam melius dixisset, Habet enim vim quandam exterendi detergendique, quae exigua sit, & quae sepe numero viscosum fieri sputum sinit. Non enim ob mullam glutinosum fieri sputum contingit, sed id quidem sputo huiusmodi, proprium inest: mulla vero nil iuuat, sed excrementi naturam talem permanere sinit: quapropter melius dixisset nihil glutinosum sputum iuuari, & non tale à mulla fieri. Nam hoc verbum καταλιχραίνει, quod ab Hippocrate dicitur, sputum à mulla tale fieri, cum emphasi significat.

11 Ceterum et urinas abunde mulla, nisi ex visceribus aliquod prohibuerit.

Mullam ante, quod vias omnes, quae ventrem renescunt interiacent, facile penetret, citere urinas dixi: atque, ubi iecur male afficitur, vsui haudquaquam conuenire demonstravi. Leni praeterea, si phlegmone obideatur, molesta est: atque multo magis intestinis ventrique, nam cito ignescens ob phlegmone caliditatem in bilem conuertitur. Melle si quidem ob dulcedinem delectantur tum viscera tum venter: quo fit, ut tum citius, tum raptim magis eliciant. Melli quoque & dulcia alia idem habere quis dixerit, atque ideo ut ad ventrem, ita ad viscera se habere. Venter autem his oblectari videtur. Nempe, ubi ea deglutit, manifeste quodam modo ab assumptis delectatur, veluti è contrario ab asperantibus amarisque offenditur: neque solum, cum assumuntur, verum quoque & ubi assumpta sunt, ad aliquod vsque tempus. Quo fit, ut nemo ea, nisi interdum vice medicamenti, ut ob humores praeter naturam collectos in ventre, ingerat: ubi enim secundum naturam habuerit, in iucunda ipsi talia omnia sunt: iucunda autem sola, quae dulcia existunt. Sanè in appellato gutture maxima ex deuoratis dulcibus exoriitur voluptas, corpore, si loci illius peculiare quippiam cum succo huiusmodi habente. Corpus autem hoc facit ventriculi interna tunica, ut & ea, quae linguam ambit: verum in lingua euidenissimam habet dulcedinis sensationem, in gutture autem voluptatis. Sentio vero manifesta continuo efficitur & in ventris ore, quod dulcibus assumptis delectatur, modo animans secundum naturam habuerit. Viscera igitur hoc pacto dulci gaudere succo, plurimumque ipsius celeriter attrahentia, cum valent, frui, alique: cum vero febriunt & phlegmone obsidentur, in id, quod biliosum est, dulcem succum conuertere par est. Videntur igitur, quae σικωτά, id est ficata, ex carycarum esu appellantur, tum maxima, tum suauissima esse, iecino: re ipso, ut liquet, ex dulcium esu alimentum vberius accipiente. Verum in phlegmonis febribusque rerum huiusmodi ingestio non in probam alimoniam, sed in bilis generationem, demigrat: febrilis si quidem calor exuperat: natiuus autem deficit, qui bene temperatus erat.

* λαμψ.

* καταυρηστέρα.

12 Biliosa quoque alui deicit magis, interdum quidem bona, sed interdum, quam decet, redundantiore spumantioraque: quod biliosis, magis, & megalosplanchnis, contingit.

Reuocare ad memoriam oportet dictionem ante enuntiatam: in qua mullam vino dulci comparans dicebat, Porro & siticulosa minus, quam dulce vinum, existit. Nam & hoc in loco mullam eandem ad vinum dulce comparans biliosa alui excrementa deicere magis pronuntiauit. Nempe & biliosa deicere vinum dulce potest: verum mulla, biliosa interdum, quae bona sunt, subducit: interdum & vitiosa, quae syncere admodum biliosa existunt, bilem si vel igneam vel flauam habentia crassamque, Bilis igitur ea spumam accipit saepius quidem ratione ea, qua in iis, quae vehementer

A menter igne calfiunt, spuma exurgit: saepenumero autem & in iis, quae à flatu agitantur, humidis. Horum primum caliditatis exuperantis nota est: secundum vero instrumentorum angustiam, & flatuosi spiritus interclusi, viamque haudquaquam liberam habentis, agitationem denotat. Biliosa autem huiusmodi maxima ex parte subducuntur in iis febribus quae colliquant, quibus ferme omnium aduersissima nocentissimaque est mullae potio, veluti & modo contrario potio aquae frigidae iuuantissima. Excrementum huiusmodi aut à mulla magis generari iis, qui natura biliosi id est immoderate calidi existunt, atque in iis morbis, quibus viscus aliquod phlegmone infestatur. Commune si quidem hoc nomen peculiare nunc factum est eorum, quae inflammantur: neque enim propter scirrhum vel oedema febris incenditur. Ergo, quod in acutis morbis, de quibus agit Hippocrates, ubi tumor in visceribus genitus fuerit, phlegmone symptoma sit, non oedematis vel scirrhii, constat omnibus. Hos autem & nunc μεγαλοσπλχνες appellauit, {quasi viscerofos dixeris.}

13 Mulla igitur quae aquosior est, sputum educit magis, pulmonemque mollit. Meracior vero spumosa excrementa, atque plus, quam conuenit, valde biliosa calidioraque, quam aquosior, agit magis.

A. li. 4. f. 1. t. 2. c. 8. fol. 419. g

B Mel in acutis morbis bilefcere, atque ob id nobis afferre molestiam antea dixi: aquam praeterea tarde penetrare, atque in hypochondriis diutius morari, atque ob eas res fugiendam. At, quod ex vtriusque mistum sit, conueniens redditur, quando ea constat temperatura, qua aquae plurimae tantum mellis permistum fuerit, ut viam aquae pareat, & ad distributionem agat: nempe his ita temperatis, urinae facilius penetrabunt, ocyusque sputum educetur. Quod si mellis plurimum admistum fuerit, situm facit, & viscosum reddit sputum. Atque ob eas res aquosior mulla tum ad sputi educationem, tum ad penetrationem vrinarum, idonca magis existit: meracior vero ad ventris deiectiones: nempe, quanto magis proritabit, tanto magis & velocius subducet. Clysteribus ergo infusa, quo meracior, eo magis excretoria reddetur. Causaque erit deiectionum, tum earum, quae κρηνορέως, id est, ιανώς, hoc est valde, biliosa existunt, tum spumofarum: talia siquidem trahere magis potest, quia in intestina tum mordet, tum deterget. Adde, quod & in bilem flauam transiens ea occasione biliosorum excrementorum copiam simul adauget: quo fit, ut ipsius vsu non laudet Hippocrates. Declarat autem ex horum verborum adiectione, καὶ μᾶλλον τῆ κρηνορέως χρωδα, id est atque plus quam conuenit, valde biliosa. Nam μᾶλλον τῆ κρηνορέως dicere conuenit pro μᾶλλον τοῦ κρηνορέως, id est plus, quam conuenit. Spumofas item deiectiones & in prognostico damnauit. Et κρηνορέως, id est ἀερώως, hoc est syncere, biliosa praua sunt: neque enim κρηνορέως, neque ἀερώως, sed mediocriter talia esse oportet. Horum igitur non immemor, cum vel ex mulla epota vel absque ipsa quis spumosa simul & syncere biliosa deiecerit, febrem sciueris esse, quae colliquet: atque ob id ab vsu mullae abstineto, atque in piffana cremorem deuenito, obseruans ut aliquod signum licet exiguum coctionis morbi ex vrinis videas. Nam, si tunc frigidam dederis, maximo eris praesidio.

14 Deiectiones autem huiusmodi habent quidem & alias magnas offensas. Neque enim hypochondriorum extinguunt ardorem, sed excitant. Inquietationemque & iactationem membrorum faciunt. Intestina etiam sedemque, exculcerant.

Consuevit Hippocrates ἐλάσαι, id est offensas, σίνα dicere, ut in libris de fracturis & articulis est demonstratum: nam σίνα Iones dicunt pro ἐλάσειν, id est laedere: immo & ἐλαβεῖν, id est nocua σινάμοεα saepenumero appellauit. Magnas igitur offensas habent (inquit) praefatae deiectiones, id est perae biliosae simul & spumofae. Consuevit autem Hippocrates inter signa notasque, vocibus vti, tum causarum, tum, quae laeduntur, corporum. Deiectiones ergo huiusmodi significare commodius dixisset: sed habere dixit, quanquam corpora affecta laesiones habeant, causae faciant, & signa indicent. Sed, quae nam sunt, quae à dictis proueniunt deiectionibus offensae, ab Hippocrate audi in quiente, Neque enim hypochondriorum extinguunt ardorem, sed excitant. Hoc autem ideo dixit, quoniam saepius biliosorum deiectio hypochondriorum feruorem protinus extinguit. Quare in malignis maleficisque biliosis adiecit, quae talia excernentibus ipsis non extinguuntur, sed omnino vice versa inerescent augenturque. Neque ardor hypochondriorum sedatur, quin potius vehementior redditur. Adde, quae βίπληζονται, id est ἀσσην & δυσφορίαν habent, id est implacidi inquietique fiunt: deiectiones siquidem huiusmodi flammantis in hypochondriis ipsis affectionis symptomata existunt. Atque in intestinis ramentosam parit acrimonia affectionem. Sanè affectionis huius, quae syncere biliosa sunt, causae existunt: eius vero, quae in hypochondriis existit, signa: verum Hippocrates, ut dixi, vocabulis causas indicantibus inter signa vti consuevit.

Sed horum auxilia scribentur.

15 Quod morborum singulorum remedia se scripturum dixerit, ut antea exposuit, sic & hoc in loco non minus. Verum, si & quae libro huic post sermonem de balneis adiecta sunt, digna Hippocrate existant, & quae in libris de morbis vel de affectionibus scripta sunt, ea inter exponendum considerabimus.

Qui

16 Qui ergo in morbis huiusmodi relictis forbitioibus mulla potiois alterius vice utetur, is multa se- liciter consequitur: sic & nequaquam preter animi sententiam succedent multa. Verum, quibus danda sit, & quibus non, & quam ob causam, iam magna ex parte est dictum.

Significauit & nunc manifestissime, donec morbus iudicatus fuerit, sola uti mulla consulens. Nempe in solis, qui colliquescunt, morbis, vel in quibus hominum virtus ad morbi vsque iudicationem sufficere non possit, ad piffanæ cremorem perueniemus. In aliis verò sola cibare mulla est melius.

17 Damna autem propterea ab hominibus est mulla, quod bibentes summe imbecillat, atque ob id citam afferre mortem sit credita, Verum id ob languentes ipsos dictum fuerit: sunt enim, qui sola utantur mulla, tanquam huiusmodi existat.

Dicere καταρροῦδα, id est summe imbecillitati à mulla, & mullam nullo pacto nutrire, vel exi- que, idem non est: quippe cum tria hæc inter se distent. Nam, quæ vires imminuunt, ut sanguinis eruptio, deiectio superflua, sudor immodicus, & per accidens cibi abstinentia, summe imbecillitate dicuntur. At, quæ nullo pacto nutriunt, ut aqua, ea virtutem neque summe imbecillitate neque ro- borare quisquam vere dixerit, nisi id aliquando per accidens contingat. Aqua siquidem non ut ali- mentum vires recreat, sed bene ut medicamentum, ad temperamenti symmetriam, quæ propter ipsius immoderationem imbecilla sunt, reducens. Tertio deinceps loco sunt, quæ exigue nutriunt: quibus qui tantummodo utitur, tametsi interire possit, non tamen tanquam vires imminuentibus, sed tanquam eas non, quod satis sit, roborantibus. Quo è genere est mulla. Nam, si quis diebus quatuor cibo priuatus interire deberet, is mullæ vsu non quintum modo, verum quoque & sextum attinge re posset. Sermonem hunc & de melle intelligas. Nempe mellis naturâ & mullam ipsam inter mo- dice nutritia facit. Nam humiditatem non modo Hippocrates, verum quoque & medicorum probatissimi ferè omnes, cibi vehiculum non cibum censuerunt. Hæc sanè eadem, quæ nunc dicun- tur, de mulla & melle scripsit non obscure Hippocrates in sequentibus.

18 Sed hoc ita non omnino habet.

Non omnino siquidem verum est agròs ipsos propter mullam mortem obire, moriuntur etenim, & si aquam solam biberint: sed, quæ exigua corpori præstet alimoniam, ob id solum vitam seruare non sufficit: quod etiam accidit, vbi quis piffanæ cremorem solum perpetuo sorbeat.

19 Sed mulla, quam aqua, multo potentior est, sola epota, nisi aluum perturbet.

Indicare videtur per hanc vocem/potentior/quod & aqua aliquam nutriendi vim habeat: eue- nit autem eo, quod corporis ventriculi ariditas irrigatur, ut diu, qui aquam bibant, magis durè, quam qui nihil assunt. Secure autem/nisi aluum perturbet/addidit, de mulla sermonem faciens, illos enim iure peius habere facit propter euacuationem, quibus aluum perturbat: simulque verbum id/ perturbat/immoderatam significat excretionem & non mediocrem. Scire quidem oportet mullam crudam aluum magis soluere, coctam autem bene, magis nutrire. Hoc autem obiter à te sit cogni- tum. Videamus autem, quæ deinceps scribit, vino mullam comparans.

20 Caterum vino albo tenui paucifero & inodoro, quodam modo fortior est, & quodam modo imbecillior.

Sunt, qui dictionem scribant sine hoc verbo/est/hoc pacto: Caterum vino albo tenui paucife- ro & inodoro, quodam modo fortior & quodam modo imbecillior. Alij pro/quodam modo/le- gunt/interdum/ad hunc modum: Caterum vino albo tenui paucifero & inodoro, interdum qui- dem fortior, interdum autem & imbecillior. Sed ex omnibus vis est eadem atque idem intellectus. Nam Hippocrates mullam vino huiusmodi quadantenus fortiozem, & quadantenus imbecil- liorem dicit. Feci autem mentionem vini huius in ea, quam de vinis feci, tractatione. Quod tan- quam nescientis vice functus Hippocrates subticuit: sed nunc quadam manifestauit tum substan- tiam memorans ex hoc verbo / tenui / tum virtutis imbecillitatem, cum adiecit / oligophoro, id est paucifero. Vocatur siquidem oligophorum siue pauciferum, quod, ut bibatur, minima eget aquæ mitione. Contrario autem modo polyphorum vel multiferum appellatur, quod, ut bene temperetur, multam exigit aquam: æquiualeuter dixeris, quod aquæ multum sustinere possit ad bene temperatam mitionem. Quod verò pauciferum appellatur, id exolutum imbecillumque & ad potum inutile redditur, si multa dilueris aqua. Atqui, quæ in vino hoc est carentia odoris, ea imbecillita- tis frigiditatisque efficacissima existit nota, quippe in hoc aquæ est assimilis: non secus, quam fortis odor efficacissimum roboris signum. Vinum siquidem aquosum leuissimam in ligno vitis habuit transmutationem: leuissimam quoque & elementi terrei permissionem, ita ut aqua sit, quæ tum paulum terræ calidæque substantiæ assumpserit, particeps ue fuerit, tum leuissima in horum coniu- ctionem indiguerit confectione. Contrarium autem tum vinosum tum multiferum, neque à leui confectione tale efficitur, utpote quod ab aqua longissimo recedat intervallo. Qua de causa in- signem

* κραθηνω, id est temperetur.

A. lib. 4. c. 1. c. 2. fol. 419g

A signem consecutum fuit tum caliditatem tum odorem.

21 Multum tamen differt & vini & mellis meracitas, ad vtriusque robur. Nam si duplam vini mensu- ram ad mellis delictum quis biberit, à solo nimirum melle validior longe reddetur, nisi ventrem turba- uerit. Nempe multo plus stercoris deicietur.

Si mullæ & non mellis dixisset Hippocrates, manifestius enūciasset. Nā de mulla hucusque egit, ipsamque vino ex aqua diluto comparauit, neque ipsam per se, sed, ut iusta fieret comparatio, ob id ser- monem suum ad mel vinumque reuocauit. Sunt autem, qui in huiusmodi comparationibus non re- liquos modo volentes, sed se ipsos quoque inuitos circumueniant fallantque. Cateri meraciora purio- raque experti non puris solis, sed quouis modo temperatis illorum vires adaptant. Nō secus alij aquo- siora experti, ex illis de omnibus quoquo modo temperatis sententiam ferunt. Non ita tamen de re- bus iudicium est faciendum. At, si iustam facturum sis de ipsis comparationem, mullam ad eorum, quæ bibuntur, vinorum temperaturam in aquæ permissione, ita ex proportionem existimabis, ut vi- num non meracius & mulla aquosior fuerit. Sed, quoniam in mitione proportionem exacte serua- re difficile est, ob id ad ea, quæ vere immista & proprie ἀκρῶτα, id est pura, appellatur, transfudit ser- monem Hippocrates, vino nullo pacto diluto mel ipsam comparans. Atque duplum vini epotum minus alere, quam mellis simpli. Verum, quoniam plura vinorum genera existunt, non, quæ fortia sunt, caputque ferunt, & desipientias creare possunt, in hoc expromptum sermone, sed vinum imbecillum aquosumque: melque ipsum huic comparans plus alere enūciavit. Caterum, cum vini duplo mel di- midium comparare voluerit, non quod solum vtrumque per se & circa aquæ mitionem æger sumere de- beat, asseruit: sed, si post vtrumque dimensum, pro arbitrio ingerat, non minus differt. Potest siquidem, si res tulerit, mellis cyathum vnum vel per se accipere, vel aquæ, quantum volet, mistum ingerere, atque id quotidie bibere: vel denuo vini cyathos duos diebus singulis, ut volet, aqua temperatos. Ta- li siquidem experimento tum in plurimis similiter in ceteris habentibus hominibus, tum etiam in vno magis, per idem temporis spatium cognoscetur exquisita vtriusque facultas. Si n. mel non ex na- turæ proprietate ventrem turbat, qui melle vtuntur, diebus pluribus abunde sufficient. Si ergo res ita habet, cur in principio orationis dixit Hippocrates, Ceterum vino albo tenui paucifero & in odo- ro interdum fortior & interdum imbecillior est mulla: Non enim interdum fortior & interdum imbecillior, sed semper fortior secundum nuper dicta videtur. Quoniam prius, quam de compara- tione iusta distinxisset docuissetque circa distinctionem absoluto sermone, bene & secute dixit. Inue- niatur mulla vino quadantenus fortior, & quadantenus imbecillior. Si enim temperamenti vtrius- que analogiam quis non distinxerit, interdum quidem imbecillius vinum, interdum & mulla, esse videbitur. Verum, si hæc distinxerit, ut est dictum: atque eam, quam mel in ventre facit turbationem contempnatus fueris: mullam ad nutriendum validiorem semper deprehendes, quam vinum ead- em proportionem dilutum temperatumque. Quod si & stercus, quod ex mulla ita moderatum excer- nitur, ut virtutem non exoluat, adnotaueris, tibi etiam magis ex mulla copiosior videbitur nutritio, quam ex vino. Nam, & si duplum exeat stercus, laborans tamen pluribus ex diebus mulla sufficiat, certe ad nutritionem mel vino tum potentius tum validius videtur.

* In aliquibus antiquis cod. legit ἀσπρῶτα πορ, i. oblectum

22 Mulla tamen post piffanæ forbitioem epota valde replet, inflat, & hypochondriorum visceribus est inutilis. Sed, si ante forbitiones bibatur, non ut super epota laedit, sed iuuat.

De ordine ait Hippocrates: quem in vsu mullæ piffanæque quis optime seruare debeat. Verum vno mullæ piffanæque edoctus exemplo vniuersalem hunc accipere sermonem. Nam perpetuo prius ingerenda sunt, quæ & facilius corrumpuntur, & quæ subducuntur magis: posterius verò contra- ria. Piffana autem, quod mulla difficilius corrumpitur, & descendit tardius. Si ergo mulla primo sumpta fuerit, ex ea quadam piffanæ ad deiectionem fit provocatio: verum, si piffana primum sumpta fuerit, subduci mulla prohibetur: inflabit hypochondria: atque tandem in bilem conuersa, piffanæ detrimentum afferet.

23 Coctæ autem mulla, facio quidem cruda longe est melior: splendida siquidem & tenuis & alba & pellu- cida existit. Sed, qua ab ea enariatur virtute, non habeo. Neque enim est suauior, si mel bonum fuerit, imbe- cillior tamen & minus stercoris habens: quorum neutro, ut auxilietur, mulla opus habet. Coctæ tamen probissime, utendum, si mel vitiosum fuerit, impurum, nigrum, & mali odoris: nempe coctura plurimam malignitatum turpitudinem tollit.

Tota dictione coctæ crudæ que mullæ differentias docet Hippocrates: sed nullam desiderat expositionem.

DE OXYMELITE

24 Oxymeli vocatum potum, sapius quidem in his morbis commoditatem habere reperies. Nam spiritum educit, & facilem reddit spirationem.

καλεμένον id est vocatum, aut quod vocatur, & καλεῖσθαι, i. vocari, atque his similia adijcere Hip- pocratem

Septima Classis.

rrrrrr

pocratem

potratem non ignoras: interdum quidem quod haec appellatio Graecis omnibus nullo pacto vlti-
ta sit interdum vero quod improprie dicatur: atq; interdum quod artificiosum quippiam demon-
strat, vt ἐπιτῶν προσαφίτων καὶ μασητήρων μωδῶν, id est temporalibus & masticatorijs musculis, de
clarauimus. Sed, quod artificiosum nihil indicet oxymelitis appellatio, constat omnibus. Appella-
tionem igitur ex adiectione τῆς καλεωμένης vel damnauit, vel tanquam inusitaram indicauit. Potest
autem & vtrunq; fecisse, nam forsitan tunc primum in communem coepit vsum venire. Forsan &
voce damnat, tanquam ex solis aceto & melle constare medicamentum explanantem, vel tanquam
mellis differentiam indicantem: quasi ita quispiam diceret: Mel autem acetumq; tali sunt praedita
facultate. Ergo de verbi huius καλεωμένης adiectione nemo ignorat: quia propter ad id, quod vtile est,
descendamus. Non enim ex aceti mellisq; mistione tantum oxymelitis est compositio: verum ex
mulla paulum aceti accipiente. Sed melius est, vt concoquitur: nempe virtus aceti ita coctura immi-
nuit, vt mulla quidem ab eo, cui miscetur, auxilium sumat, offensam autem non habeat. Auxi-
lium autem in orationis exordio enunciauit, atq; ab his enunciabit: offensas vero ad dictionis totius
calcem adiciet. Dicitum est igitur in exordio, Sputum siquidem educit, & facilem reddit spiratio-
nem. Quae autem deinceps sunt, dictiones secuti, ab eo discemus.

† Graece τὸ δὲ
μῆλι τὸ δὲ
δύναμιν ἔχει
τοιαύτη, id est,
Mel aut quod
acidum est, tali
est praeditum
facultate.

A. l. 3. fol. 11.
c. 1. fol. 27 d

25 Tempora vero haec habet.

Καιρούς, id est tempora, dixit vel tempora, quibus ex consuetudine vtendum sit, vel tempora, qui-
bus iuuare soleat. Nempe & in hoc significato καιρῶς, id est temporis, appellatione interdum vti
Hippocratem ostendit.

26 Quod valde acre existit, nihil mediocriter in ijs, quae non facile educuntur, sputis efficiet. Nam, si qua
detinentur, educeret, gutturq; lubricaret & veluti gestientem redderet, & pulmonem certe leniret: nem-
pe ipsum molliret: quasi contingerent, maxime prociisset. Interdum vero accidit, cum valde acre fuerit,
vt sputum non educat, sed viscosum reddat, afferatq; detrimentum.

† τὰ ἐν κέρ-
χυσίται.
† διαπερῶ-
σται.
In quibus acri oxymelite vtendum sit, in ijs fieri aliquando ex eo offensam docet Hippocrates.
Nempe, in quibus nemo profusus tali, quod acre est, medicamento vteretur, tales recensere offensas
superfluum est. Neq; enim simpliciter de acri oxymelite sermonem fecit, sed aduerbiū hoc κέρτα,
id est valde, adiecit: quod λίαν & σφόδρα, id est admodum, vehementerq; significat. Tale igitur oxy-
meli nihil mediocriter in crassis glutinosisq; pulmonis sputis efficere consuevit, in quibus eo solo
quispiam vtatur, sed ea vel secat, detergit, educitq; vel facere id non valens, exiccat. Nempe, vt huius
modi medicamentum secandi vim habet, ita & exiccandi vtitur autem eo in crassis pulmonis spu-
tis non tanquam exiccante (nempe hoc pacto detrimentum afferret) sed tanquam incidente & deter-
gente. Cum igitur haec facere non valet, tantum abest, vt utilitati sit, vt etiam maxime noceat: sed, qm̄
neq; secat neq; detergit, in sequentibus docebit. Volo autem in praesentia de ea, quae in multis repe-
ritur libris, scriptura agere. Non enim per σ, secundam huius nominis μέσον, id est mediocriter, syl-
labam, sed per ζ, scripturam inuenimus, vt dicitur tota talis sit, τὸ μὲν κέρτα ὅξυ ἔδεν ἐν μέσον ποιήσεων,
id est, quod valde acre existit, nihil insignie efficiet. Sed id falsum est: nempe inferens magnum ali-
quando fieri ab eo iuuamentum, ostendit interdum & detrimentum. Quare perpetuo in ligno quip-
piam facit, & nullo pacto leue paruumq;. De quo autem est verum dicere, quod perpetuo magnū
vel malum vel bonum facit, de illo melius nihil mediocriter ab eo fieri quispiam dixerit.

27 Potissimum autem ita afficiuntur, qui maxime perniciose habentes, neque rursus, neque, quae iutus con-
tinentur, excreare possunt.

Sputa crassa vehementer glutinari, nihilq; ab exhibitio, quod acre sit, oxymelite iuuari, ait ijs con-
tingere, qui maxime perniciose afficiuntur, id est quibus crudus supra modum existit morbus: H
nempe hi nihil expuunt.

28 Cum haec ita habuerint, vires hominis perpende. Nam, si de eo speraueris, dabis.

Postea quam eos, qui maxime perniciose agrotant, ab acri oxymelite nihil iuuari praedixit, pau-
cissq; ex ipsis aduti liberantur, ob id & ipsius, quod rareriter contingit, non tacuit auxilium. Fit au-
tem auxilium huiusmodi ab acri supra modum oxymelite, cum agri vires valent. Nempe, si non
valent, non iuuabit, quod tale est oxymeli. Duorum siquidem alterum efficiet: nam vel profusus non
fecabit, sed, quod glutinosius reddet: vel disseccabit, abstergetq;. Verum subitam vni-
uersamque tum educationem, tum vacationem, quam molietur, non iufferente natura continget
strangulari hominem.

29 Cum autem dare volueris, perquam tepidum paulatimq; & non affatim dabis.

Si ager ob sputorum tum crassitatem tum viscositatem nihil expuerit, virtusque valida fuerit,
oxymeli dari iubet valde acre, paulatim & ἀκρωχλιαρον, quod est ἀκρως χλιαρον, id est perquam
tepidum. Id autem calidi frigidi que exacte est medium. Nam, quod vehementem habeat facul-
tatem

A tatem, propterea copiose ipsum vno haustu offerre veretur. Pari modo & astate frigidum porrige-
re, vt antea praecipit, ideo timet, quia tum pleuritides tum peripneumoniae, in quibus nihil expui-
tur, in cocta sunt. Coctioni autem perpetuo calidum optulatur confertq; frigidum vero renititatem
& aduerfatur. Cur ergo calidum etiam oxymeli deuitat Hippocrates? An ob morbi malignitatem
malumq; morem, ne videlicet protinus ex tali potione cruda persistat affectio, hominemq; a calido
oxymelite siticulotorem fieri contingat: nempe, quod symptoma hoc viscosum reddat sputum, ex
posuit. Tutius ergo mediocriter tepidum esse oxymeli arbitrat Hippocrates; vt pote qui calidi
eam, quae succedere possit, frigiditq; de necessitate succelluram, fugiat lationem.

30 Quod autem parū acre est, os faucesq; humectat, sputum educit, & sitim sedat: qua occasione hypochon-
drio visceribusq; est beneuolum, mellisq; inhibet noxas: nempe, quod in melle biliosum est, castigat.

Postea q̄ de supra modum acri oxymelite sermonem absoluit, ad id, quod mediocriter acre est,
transiit, humectare ipsum os faucesq;, & sputū educere, & sitim sedare, in textura orationis ingens.
Nep̄e, quod omnia, quibus iuuari aegritudines natae sunt, habet, id eorū, quae nocere valent ob vim
tēperaturae, nihil habet. Nam mullae tm̄ aceti est admistum, vt, quod in ipsa biliosum sit, queat suti-
B cientes κολάσαι, id est καθελῆν & ταπεινώσαι, id est castigare, inuertere, & suppressere. Nempe in
quarto de simplicium medicamentorum viribus dulcem succū acri maxime potētia aduerfari mō-
strauimus. Cum itaq; mullae facultas caetera quidem omnia, quibus morbi huiusmodi opus habet,
contineat: in vno autem duntaxat contraria, quod, si supercalfacta ipsa bilefcatur: migrationem sanē hu-
iusmodi permissio aceti cohibens, optimum efficit medicamentum. Nempe minime siticulotum
erit: atq; ob id sputa, quae non omnino crassa glutinosaq; sunt, facile educet: haec autem, quae duo nu-
mero existunt opera, consequitur partium oris fauciumq; humectatio. Qua vero occasione hoc fa-
cit, ea tum leni tum hepatis maximam afferet commoditatem, viscera innoxie expurgans.

31 Flatum praeterea discutit, & vrinas mouet.

De mediocriter acri oxymelite adhuc differens, haec protulit. Nam in pulmonis thoracisq; affe-
ctionibus plurimo est vsui, maximeq; insignem habet patrocinaum ob metricā illam aequae aceti
& mellis permissioem. Tale siquidem oxymeli spiritum crassum flatuosumq; in hypochondrio
fecat: flatusq; abruptens, vias oēs expurgat: atq; ad vrinas tum serosa tum biliosa agit excrementa.

32 Sed partem intestini infernam reddit humentior em, facitq; ramenta.

A. l. 4. f. 1. r. 2.
c. 8. fol. 49. h

Eam, quae supra id, quod secundum naturam est, innascitur partibus, humiditatem, πλάσθον Hip-
pocratem nominare neminem ex nobis praerit: hoc igitur efficere ait oxymeli. Nam, quicquid
crassi glutinosiq; succi superius insarcitur, id abradit secatq;, atq; tanquam ad excretionem subdu-
cit: facile item & hac facultate ab iecinore facit excrementorum educationes, ita vt collectis superiori-
bus cunctis humiditatibus in intestinis ipsis & potissimum infernis, ob multitudinem quidem in-
nascatur ea, quae supra naturam est, humiditas, ob qualitatem vero intestini abrasio: nempe & oxy-
meli detergente praeditum facultate, tandem abradet intestinum. Eiusdem quoque est facultatis,
quod cum oxymelite descendit chylisum excrementum: quapropter & sine oxymelite, si aliquan-
do exuperauerit, intestinum abradet.

* In ofibus anti-
quis graecis le-
gitur πλάσθον,
id est biliosum,
& ita et habet
vetus italio.

33 Interdum autem et in acutis morbis est inutile, & potissimum, quod non flatum modo foras prodire ve-
ret, verū quoq; & reuerti faciat. Praeterea & maxime vires imbecillitat, & extremas infrigidat partes.

In acutis interdum morbis abradit intestinum, bonum non est. Viceratio enim quaedam superfi-
D cialis est ipsa ramentosa affectio. Quae cum talis existat, ab irruptentibus omnibus, & praesertim
mordentibus, molestiam recipit intestinum. Quod affectum, nisi protinus mordentia excreuerit, ad
regionem superiorem ea, quae irrupunt, remittit. Quo fit, vt ea occasione flatus etiā sursum recur-
rat. Naturalem siquidem functionem circumstrictoriam, sortita sunt intestina, vt in commentarijs
de facultatibus naturalibus est demonstratum: sed, quae irrupunt, a partibus, quibus continentur,
reijci velocitatis est opus. Cum igitur superne motus exordium habet, quae continentur, deorsum
habent excretionē: verum, si motio inferne capit exordia, sursum feruntur. Quod sanē in habentibus
secundum naturam vsu venire videtur, cum scilicet vniuersim raptimq; subeunte ad inferna intesti-
na bile continemus excretionem, aut propter aliquam, quae prompta sit, negocij curam, quae inter-
pellari non possit: aut quod non prope sit, quo venter exoneretur, locus. Nempe tunc recurrere sur-
sumq; ferri bile ita percipimus, vt non adhuc excerni possit. Sunt, quibus ex huiusmodi bilis recur-
tu stomachus male habet: alij caput repletur, & ob morfum dolet: alij patiuntur vtrunq;. Hoc igitur
pacto, ramentosa in intestinis affectio, deorsum interdum excernit celeriter, agrorum molestia
nequaquam sustinens: interdum autem & a partibus inferioribus ad superiores, vbi, quae irrum-
punt, non protinus ad sedem prodierint, sed is, qui sedem circulariter ambit musculus, tum contra-
ctus, tum recti intestini extremum ipsum obstringendo complexus, principium motionis obstri-
Septima Classis. rrrrrr ij Cloria

* vetus inter-
pres legit, hui'
virtutis.

floræ ex infernis partibus ad superiores fecerit. Ob eam igitur causam non flatus modo, verum & E excrementum in huiusmodi affectionibus reuertitur. Contingit autem et vires offendi ob eum, qui in transitu ipso sequitur, morsum. † Nempe abradentia, tamenli, quod irumpit, breuissimum habet morsum, vehementer tamen infeliant. Scimus autem dolorem omnem vires exoluere, atq; ob id partes infrigidare extremas.

† Nempe qua abradatur, ea morsu et quod penetrant, in vena habeat non decauone, nisi meter in infeliantur.

34 Et hæc sola est, quam nouerim, oxymelitis noxa, quæ scribi digna sit.

Oxymeli mediocriter temperatum, noxas omnes, quæ ex mulla, vino, & aqua emergunt, effugit se paulo ante est monstratum. Si quando igitur nocuerit, solum nocet, quod abradat intestinum: idque facit in ijs, qui imbecillius habent natura & pati idoneum intestinum.

35 Exiguam autem portionem huius nocte quidem & ieiunio ante sorbitionem dare expedit, quanquam & a sorbitione, modo longum intersit tempus, nihil vetet bibere.

Vbi facultatem, quam habet, percurrat, ad rationem temporis, quo maxime ipsum quis porrigere debeat, in presenti peruenit: & potissimum, cum, qui oxymelite vii debet, is sorbitionibus alatur. Nempe, ubi quis non sorbitionibus, sed portione sola regatur, tempus in illis postea docet. F Ait ergo in sorbitione vtentibus illud duntaxat obseruandum tempus, quo sorbitio ingeri debet. Pissana autem cremor sorbitio est: qui, vt corpus alat roboretq; assumitur. Ad quæ confert, si nutritionis tempore solus in ventre contineatur: nempe antea didicisti cibos multiplices & præsertim facultate dissimiles magnam progignere in ventre turbationem. Ob eam igitur causam non porrigendum oxymeli, nisi cremor concoctus fuerit. Qui si coctus fuerit, licet tum nocte tum appetente die ante sorbitionem sumere. Tempus autem inter sorbitionem oxymeli que medium satis facit, b † si pissanae cremor vacuum simul & purum ex ea, quæ ab oxymelite facta est, abierit, ventriculum ingrediat.

A † Ex Grecis co & natalioe veteri clarius. & primo quidam ipsexpicat, qm maxie quispiã ex ijs, qui sorbitionibus alatur, oxymelite vii debeat: postea vero, licet non sorbitionibus sed portione sola qis regatur, tps quoq; quod illi exhiberi debeat, docet.

B † Antiqua ualatio hęc a 1 die, quantitas quæ horatũ quod est, quia oxymeli præcedit in hoc spatio, & penetrat pars eius ad venas, & pars eius descendit: ita vt pissanae cremor vacuũ simul & c.

C † Præsertim quidẽ ob abstractionem vel exaspirationẽ intestini: ei enim sine stercore ex illi magis vtiq; hęc inferat pñente vasorũ inanitione. postea vò, qm melicratũ vires auferat.

D † Tum quia, cum intestinũ nudũ sit, id vehementius abradit, a pissana enim quodam mō inũgitur, vbi eam absorberint: tũ qm melicratũ vilitatem corpus haudquaquã assumit.

E † κατ' ονομασιν

36 Qui autem non sorbitionibus, sed portione sola vtuntur, his non semper oxymelite vii expedit, † præsertimq; quod intestina abradantur, fatiscantq; & succumbant. Nam, cum stercore vidua & destituta sint, vacuæ item venæ, atq; ablata a melicrato vires, citius inducuntur.

Qui victus rationem non ex pissana, sed ex potu solo, sibi insituunt, ijs non per totum morbum est conueniens oxymeli, d † q; vehementius intestinum ipsum tum nudum tum humore alio destitutum abradat. Nempe a pissana quodam modo inungitur, vbi eam assumpserint, & cum corpus nihil G a mulla auxilij acceperit. Mulla aut auxilium, quod corporibus affert, cum de mulla ageret, prædixit.

37 Quod si potum hunc quidem multum per totum morbi tempus profecturum existimaueris, paulum aceti, tantumq; vt duntaxat sentiri possit, infunde: sic enim & inuabit, & ledens, minimum ledet, & ea, que oportet, præstabit.

Cum sitim quidem mulla inferat, sputa autẽ in bronchijs pulmonis contineantur vel glutinosa vel admodum crassa, tũc solo est vtendũ oxymelite. Neq; memoria excidat dicta hęc fuisse de ijs, qui solo potu sine sorbitione vtuntur. Si igitur, vt dixi, solo vtendũ sit oxymelite, paulũ aceti mullæ infundere conuenit, vt aceti vsu commodoq; fruatur: & fugiat, quod ab eo est, detrimentum. Sed acetum mullæ commissum excoquere oportet, nempe hoc pacto ad nocendum imbecillius redditur.

38 Vt autem in summa dicatur, quæ ab aceto est acedo, picrocholis magis, quàm melancholicis, prodest. Amara siquidem dissoluntur desciscuntq; in pituitam, cum ab aceto in sublime attolluntur. Nigra autem fermentantur, attolluntur, & multiplicantur: nempe nigra educit acetum.

Picrocholas naturas appellat Hippocrates, quæ amarum sibi contraxerunt succũ, cuius generis est bilis flaua: his idoneum esse ait acetum, quod melancholicis aduersissimum existit. Nam & bilẽ nigram acidam esse contingit, cum. s. præter naturam habet corpore † & sincera & impermixta fuerit. Nempe, cum recte valet, plurimum quidem prædictæ habet qualitatis, non tamen exquisitam ipsam. Reliqua dictionis manifesta sunt. Docet siquidem in ea, quoniam pacto acetum picrocholis, qui in temperamento calido cæteros vincunt, adiuuamento sit, vt ipse quod frigidum sit.

39 Mulieribus autem longe magis, quàm viris, aduersatur acetum: nam vterum dolore afficit.

Quod acetum suapte natura neruos offendat, testatur experimentum, & ratio demonstrat. Nempe exangues sunt, & ideo frigidi, facileq; ab ijs, quæ refrigerant simul & tenues habent partes, afficiuntur medicamentis. Læduntur præterea & a reliquis refrigerantibus omnibus: sed, substantia aceti quod tenuium est partium, in eorum mergitur profundum: atq; in omnes ita penetrat partes, vt ne minimum quidem ex eis illasum maneat. Sic igitur acetum neruofas offendit partes. Vterum autem anatomici ferẽ omnes neruosum esse dicunt. Verum & absq; eorum annotatione, quam ex anatomica inspectione fecerunt, poteris & tu de eo ratiocinatione colligere. Nempe

ANempe ad maximam laxatur molem, & ad minimam contrahitur: quantus etenim foetus fuerit, tantum ipsum perpetuo circulariter ambitum pleurq; spatium omne ab eo, etiã si foetus paruus fuerit vel magnus, veluti venter a cibis. Sed ventris non magna est ad cõtraria permutatio, vteri autem maximæ: plurimum autem dilatari neruosorum proprium est corporum, & non carnosorum.

DE AQUA

40 Aque, que in acutis bibitur morbis, nullum sanẽ aliud habeo, quod illi concedam officium. Neq; enim in pẽ v pneumonicis iustem sedat, neq; sputũ educit: immo ceteris minus, si quis aque portione profusus vtatur. Verum, si inter oxymeli & mullam paulum aque instilletur, ob qualitatis portionum transmutationem sputum educit: nempe intus inundationem quandam parit. Aliàs neq; sitim sedat, sed amarescit: nempe ei, qui suapte natura biliosus existit, ea est biliosa. Hypochondrio præterea est mala, atq; etiam pessima biliosissimaq; & vires maxime labefactat, vbi in vacuitatem venerit. Adde, quod lienem auget recurq; vbi inflammata sunt, fluctuatq; & innatat: tarde siquidem meat, quod subfrigida & incoctibus sit, neq; aluum deijcit, neq; vrinas mouet. Atq; ex eo quoq; noxia est, quod stercoreis suapte natura expers sit. Quam si pedibus frigentibus aliquando quis biberit, ea his omnibus multo magis nocebit, ad quoduis eorum venerit.

* Al. pleuriticis
* Al. & pũpũ
* Al. & pũpũ
* Al. & pũpũ

B Neq; incidendi vim aliquam habet aqua, vt acetum: neque calida est, vt mel: quod sanẽ non calfacit modo, verum quoq; & detergit, secatq;. Tarde igitur iure optimo meat aqua, difficulter concoquitur, atq; ægre descendit, quamquam alioqui & optima sit, & culpa omni vacet. Nam, quæ vel limosa, vel male olens, vel salia, vel alterius cuiuspiam medicamentosa qualitatis particeps existit, ea non simpliciter est aqua, sed cum tali quadam permissione medicamenti: vt si mel vitiosum, vel prif sanam, vel acetum, vel vinum, vel quippiam tale delighaueris: non enim ex illo genus totum culpabilis, sed id solum, ad quod conuertis mentem. Cum igitur super singulis, de quibus enunciat Hippocrates, sermo de optimis sit, ita & nunc intellige, singula, quæ dicuntur, ad optimã referens aquã. Ea autem purissima est, & omni aliena qualitate destituta. Hæc igitur quanq; optima sit, multo tamen tempore in ventriculo manet, fluctuationesq; plurimum parit. Quo fit, vt, cum biliosus ventriculus fuerit, corrumpatur & illa. Præterea, & cum ex ventriculo ad ieiunum intestinum ægre perueniat, non facile distribuitur neq; in hepar, & minus in renes, thoracem, & pulmonem. Quo fit, vt neq; vrinas mouere nata sit, neq; sputum educere. Immo neq; per totum corpus molitur transpirationes: id nanq; substantiæ, quæ tenuium sit partium, opus est, calidæq; non frigida: & crassarum partium. Neque præterea sitim sedat, quod in amplis tum ventris tum intestinorum animalis instrumentis plurimum maneat tempore: neque profusus imas ipsorum penetrat partes, neque ariditatem humectet. Quod autem non alat, antea est dictum: quo fit, vt neq; facultatem vitalem roborare possit. Atque ea est causa, propter quam Hippocrates ad mullam, oxymeli, & vinum se contulit, in agris ab aqua abstinens. Iam igitur ob eas causas nunquam ea quis vtatur: vtuntur tamen & alij quidam medici, atque etiam Hippocrates: sed hic minus, cæteri magis. Nempe, quod cæteris perperam vocantur, circumuenti, ad aquam ipsam recurrunt, quæ non insigniter, quod præter animi sententiam succedat, habet, quando ne virtutem quidem. Sic enim Erasistratus dicebat, Fortes tum ciborum tum potuum facultates tempestiue quidem assumptæ maximum iuuamentum: intempestiue verò maximam offensam afferunt. Quem autem vitiosum esse dico, tum oxymelitis, tum mullæ, tum vini vsu, is quidem oritur & ob repentinas mutationes, vt ipse ostendit, & magna ex parte ob synceram, quæ a medicis fit, permissionem. Cum igitur seni cuidam agrotanti quotidie vinum aquosum exhiberem, quidam ex huiusmodi medicis præfens, me vni minimum aquæ ipsi instillantem contemplatus risit, agrum que vinum non bibere, sed duntaxat videre dixit, non sanẽ intelligens misionis vini, quod gratia voluptatis datur, ad aquam aliam esse symmetriam, & aliam esse eius, quod ad opem ferendam ministratur. Nam vini omnino minimum veluti excitationem quandam, quæ ad distributionem aquam trahat, permiscemus, quo duntaxat aquæ tollamus synceritatem, non autem aquam vinum faciamus. Sunt autem plerique ex sanis, qui vinum aqua dilutum bibant, sed in his aquam gustatu ipso euincere non oportet, sed viam: in agrotantibus verò adhuc magis, ita vt pauca sit vini representatio. Sic & de oxymelite paulo ante dicebat, aquosum laudans: quod item tutius quispiam ea vteretur, quæ aquosa est, mulla. Nam sincera pura que, nisi ventrem subducere anticiouerit, magis nocebit, & potissimum in amaræ bilis hominibus, & illis, quibus præter naturam tumefacta sunt viscera: in quibus & aqua detrimentum affert, cum plus iusto in hypochondrijs morata bilefcit. Nempe & præter hæc omnia, quæ habet mala, stercoreis adhuc expers existens, nullo pacto aluum subducit. Aquam autem in principijs accessionum potam lædere, (quod manifestauit, cum dixit / quam si pedibus frigentibus quis aliquando biberit, ea his omnibus multo magis nocebit / eorum est, quæ omnibus & nota & certa & confessa sunt. Quando igitur bibi idonea est aqua? Cum scilicet potu solo æger vsus fuerit, non dum accepto pissanae cremore: tunc enim in portionum aliarum medio aquam tempestiue quis ingesserit, & præsertim cum siticulosus æger fuerit: nempe eam πλεμμυρίδα quandam, id est humidã cuiuspiam copiam facere ait. Quo fit, vt inter mullam oxymeliq; parum aquæ exhibeat, quod ijs, quæ expui debent, conferat ad humectationem. Immo,

Septima Classis. rrrrrr iij & cum

quoque & ad illud, quod actiones interiacet, spatium: ut primam inter perfusionem, secundamque, parum sit interualli. Quod si quis proprie nominauerit, non ταχέως, id est celeres, sed πυνυός, id est frequentes, dixerit. Quamquam apud veteres usus horum nominum πυνυός & ταχέως, confundatur: nam aliquando πυνυός, id est frequentes actiones, ταχέως, id est celeres vocant.

51 Et spongijs pro strigili utantur.

Neque strigilibus in aegris ipsis, neque spongia, medici huiusce temporis utuntur, sed a balneo eos linteo contegunt: alij vestibus & potissimum puris, ut plurimum sudant, obvoluunt. Sed non semper aegrum ipsum a balneo copiose sudare conuenit. Nempe saepius laborantem ad balneum non vacandi corporis gratia ducimus: sed prorsus contrariam ob rationem, ut scilicet humectetur madescatque, quod immoderatus exaruit. In talibus igitur neque intus in balneo sunt expectandi sudores multi: sed quam citissime labri aquam ingredi, & postea egressos resiccare expedit.

52 Et non valde siccum perungant corpus.

Oratio haec succedit quidem huic, Et spongijs pro strigili utantur. Sed, quae sermonis proprietate contenta fuerit, is de vinctio in balneo vsu intelliget, ne eorum, quae de necessitate dicenda sunt, quippe praetermissum esse videatur. Nam, ubi post balneum spongia aqua deterit Hippocrates, obsecrat quidem est, si corpus vixerit: bene tamen aegri corpus, cum humidum existit, non perungendum esse constat, nisi quisquam dixerit, quod Hippocrates hoc ipsum oleum, quod cum aqua est, resiccat. Est igitur vtile, ut de vinctio in balneo vsu discutatur: sed necessaria magis est super vinctio tempore discussio, si oleum perfundere conueniat, vel ubi, qui lauratur, sudauerit: vel cum siccus adhuc est, confestim, ubi sefe exuerit, & prius, quam sudauerit: vel horum neutrum fuerit, sed ubi humescere coeperit. Sanè, quicumque eorum meminit, quae de olei facultate in simplicium medicamentorum tractatione dicuntur, is exacte nouit optimum esse olei vsus in ijs, qui lauantur, ipsi, quod tertio dicitur loco nouitque, quo nam pacto cal factum corpori exhibere conueniat. Nempe id corpus mollius reddidit laxiusque: cum frigidum suo contactu non solum horum neutrum efficere natum sit, sed & eos, qui lauantur, frigentes reddat.

53 Caput uero spongia, quoad maxime fieri poterit, resiccare oportet.

Quod in balneo caput curiose resicandum sit, ut ne minimum quidem supersit humiditatis, ne quae est ambiguum: nam, quicquid relinquitur, refrigerare consuevit. Non tamen, a spongia ut fiat, effici potest, nisi statim ab initio post misturam vsu. Capitis tamen aquam linteo resiccare est melius.

54 Neque caput ipsum modo, uerum & extrema, & quae alia pars corporis, a frigoris iniuria, phibere conuenit.

Dixisse id per se seorsumque parum esse mihi uidetur: quod enim pars nulla omnino nuda esse debeat, cum a balneo aquam eorum, qui lauantur, resiccant, constat liquido omnibus: nam, quae ita de nudantur partes, cito eas refrigerari nemo ignorat.

55 Lauari quoque is non debet, qui nuper vel sorpsit vel bibit.

Non in aegris modo, verum quoque & in sanis, nullus confestim a cibi vel potus sumptione lauari debet. Nam qui biberunt, his caput repletur: qui uero cibum sumperunt, his non caput modo, uerum & corpus totum, alimoniam ad se prius, quam concocta fuerit, trahent.

56 Neque confestim a balneo sorbendum, neque bibendum.

Sedata, quae ex balneo est, turbatione, tum esse tum bibere melius est: ueluti & composita ea, quae ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus uel potum sumere, caput replet, deuoratumque interdum superfluitare facit.

57 Magni autem admodum pendere oportet, si aeger, cum recte ualuit, balneum ualde affectauit, & lauari fuerit affuetus. Nempe talis magis appetunt, iuuanturque, cum loti fuerint, adeo, ut ledantur, si non fuerint loti.

Demonstrata sunt haec per totum ferè horum commentariorum secundum, ubi dictiones exposuimus, in quibus parte prima consuetudinum vires enarrauit.

58 Peripneumonia autem magis, quam ardenti febre, confert. Nam lateris pectorisque, & dorso mulcet dolore, sputum maturat educitque, & spiritum facilem reddit, lassitudines tollit, mollit articulos & cutem per summa apparentem, urinas ciet, caput soluit grauitatem, & naves humectat. Et si ergo insunt balneo bona, quibus omnibus est opus. Ceterum, si in apparatu re uel pluribus defectum sit, metus est, ne non prosit balneum: unum siquidem horum, quoduis fuerit, si a ministris non, ut oportet, praeparetur, ualde ledit.

Quare peripneumonia magis, quam febres ardentes, iuuat balneum, ostendit Hippocrates, cum inquit, Nam lateris pectorisque & dorso mulcet dolorem, sputum maturat educitque, & spiritum facilem reddit. Ob haec etenim omnia peripneumonias maximo est praesidium. Sanantur siquidem, qui contenta in pulmonibus sputa expuunt. Pleuritici quoque ob doloris mitigationem

Anem ualde iuuantur. Quapropter duorum alterum: nempe uel ita scribendum, Peripneumoniae autem & pleuritidis magis, quam ardenti febre, confert: uel in peripneumonia pleuritidem subaudire oportet. Nam pleuritis dolorem in latere habet: Peripneumonia non habet. Ceterum, cum peripneumonia magis, quam ardentibus febribus, conferre balneum inquit, docet quoque & astuantibus quibusdam auxilio esse: uerum oratio haec distinctionem ex postulat, quam non dum efficere possumus, quia tempus, quo lauari aegrotantes uelit, non definiuit. Ubi autem sequenti dictione enarrat Hippocrate, quos nam haudquaquam lauare uelit, intellexerimus, ad balnei tempus ita perueniemus.

59

Qui in morbis aluum plus iusto humidiores habent, non sunt lauandi: neque ij, quibus magis, quam decet, detineur, & soluta non sit: neque summe imbecillitatis, nec cibum fastidientes, nec uomitabundi, nec biliosa ructantes: nec quibus sanguis e naribus profluit, nisi minus, quam decet, fluxerit, quod autem nec decet, non te laet. Si uero minus, quam decet, fluat, laubis, & si uniuersum corpus in ceteris, est caepit duntaxat iuuerit. Si igitur apparatus hi conuenientes fuerint, aegerque, scilicet balneum suscepturus sit, quotidie lauare oportet.

Alib. 4. f. 2. t. 1 c. 73. fo. 445. B

Quibus complura per ventrem subducuntur, ijs balneum sistit, ea ad corpus uniuersum reuelens: atque hac occasione detrimentum affert. Quod autem, qui nullo modo detecerunt, eos antea uentrem scem euacuasse melius sit, nemo ignorat: sicuti, neque quod γερσορδύες, hoc est, τες ηγτα λελυμυδύες την δύαμιν, i. uiribus resolutos, balneum amplius euerit. At praeterea & ασωδεις, id est cibum fastidientes, & uomitabundos haudquaquam lauandos: nempe hos uiribus ita deficientibus est, ut succedat ea, quae stomachica appellatur syncope. Succedunt his, quibus os uentriculi hile redundat, quos nota indicauit in quibus, Nec biliosa ructantes. Pari modo neque eos lauare conuenit, quibus profluit abunde e naribus sanguis: nam, si minus fluxerit, lauare est consentaneum. Hi autem sunt, qui etiam largo egent balneo: ut sanguis, qui in capite est, uehementius moueatur, Consimiliter lauabimus, si sanguis nullo pacto erumpat, & erumpere debeat. Ex adiectione autem huius sermonis, Et si uniuersum corpus in ceteris, & si caput duntaxat iuuerit, clarius adhuc significauit, quo nam pacto saepius in domo calfacta aegrum absque labro collocent, & caput duntaxat citra reliquas corporis partes calida perfundant aqua.

60 Lauandi autem cupidos si quotidie bis laueris, nihil nocebis.

Qui uictori Romano principi librum de uictus ratione Hippocratis tradidit medicus, is dicitio nem hanc & alias quasdam decurratas scripsit: sicuti & illam, in qua dicit, Non protelentur primi sorbendi dies: Praeterea & Qui bis die cibum sumere sunt affucti, ijs bis dare oportet. Verum uirtusque harum dictionum dimidiam partem subtraxit, sed praesens quidem nihil: tempus uero non adiecit, ubi φιλολουτηντας, id est lauandi cupidos, eos intelligit, qui cum sani sunt, lauari gaudent, atque ob id saepius lauantur. Nempe hi, cum lauantur, eum accipiunt, qui ex consuetudine est, scopum. In sequentibus autem ab Hippocrate tempus, quo aegros lauari uelit, audiemus.

61 Tuius autem longe balneo uti possunt, qui tota utuntur pissana, quam qui solo utuntur cremore: quam & ijs interdum uti possunt: minimum autem, qui potu solo utuntur.

Tempus, quo lauandum sit, hoc in loco patefecit. Hippocrates: quod si ab initio pronunciaffet, multa sanè, quae loco medio dicta sunt, non obscura essent. Pissanam sanè totam porrigit ijs, qui mitius habent: solum uero cremorem ijs, qui deterius degunt: uerum ijs, qui periculolius acutiusque laborant, potus solos. Quod autem toto in hoc commentario de thoracis pulmonis que affectibus egerit, plurima quidem exempli uice in his morborum partibus & praesertim pleuritidis uniuersa dicitur praecipiens, saepius est demonstratum. Est expositum quoque, quo nam pacto coctis morbis ptiifana uti uelit. Eo igitur tempore etiam balneum sine periculo conciliatur, utpote quod ad sputorum, quae in thorace & pulmone continentur, expurgationem maxime conferat. Qui igitur ita habent, & quae ex consuetudine est, accesserit indicatio, his lauationem duplicare nihil prohibet. At praeterea balneum ημισα id est minimum, iuuare eos, qui solo utuntur potu: ubi ημισα ελαχισον id est minimum significat, & non, ut quidam aiunt, εδ αμως, id est nullo pacto. Nam inferens, inquit.

62 Sunt autem & ex ijs, qui uti possunt. Ex ijs autem, quae ante scripta sunt, quos nam in singulis uiuendi modis iuuaturum sit balneum, & quos non, conuicere oportet. Nam, quibus aliquid eorum, quae balneum & bonum reddere & iuuare possunt, deest, hos lauare non expedit: quibus uero nihil deest, signumque adest ipsi, in quo lauare conueniat, lauare oportet.

Non adiecit autem, quando ij balneo uti possint, sed nos, qui sententiam ipsius sequimur, dicemus. Potum solum ijs exhibet Hippocrates, quos acuti infestant morbi, ubi vires ad morbum utique vigorem, qui interdum eum ipsa coctione existit, ueluti in morbis thoracis, pulmonis que suffecturas sperauerit. Coctis siquidem, qui affectum progignunt, humoribus, confestim excreantur.

† Potius anxietate, uel a laborantes. Et ceterum cor-poris dixit Cel-sus li. 3. c. 9. Et si, qui anxietate torquentur, cibos etiam auersentur, res tamen auersa est uita que, cum non est qui cibum frigidum, simul etiam anxietate tenentur.

† Ex antiquis codi. graecis & ex tralatide ueteri haec addenda inmoderata: tunc enim ipsi profluet sanguis.

† Vide text. 4. li. 2. ubi ad uerbu interps traduxerat. primis diebus quauis prohibitione, nequaquam eos priuemus, quibus &c. † Text. 20. libri primi.

† Haec uerba in cod. antiqs & tralatione ueteri, coniungitur cum superioribus uerbis Hippocratis. ita ut uerum duntaxat sit comment. † Non sunt in aliquibus ueteribus cod. nec in tralatione ueteri.

A. li. 3. f. 3. d. 2. c. 5. fol. 61. c

A. ibidem c

bunt. Quod si, qualia oportet, solum expuere coeperint, in neutro adhuc modorum neque in affe- E
 ctu, neque in symptomatis, morbus augebitur. Nam sapius affectio ipsa, qua laborant, mitior qui-
 dem existit, sed symptomata augentur, ut in phlegmone obfessis particulis quo ipse inquit modo,
 || Cum pus conficitur, tunc dolores & febres fiunt magis, quam cum factum fuerit. Sapius autem
 mutuis exultant incrementis & decrementis que symptomatum magnitudines, & ea, quae affectionis
 est: fit que id in ijs phlegmonis, in quibus pus effluit, quod iam est confectum, ut in vulneribus qui
 busdam fieri consuevit, & in peripneumonijs pleuritidibus que. Possunt ergo in his morbis & ijs,
 quibus potus solus vsui est, non inutiliter lauari: nempe dolorem ipsorum balneum mitigare ait, &
 sputa maturare. Sed sanè vacuato prius corpore id faciendum. Sciueris que in vniuersum de bal-
 neorum viribus, quod, si non antea vacuato corpore exhibeatur, membris affectis fluxionem parit.
 Vacuato autem si exhibeatur, coctionem iuuat: nempe corpore toto ante vacuato adhibendum, adua-
 cuatoriam obtinet facultatem. Quo fit ut ex febre ardente laborantibus, ijs tantum opituletur, qui
 sine tumore vel phlegmone, vel erysipelas laborant, feruente in ipsis per totum corpus bile. Quod
 si coctionis signa habuerint, his multo magis conferet. Verum, si ardens febris ob falsam pituitam
 putrescentem oriatur, aduersissimum illis esse balneum scire oportet. Neque enim pituitosus hu-
 mor, ut biliosus, per cutim euacuatur, propterea quod tum crassus tum glutinosus sit, neque extin-
 guitur, longa egens concoctione.

DE IIS QUAE Pollicitus fuerat se postea dicturum.

Sec. 1. l. 1. 108. c. Non sum immemor verborum Hippocratis, quae in principio libri huius hoc refert pacto: || Quae
 autem medicum ante animaduertisse agro non referente oportet, plurima dimissa sunt. Haec siqui-
 dem, qui Hippocatem dogmaticum esse putant, locos affectos esse dixerunt, & affectiones ipsorum,
 & causas. Sed, qui Hippocratem empiricum esse existimant, anni tempora esse, regiones, aetates, &
 ambientis nos aeris conditiones, affirmauerunt. Haec equidem omnia, tum quae a dogmaticis tum
 quae ab empiricis dicuntur, vtilia esse non ignoro. Verum scopos multos hoc in libro recensens
 Hippocrates, ad quos quis respiciens victus formam inuenire possit, nullius eorum, quae dicta sunt,
 praeter quam consuetudinis, mentionem fecit: sed sanè non nulla, quae reminiscuntur exigunt, pre-
 posuit. Atque ob id sermonem sum remoratus, ut hac quae breuis sit, interpretatione eos, qui to-
 tum legerunt librum, habeam sermonis huius per intelligentiam affectores. Vnus sanè & praeci-
 piuus scopus, tanquam in exemplo pleuritidis, talis in dictione ab Hippocrate enarratur: || Siqui-
 dem sicior fuerit morbus, quam ut quispiam putauerit, non multum dare oportet, sed ante sorbi-
 tionem, vel nullam vel vinum, vtrum magis auxiliaturum putaueris, propinare conuenit. Post
 haec deinceps ait, At, si os madefcat, & quae a pulmone expuuntur, talia sint, qualia esse oportet, sorbi-
 tionis quantitatem, ut dicam summam, augere conuenit. Verum tum haec, tum quae serie conti-
 nuata dicuntur, non sunt a gnidijs sententis definita. Sed & post haec, morbi coctionem animadu-
 rendam esse ait Hippocrates, qui sanè scopus totius propemodum est Hippocrati speciei victus in
 statuenda, atque earum, quae in ea particulariter fiunt, permutationum. Sed & alias deinceps appo-
 nit definitiones, quae tales sunt: || Quibus enim cibus statim inclusus est, si quis non vacuato eo sorbi-
 tionem dederit, dolorem, si adest, adaugebit: & si non adest, protinus inducet. Et rursus deinceps:
 Praeterea, si lateris dolor affiduus est, calidis que fomentis non remittatur, sputum que non pro-
 cidit: sed extreme citra coctibilitatem glutinosum sit, nisi quis dolorem vel alui subductionem, vel se-
 cta vena pro vtriusvis significatione soluerit, pituitam autem ita affectis dederit, praecipitem aget
 in mortem. Post haec & rursus definiens, ait, || Si nuper pasto cuiuspiam, & alui oneribus haudqua-
 quam purgato, febris vel cum dolore vel sine dolore inceperit, a sorbitione tantisper est temperan-
 dum, donec cibum ad infernam intestini partem descendisse coniectum sit. Tum rursus, || Si nuper
 cibato cibus prior non descenderit, virtus que valida fuerit, & floruerit aetas, subluere oportet: H
 si vero virtus imbecillior fuerit, balano est vtendum, nisi alius sua sponte probe deiecerit. Adiecit
 ergo in hac dictione eum, qui a virtute est, scopum, veluti in sequentibus saepenumero, & id consi-
 derari praecipiens, quae nam causa & affectio sit, quae virtutem prosterant: vbi & hoc a medicis
 ignorari adiecit. Praeterea adiecit, || quod ijs, qui dolorem ad hypochondrium pertinentem habent,
 ea, quae per talia medicamenta fiat, auxilio sit purgatio: caeteris autem, quibus dolor vel grauitas ad
 brachium vel pectus extenditur, venae sectio. Haec igitur & reliqua huiusmodi, quae item de con-
 suetudine dicta sunt, a gnidijs medicis omnino sunt praetermissa, multo que magis naturae & cor-
 porum temperamenta, de quibus saepenumero in hoc libro egit, hos picrocholos appellans, & alios
 melancholicos. His scopis inhaerens ac insistentis de ea, quae tum in sanis, tum in aegris fit, victus ra-
 tione agit, quo nam pacto & emendare & corrigere oporteat, demonstrans. Praeterea & in eo, quem
 de vino, oximelite, & aqua facit, sermone scopos recensuit eosdem. Meminit quoque & coctionis
 morbi sapius, non paruum scopum vniuersae victus rationis, earum que, quae in ipsa fiunt, muta-
 tionum hunc faciens. Pari modo & de morbi vigore quippiam dixit: & ad hunc respiciens, non tan-
 quam ad abiectissimum in victus ratione scopum, alimoniam ministrat. Cuncta haec & reliqua ta-
 lia a gnidijs medicis praetermissa sunt, quae medicum ante animaduertisse non dicente agro oportet.
 Galeni

2. Aph. 47. Ext. ord. 18. h

* Exponit exet.

A. li. 4. f. 1. 1. c. 42. fo. 424. b

Sec. 1. t. 22. 112. c

* medicis.

Ibid. t. 32. 113. f

Ibid. t. 42. 114. e

Ibid. t. 45. 115. e

Sec. 2. t. 11. 117. c
 † In quibusdam
 cod. graecis ad
 dunt rous, de
 phlegmatias,
 i. pituitosus, et
 ita vetus in-
 terpres.
 ‡ de ea quae in
 sanis fit, muta-
 tione dietae, do-
 cuit, quo corri-
 genda sit: ex de
 ea quae in aegris.

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS
 DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS
 COMMENTARIVS QVARTVS

ARGVMENTVM

Liber à Quopiam ex Hippocratis discipulis, multis diuersisq; theorematis inordinateq;
 dispositis conflatus, quorum plurima ad acutos morbos videntur pertinere.



Vae in libro de victus ratione post eum, qui de balneis est, sermonem scri-
 pta sunt: iure optimo plerique medicorum Hippocratis non esse sunt suspi-
 cati: nam a superioribus, & vi interpretationis & theorematum integrita-
 te longo discedunt intervallo. Neque tamen abs re moti sunt, qui & Hippo-
 cratis esse existimauerunt. Nempe eorum, quae scripta sunt, sententia propo-
 situm ipsius mentem que vsque adeo redolet, ut discipulum Hippocratis ali-
 quem scripsisse suspicio sit: immo & ex his multa dictionem vna cum senten-
 tia absolutam inculpatam que habent, ut rursus, & ea ab Hippocrate scri-
 pta esse suspicandum sit, utpote qui librum componere, vbi singulariter morbi cuiusque acuti
 curationem doceret: ut in libro de victus ratione in morbis acutis promiserat, sese apparuerit. Praete-
 rea & alias in praesenti libro reperies dictiones, quae Hippocrate ita indignae sunt, ut legitimis sus-
 pitionibus que adscriptas esse suspicari te oporteat. Sicuti & in aphorismis ipsis quidam huiusmodi visi
 sunt, partibus libri vltimis adiecti. Qui enim interferunt, quia multis in memoria sunt primae li-
 brorum partes, vltimis adscribunt. Quod & in libro de capitis vulneribus factum esse videtur, &
 in secundo de morbis vulgaribus. Nec secus in eo, qui nunc nobis proponitur, libro reperimus,
 quae interferuntur, atque adhuc magis partibus vltimis. Cum igitur quatuor, ut quispiam dixerit,
 in eo reperiantur species, vna quidem quae & dictione & sententia Hippocrate digna sit, altera au-
 tem quae alterutro solum, vel dictione vel sententia, non nullae vero quae horum neutro: in singulis
 earum, quae ad expositionem nobis expromuntur, dictionibus id ipsum declarabimus.

¶ Causus, id est febris ardens, fit, cum venula tempore aestiuo exiccata aeres, & biliosos ichoras ad
 se traxerint.

Aestiuum anni tempus dixit calidum & siccum, siue vltimo vere fuerit, siue prima aestate siue me-
 dia vel extrema, siue primo autumno. Quod autem aeris nos ambientis temperamentum dispositio-
 nem corporis secum mutet, siccum quidem ad sicciorum, humidum vero ad humidiorum, in co-
 mentarijs Epidemiorum est demonstratum: Quod item & anni tempus mediocre & temperatum
 naturalem seruet temperaturam, caeteris, quae in vniuersa victus lege agunt homines, modo habentibus
 simili. Demonstratum praeterea & corpus, quod a naturali moderata que conditione sese aliena-
 uit, commutauitq; id, propter quod alienatum est & commutatum, ob illud peculiari egere auxilio,
 ut aresatum humectatione, humectatum exiccatione, calidum refrigeratione, & refrigeratum cal-
 factatione. Cum igitur ob aliquam rerum, quarum exempla dicit Hippocrates, circumstantiam venu-
 las aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, a vicinis partibus trahunt haec humida-
 tes. Si ergo, quae ad aresctas venas feruntur humiditates, ut substantia humidam naturam, ita &
 vim humectatoriā habuerint, pars naturalem commoderationem recipit. Verum, si humiditas
 D qualitate acris fuerit, & facultate siccatoria, corpus incenditur: ut si ex nobis quispiam siticulosus ef-
 fectus liberaliter biberit vel vinum, quod, quia aqua marina largior mista sit, tethalassomenon di-
 cunt, purum, vel aquam falsam. Scio equidem me aliquando ex aestiuo itinere siticulosum redditum bibisse
 se vini veteris paulo sincerioris calicem vnum, atque ex eo sitim magis auxisse, non placasse. Vtigi-
 tur nos, quanquam mente, quae appetitum moderetur, praediti, interdum quidem negligentius, inter-
 dum autem & incontinentius, atque etiam in proptu melius non sit, ad potum aliquem qui & salus & acris sit,
 peruenire cogimur: sic & venarum facultas attractoria perpetuo vicinis ex partibus humiditate attra-
 hit, substantiam ipsius, qualis nam sit, nullo pacto discernes. Ratione etenim caret, qua quippiam ex
 meliori scrutari possit: sed, ut pueri: brutaq; ad casu oblatum humidum, cum sitiunt, irruunt, hoc pa-
 cto & illa. Si ergo in vna quapiam corporis parte affectio ea fiat, in ea solum, qui erysipelas referat, af-
 fectus humiditates traxerint, in toto corpore fiet, quae causum referet, affectio. Causus vero proprie di-
 ctus non caliditatis, quae per totum sit corpus, praestat modo vehementia, verum quoque & sitim nam
 sitis in eo vehemens est, & incompehensibilis. Deest ergo praesenti dictioni singularis de causi gene-
 ratione sermo de partibus, quem nos nuper adiecinus. Nempe in vna corporis parte, quae illa
 sit: interdum causus gignitur, interdum & toto in corpore. Verum, cum in toto sit corpore, sitim
 omnino

A. li. 4. f. 1. 2. c. 41. fo. 424. c

omnino parit: cum vero in vna parte, non de necessitate, nisi pars ipsa sit pariat. Omnium autem E primum & maxime id facit os ventriculi, deinde ventriculus, atque ab eo stomachus, post pulmo, & subinde ieiunum intestinum. Vtrum igitur ita tantummodo fit causus, ut dixit, cum scilicet acres & biliosos ichoras ad se traxerint venulae: An ne & carne id patiente erit causus, siue in parte vna, siue toto in corpore, pati eam contigerit? Ostendimus etenim eam vim habere eorum, quorum indiga est, attractoriam. Præterea & fieri potest, ut modo altero similis affectio fiat. Modum alterum dico, cum ex validioribus partibus ad imbecilliores aliquam mittantur excrementa: nempe, quod particulis singulis ut attractoria, sic & expulsores insit facultas, est declaratum. Fieri ergo potest, ut interdum quidem ex parte vna, interdum vero & ex pluribus, acres & biliosi ichores exacte ad dictas fundantur particulas, quæ scilicet imbecilliores sunt. Quod Hippocrates ichoras, tenues humiditates appellet, liquido constat.

2 Febris quoque multa habet, corpusque veluti ab offensa lassitudine habitum laborat, doletque.

Febris ergo multa habet, propter naturam ichorum, quos & acres & biliosos ait. Nempe his se perueniunt febres vehementissima, id est que multam & acerrimam habent caliditatem: sicuti que & minorem & minus acrem habent, & pituitosos sequuntur succos. Laborat autem corpus totum F lassitudine vlcerosa propter ichorum acrimoniam. Sed de lassitudine omnium differentiis absolute in libris de iuenda valetudine est tractatum.

3 Fit autem magna ex parte longum ob iter, longamque sitim, cum venula arefacta, & acres calidasque sunt xiones ad se traxerint.

† Aliqui cod. antiqui habent acres calidos que ichoras.

Tum in principio dictum est, tum rursus hoc in loco adiecit verbum hoc, arefacta, procatarticas appellatas causas, veluti exemplo, manifestans primitiuas nunc dicunt. Siquidem calida omnes & sicce causos progignere possunt. Scio equidem non nullos ob liberalem vini, quod tethalafomenon vocat, potionem causo fuisse correptos: Veluti & alios ob salamentorum salfarumque carniū atque aliorum quorundam salforum vim immoderatum. Alius ex Ambulatione & estu veniens, primum quidem lauit se, deinde domum perductus, & vini misti plus bibit, coepitque protinus affici causo. Alius autem ob iram, & alius ob vigilias causum incurrerunt.

† πικρὸν οὖνον καὶ τὴν κρασίον ἐξηγῶτος τὸ πλεον.

Fit quoque & lingua aspera, sicca, & valde nigra: ventrisque, morsu dolet, deiectionesque & liquida & pallida sunt: urgetque sitis vehemens & vigilia, atque interdum mentis aberratio.

A. li. 4. f. 1. 1. c. 41. fo. 414.

Percurrat hoc in loco, quæ causum subsequuntur, quæ & συνεδρείοντα id est confidētia vocant. Sunt autem hæc, lingua sicca aspera & nigra, ventris morsus, deiectiones pallidæ, vehemens sitis, & vigilia, interdum quoque & desipientia. Lingua sanè arefcit, quod tota corporis affectio sicca sit & calida, febrisque ipsa talis. Ventris vero morsus propter ichorum qui illuc conflunt, acrimoniam oritur. Deiectiones autem pro succi redundantia. Liquidas que eas (græce ἐξόρπας) dixit, nullo pacto concoctas exprimens: coctio enim omnia cogit incrassat que. Qui autem ita habent, vigilat ob siccitatem. Nempe humiditatem immoderatum ad somnum delationes (græce cataphoras) multam vero siccitatem vigilias procreare est demonstratum. Accedit quoque & ab alijs symptomatis fatigatio, & quæ ob vigilias efficitur. Desipientiam autem fieri sciuimus ob eam, quæ ad caput recurrit, bilem, & ob temperaturæ caliditatem siccitatem que. Quod autem, vbi quispiam bilem simpliciter dixerit, amara significetur, antea est enunciatum: quod item bilem eandem & pallidam & flauam appellent. Vt ergo nihil eorum, quæ ad causum biliosum spectant, prætermisum videtur, nisi quod non solum fit per attractionem, sed & per effluuium ichorum, sic inordinate scripta quædam sunt. Nempe ex ijs, quæ dicta sunt, quædam sunt symptomata causum indicantia, quæ παθητικὰ dicunt, alia vero συνεδρείοντα, i. confident. Verum, quæ causos procreant, alia quidem προηγμένα, i. antegredientia: alia vero προαταράχοντα, id est præincipientia à medicis appellantur. Omnium autem, quæ dixi, præegredientium symptomatum, potes tibi, ut lubet, catalogum facere. Sed, qui librum hunc scripsit, à præegredientibus fecit exordium. Venulas etenim xiccari præegrediens causa est. Deinceps autem, cum præincipientia, ut ambulationem longam & sitim, dicere debuit, non ea dixit, sed ex ijs, quæ affectum indicant, qui piam dixit, ut febre vehementem. Debuit & hic sitim vehementem adijcere, quam postea simul cum alijs, quæ confidentia vocantur, symptomatis dixit: quorum quædam aliquando, alia perpetuo, causis insunt: quod & ipse ostendit inquiens, interdum autem & mentis aberratio. Nam, interdum, perpetuo opponitur. Ego autem dico & ventrem morderi & biliosa deicere non esse ex ijs, quæ perpetuo causis insunt. Nempe, quod vehemens morbus sit, motusque acrium ichorum ad interna sit, propterea hæc contingunt, ijs quidem, qui ventrem hepar que causi veluti sedem habent: verum ijs, qui pulmonem veluti sedem habent, hæc non admodum contingunt, sed quæ de lingua dicuntur, & desipientia magis. Difficulus etiam & hi spirant, ea scilicet, quæ densa & magna est, spirandi difficultate, efflant que continenter os aperientes, igne que spiritus effusione leuantur: verum totam spirandi difficultatem prætermisit, quam in prognostico dictam ostendimus. Cæterum inordinate

* In aliquibus antiquis hæc vox non habetur.

† σίαν, i. focū.

Adnate symptomata lingue recensuit. Nempe debuit primum siccam dixisse, deinde asperam: nam ob immoderatam siccitatem lingua aspera redditur: vt, si aspera sit, omnino & sicca existat. Quod autem ob caliditatem immoderatam nigrescat, vt ijs, quibus cutis Sole vsta sit, ita ante didicimus.

5 Huic, aque, mulsæque, coctæ & aquosæ, quantum voluerit, bibendum dabis.

Liber hic, etsi Hippocratis non sit, antiquus tamen est, quippe qui legitimo operi iam Erasistrati temporibus adiectus fuerit. Quapropter mirandum, quo nam pacto Erasistratus calices cereos in Apollonium & Dexippum retorsisse ausus sit. Nam, qui librum hunc scripsit, mentem Hippocratis Erasistrato melius intelligens, causo laborantibus, quantum placet, bibere concedit: demonstrauitque & in legitima voluminis huius parte ita sentire Hippocratem. Sed de Erasistrati malitia satis hæc sunt. Et iam scrutemur, quæ in oratione dicuntur. Præcipit liquidem neque æquam solam, neque mulsam solam, ijs propinandam, qui causo laborant. Scis etenim aquam, quod natura frigida sit, tarde penetrare, & quam plurimo tempore in hypochondrijs manentem corrupti in acutis morbis: mel autem facile bilefcere. Ob id mulsam aquosam dari iubet, vt aqua, nulla in superiore ventre facta mora, à misto melle ad distributionem trahatur. Ob eas causas & coctam ipsam exhibet: nempe, quàm cruda, sitim magis arceat, & flatu magis vacat: vrinasque magis, ciet, vt, quæ cruda est, deiectionem. Minus si quidem acris, quæ coctæ est, non solum, quod in coctura peragatur conficiaturque verum quod & spumosum ipsius omne tollatur. Nempe, quod acre & flatuosum exiit, in mellis est substantia: coctæ autem tum morsu caret, tum flatu vacat, distribuiturque melius, quàm per intestina descendat: quo fit, vt eam ob causam magis alat, quàm cruda. Cæterum, qui ita laborant, citra piffinae succum nulla nutriendi sunt. Sed, quod in acutissimis morbis solos exhibere potus oporteat, in libri huius non spuria parte est prædictum. Hæc omnia, quæ ad præsentis orationis expositionem pertinent, ijs, qui & ante legerunt, & meminerunt eas, quæ in illis factæ sunt, expositiones, ad hunc modum & dicta sunt & dicentur.

6 Quod si os amarum fuerit, vomere confert, & ventrem subluere.

Bilis amaritudo, amarum os reddit. Nempe communem vnam que efficiunt tunicam, & quæ ventri interna est, & omnis ea, quæ os subungit. Non ergo sine ratione sermonis huius scriptor bilem tum per vomitum tum per clysterem euacuat.

7 Ceterum, si ad hæc non soluat, lacte asina cocto purgabis.

Quod omnino quidem eam, quæ in ventre est, bilem, vacuare præcipiat, timeat autem purgantia medicamenta, quod & acria & calida profus existant, ob id ad lac asina diuertit, vtpote quod nullam, vt non aliud vllum, habeat acrimoniam, sed præ omnibus vnum humiditate exuperet, atque ob id solum ventrem subeat. Præcoquit autem ipsum ob flatum. Sed sanè solo vti sero poteris, per oxymeli ipsum, vbi lac ante coxeris, separans, vas anemum frigida plenum aqua continenter in lac demittens: nam, & hæc si probe fiat demissio, serum à caseo separat.

Al. argentum & ita etiā Dioscorides.

8 Salsum autem nihil neque acre exhibendum, non enim descendet.

Salsus succus qualis nam sit, ex sale apparet. De acris autem tum substantia tum facultate dictum est in quarto simplicium medicamentorum. Piper siquidem, sinapi, pyrethrum, & quæcunque sunt eiusmodi, viribus calida sunt, & acria gustibus apparent. Quo fit, vt tū acria tū salia, tanquàm causum augentia, vitare iubeat. Hæc autem acris magis siccant, quàm quæ illis non similiter, sed minus calfaciunt.

9 Sorbitionem vero, nisi indicationes transferit, non dabis.

Sermonem ita, vt robustam esse virtutem subaudiendum sit, intellige. Nempe hoc pacto Hippocrates doctrinam facit magna ex parte, quæ singulis in scopis præcipiuntur, scribens: atque ita deinceps semel dicens, comparare inter se, quæ demonstrata sunt, consideratis ipsorum viribus oportere. Quod vero sorbitio ante iudicationem danda non sit, si virtus sufficit, in prima huius libri, que legitima est, parte est demonstratum.

† Aliqui cod. habent, donec extra dies indicatorios sit, ne dato.

10 Et, si de naribus fluxerit sanguis soluitur ægrotudo, atque si sudores superuenerint indicatorij legitimi, cum vrinis albis crassisque & lauibis subsidentibus.

A. lib. 4. f. 1. 2. c. 40. fo. 424. c.

In acutis febribus quod ex sanguine feruet, ad caput fertur. Cum igitur rescissis ruptisque venis natura id ipsum vnà cum acruatis vaporibus effuderit, cæteris promptius dominatur & imperat. Pari modo, & cum per sudores ichoras feruentes expulerit, morbum sanat, si yti que morbo iam cocto superuenerint. Nam de re huiusmodi iam sepius in alijs explanatorijs commentarijs est dictum, atque in ijs, qui de iudicationibus sunt confecti. Vt igitur in prima libri huius parte, quam omnes legitimam fatentur, eum, qui à morbi coctione est, scopum ad victus rationem commodissimam accepit, sic & nunc ad prædictionem. Subiicit quidem coctionis nomen: sed constantissimam ipsius notam in vrinis scripsit. Quæ prima igitur vrina est, quæ albam & leuem habet subsidentiam,

Secundum t. 23. in. fol.

1. Prog. 1. 2. 6. 4. 2. 2. 5. 5.

Etiam, vt in prognostico, est demonstratum. Neque tamen ad spem salutis semper apparere expo- E stulabis, sed satis tibi saepe numero fuerit, si enaema naturalium colore tum substantia commo- dum videris. Etiam his ita habentibus in interpretatione exuberavit dictio: nam ob dictas vrinas constat & sudores iudicatorios esse, quia propter & frustra adiectum, Legitimi praeterea non proprie in ipsis dicitur: nam secundum morborum ideas talem inferre consueuerunt appellationem cum alij medicorum probatissimi, tum Hippocrates ipse.

11 Et si abscessus aliquis factus fuerit.

Rarissime per abscessum iudicatur causus, atq; adhuc magis, si citra partis corporis adiectionem recensionem quis fecerit. Nempe parotidibus, sed est abscessibus, qui post aures fiunt, causos al- quos scio iudicatos, sed non legitimos. Id autem paulo post condices post expositionem.

12 Verum, si absque his soluantur, reuertetur aegritudo, vel coxa vel cruris dolebit, expuetq; crassa, si sanus est futurus.

Vbi de sanguinis eruptione sudoreq; egit, si absq; his causus desierit, suspectam ait esse solutio- nem: nam paulo post reuertetur. Erit siquidem, ait, in recidua crurum dolor vel coxae, spuetq; cras- fa. Nempe, q; iudicandus, sanguinis eruptione, vel sudore, vel abscessuopus habeat, potest quis arbi- trari recte dictum esse, si dictis adiecerit, quae curationi intendens ipse scripsit, vomere, scilicet preci- piens, atq; aluum subducere, porumq; aquam & mullam aquosam coctam comministrans. Quare si cum his quidem & sanguinis eruptionem, & sudores, & abscessum, causum soluere quis dixerit, alias autem solui non posse, sermonem fortasse ement, hoc est iustum equumq; dicere videbitur. Lu- tum autem equumq; dico, quasi medicocriter vera loquentem, atque priore magis, non tamen in- culpatum prorsus. Neque enim verus est sermo. Nempe, quod in aphorismis dicitur, A causo ha- bito rigore superueniente solutio, verissimum existit. Rigorem autem hunc de necessitate sequi- tur interdum quidem sudor solus, interdum vero & biliosorum vomitus solus, atq; interdum deie- ctio sola: sed plerunq; ex dictis tribus duo fiunt, & rursum quandoq; tria. Nempe horum duorum de necessitate alterum in causo fit, si perfecte solui debeat, nam biliosi humores vel perfecte vacua- buntur, vel extinguentur. Praetermissa itaq; videbitur praecipua causerum sanatio, frigidiae scilicet potus, quo causos perpetuo curauimus, nullo ex his moriente, quibus frigidam propinauimus in tempore opportuno: cuius expositionem priore quidem libri huius parte paucis percurrimus, at in caeteris tum commentarijs tum operibus fultus. Sed forte quispiam me asserere putabit nullum ex G ijs, qui causo laborant, moriturum, qui aquam tempestiue biberit: quanquam id non asserui, sed q; omnibus, quibus propinaui, cum adeo multi extiterint, vt numeri non meminerim, successit auxi- lium & salus: quod idem non est, vt si diceret causo laborantes omnino, si frigidam biberint, seruā- dos. Nam, qui pernitiōse in salubriterq; habent, eos neq; per aliud quippiam, neq; per aquam, ser- uari est possibile: quibus neq; ministrare sum conatus. Quod autem in fine dictionis narratur, Ex- puetq; crassa, si sanus est futurus, in his tantum causis obseruare debes, qui passo pulmone oriuntur.

13 Causis genus aliud. Aluus soluta, sitis magna lingua aspera, sicca, salsa.

Veteres Graecos reperio nomen generis interdum in homonymis, i. æqui uocis, vsurpare: homo- nymis inquam, quae vnum quidem habent significatum, sed ex ipsius diuisione ad plures deducun- tur differentias. In quo saepius dicere consueuimus genericas rei huius differentias esse vel duas, vel tres, vel quatuor, vel quotquot esse possunt. Sed, cum & homonyma duplicia sint, aliqua quidem nullo pacto inter se communicantia, vt cum canem dicimus & terrestrem, & marinum: alia vero, quae cum synonymis, i. vniuocis, aliquatenus communia existant, cum ab vno factam appellationē habuerint, ad quam interdum referantur: considerandum, vt dictum est, duo esse causerum gene- H ra: quod exacte quidem cognoscetur, si substantia vtriusq; ratio, quae in appellatione est, ostensa fue- rit. Sed quoniam a mentis conceptu ratio iudicium accipit: perscutandum, si mentis conceptū cau- si ita consonum habemus, vt hominis, bouis, & equi. At, cum oratio commentario prolixior futura sit, tum ipsam tum caeteras ad breuem contrahere summam conabimur, hoc exortu modo. Febrem causum medicos reperio appellantes, cum vrens caliditas sitis que incompefcibilis hominem tor- quet. Quod si ita habet, causum eum, in quo corpus non vritur, sitis que leuis sit, causum quidē simpliciter, exquisitum autē legitimumq; non dicemus: pro dimidia autē parte cū talis sit, breuioris doctrinae gratia causum nothum appellare, haud perperam fuerit. Quo autē modo tertianis in febrī- bus appellatione huiusmodi vti consueuimus, ita duo causerū genera esse intelligemus, vt tertiana- rum genera duo esse quispiam dixerit, vnum exquisitum legitimumq; alterum verò nothum spur- rium que, cui videlicet ex legitimi quidem symptomatis non nulla insunt, aliqua verò non. Quod autem secundus causus, de quo in hac parte docere instituius, tanquam diminutus quidā sit, atq; non exacte absolutus, certior fiet, si mentem ad ea symptomata, quae a scriptore ipso in eo fieri di- cuntur, conuerteris. Nempe principio ait, Aluus soluta, sitis magna, lingua aspera, sicca, salsa, non eo adiectio, quod in priore adiecit. Nothus siquidem causus ex legitimi symptomatis alterum qui- dem

4. Aph. 18. Ext. ord. 33. g

*in sanabiliter.

† quo tandem re ferantur duo causerum genera considera dum.

A. li. 4. f. 1. 1. c. 40. fol. 424 d

A. li. 4. f. 1. 1. c. 35. fol. 422 h

Adem habet, alterum non. Deinceps autem linguam asperam esse inquiens & siccam, non adiecit ni- gram, quo modo in priore: sed pro hoc symptomate salam dixit. Nempe, vt, cum lingua amarulen- ta redditur, flauam redundare bilem ostendit: ita, cum salsa, salum saluginosumq; appellatum hu- morem, qui vnum existit ex pituita generibus: quae tria sunt, vt tibi innotuit, acidum scilicet, dulce, & salum. Quo modo igitur prior causus ex amara bile constans, pallidas geminam ob causam pa- rit excretionem, tum quod tenuis fuerit, tum quod febris vrens augeatur, praenata in eo, quae flaua est, bile: sic pituitosus humor neque facile excernitur, neque febrem auget, neque sitim ardentem ha- bet, neque in spiritum vertitur: atque ob id de eo dixit, aluus soluta, excernere ipsam solum osten- dens, quod ipsi non excernere aduersatur: subit siquidem his venter, non tamen secundum humo- ris cuiuspiam ideam, sed ijs, quae in alimentum ministrata sunt, corruptis. Non enim hi potu regun- tur, vt quam plurimi eorum, qui priore infestantur causo: nempe ij citam habent excretionem, ex tenui scilicet & feruenti humore constituti: seram verò hi ob frigidam glutinosam que & crassam pituita substantiam. Fieri ergo nequit, vt qui ita laborant, solo vtantur potu. Id siquidem didicimus in ijs morbis, qui in quinta vel septima die valida existente virtute coctionem sunt recepturi: ve- rum, si morbus ad nouam vel decimum quartum vel vigesimum sese prorogaturus sit, in eo cir- ca initia pituitae cremore vtimur.

14 Vrina interceptio.

Dici id ab ipso consuevit, vel cum non effatu digna, vel nullo pacto emittitur vrina: fit autem in instituto praesenti sermoni causo propter humoris crassitiam.

15 Vigilia.

Causo vtriq; hoc commune est, atque ob id in priore mentionem huius fecit: fit siquidem in illo magis, quod caput accendatur, inflammeturq; magis.

16 Et refrigerata extrema.

Symptoma hoc secundi est causi. Verum sermonem non simpliciter efferre conuenit, sed cum definitione aliqua: neq; n. perpetuo talis existit, at cum malignus fuerit. Nempe in biliosis vrenti- busq; febrilibus, caliditate ad extrema vsq; corporis extendit, et si non malignus causus fuerit: at in pituitosis fumosa est caliditatis substantia, cum sive in ventre, vel hepate vel pulmone salus humor C putruerit, ob quam quidem caliditas ignea redditur. Verum, si malignus euaserit morbus, refrige- rantur extrema ob virtutis imbecillitatem, plegmonesq; totum ad se sanguinem trahentis magnitu- dinem: nam absq; his nunquam lethalis efficitur morbus.

*Sunt quidam cod. qui no ha bent illam par ticulam, non.

17 Causus hic, nisi sanguis e naribus fluxerit, vel circa collum abscessus fiat, vel crurum dolor, & eger spua crassa expuat (haec autem adstricta a aluo fiunt) vel coxarum dolor, vel pudendi liuor superuenierit, no indicatur: testis quoque intensus iudicatorius existit.

Quod soluantur per abscessus magis, quam per excretionem, quae ex pituita putrescente oriuntur febres, saepius est demonstratum. At in praesenti causo non abscessus modo commemorauit, verum quoque & sanguinis profusionem adiecit, magis que in ijs causis, quorum sedes in pulmone exi- stit. Nempe in huiusmodi affectionibus caput incalescens, sanguine repletur: effundit que, quod ex eo redundat, tum ruptis, tum ad apertis venis. Ob eandem causam circa ceruicem abscessus fiunt, & parotides, ijs, qui ita afficiuntur. Verum, quibus affectionis constitutio in partibus, quae secundum ietunum vel hepar sunt, existit deorsum magis fiunt abscessus: qua efficitur ratione, vt coxae do- leant, pudendum liueat, testiculus que ijs tendatur, qui ita afficiuntur. Fit autem testis intentio in- D terdum ab ea, quae in eo sit inflammatione: interdum quoque, quia a quopiam eorum, quae supe- rius inflammantur, attrahitur. † Quosdam autem eorum, qui in pulmone afficiuntur, crassa ex- puere coctio iam morbo diximus. Ex eo igitur liquet doctrinam confusam esse & inordinatam & indefinitam: quod, tamen si eam, quae τὸν συνγραμμάτων i. librorum gratia fit, ὑποτύπωσι i. substi- gurationem deceat, libro tamen nullo pacto est peculiare propriumq;. Nam, cum ex multis mem- bris passis tales fiant febres, deinceps & ex ordine symptomatum catalogum scribere oportebat, & non inordinate indefiniteq;, sed eum peculiarem propriumq; & propositum morbum, efficere. Et sane in hunc dictum est modum, Aluus soluta, non q; causis symptoma hoc perpetuo in sit, sed vt in- terdum. Nam, qui in ventre dictam habent affectionem, ijs, corrupto cibo deiectiones liquidae exi- stunt. Qui verò in pulmone habent, ventre haudquaquam patiente, ijs deiectiones huiusmodi de necessitate non fiunt, cum interdum contrarium ita affectio contingat, vt dura scilicet sit aluus, diffi- culter que excernat. Praeterea & quibus in iecinore causi subest radix, & qui ob iecur causo labo- rant, ijs, quae excernuntur, interdum quidem liquida existunt, & interdum sicca, veluti quae στυ- ραδὸν appellantur, {quali caprarum stercorei similia excrementa dixeris} combustis scilicet a vi- sceris phlegmone scybalis. Cum igitur viscus huiusmodi solū phlegmone obsidebitur, id efficiet: verū, si cum phlegmone fuerit & imbecillitas, liquida deiciuntur, viscere scilicet alimentū ad se tra- here

† Quod ai qui- dam eorū cras- sa spua expu- ant, hoc dictū est ac intelligi debet ijs, qui affectū in pul- mone habent concoctione iā facta.

† Hec non ha bentur in anti quis codicib.

here nequeunte. Sed deiectiones humidi ab ijs, quæ ventre affecto fiunt, chylositate distinguuntur. E

18 Sorbitiones dato attractorias.

Quod sæpius dicere sum solitus, quod s. obscura lectio nihil doceat, id & nunc dicam. Nam, qui ex pituita vitio laborant: pro potu quidem oxymeli est vtilissimum, pro alimento vero pituita cremor. Ego tñ, quanquã hoc noscam, nec opus habeã, vt ab alio discam, diuinare non possum, quas nã dicat attractorias sorbitiones. Oxymeli siquidem & secatorium, & incisorium, & absterforium dici potest attractorium tamen nullo pacto, quia sanè, quod ab ipso attrahatur: demonstrare non possumus. Ad hunc modum neq; pituita cremorem attractorium esse asseremus. Sed forte quispiã dicet velle ipsum ventrem subducere attractorijs, i. quæ crassum trahunt succum, cuiusmodi est, quod pituitam trahit. At verò sorbitiones non dixisset. Nempe hoc munus medicamentorum est & non sorbitionum, sicuti neq; potuum. Innotuit ergo, quo nam pacto in obscuris dictionibus nihil certi compertiq; habeamus. Quapropter neque dictionem hanc defendere conabimur, quòd nihil in ea certum finitumq; reperitur. Cæterum non mihi constat, quo nam homines pacto: vt in alijs multis manifeste errent, sic & in eo, quod ijs, quæ obscure dicuntur, gaudeant: quanquam omnes vno ferme ore perspicuitatem orationis virtutem esse, obscuritatem verò vitium, proclamant. F

19 In acutis autem morbis sanguinem detrahes, si vehemens morbus videatur, vigeatq; egrotanti ætas, & virum adsit robur.

Sermo hic nimirum Hippocrate est dignus. Subitq; mihi in admirationem, quòd inter aphorismos cum non scripserit, cum in paucis verbis vis magna comperitur: quod aphorismis vsu euenire solet. De his ergo, qui sanguinis egent detractio, frequens apud medicos fuit sermo. Quorum quæ de ea detractio maxime probabilia videntur, duobus à me scriptis secure sunt enarrata libris. Quorum alter de sanguinis detractioe inscribitur: in quo, quæ commodat, omnia docentur. Alter scriptus est, vt dixi, medicis tum empiricis, tum dogmaticis. Verum amethodi, id est ab omni methò alieni, Thesalij, vt & cætera sine demonstratione simpliciter dicunt: sic & sanguinis detractioem καλας κνδν, id est relaxatorium, censent esse remedium: καλας κνδν verò non vno exponunt modo, vt per commentarios nostros, cum de methodica secta ageremus, ostendimus. Qui autem omnem de sanguinis missione historiam intelligere vulerit, legere tum nostros tum reliquorum medicorum libros potest. Nunc verò summam ipsam in paucos tandem relata scopos audi. Sanguinem etenim primum detrahes, si magnus tibi videatur morbus. Manifeste à perspecta quantitate tali vitur remedio propter vehementes affectus: neque refert, si vel vehementem vel magnum morbum dixeris. Secundus sanguinis detrahendi scopus est, si æger ætate vigeat: neque enim puer neque senex sanguinis sustinent detractioem, etiam si morbus, quo ipsi laborauerint, magnus fuerit. Tertium scopum non prætermisit libri huius conscripitor, qui facultatis vitalis robur existit: neque enim in ijs, qui ætate vident, cum ægrotant, perpetuo robur apparet. Quã ob causam quis forte duo hæc sola pro scopis detrahendi sanguinis satis esse autumabit, magnitudinem scilicet morbi, & virtutis robur. Neque enim senex, quòd annosus sit, per se, sed propter virtutis imbecillitatem non fert sanguinis detractioem. At certe pueri, quanquam vitali facultate valeant, tamen neque hi sanguinis sustinent missioneem: prompte enim eorum substantia tum propter humiditatem, tum propter temperamentum caliditatem, euaporatur. Detractio igitur sanguinis non egent, qui conuata habent à temperamento vacuationem. Ob eam causam scoporum sanguinis detrahendi numero non satisfacere videntur magnitudo morbi, & virtutis robur, melius que feceris, si & videntium ætatem adieceris. Quod porò in fronte dictionis dictum est, In acutis morbis sanguinem detrahes, vt consideretur, est dignum. Quo modo enim longorum morborum non meminit: Quoniam sanè de acutis nunc docet, atq; ob id solos eos memorauit: nempe H & ex longis multi sunt, qui sanguinis egent detractioe, cum & hi dictis tribus subiaceant scopis: Cæterum, cum oia hæc rectè dicta sint, quosdam tamen non rectè vsos fuisse est putandum. Quo è numero est Menodotus empiricus in sola plethorica appellata syndrome sanguinis missioneem obseruari asseuerans. Nos autem & ea non existente, venam secamus, cum dolor vehemens hominem statim prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulsus sit, vel alius quispiam articulus contractus reductusq; sit. Neque etiam plethorica facta syndrome sanguinem semper mittimus, sed & frictione, & balneis multis, & abstinencia, quæ tribus vel quatuor diebus fiat, ad id, quod naturale est, reuocamus. Verum de his abunde tum in libro de plenitudine, tum in libro de sanguinis detractioe, est pronuntiatum, præterea & in libro methodi curatiuæ. Ad præsens ergo hæc de sanguinis detractioe, veluti in commentario, dicta sufficiat. Verum, vt nihil delit, adijciam & eum, qui ab ambiente nos aere desumitur, scopum, cum fuerit abunde calidus & siccus, ita vt cito ab eo corpus euaporetur. Nempe tunc à sanguinis missione abstinemus, etiam si morbus magnus fuerit, vigeat que ætate homo. Id ergo auctor solum prætermisit, reliquis scriptis, atque etiam patientis ipsius corporis habitum. Verum procedente oratione & mentionem habitus fecit: qui & ætatis differentias in se comprehendere potest, vt ostendam.

Porro

20A Porro, si angina fuerit, & si aliud quodpiam ex pleuritidis malum, ecligmate repurgato. At, si imbecilliores appareant, vel plus sanguinis detraheris, clysmum tertio quoq; die ventri infundes, donec in tuto æger fuerit, & fame indigeat.

Συνάγχη, id est angina, partium, quæ in faucibus sitæ sunt, phlegmone est, quæ post sanguinis missioneem repurgari eclegmatibus potest, id est quæ in partibus phlegmone obsessis continentur, per spua euacuari possunt. Nempe corpus impurum excrementosumq; quod vacuatur, iure optimo expurgari quispiam pronunciauerit. Cæteris autem acutis morbis omissis, de pleuritide mentionem facit, quo modo & in prima libri parte fecit. Si verò imbecilliores, inquit, tibi esse videbuntur, vel propter sanguinis ablati copiam, vel ob aliam quamuis rationem, purgationis vice clysterem tertio quoq; infundes die. Nempe relaxato per sanguinis missioneem corpore, quod ex morbificis humoribus qualitate vitiosum superfluit, per clysteres id euacuari iubet. Quòd autem scopus illi sit non solum alimenti excrementa subducere, verum quoq; & passum locum expurgare, palam est. Quòd verò finem orationis facit, Et fame indigeat, ijs, qui in primo libro à nobis demonstrata meminerunt, etiam manifestum euadit.

21 Φλεγμαίνοντα hypochondria nõ spirituum interceptione, septi trãsuersi intesto, vel spirituum protensiones, quibus orthopnoea sicca pus nõ subit: sed à spirituum interceptione pathemata hæc superueniunt. Potissimum vero & iecinoris dolores, & lienis grauitates, atq; inflammationes aliæ, et superiores septo dolores, morborumq; collectiones, quas συστροφάς dicunt, solui non possunt, si quis prius medicari aggressus fuerit. Nam venæ seclio in his præferenda venit: deinde clysmis est opus: si vehemens & magnus fuerit morbus: si verò non, & postea medicamento opus sit, sanè id post sanguinis missioneem secure & mediocriter porrigendum.

Morborum, qui prius sanguinis egent missione, deinde ab ea purgari expostulant, catalogum facit. Primumq; inter omnes scribit, φλεγμαίνοντα hypochondria. Neq; vocem hanc, φλεγμαίνοντα, ex Hippocratis consuetudine audias, velim. Nempe flammantes morbi omnes & calidi voce hac significantur: cuiusmodi sunt erysipelata, herpes, & carbunculi, & quæ proprie phlegmonæ appellantur. Verum recentiores medici omnes speciei flagrantium corporum vni vetus commune nomen induit: vocantq; hoc pacto solum eum tumorem, qui renitens cum dolore & multa caliditate existit. Verum, cum & alij præter naturam existant tumores, vt scirrhus, & qui à recentioribus medicis œdema appellatur (sui siquidem & id aliquando commune nomen tumorum omnium præter naturam atq; ipsius inflationis) diximus quidem alibi, libro vno, de tumoribus præter naturam, verum impræsentia, vt cætera, ita & hoc summam dicatur. Scirrhus quidem renitens tumor est, et doloris expertus. Verum inflatio bifariam fit, nempe collecto in quibusdam cauitatibus vel sensui expositus, vel ratione contemplantibus, flatuoso spiritu. Fuerunt sanè, qui aliquando tumores præter naturam in musculis secuerunt, tanq; pus in imo reperitur, sed nihil aliud, præter quam spiritum, qui totam per carnem minutatim disseminatus esset, inuenerunt. Præterea & thrombi soli aliquando ab ijs, qui ita fecant, vel viscosa humiditas vel mucosa est reperta: verum in talibus tumor vel ex thrombo vel mucore erat, carne ad hunc affici modum apparente, spiritus autem in ea per minuta est disseminatus. Non igitur in præsentia dictione φλεγμαίνοντα hypochondria secundum alietum Hippocrati significatum dicta esse videntur. Nempe quam mentem habebit, quod ipsi adijcitur/non flatuum interceptione/cum flamma caliditas in hypochondrijs, siue cum flatu fuerit, siue non, eandem habeat indicationem? Neque etiam ita dicere est visus, vt coniunctim tum phlogosin, tum spirituum interceptionem, fieri dicatur, cum id falsum sit: nunquam enim spiritus interceptio flammam hypochondrio infert affectionem. Qui ergo hæc scripsit, φλεγμαίνοντα hypochondria, dicere est visus; quæ in tumorem sublata sunt. Post hæc autem mentionem de septi trãsuersi intestione fecit, deinde & protensione spiritus. Septi trãsuersi intestione manifesta est omnibus: sed spiritus protensos dicere visus est, veluti interruptos. De quibus in prima libri huius parte scriptum est, Spiritus offendens in ea, quæ extra sit, aeris delatione. Super quo in dictionis illius expositione est enarratum. Sicam autem orthopnoeam dixit eam spiritus difficultatem; quæ sine spuis vel educatione per tussim vsque adeo vehemens est, vt inclinari citra suffocationem, qui ita afficitur, non possit. Quam fieri non ignoras ab angustia earum pulmonis capacitarum, quæ spiritum deferunt, quæ id patiuntur iacentibus magis, minus autem stantibus, & profecto recte collocatis omnibus, quæ in thorace existunt partibus: quo fit, vt & orthopnoea appellatur. Sed, cum ea interdum fiat ob visceris phlegmonem, vt in peripneumonijs, interdum que & oppletis bronchijs, sanguinis missione ait egere eos, qui orthopnoea sunt affecti, eos inquam, quibus pus collectum non sit. Nempe, quibus pus collectum sit, eos puris vacuatione egere constat. Qui autem à spiritus interceptione (quod in angustiam actio pulmone fieri solet) hæc patiuntur, eos sanguinis missione iuuabis. Pari modo & iecinoris dolores splenis que, atque cæteras omnes inflammationes, sanguinis detractio iuuabit, atque vniuersas morborum collectiones, Græci συστροφάς dicunt. Quòd autem morborum συστροφάς dixerit eas, quæ ab in-

Septima Classis, tumescuntibus

Al. paruos

* περιουσία

* Aliqui cod. habet non, σωματιον, id est corporium, sed νοσηματα, i. morborum.

* κατακλιειν τσρασιταμοσ spiritus, q sunt i pulmone, que id, &c.

Interficientibus sunt partibus, par est audio siquidem & nunc multos in Asia nostra tumores praeter naturam omnes ita nuncupantes. In his siquidem prius, quam sanguis mittatur, purgationem interdici oportet, quanquam & hanc quoque mentem rationemque deinceps dicat in ea, quae sequitur, dictione.

22 Quicumque autem ea, quae inflammantur, statim morborum inter initia medicamento solvere conantur, non solum ab intensa inflammataque parte nihil adimunt, cum non cedat obsequaturque, quae adhuc cruda est affectio: verum quoque, & quae morbo resistentia & sana sunt, absumunt colligantque: ubi autem corpus imbecille sit, morbus pro aualet: ubi autem morbus corpori pro aualet, remedium non habet.

7. Aph. 22. Ex. ord. 10. b

† Manuscripti quidam co-dices habent, & περιεσθαι, ους περιεσθαι, λεγεται εν τω δε το χωριον, i. quod sane, ut dixi, ους περιεσθαι dicitur hoc in loco.

Hunc exposuimus aphorismum, cum illum exponeremus, Cocta medicari & mouere. Atque in eisdem, quibus & nunc, symptomatis recte ad sanguinis missionem propius deueniendum praecipit, ubi vitiosi aliqui humores in partem aliquam confluant, atque in ea accerentur, quod modo quodam ut dixi ους περιεσθαι, i. colligi, in ea parte dicitur. Quod autem in fine ante hanc scripte dictionis scribitur, quidam dignotioni inaccessum efficiunt, nomen φαρμακείας in casu accedendi pro genitio uo haud recte legentes ad hunc modum: ασφαλείας μὲν καὶ μετρίότητος δεσθαι φλεβοτομίαν μετὰ φαρμακίην, id est securitate & mediocritate indigere sanguinis missionem post medicamentum: quae dictione significari volunt ad sanguinis missionem a medicamento veniendum. Verum in tota dictione prius ad sanguinis missionem veniendum, deinde ad medicamentum, praecipitur: non autem e contrario, ut si scribunt, alluendum medicamentum, deinde ad sanguinis detractionem deueniendum. Caetera dictionis dilucida ijs sunt, qui exacte dicta eius animaduertunt.

23 Quod autem quis repente obtusescat, id venarum interceptiones occlusionesque faciunt, si sano absque occasione vel forti alia causa id contigerit.

Venarum ἀπολήψεις, i. interceptiones, appellat oppletiones, quae a copia exoriuntur. Cum igitur supra modum oppleta fuerint venae, grauari virtutem est necesse, atque in extinctionis agi periculum natiam caliditatem, quae ob copiam suffocationi quippiam simile patitur. Oriuntur siquidem epilepsia, & apoplexia, & syncopa cardiaca. Nempe vno communi aphoniam, i. vocis carentiam, symptomate, symptomata huiusmodi significauit. Adiecit autem orationi, Si sano absque occasione vel alia forti causa id contigerit, ubi πρόφασιν, id est occasionem, dicit causam manifestam, ut si quis in luctu vel pancratio ex brachiorum accommodatione ad periculum suffocationis circumductus fuerit. Causam vero aliam forte dicit, qualis vel timore vel maximo animi moerore percussis accidit. In aegris autem vocis priuatio huiusmodi fieri potest, interdum laesis duntaxat ijs, quae voci efformanda subseruiunt, instrumentis, vel etiam ijs, quae respiratori deputauit natura. Potest quoque contingere ob recentem quandam exolutionem & afflictionem virtutis. Vt autem ab huiusmodi aphoniam vocisque priuationibus eam distinguat, quae orationi appolita est, adiecit, Si sano contigerit.

24 Venam igitur brachij dextri internam secare oportet.

Velocissime & plurimum ex ijs, quae principes sunt, partibus, vena ea corpus vacuat: atque ob id in acutissimis morbis ad eam sese confert.

25 Sanguinemque auferre inspecta secundum habitum aetatemque, pluris minorisue ratione.

Superius, cum de scopis missionis sanguinis ageret, corporis habitum quidem omisit, sed hoc in loco virum non meminit. Verum habitus nomen pro virtutis nomine dictum esse opinantur non nulli, vna ex re duo dici perperam existimantes. Nempe habitum ad corporis constitutionem referentes dicimus, utpote cum quis vel mollis vel durus fuerit: robur vero virtutis functionum vehementie attribuimus. Ex quo fit, ut duo hi sint scopi, vacuandi quidem indicationem, quod communitates sint, habentes, sed inter se differentes, veluti & ab aetate. Verum aetatem ipsam ad corporis habitum referre est melius, & non virtutem. Nam pueris propter habitum molliem, succi perspirabili cute facile digeruntur: senibus vero non facile propter liccitatem & frigiditatem. Satisque esse tres hos detrahendi sanguinis scopos quispiam dicere potest, indicationem euacuandi accipientibus nobis & a morbi, qui curatur, magnitudine, & habitu, & virtute. Cuius nam autem ambiens nos aere esse debeat temperaturae, inspiciendum esse, est supra dictum.

† Αρ. κοινὴν δὲ εἶναι, i. eodem indicationem.

26 Quam plurimum aut horum accedunt haec, faciei rubores, oculorum constantia, manuum porrectiones, dentium stridores, pulsus, maxillarum contractio, refrigeratio extremorum, & spirituum in venis interceptiones.

* Αι. εἰς ἀφῆς, id est repente.

Inter haec, quae deinceps accedunt, faciei solius, qui ante scribuntur rubores, sanguinis copiam indicant. Succedit oculorum constantia, id est immobilitas, & manuum porrectiones: nempe & eas laedi ob neruorum principium contingit, sed aliter, quam sit oculorum constantia. Nempe ea veluti torporem quendam functionum in neruorum primordio indicat: manuum vero porrectiones, & dentium fremitus neque ob quietem neque ob principij immobilitatem, sed propter vitiatam motionem, exoriuntur. Quid autem pulsus indicent, non omnino constet. Nempe vter

A teres in motionibus dolorem in membris inflammatis excitantibus, hoc proferunt nomen: in palpiationibus quoque: & praeterea in vehementi arteriarum motione. Maxillarum vero contractio conuulsionis est symptoma, manuumque porrectiones, & fremitus dentium. Extremorum vero perfrictio in huiusmodi affectionibus caliditatem natiam ab humorum multitudine grauari ostendit. Quod autem in fine dictionis apponitur spirituum in venis interceptiones, id ut de pulsus carentia (ἀσφοδία) Graeci vocant) dicatur, probabile est: nam veteres, arterias, venas appellabant. Spirituum sane interceptiones, quasi inclinationes & quietes, ab auctore dici possunt. Sunt, qui sequentis dictionis alteram habentis sententiam principium constituent dictionem hanc: cui, quae deinceps scripta est, copulant.

* κατακλίσει

27 Cum dolores accesserint, bilis atrae fluxuumque acrium influxiones sunt: dolet morsu interna, morseque atque admodum arefacta vena intenduntur, inflammataque trahunt, quae influunt. Quapropter corruptio sanguinis, nequeuntibusque spiritibus naturales pertransire meatus, infrigidationes sunt obstationes, uertigines, aponia, capitis grauitas, & conuulsiones, si iam ad cor vel hepar vel in vena peruenierint. Hinc epilepsia, et paraplexia, si continentes locos fluxiones inuaserint, atque spiritibus exire nequeuntibus exaruerint.

B Eiusdem cum praedictis generis est sermo, qui nunc effertur: quem & non nulli illis copulant. Atque ob eam causam bifariam verbum hoc προσέρχεται, i. accesserint, scribi reperitur. Sunt enim, qui praesentem sermonem cum praedictis coniungant, scribentes προς syllabam cum σ elemento: alij vero non coniungunt, scribuntque προς line σ. Verum, quod in oratione dicitur huiusmodi est. Dolorum motio influxionem humiditatum ad eam, quae dolore vexatur, partem excitare confert. Cum igitur vitiosis succis corpus refertum fuerit, bilis atrae caeterorumque acrium humorum influxiones exoriuntur, ob quas dolet aeger magis, mordenturque interna, grauanturque morsu a praedictis humoribus, quae in affecto loco sunt vengidque ipsum rei alterius causa redditur contraria. Nempe repleta a fluxibus huiusmodi, quae afficitur particula, corrumpitur quidem in primis sanguis ipse, vasa vero opplentur, quod in eo cunctas spirituum vias arcet cohibetque. Nam aperte & id declarauit iniquens, Nequeuntibusque spiritibus naturales pertransire meatus, quod sane spirituum interceptiones paulo ante vocauit. Cum autem sanguis steterit, atque cum eo spiritus, infrigidationes fiunt, uertigines, aponia, capitis grauitates, & conuulsiones: quibus succedunt paraplexia, & epilepsia, cum in locos oppletas venas continentes defederint ipsi fluxus. Locos dixit corporis partes, quas auctor ante scripsit, cor, hepar, & venam, quae praedicta coniungit viscera: venam, inquam, postea a medicis cauam appellatam, quod venarum omnium, quae per corpus animalis disseminantur, latissima sit. Iure igitur sanguis in locis huiusmodi propter venarum repletionem spiritum penetrare non permittit, sed veluti in mortuo corpore, concrecit: quod & auctor ipse ostendit iniquens, Atque spiritibus exire nequeuntibus, exaruerint. At proprie magis dixisset, concreuerint: concreuerint siquidem, & quae siccantur, & quae refrigerantur: nunc autem non propter exiccationem concrecit sanguis, & qui in ipsum influunt vitiosi succi, nempe exeuntibus ipsis & flabellatis in corruptis & naturaliter fusus redditur sanguis: verum, cum manent, natiamque caliditatem respuunt extinguntque, concretio sanguinis tanquam in mortuo corpore fit. Cum ergo ita affectis sanguis detrahitur, is frigidus crassusque & vix effluens apparet, idque propter huiusmodi refrigerationem. Interdum autem & toto corpore conuulsiones fiunt: interdumque salubriter & conferunt. Nempe corpus totum quantientes, vniuersas calfaciunt partes adeo, ut multitudo partim per cutim digeratur, partim ad aliquam ex non praecipuis expellatur partem: ubi cum indissolubiler impacta fuerit, paraplexiam facit. Nam, quod eas, quae apoplexia vel epilepsia ad aliquam ex non praecipuis partem irruunt, paraplexis id est resolutiones, Hippocrates ita appellet, est demonstratum. Interdum quoque & facta absque conuulsione apoplexia non nullis affectus in partu resolutionem finiuit, qui paraplexia appellatur. Caetera dictionis sunt manifesta.

† Cum apoplexia frequenter sine conuulsione fiat: plane vel loco (apoplexia) legendum (epilepsia) vel particula, i. conuulsione, omnino mutanda quae est antiqua interpretatio legitur, sine spatio, iam vero epilepsiam interdum fieri absque conuulsione manifestum, aperie docuit. Auicenas † μετέωρα, i. sublimia. † ἀεὶ τὴν ἐν ἀνθρώποις, i. semper secum. † statim interna. † &c. in aliquibus aut manus scriptis, εἶπε τὴν ἐν ἀνθρώποις, postea se care statim, et c. † ita veteri tractatio. † dum sublimis sunt spiritus, nec euacuatio nisi cotumaces

28 Talibus sane prius adhibitis fomentis, uenam confestim ab initio secare oportet, cum non dum fixa sint omnia, quae contristant, tum spiritus, tum fluxiones: facilius etenim remedijs patent.

Qui ita habent, his ante adhibere fots oportet, quoniam coaluit in ipsis sanguis, difficulterque effluit. Sed, quoniam & in fots ipso frictio aliqua fiat, facere, quod scripsimus, est melius, scilicet secare. scilicet internam cubiti uenam: non enim semper ita conuulsus sanguis reperit, ut effluere non possit. Fricanda igitur in eoque multis ab hoibus cunctae corporis partes: & si mediocriter sanguis fluxerit, rursus fricanda, superque auferendus sanguis: si vero non fluxerit, fricanda quidem & fouenda, donec fluxerit. Vbi vero in paraplexiam delierit affectio, breui fricare expedit tempore & fouere: rursus fricare & fouere, donec citissime haec delierint, dum fixi adhuc non sunt spiritus, & euacuationi contumaces.

29 Postea reficere expedit, & habita indicationis ratione superiorem ventrem, si non leuetur, purgare: inferiori uero, si non delierit, clysmum incere. Coctum deinde asinae lac dabis: bibetque hominis duodecim non minus: & si uirtus tolerauerit, sedecim magis.

Ab ea, quae per sanguinis missionem fit, uacuatione refici hominem praecipit: ut, si nihil leuatus Septima Classis. videatur,

videatur, ad eam, quae per superiores partes, id est per vomitum fit, purgationem agatur. Verum pur- E gans medicamentum neque nominatum perstrinxit, neque ipsius fecit delectum: nempe, quod ad morbi ma- gnitudinem virtutisque robur respicientes vel album veratrum, vel ex alijs, quae vomitum cient, quic quam exhibeamus, nemo ambigit. Quae autem de aluo inferiore dicta sunt, clara existunt, exposito risque haud indiga. Neque admirationi sit lactis copia, cum tantis omnibus ita fuerit assuetum. Quod autem lacinae propter humiditatem exhibeat, supra est dictum: atque amplius, quod non coaguletur epotum, veluti quae crassa sunt. At cum eo mellis quippiam falisque miscere conuenit.

Impressi ha- bēt πασι τοις παλαιοις, i. antiquis omnibus manu- scripti habēt πασι τοις παλαιοις, id est aqua antiquos. Et ita vetus interpres.

* Al. περὶ μα- fluxionem.

30 Synanchus, id est angina, fit, cum hyeme vereque fluxio multa et viscosa a capite ad iugulares deflu- xerit venas, plurimumque, hoc propter latitudinem traxerint spiritum. Cum autem et frigida et glutino- sa fuerit, spiritus obstruit permeationes, sanguinemque coercens, quae sanguini vicina sunt, congelat, sangui- nemque ipsum immobilem reddit et stabilem, quippe cum frigida natura sit et obstructoria. Ob id suffocan- tur luente lingua, atque in rotundum acta, reflexaque, propter eas, quae lingua subduuntur, venas: nam prae- cisa vena, quam non nulli cionida, id est columellam, vocant, vena vring, crassa apparet. Cum igitur haec oppleta fuerint, linguae, quae ob scitatem et rara et spongiosa existit, immittuntur. Lingua autem vi ex ue- nis humidum accipiens, ex lata, rotunda: ex bene colorata, liuens: ex molli, dura: atque, ex facile flexili. Flectenti continuat max efficitur: ita ut cito suffocet, nisi quis cito auxilium ferat, sanguinemque brachijs de- trahens, et venas, quae sub lingua sunt, secans, et medicans quibusdam attractorij, et calida exhibens gargarismata, et caput abradens. Debet item ceratum tum collo tum capiti circumponere, lanisque circum- uolueret, mollibusque spongijs ex aqua calida expressis fouere. Bibat etiam aquam, et mulsum non frigi- dum. Cremoremque assumat, ubi ex iudicatione in tuto fuerit.

Legitur in manuscriptis codicibus τὴν τῆς τοιαύτης διδασκαλίας ἰδέαν, id est ta- lis doctrinae ideam seu for- mam. Et ita vetus interpres, male enim le- gitur in im- pressis διδασ- καλίαν.

Al. pharyn- gis, i. faucibus. Et ita vetus interpres.

cl. rim ex antiquis. tum ob reuulsionē qua ad vacu- andum fit, in qua vacuatis corpus, ubi ab affectis locis id quod influit retrahimus, fa- cile suscipiet, nihilque et c. Et ita vetus interpres.

Sive synanchon dicere volueris, sive cynanchon: vel alterum quidem horum synanchen, alterū verò cynanchen: siue utrunque synanchen vocaueris: duas synanches sciueris esse rationes. Nempe ad curationem nominibus opus nobis non est: conseruit liquidum eam docere longe melius, quam si, qui in nominibus monstrata enunciant. Subscribam autem tibi compendiose doctrinam ipsius peculiarem, suscepto ita exordio. Fluxionum, quae ex capite deferuntur, quaedam substantia tenues existunt, aliae ex crassis viscosisque humoribus consistant. Quae igitur tenues sunt, haec latius penetratis venis in angustioribus detinentur. Tales autem sunt, quae in larynge, i. gutture sunt. Contrarium autem in crassis contingit, quod non ingredientur vniuersas, quae stricte admodum existunt, venas, ante, si in capaciorebus detentae. Cum igitur in faucium venis tales impacti fuerint humores, pars in tumorem atollitur, veluti guttur ex alijs: tanquam gutturis, quae faucium, stricteiores multo existant venae. G Corpus autem totum vacare excrementis debet et non plethoricum esse geminam ob causam, quae nempe tum ob eam, quae a vacuatione est, reuulsionem: tum quae vacuato corpore, cum a parte affecta, quod influit, expellimus, id facilius consentit, nihilque, si calido aliquo euaporare volueris, a corpore ipso parti calfacte mittitur. Corpus igitur totum vena lecta vacuare oportet, et purgatione, et clysteribus: verum affectas partes medicamentis affringentibus, quae profluentes retrudant humores, atque exfir- matis eos, qui non admodum infarcti sunt et glutinoli et crassi: tum calidis et acerbis, quae conten- tos in membris passis digerant humores. At siue medicamentis venae, quae sub lingua sunt, eam, quae in faucibus est, phlegmonem vacuant. Sed, quoniam humorum crassi aliqui glutinoli sunt, acrioribus propterea indigent medicamentis, quae, si secare, et in tenuia diuidere, et tum glutinosa tum crassa costringere possint. Praeterea et ad exteriorem superficiem reuelleri oportet, circumpositis collo, quae attractoria polleant facultate, medicamentis. Nempe colli superficialias partes, quam imas, af- fecti est melius: quod spiritus quidem, cum inspirationes fiunt, ad fauces gutturisque irruat, et cum expira- tionibus fiunt, per ea foras deferatur. Saepius vero, quae ad partes praedictas procedunt fluxiones, eae ad partes quasdam alias exprimente natura transmutantur: atque interdum principio ita deferuntur, ut rursus aliae orientur tum faucium, tum gutturis, fluxionum differentiae. Quod autem, quae ad cutem recesserunt, his, quae in profundum decubuerunt, multo salubriora existant, constat omnibus. Commune tamen in vtriusque tum colli tum capitis, a quo fluxiones fiunt, auxiliium tibi sit. Sermo hic et synancharum species, et causas, et affectos locos, et curationes docuit: neque, si vel synanchen vel cynanchen, vel synanchon vel cynanchon, appellaret, fuit sollicitus. Qui igitur librum hunc scri- psit, neglectis nominibus omnes, qui tum in faucibus tum gutture existunt, arctantque respirationem, affectus synanchos appellans, duas horum species esse ait, alteram quidem, quae a glutinosa frigidaque fluxione facta sit, quam pituitosam vocare possis: alteram vero a calida acrisque, quam si pi- crocholam biliosamque simpliciter appellaueris, non peccabis. Priorem autem fluxionem in latio- res decumbere venas ait: biliosam, etiam in tenuiores peruenire ostendens. Caetera dictionis sunt manifesta. Ad ea autem, quae retuli, conuertas animum, oportet: et, si prima vice non intellexeris, bis et ter lege, et intelliges: ego autem ad secundam synanchi speciem tranlibo.

31 Cum estate vel autumno fluxerit ex capite calida et nitrosa fluxio, quasi ab anni tempore tum acris tum calida fuerit, atque huiusmodi sit, mordet, ulcerat, spiritum implet, orthopnoeam parit siccitatemque, nullam praeterea, quae intuenti apparent, gracilia videntur.

Quomodo

A Quo modo et quam ob causam haec fiant: quoniam a calidis et acerbis. Priorem siquidem fluxionem, quae pituitosa est, hyeme vel vere decumbere ait: hanc vero secundam autumno vel aestate: in alijs anni temporibus ex proportionem, ut antea est dictum. Orthopnoeam autem huic superuenire anginae generi ait, quae in ignis nota est angustia, partem ex his, quae respirationi subseruiunt, aliam quam fatigantis, ut supra est demonstratum. Quod si his amplissime aperire os volueris, linguam quae represseris, ut, quae in faucibus sunt, inspicere queas, nullum sane praeter naturam tumorem, ut in ante dictis, inuenies: quod scriptor explanauit, cum inquit, Praeterea, quae intuenti apparent, ioxvō id est gracilia, videntur. Nempe, quod in faucium meatu inflammatum est, non videtur: quod autem ex apertis videtur, id omne citra inflammationem existit, partesque ipsae sunt graciles: nempe haec vox, ioxvō, tumenti praeter naturam interdum opponitur. Quam vocis huius nunc dictam significationem ignorantes non nulli, dictionem ridicule exponunt. Alij autem permittunt, ut et qui ad hunc scribunt modum: Praeterea, quae intuenti apparent, ioxvō id est decolora videntur. Caeterum ita affectus fit interdum, ut fluxionis partem recipiant faucibus vicini atque a tergo sit ordinati: musculi, ubi et stomachus: qui saepius et ipse vna afficitur. Post hoc sane in praesenti dictione scriptum quoque est, quod sequitur.

* Al. xōpōsi, loco, et ita uetus interpres.

* Laryngi, habent cod., omnes, quos vide rim.

B Tendines quoque cervicis posteriores contendantur, apparentque tetani modo intendi. Quod deinceps dictum est, magis adhuc guttur affici ostendit: nempe et vocis generationem in ea animalis absoluti parte est demonstratum. Quapropter inquit.

33 Voxque abrupta est, et spiritus paruus est. Nempe vox oīno abrupta est, i. dispersi abruptaque est, passo, ut dictum est, gutture. Respiratio autem parua redditur pro meatus angustiam. Recenset autem in commentarijs de difficultate spirandi, quod longior tpe sit et interuallis frequentior: quod scriptor in hunc enunciauit modum.

34 Spiritusque reuulso frequens et violenta accedit. Spiritum, et eam, quae inspirationi succedit, expirationem: et eam, quae expirationi succedit, in- spirationem, dixit. Ex utroque enim frequens redditur spiritus: nam ita affectus, quae inspirationi suc- cedit quies, breue tempus habet: similiter et quae expirationi succedit ante inspirationem. Demon- strationes horum in libris de spirandi difficultate enarratae sunt.

35 Talibus arteria ulceratur, incenditurque pulmo: neque exterius aerem admittit intro queunt. Qui- bus nisi ad exteriores partes malum sua sponte perferatur, hi grauius inueniuntur que habebunt, et pro- pter anni tempus, et quod a calidis acerbis que id sit humoribus.

Arteriam quoque ulcerari his, qui ita affecti sunt, dictum est et propter humoris acrimoniam, sed pulmonem ardere et viduatum destitutumque: aut, dogmati vero sermonem copulans. Nempe in commentario de usu respirationis demonstratum est animal in respirationis priuatione, non ob sub- stantiae penuriam perire, sed quod calor natius tum refrigerio tum ventilatione destituatur: qua- propter non immerito, qui immoderatio existit, pulmonem accendit. Hanc igitur anginae specie- tum grauiorem tum inueniuntur esse priore ait, tum propter ante dicta, tum quod aetiuum au- tumnaeque sit anni tempus, et quod ex acrioribus oriatur humoribus. Quae efficitur ratione, ut ea, quae cum coniunctione, et est dictio, melior sit, quam ea, quae sine coniunctione, et est. Significat autem ab his, quae ante dicta sunt, et propter anni tempus, in quo fit, et propter humorem, a quo ori- tur, maioris esse periculi secundam anginae speciem. Non est ergo simpliciter scribendum, quod tum grauior tum vitatu difficilius sit propter anni tempus. Quod si et absque coniunctione scri- ptionem seruare quis voluerit, coniunctionem eam ita subaudi et oportebit, ut si in dictione esset: multa siquidem atque alia apud antiquos defectiuo modo scripta reperiantur.

* Al. stricteum et ita etiam uetus interpres.

36 Si febris hominem prehenderit, veteri excremento descendente, vel nuper cibatum, siue cum lateris dolore, siue non is quieti tantisper permittendus, donec cibus primum ad ventrem imum descenderit.

Dictiones quoque huiusmodi ea, quae libro de victu in acutis morbis adiecta sunt, Hippocratis scripta non esse ostendunt. Non enim, qui perfecte de pleuritide in legitima libri huius parte tracta- uerat, eum rursus hic pauca apponere oportebat.

37 Sumat autem in potu oxymeli. At, cum grauius ad lumbos usque descenderit, tum uel clysmum dare, uel medicamento purgare oportet. Atque, cum purgatus fuerit, sorbitionem primum et aquam mulsum, deinde cibaria et elixos pisces ministrare: vinumque, quod aquosum sit et exiguum, noctu, in serdiu uero dilu- tam mulsum. Cum uero status male dolentes fuerint, balanus uel clysmus confert: si non, bibentem oxymeli tantisper cohobere oportet, donec ad inferiorem aluum descenderit, deinde clysmate subducere conuenit.

Indefinite indistincteque dictum est: quanquam, quod hic scriptum est, definite distincte que in legitima libri huius parte dictum sit, et quae post id, usquequo piscium meminit Hippocrates: Septima Classis, ffffff iij quoniam

Al. 3. f. 9. c. 6. fol. 253. c

Obferuandam in primis ait primam esse diem, in qua morbi causam cognosci iubet: nepe haec oratio...

At nouum qui dem, si et quarta paroxysmum fecerit: si vero nigra deiecerit, lethiferum est signum.

58 Cum autem uenter glandi non obedierit, spiritusque tum placidus tum quietus fuerit, surgensque...

Confusa est dictionis huius intelligentia. Nepe ubi glans nihil profecerit, uideturque aeger placidus...

59 Manus quoque contemplari oportet. Nam si tremula fuerint, huius sanguinis de naribus desillationem futuram expecta.

Sermo quoque hic neque quod continuum est, neque quod magna ex parte fit, sed quod raro accidit, docet.

60 Nares quoque inspicienda. Nam si per utramque spiritus aequaliter trahatur, et si multus ex ipsis feratur...

Cum tremulae sunt manus, nempe ita dicere expedit, si spiritus multus per utramque narum feratur...

61 Si in febre hyemali lingua aspera reddatur, prehendanturque animae defectiones, huius tametsi febris remitti consuevit...

Sunt qui febrem hyemalem simpliciter intelligant eam, quae in hyeme fit: alij eam, quae hyemi peculiaris sit.

62 Cum autem in febribus quinta die terrificum quippiam fuerit, uel uenter repente liquida deiecerit, et anima defectus...

Ex

A. Ex his, quae per obseruationem empirice a medicis scripta sunt, quaedam talia existunt, ut ex semel aut bis conspectis...

B. cant id est pathognomonicorum concursu distinguere nouit, sermo is uariis quidem deprehenditur, sed inutilis...

C. tur, uel singuliat, uel fastidiis refertus sit: manifestius indicabit periculum. Si praeter haec & aliud quodpiam malum...

63 Quibus per febres crura tuberculosa sunt, eaque tractu temporis manente etiam num febre non maturuerint...

Qui librum hunc confecit, is haec omnia, quae dicta sunt, deinceps inter se contemplatus uniuersalem quandam particularem...

Prog. 37. 4. 211. c

† Cod. aliqui manus scripti habent. et ad unum de obseruatis, sed nec extima sunt. et ita et uetus interpret. Galenus tamē uidetur legisse, sed extincta.

solvet: si non, protrahetur aegritudo. Et, si reliqua bene fiant, rursus ad pedes decumbere huic do-
lor poterit. Quod ita factum esse statuatur, veluti ex his hominem *πυροφλεγμῶν* factum esse, quod ca-
lidadem multam circa pedem manifestare consuevit, vel febrem multam igneamque. Et, si post hanc
nō soluta fuerint symptomata, reuersa iterum ad superiores partes humorum copia dolores pariet
in collo, clauicula, humero, & pectore. Vt autē huic omnia hæc absque ratione contigerunt (nempe id
extincta esse, fuit) ita manus tremulas factas esse statuatur: deinde neruorum distentionem, quæ ad ner-
uosas partes decubuerit humorum copia, principiumque ipsorum prehenderit, vnde desipientia, sub-
secutam esse. Contemplatus igitur auctor quendam ex iis, qui ita affecti sunt, *φλυκταίνων* in superci-
lijs habentem, (nempe id significant *φλυκταίνων*.) omnibus ita habentibus futurum symptoma hoc
temere pronunciauit. Idemque de iis, quæ continuata serie scripta sunt, sermo existit. Nempe, quod
vni ita affectorū vel duobus factum est, id ad omnes extendens, ait & ipsos rubores habere, & ex pal-
pebris alteram ad alteram germinare, durā quoque fieri phlegmonē, & vehementer tumere oculos.
Quorum cætera quidem cuius patet, sed ex palpebris alteram ad alteram germinare est ambiguū,
virum ne significare voluerit quendam ex parte earum exurgentem conseruentionem, vel carnosam
quandam germinationem, ab altera quidem nascentem, sed ad alteram sese extendentem. At verō,
si rei huius aliquo pacto inuentio quippiam vtilitatis afferret, de ea amplior foret scrutatio.

*Al. morbus.

64 *Hos si ab initio purgare volueris, id ante diem quintum facito, ubi venter murmurauerit: si non, à me-
dicamentis abstineto. Verum, si murmurauerit, fuerintque excrementa biliosa, scammonia mediocriter
subpurgato. Quantum verò ad aliam pertinet sanationem, quam minime exhibebis tum potus, tum sor-
bitiones, ut melius ager habeat, nisi decimam quartam fuerit egressus.*

Sanationem prædictæ concursiois scribit, quam nominatim perstringere mihi, vt dixi, nō pla-
cet, cum etiam & sanatio nihil commune habeat præter ea, quæ sæpius ante sunt enarrata. Ait liqui-
dem considerandam aluum, quam per murmuraciones cognitam, purgandam esse præcipit: & si
biliosa deorsum repant, scammonia biliosa purgantē exhibet. Quod verò ad reliquum sanationis
attinet, sorbitiones perque exiguas ministrari præcipit, quousque decimum quartum pertransierint
diem: qua oratione morbum ante decimum quartum diem coctum esse non posse significatur.

65 *Cum febricitanti decimo quarto die vox intercepta fuerit, tantum abest, ut morbus celeriter tum sol-
uitum discedere consueuerit, ut etiam diuturnitas ipsi indicetur. Cum ergo in eò die apparuerit vocis in-
terceptio, morbus protrahitur.*

Dictio hæc his superfluit, qui mala symptomata maiori prædita esse facultate didicerunt, cum in
diebus iudicatoriis apparent. Nempe, qui librum hunc scripsit, nunc in re vna, quæ decimo quarto
die est particularis, hoc est vsus vniuersali. Nepe, vt diebus cæteris iudicatoriis, sic & decima quar-
ta, si malum aliquod symptoma apparuerit, id maiorem habet efficaciam. Annotare autem opor-
tet, quod futurum est, neque simpliciter, neque vt res tulerit, sed cum definitione. Nam, si ex signis bo-
nis, quæ maiorem habent efficaciam, laboranti quædam astuerint, longiori tempore saluari ager po-
terit: at, si nullum tale fuerit, morietur, nequeunte morbi concoctioni satisfacere virtute. Qui igitur
hæc scripsit, prolixiore omnino fore morbum male pronunciauit. Nempe & is cito mori potest,
cui vox decimo quarto die interrupta est, si cum sæuis alijs notis factum fuerit hoc symptoma.

66 *Cum febricitantis lingua quarto die turbata quædam loquitur, venterque liquida biliosa deiecit, talis deli-
rare consuevit. Sed obseruare oportet, quod euidentibus succedit.*

Id quoque & in alio quodam die apparet: verum, si quarto apparuerit, in primis periculosiorem
septimum fore demonstrat, id est quæ illo die futura sunt.

67 *In acutis morbis, quæ estate & autumno fit repentina sanguinis destillatio, robur multamque in venis
inflammationem significat: itemque, quod postero die vrina tenuis apparebit. Et, si ager ætate vigerit, fue-
ritque corpore ob exercitationes bene carnosus vel melancholicus, vel ex potatione manus tremula fuerint,
delirium vel conuulsionem prædicere bene est.*

Dictio quoque hæc symptomatum multorum, quæ non in ægro omni coeunt conueniuntque, complica-
tionem habet: quo fit, vt inutilia sint, quæ ad hunc scribuntur modum, cum doctrina ab vniuersalibus
recipiat commoditatem, quo Hippocrates modo facere consuevit. Dictum autē est, quod vniuersalium, quæ
quidem perpetua sunt, primam habent virtutem vtilitatemque: quæ verò magna ex parte sunt, secun-
dam. Quod si anceps quippiam vel rarum fuerit, id ad doctrinā inutile censetur. Quæ igitur recen-
sunt, particulatim contemplantur, atque ante omnia quod primo est dictum. In acutis morbis, quæ æstate
& autumno fit repentina sanguinis destillatio, robur & multam in venis inflammationem indicat.
Melius siquidem erat pronuciare, quod robur venas curatione egere indicaret. Nouimus, n. quod
sanguinis e naribus stillationes malū semper quippiam esse ait, propterea quod natura quidem concu-
piat, quæ superfluum est, excernere, sed ob propriam imbecillitatem nequeat, vel sanguinis crassitie, vel
partium densitatem, vel quædam ex his, vel propter omnium concursum. Cum autem malū sem-
per hoc

Aper hoc signum sit, magisque quam primis tum æstatis tum autumnis temporibus virtutē ipsius intendi
contingit, (nempe in eis diebus flaua redundat bilis, ambiensque nos aer calidus est: quo fit, vt sangui-
nem vtranque ob causam, bene fluentem esse oporteat,) magnitudo quadam causæ indicatur, propter
quam fluere inhietur, quam robur esse ait, forte densitatem ita appellans. Quod porro ita affectū
venarum curatione egant, non dum ostendit, prius quam astruat, quam nam dicat curationem, nec
tamen dixit. Prædictionem præterea primam dixit, quæ scilicet postero die vrina tenuis apparebit, nō
solo eo die de necessitate incoctis apparentibus, verum quoque & alijs præcedentibus. Conuulsionē
quoque & desipientiam fore ait, si laborans ætate vigerit. Præterea & exercitati, & bonæ ipsius car-
nositatis meminit, & temperamenti: nempe melancholicus, nomen est temperamenti. Huc adde, quod
ex potatione eum manus habere tremulas ait. Hæc ergo symptomata possunt inter se complicari,
non tamen de necessitate, neque magna ex parte succedent desipientia & conuulsiō.

68 *Et, si paribus quidem diebus superuenerint, melius in iudicatione autem perniciosum, nisi multus
abunde effusus sanguis viam redundantiæ fecerit vel per nares, vel per sedem, vel per abscessus, vel
commutationes, vel ad hypochondriorum dolores, vel ad testes, vel ad crura. Coctis autem his, via pa-
rent spuis: vrinaque, excernuntur crasse, leues, & alba.*

Gemina est scriptio in hoc verbo *ἐπιτείνεσθαι*, id est superuenire, vna quidem scripta per *τ* elemen-
tum tertia syllaba, altera per *γ*. Verum, siue per priorē scriptiōnem agros diebus paribus *ἐπιτείνεσθαι*,
id est intendi dixerit: siue secundum posteriorē prædicta symptomata diebus paribus *ἐπιτείνεσθαι*,
id est superuenire affirmauerit: non conuenio existit & melius, quāquam id dixit. Neque enim, si pa-
res fuerint, intueri oportet, sed si & iudicatoriis: nempe quartam, quæ par est, & ipse ex ordine pau-
lo ante maximam habere facultatem auferuit. Carterū, quod deinceps dicitur, verum existit. Nam, si
sanguis multus, quouis modo id fiat, excretus fuerit, salus spem habet. Præterea & per abscessum
ipsos, & per commutationem, seruari ait: abscessum quidem ferè sua peculiari appellatione decla-
rans, sed commutationem, cum ait, ad hypochondriorum dolores, vel ad testes, vel ad crura. Diffe-
rent autem inter se, quod *δύσσοις*, id est abscessus, iudicationem inferit, agrumque à molestijs omnibus
liberat: *μυράσσοις* autem, id est commutatio, aliarum habet principium accessionum ostensionemque,
vt & aliud exigat tempus ad coctionem mali, corporis locus, ad quem infestantium humorum fa-
cta sit commutatio. Eam ob causam adiecit, Coctis autem his permeationes fieri spiritus, vel crassis
Cyrinis lactibus & albis, signa coctæ commutationis edocens ex coctis, tum spiritus, tum vrinis.

69 *Febri singultuosa laeserpitij succum, oxymeli, daucum tritum propina: galbanumque, ex melle & cy-
minum in eclegmate: posteaque, sorbendum pissinæ cremorem dato. Talis autem euadere non potest, nisi
sudores superuenerint iudicatorij, & somni æquales, vrinaque, excierint crassa & acres, aut in abscessum
firmiter morbus.*

Λύγγας & λύγγος, id est singultus, appellare consueuerunt. Sunt autem motiones quædam sto-
machi conuulsoriæ, quas quidem fieri aiunt propter immoderatam vel inanitionem, vel repletio-
nem. Quæ si propter inanitionem fiant, ferè sanationem non recipiunt: si verò ob repletionem fue-
rint, ab iis, quæ infarctā secant absterguntque, sanantur medicamentis: quo è numero sunt, quæ in hoc
loco scripta sunt. Videtur autem & nunc morbus is fieri propter acrimoniam stomachum mordentem,
vt cum quispiam piperis plus vel simile quippiam deuorauerit. Et sanè fuerunt ex febricitan-
tibus, qui in singultu rodentem acerrimumque vomuerunt humorem: à quo tandem symptomate sunt
liberati. Verum febris huiusmodi nequaquam singultuosa appellatur: nempe, vt singultuosa voca-
retur, permanere amplius debet singultus, vel etiam per totum morbum simul cum febre exacerba-
re. Febrem hanc per sudores iudicatorios, somnosque æquales, vacuatasque vrinas, tum crassas tum a-
cres, sanari ait, talibus quidem vel excretis, vel in abscessum firmatis.

70 *Coccalus, id est nux pinea, & myrrha, in eclegmate exhibeantur. bibantque oxymelitis pquam exiguum.*

Scriptum quoque & inordinate hoc est. Commodius siquidem fecisset, si paulo antea in ea ora-
tionis parte, qua eos sanauit, quibus tum thorax, tum pulmo per spūta expurgari debent, id scri-
pisset, & non febris singultuosa adiecerit. Et sanè, quod dicitur, obscurum est. Nempe *κόνικος*
ab ipso dictus, non ita, sed *κόνος* magis, ab antiquis Græcis appellatur, veluti à recentioribus me-
dicis propemodum omnibus *σκόβιλος*. Conseruauit autem ex eo eclegma confici, vbi maxime pin-
guis fuerit, id est vbi multam circumfusam habuerit, quæ peculiaris sit, resnam. Coquunt autem
fructum hunc in aqua cum prassio, hoc est marrubio, recenti: mox decocto mellis exiguum mi-
scunt, coquunt que iterum, donec mellis accipiat crassitudinem: quo ad hunc modum confecto
medicamento viuunt ad thoracis pulmonis que expuitiones. Quo autem modo & alia quæ-
dam medicamento huic sæpius immittunt, ita & auctorem libri huius myrrham immittere veri-
simile est: quod postea, velut compendioso, manifestauit, inquit, Coccalus & myrrha in ecleg-
mate exhibeantur. Potest autem & ipsos, qui eduntur, conos cum myrrha exhibere: atque huic for-
tasse

tasse mel non perperam medicamento misceri intellexerimus. Sunt, qui dictionem hanc ab ante scripta separant, seorsumque scribunt: alij finem ante scripta principium huius efficiunt hoc pacto: Si autem abscessus firmentur, coccalus & myrrha in eclegmate exhibeantur: ut morbis in abscessum firmatis ei medicamentum esse intelligamus: quod a ratione alienum censeo propter id, quod ita inferitur, Bibantque oxymelitis perquam exiguum. Nempe in singultuosa febre for midandum acetum præcipit ratio: in iis vero, quæ in abscessum firmanur, nequaquam. Eam ob causam sunt, qui dictionem hanc quadantenus quidem antea scripta copulenti, quadantenus vero separent, atque adiecta coniunctione, autem, ita scribant: Si autem in abscessum firmetur, tanquam de singultuosa ante dicta febre id dictum sit: volente auctore, si in abscessum aliquando firmari contigerit in singultuosam febrem, coccalum cum myrrha exhibere, & copiosam oxymelitis vitare potionem. Sylaba autem vltima verbi huius *neque*, id est firmetur, liue per ζ literam scribatur, liue per ξ , nullam, quæ in lignis sit, facit sermonis mutationem.

71 *Quod si supra modum siticulosi fuerint, bibant aquam hordei.*

Quod potum hunc, tanquam sitim adimētem, exhibeat, est manifestum. Sed melius fecisset, si prius, quo nam pacto parare hordeum oporteat, enunciasset: vtrum ne simpliciter madefacere: vel ex eo Fzythum, ut huius temporis homines, conficere: vel quouis alio parare modo.

72 *In peripneumonias & pleuritide ita considerare oportet, si febris acuta fuerit: si dolores lateris vel alterum, vel utrumque infestent: & si eger in ea, quæ sursum sit, spiritus latrone labore: tussisque adfuerit, & sputa educantur, rufa, vel liuida, vel & tenuia, & spumosa, & florida: & si quippiam aliud discrepans præter ea, quæ didicimus.*

Pleuritidis peripneumoniasque tum magna tum effatu digna quidem omnia in legitima libri huius parte sunt definita distinctaque: sed, quæ medicis omnibus patent, ea sunt prætermissa. Talia autem sunt, quæ in præsentia ab auctore scribuntur. Et primum quidem a veteribus empiricis appellata syndrome, quam veteres affectibus confidentia symptomata appellabant: si videlicet febris acuta, dolorque lateris, vel alterius, vel vtriusque, & potissimum, qui in expiratione fit: nempe id est, Et si æger in ea, quæ sursum sit, spiritus latrone labore: tussis adfuerit, & sputa educantur, rufa, vel liuida, & tenuia, & spumosa, & florida, & quouis aliter modo præter solitum euariantia. Nempe hoc significat, inquit, Et si quippiam aliud discrepans habent præter ea, quæ didicimus. Quæ omnia in pleuriticis peripneumonicisque apparere ait, si contingant. Sed hos ita regere oportet.

73 *Si dolor sursum penetraverit vel claviculam, vel mammam, vel brachium, venam brachij internam secare oportet, quæ dolor afficit parte.*

Rursus & in præsentia loco partis legitimæ sententiā, elaborat, quoniam in ea prætermisum est, quod simul cum dictis intelligitur: adicitque illud, venam scilicet secundam recto à latere dolente tramite: quod exposuit inquit, Venam brachij internam secare oportet, quæ dolor afficit parte: sed manifestia vltus breuitate orationem negligentius percurrit: nam venam cubiti dicere debuit, cum venam brachij dixit.

74 *Sanguinemque auferes pro corporis habitu, anni tempore, ætate, & colore. Ampliusque non veritus, si dolor acutus fuerit, ad animi usque defectiōnem detrahes.*

Rursus hoc in loco plus, quam mediocriter, scopos detractionis sanguinis omnes recensere conatus, quosdam silētio præterit. Neque enim virtutis meminit, neque sanguinis mutationis, nec verò regionis, nec constitutionis. Plus autem auferre atque ad animam usque defectiōnem id audacter agere præcipiens, deliquit sane in dictione, cum adiecit, quam ob causam audere conueniat. Nempe, quod dolor acutus sit, plus quidem sanguinis vacuumus: sed fluere sinimus, non quia acutus sit, sed ob alia: vtpote si virtus robusta fuerit, viguerit ætas, sanguis abundauerit, & laborantis natura tum dēssio, tum durior, atque ægre magis respirabilis, & sanguinis copiosi fuerit: anni etiā tēpus, & cōstitutio bene temperata: licet sane & regio. Nempe, quod ad animam usque defectiōnem sanguinē auferre non vereamur, nobis ex his accidit.

75 *Clysterem postea exhibebis.*

A sanguinis missione clysterem exhibere iubet. Sed melius erat adieciisse, si non sponte probe deiecerit alius.

76 *Si verò dolor sub thorace fuerit, valdeque infestauerit, pleurítico ventrem subpurgabis: nihilque, dum purgabitur, dabis, à purgatione autem oxymeli. Verum tamen purgans medicamentum ministrabis quarto die, & tribusque primis diebus clysteres exhibebis: quibus si non leuetur, ad hunc subpurgabis modum. Cum stodies deinde agrum, donec ad febris priuationem & septimum peruenierit diem: qui si in tuto esse videatur, in primis exiguum tenuemque cremorem, eumque melle miscens, dabis: si verò facile reuocatur, & facile spirat, lateraque non dolcant, sensim crassiores copiosioresque, & bis due ministrabis.*

Pleuriticum nominauit, id quod ab Hippocrate in legitima libri huius parte est dictum: vbi ita habentes

habentes pleuriticis purgati: facit autem id duobus modis. Quarto verò die medicandū indistincte, præcipit. Neque enim inter initia aliquid remediōrum huiusmodi agro iniungere oportet desumpto à numero dierū scopo: sed, quod Hippocrates recensuit, est exequendū. Nam vel statim ab initio prius, quæ in parte aliquam firmati sint humores, medicandū: vel postea cum concocti fuerint. Quæ ob causam & prima interdū die, & secūda, & quarta, & interdū quinta, medicati sumus, & non in quarta solū, quo modo is dixit.

77 *Quod si non facile liberetur, potionis minus, sorbitionem exiguam, cremoremque tenuem, & semel exhibebis: atque eo, quo melius degit, tempore, quod ex vrinis deprehendes. Nempe in istiusmodi morbis sorbitio non prius danda est, quam lotia aut sputa matura facta videris. Quod si purgatus multa deiecerit, dare oportet, minus tamen & tenuius. Non enim poterit præ vaforum vacatione dormire, neque concouere similiter, neque iudicationes sustinere: verum, vbi crudorum colliquatio facta fuerit, & quæ veniuntur, reiecta, nihil obstitit.*

De particulari cibi exhibendi tempore agens Hippocrates & libri huius auctor in iis, quæ supra scripta sunt, eam, quæ tum in thorace, tum in pedibus est, caliditate animaduertendā esse voluerunt. Nepe vrinarū consideratio ad vniuersalē viciū formam, non ad particularē, vtilis esse videtur. Quo fit, ut non recte dicat hoc in loco cremorē tenuē semel exhibendum eo, quo melius degit, tempore, idque deprehendendum ex vrinis. Nepe, tamen si breuissimā in particularibus accessionibus ad melius inclinationem vrinæ habuerint, tempus tamen huiusmodi non vsque adeo præhise, ut has recondamus, expectemusque, dum nebulas vel sublimes vel subsidentes habuerint: hæc liquidem non pauco fiunt tempore. Atqui in acutis morbis interdū ægri in declinationis principio de necessitate sunt alēdi.

78 *Coctæ autem sunt sputa, cum puri similia fuerint: Vrina autem, cum hypostases erui modo subrubras habuerint. Ceteris autem laterum doloribus tepesfactoria apponere & ceromata nihil vetat, cruraque, & lumbos calido inungere, & pinguedine illinere: hypochondrijs quoque adusque mammis ex lini semine cataplasma imponere. Vbi autem peripneumonia ad statum peruenierit, quando non repurgantur, auxilium non habet, & mala est, si laborans ægre spirauerit, fuerintque vrinae tenues & acres, atque si sudores circa ceruicem caputque oriuntur. Nempe sudores huiusmodi mali sunt, vincente ob æstum impetumque, & violentiam ægritudine, nisi vrina multa & crasse proderint, & concoctæ exierint sputa. Vtrum autem ex his sponte euenerit soluit morbum.*

Neque sui ipsius est memor, quod non adhuc modū de coctis vrinis supra scripserit, neque Hippocratis, Cui aliter dixerit, Nepe quæ vrina optima sit, quæ sedimentū habet, tum albū, tum læue, tum aquale. Cetera, quæ peripneumonicis pleuriticisque orationis textura narrant, cōspicua sunt, tum vbi libri huius auctor ab Hippocratis recedit sententiā, tum vbi maxime, vel profus, vel aliqua ex parte, huic annuit & cōsentit.

1. Prog. c. 26. 4. 100. 0

79 *Peripneumonia eclipton seu eclegma. Galbanum & nucleum pineum ex melle attico dabis: abrotanum ex oxymelite. Piper quoque & nigrum elleborum, vbi ferue feceris, pleurítico etiam circa initia dolenti bibendum offeres. Quod si panacem ex oxymelite feruescentem percolatamque, propinaueris, bene facies. Proderit autem & hæc hepaticis, aut ex septi transversis dolore affectis, atque iis omnibus, quæ aut per alium aut per vrinam expelli desiderant, ex vino & melle. Verum, quæ ventri expurgando exhibiturus sis, ea cum multa aquosa & multa propinabis.*

Medicamentum primum secundumque sputa educunt. Sed, quod ex elleboro nigro conficitur, ventrem subducit. Quod verò ex panace est, quibus nam vtile sit, recensuit.

80 *Dysenteria, quæ cessauit, abscessum vel tuberculum aliquod pariet, nisi desierit vel in febres, vel sadas, apparuerintque vrina crassa & alba & laues, vel in tertianas, vel in varices, aut dolor in testiculo vel crura vel coxam firmetur.*

1. Tet. vrinæ crassa et alba et valde perspicua.

Sermo quoque præfens sine definitione & distinctione est prolatus, quod neque, qualem dicat dysenteriam, demonstrauerit, quod neque omnino, quæ cessauerit, hæc inferat.

81 *In biliosa febre morbus regius cum rigore ante septimum diem enatus morbum soluit: si verò absque rigore præter temporis occasionem superuenierit, permissum.*

Neque pculdubio ante septimum diem cum rigore enatus morbus regius febrē soluit, neque post septimum. Sed sane ita distinguere oportet. Febricitibus morbus regius superuenit, interdū quod tamen aquam affectiōnis hepatis symptoma: interdū quoque & natura bilis per cutim excernere cōtendit, sed neque tunc: vel uti abscessibus oibus fieri cōsuevit. Verū in Aphorismis de huiusmodi morbis regius est enūciatū.

4. Aph. 62. E. 3. ord. 34. b

82 *Lumborum tetanus, atque in melancholicis per venas spirituum interceptiones cum fuerint, sanguinis detractione soluantur.*

Cum inquit, propter melancholicum sanguinem in venis redundantem spirituum interceptiones sunt, sanguinis missio soluit: si interceptionem dicit spirituum, qui in arterijs sunt, nam & arterias antiqui venas appellabant: quæ nam alia fuerit, quam pulsus carentia priuatioque: Græcis ἀσπυρία

† Presimū aut, & repletos cū potu comedere ipsū.

poris humoribus contractum ex huiusmodi edulij fieri natum est: cuiusmodi est caseus, crudum E. & incoctum existens edulium: quasi ita diceret, Caseus statim parit atque adstrictionem ventris, astuosusq; est: praeterea & crudum & incoctile est edulium, talesq; succos generat. † Ait praeterea & deterrimum esse ijs, qui se potu repleuerunt: quod & idiotis ipsis patet: neque siquidem aliis bonum est edulium caseus, utpote qui crassum succum & coctum difficilem pariat. Si verò inter bibendum eo quis utatur repletus, deterrimum omnium eduliorum redditur: grauat siquidem os ventris, primusq; ipse corrumpitur, & alia deinceps secum corrumpit.

92 Legumina omnia flatuosa sunt, & cruda & elixa, & fricta: minime verò vel macerata vel viridia. His autem utendum non est nisi cum cibarijs. Sed horum singula suum vitium habent.

Ventrem implent legumina omnia, coctusq; difficillima sunt, quae cruda existunt: fricta, flatuosa minus, sed concoctioni non minus renitentur: quae autem plurimum elixa sunt, ea existunt modera tiora. Quod autem sequitur, in exemplaribus non nullis scriptum est ita: Et macerata & viridia: ut & talia praefatis vitijs sint praedita. In quam plurimis verò non ita scriptum reperitur, sed principio altero in hunc modum: Minime autem macerata, & vel viridia. Viridia dicuntur, quae neq; sicca sunt, neq; exquilitate iam perfecta: macerata verò, quae in aqua fuerint madefacta. Caeterum legumina nō haudquaquam sine cibarijs utendum esse praecipit, cibaria nimirum maxime quidem eos, qui ex tritico panes fiunt, affirmans: vel simpliciter oia, quae quouis modo parantur: forsitan verò & alia oia, ex quibus panes conficiunt, zeam scilicet, triticum, & hordeum: rustici autem & ex milio panes conficiunt.

93 Ciceri flatum parit crudum frictumq;, & laborem.

Sunt, qui cicer scribant ob id flatuosum esse, quod pudenda intendat. Quod autem in sine dictio nis laborem dixerit, id ad eum referre oportet, qui propter inflationem fit, dolorem.

A. lib. 2. c. 1. c. 128. fol. 114. d.

94 Lens astringit, atq; turbationem facit, si cum cortice fit.

Vocem hanc ἀραδον, turbationem quandam & veluti pugnam, quae in ventre ex discrepanti bus facultate cibarijs oritur, significari dixi: quo modo & nunc significat, si cum cortice assumatur, utpote quae, quam caro ipsius, longe coctum difficilior existat.

95 Lupinus inter haec minime mala habet.

Vocabulum hoc λυσις, id est minime, vocabulo huic μάλισα, id est maxime, contrarium indi cat. Lupinum autem minime praedictorum omnium ait habere mala.

96 La serpitiū tum caulis, tum succus, non nullis quidem maxime, in expertis verò per ventrem non descen dit. Nominatur autem hoc malum cholera arida.

La serpitiū radicem hoies aequiuoce cum tota herba vocare consueuerunt: hanc & herbae succum in expertis, i. in affluetis siccam generare cholera ait. Sed, quae nam ea sit, post paulo ipse docebit, ita inquis, Ab arida cholera venter inflatur, & strepitus insunt. Patet ergo spiritum flatuosum ex la serpitiū ingestione colligi in ventre, est. n. acre & astuosum. Quid nam autem significet vocabulū hoc, non nullis nihil ex dictione est manifestū. Atq; ob id explanaturus quispiam horum singula, quod maxime probabile sibi videbitur, dicit: nepe in talibus dicere, quod ex ratione est, difficile existit.

97 Maxime autem id fit, si cum multo caseo, aut bubularum carniū edulio, misceatur.

Siccam ab eo vocatam cholera ait maxime ijs fieri, qui la serpitiū simul cum caseo multum ingesserunt, aut cum carne bubula. Nempe flatus, qui ex la serpitiū oritur, cum emplastis & tarde penetrantibus edulij mistus manet in ventre, & non descendit.

98 Bubula etenim carnes melancholica prouitant pathemata. Nempe harum natura insuperabilis est, nec quibus ventriculus eas concoquere potest.

Agebat quidem de la serpitiū virtute, sed bubularum carniū esum supermiscuit: factosq; ad pathemata melancholica transitu, ea a bubulis carniū proritari ait. Deinde geminas assignans causas hoc ait, Nempe harum natura insuperabilis est. Vfus est igitur hac coniunctione, nempe, eorum modo, qui dictorum causas referunt. Non tamen, cur a bubulis carniū melancholica prouidentur pathemata, causam dixit: quanquam aliam quampiam communioem dixerit, quae, s. natura aegre conficiatur, & valida sit: natura enim ea insuperabilis est, quam nullus superauerit.

99 At optime liberabuntur, qui perelixis utentur & perquam vetustis.

Hec quoq; sermonis textura vniuersaliorem habet admonitionē non in melancholicis. Nam bu bulis carniū & perelixis & vetustis uti praestat, sicuti & alijs oibus, quae difficulter concoquuntur. At improprie voce hac βελισα, i. optime, est vsus. Neq; n. melancholico laborantes morbo, neq; homo alius quispiam vel sanus vel aeger, optime liberat, bubulas carnes & perelixas, & vetustas inge rans.

Arens. Nempe inter oia, quae edunt, haec non bonā praestant alimoniam: bene tñ talia ingerentes caeteris minus laedunt. Si ergo pro voce hac βελισα dixeris λυσις, i. minime, sermonem reddes integrum.

100 Caprinae carnes, q; in bubulis mala sunt oia habent, & crudita tē. Sūt q; flatuosiores, ructusq; magis gene rat, & cholera pariuunt. Verū, quae odoratissima, solida, & suauissima sunt, haec optima sunt, tum perelixas, tum frigidae: quae verò suauitate omni carent, male olent, & durae sunt, haec deterrima, & quae recentēs.

Cur caprinae carnes bubulis vitiosiores sint, causam hoc in loco dixit. Nempe, cum coctum diffici les bubularum modo existant, flatuosiores etiam sunt, & saepius mouent ructus, qui malam habeant qualitatē. Cum igitur bubulis & acriores & calidiores sint, si incoctae maneant, cholera pariuunt. Qua efficitur ratione, ut frigidās eas magis, quam calidas, elitare oporteat.

101 Optime autem astate, autumno verò pessime.

Optimas esse ait caprinās carnes, inter se quā nō cū caeteris comparatas: oportebat igit, quātū ad an ni tps attinet, vitiosissimas ob tēperaturā esse. Cōtingit autē capris tpe aestuo meliorē esse alimoniam: quo modo praua sunt, q; herbas vorat aialia, vbi viridē herbā nō habeat. Capris autē maxime idoneā praebent alimoniam germina arborū caulesq;: quos a fine veris aestas largiter habet. Quod autē alimo nia ad carnis bonitatē plurimū possit, potes ex vulpibus certior fieri, quae autumno probatissimam ob vuas habent carnē. Sic passer & ficedula maxime laudabilē carnē obtinēt. Autumno igit caprae nutritimēto idoneo destitutae tū deterrimā, tū perq; tenuem, habent carnem. Hyeme autē meliorē san guinis consequuntur habitū, naturālē intemperiem a temperatura tēporis contractam corrigentes.

102 Porcelli carnes prauae sunt, cū vel crudiuscula vel ambysta fuerint: nepe tū cholerae sunt & turbato ria. Suiile aut carniū optimae sunt: valentissime verò, quae non admodum neq; pingues neq; gra ciles sunt, nec vitiosae veteris aetatem sunt affecta. Edenda verò sunt detracta pelle & frigidiuscula.

Xoieon proprie appellabant veteres porcū valde paruum, ut apud poetam reperitur, & εὐνὸν ὄ ξεινε τὰ δὴ δ' μώεσι παρῆσι χοίρε. ἀτὰρ σὺ δ' ἄλλοις γ' εὐνὸν μνησθήσε' ἐδυσιν, i. vescere nunc o hospes, seruorum cibus porcelli sunt: proci etenim plus, quam absolutos, edunt fues. Non sanē video, quo pacto syalos ederent proci, (nam & syalos veteres appellabant fues eos, qui perfectos absolutosq; su pra essent), nisi q; & ignarissimi essent dignoscendorū tum eorū, quae facile concoquuntur, tum sua uium eduliorum: quales & sese ostendebāt, cū ventres caprarū pingui & sanguine plenos elitarent: quo sanē, quod difficilior concoquatur, edulij reperies nullū. Caro autē optima tū ad suauitatem tū ad concoctionē eorū est, qui mediam aetate sunt affecti: haec est sanguinē bonum gignit. Veluti de terrima est porci vetustissimi: atq; eius, qui confestim a partu voratur, porcelli: nempe hi terrestris ferē oium, quae vorant hoies, animalium maxime humidā obtinent carnem. Atq; ob eam rem, cum nuper genitorum caro exuperatē humidā sit, plurimam inde generat pituitā: & si subcrudior fue rit, multo adhuc magis. Simili quoq; ratione pinguis simam suam carnem ea, quam medij & bene carnosū habent, deterio rem existimat, suspensionē humiditatis habēs, ob quā pinguedo oīs carne sui generis deterior tum ad concoctionem tum nutritionem existit. Quae autē ob allationem ambulatae sunt, tum ad succi bonitatem, tū ad concoctionē, sunt inhabiles: cholera q; pariuunt propter eam, quae his accedit, acrimoniam: nempe ea cholerae eorū eduliorū cōmunis est malitia, cum & humida & acria fuerint. Talia siquidem similiter corrumpuntur, suaq; acrimonia valorem eorum, quae ad ventrem decumbunt, ora remordent: atq; fluxionum earum, quae ex toto corpore in eum sunt, cau sa efficiuntur. Quod autē porcelli absq; pelle, i. absque cute edendi sint, nemo ignorat: non enim cur tis animalis carni similiter concoqui nata est, utpote quod frigidior existat. Frigidiusculos quoq; & hos manifeste edendos praecipit, calidas oēs carnes veritus, ac fortasse calidas frigidiusculis tū astuo dios tum flatuosiores esse existimās. Ego autem in caprinis carniū, & quaecunq; calidae sunt natura, sermonem admitto. In moderatis verò tū caliditate tū frigiditate, cuiusmodi suillae carnes sunt, simpliciter indifferete ita dici nō admitto: nepe ei, qui distinxerit, calidae frigidis idoneae magis erūt.

* αματος, est in impressis. σόματος, id est corporis, est in manuscri ptis. & itaue tu interpret.

103 Ab arida cholera venter inflatur, strepitus insunt, & dolor tum laterum tum lumborum, nihilq; aliud deiecit, sed adstricta est.

Cholera ab hoibus simpliciter appellatam ab arida per humiditatem distinguit. In vtraq; autem noie cōmuni est vsus, generationis modum, qui cōis est, respiciēs. V. n. cholera humida ex acribus oritur humoribus, qui ex eorum corruptione prodierunt, sic arida ex spiritu flatuoso acri. Quo fit, ut, quae prope ventrē sint, neruosa corpora mordeant, intendanturq;, & dolorē pariant. At, cū spiri tus hi possint interdum quidē retineri, interdū & exire, aridā propter retentos spiritus generari cho lera afferere non possum: nam probabilius fuerit ita appellare eos, qui penetrant egerunturq;.

104 Ita affectum, ne vomat, seruat, sed venter subducatur. Chylerem ergo ex calido & perquam pingui ce leriter adhibebis: perunctumq; in aquam demittes calidam, & quam plurimam in scapha reclinans, & calida sensim perfundens: & si calfacto ipsi venter subducitur, morbus soluitur est.

Qua citissime clysterem exhibere & vomitum prohibere praepcepta sunt...

105 Confert quoque & huic dormire.

An eum, dum in scapha fouetur, dormire velit, an sine illa, non constat.

106 Bibere item vinum tenue & vetus & meracius.

Vinum quidem exhibet, vt concoctioni adiumento sit: sed tenue, vt in ventre non moretur...

107 Oleum quoque dabis, vt quiescat, & venter subducatur, & solvatur morbus.

Oleum, quae acria sunt, lenit, placatque, & siccitatem emendat, ventremque moderate subducit...

108 A cibis autem atque a lijs abstineat.

* At. ποτῶν, i. potionibus. & ita vetus interpres.

Si corpori nihil desit, nullaque apponendi quippiam premat necessitas, & cruda quaedam concoctio...

109 Verum, si dolor non cessauerit, lac asinae bibendum, vt purgetur, dabis.

Si feceris, quod dictum est, & dolor non soluat, contristatis causa maior est acrimoniam existimandum...

110 Si venter liquidus fuerit, bilisque excernatur: vixentque tormina, & vomitus, & mordicationes: quiescere his est optimum, mulsam bibere, & vomere.

An de arida adhuc cholera agat, an per se haec intelligenda sint, non satis constat. Sed, quocumque res ierit, contineri in ventre videtur bilis, quae acris & elui contumax sit.

111 Hydropum duae sunt naturae, quorum hypofarcidius, si fieri aggredditur, vitari non potest: alter ex flatibus constat, multaque bona indiget fortuna.

† infra thoracem.

† quae aliquid quidem coe habet omnium hydropum, sicuti in principio scriptum, tolerantia, & fortis, & temperantia, & consilens comedere calida & sicca: aliquid vero solius anasarcae, quem, vt & c.

Sunt, qui non hypofarcidium, sed epifarcidium scribant. Neque tamen anasarca & catafarca alicubi scriptum repperi, quamque recetiores ita nominant.

A. l. 3. f. 14. l. 4. c. 14. fol. 348

Avel ex quapiam, quae ita plethorica sit causa, inceperit. Tympania vero, & Ascitem nullus per sanguinis missionem sanare est ausus.

A* ἰδιωτικῶς B* ἀρχαίως

112 Qui ventrem inferiorem calidum habent, subeuntque acres deiectiones & inaequales, si a colliquatione id patiuntur.

* Glossema est, nec i antiquis quibusdam est, nec in translatione veteri.

Excrementa his ob combustionem non ob colliquationem subire proprie magis dixisset. Nam colliquatio in eo fit liquata contabescitque propter febrei malignam vel pinguedine, vel molli carne...

113 Si vero febris non habeat, & tormina adsint, primum quidem lactis asinini calidi pauxillum, deinde semper paulatimque plus bibat, & lini semen, & triticam polentam mista hordeacea, & sparsa adempto amaro faba aegyptia: vel oua semiconcreta edat assa, & similia, & milium, & chondrum ex lacte coctum.

† Dictio, non, non habetur in aliquibus cod. graecis nec in translatione veteri.

* ex ἀποσταύω γίγνεται

Quam plurimi exponentium conuenientius haec cum praedictis componunt, praesentem sermonem adhuc de his, qui calidum habent ventrem inferiorem, fieri existimantes.

114 Eius medicinae partis, quae victu medetur, maximum est febrium tum intentiones, tum declinationes, non in acutis modo, verum quoque et in longis morbis, observare, vt temporibus, quibus cibi offerendi non sunt, & tuto, & quibus offerendi existunt, cognoscas: atque adhuc quando plurimum ab intentione aberunt.

Artis

Artis ciborum exhibendorum maximum esse ait particulare cibi porrigendi tempus nosse: scilicet tempus illud, quo cibus exhiberi debet, quam plurimum abstitat febris intentione, quam *ἔπιπυρον* dicit, accessionis principium intelligens. Id autem non in diuturnis solum, sed quoque in acutis verum esse videtur. Sed quare longis in morbis adiecit? Nempe quod in his magis & forsitan solis evidens sit scopus. In acutis etenim morbis deprehensa in pedibus caliditas, cibi tempestive offerendi signum sufficiens fuit: non tamen in longis ita nutrire oportet, sed ceteri declinationis pars est expectanda: quod in acutis haudquaquam expectari potest, timore cito futuræ accessionis. Sunt, qui dictionem hanc ita scribant: Eius medicinae partis, quæ victu medetur, maximum est, ut in acutis, ita & in longis, observare & scire, quando cibum dare oporteat. Alij finem dictionis ita scribunt: Atque adhuc, cum plurimum à febris accessione aberunt, scire oportet, ut præter cetera, quæ nos in agro contemplari voluit, & id admoneat. Quod si quis perquirat, & non particulari tempestive cibandi inventioni copulat, id importunum esse de alimonia præceptum, atque re nulla dignum, videtur.

115 *Cognoscere autem & eos oportet, qui capite dolent vel ob exercitationes, vel cursum, vel iter, vel venatum, vel quemvis alium importunum laborem, vel venerea: Decolores item, raucos, lienosos, exanguis, spirituosos, sicce tussientes, siticulosos, statuosos, & venarum interceptiones. Huc adde, quibus extenuata sunt tum hypochondria, tum dorsum, tum latera, torpentes, obscure videntes, eos quibus aurium tinnitus est molestus, eos qui urinas non continent, morbo laborantes regio, quorum venter cruda egerit, sanguinem è naribus vel sede vehementer profundentes, inflatos, & quos vehemens labor infestat. Nulli etenim horum, nisi supervenerint, medicamentum exhibebis. Nam periculo egrum expones, nihil quæ inuabibus: spontaneas quæ, tum per mutationes, tum indicationes adimes.*

* Al. intenta.

* φαρμακείων

Quod inordinate, & præparationis ad commentationem modo, omnia hoc in libro scripta sint cuius patere arbitror. Multa sanè, ut dixi, in hoc bene dicta sunt, ob quæ iis, quæ dicta sunt, non recte quidam fidem adhibuerunt, magisque qui sibi consilij fuerunt veluti discretoria eorum, quæ scribuntur, scientia carentes. Quæ ergo hac in dictione dicuntur, catalogum habent eorum, qui, ut medicamentum recipiant, idonei non sunt: *καθαίρουσι* autem, id est purgari, & *φαρμακείων*, id est medicamentum purgante uti, idem significant, ut *φαρμακείων* & *καθαίρουσι*. Videamus ergo, quibus nam ab initio purgationem interdicit. Capite dolentes recenset vel ob exercitationes, vel alium quemvis importunum laborem, summam eos intelligens, qui ex intempestivis laboribus capite dolent, haudquaquam purgandos. Labores autem intempestivi importuni quæ omnino sunt, quos præfens hoc tempore corporis affectio ferre non potest. Admonebo autem te te præsentia rei, quæ ad multa est utilis, quam semper in memoria haberi velim. Corpore igitur nostro ad morbosam affectionem non nunquam parato, ita ut propè completa sit, externum qui piam obueniens eam affectionem manifestavit, febrem videlicet accendens: vel capitis dolorem, vel catarrhum, vel tussim excitans, vel aliquid quod tale sit. Deinde ex eo continenter ad morbosam affectionis præparationem non sine periculo languent, neque cursu morbum excitante, vel vehementi omnino motione, ut neque intemperantia, vel refrigeratione, vel alia quavis simili causa: nihil etenim horum suapte natura vehementem generare languorem potest. Nam, si febris ab horum aliquo fiat, hæc ex diariarum genere erit: aut, si symptoma aliquod aliud generetur, id pauco edurabit interuallo. Et sanè sæpius, ut retuli, propter corporis dispositionem vnumquodque horum non morbi causa, sed *ὑπόφασις*, id est occasio, redditur. Nam huiusmodi causas propriissime quis appellaverit *ὑπόφασις*, non simpliciter evidentes & manifestas, ut hi sæpius vocare consueverunt, cum ab aliqua manifestarum causarum noxa in corpore evidens fuerit. Si enim nulla alia corporis dispositio affuerit, neque morbus effatu dignus subsequatur: eius que, quod in corpore sit, detrimentum, quod ipsum fecit, causa est. Si civeris itaque hoc in loco de his agi causis, quæ non sua ratione corpori afferunt detrimentum. Summa autem horum est vna quidem & prima labores varij & particulares: cursus scilicet, luctus, pancreatia, venerea, frictio, aestuatio, frigus, vigilia, ira, mæror, & timor. Venereorum quidem meminit, verum cetera subiciuit, quanquam virtute eadem prædita forent. Nam, quæ, ut dictum est, spiritum perturbant, ea purgatione non egent, quod morbus huiusmodi à cacochymia contractus non sit. Ab his autem digressus indicis auctor, quos prius dixit, declaravit. Proprie autem *αἰχμῆς*, id est decolores, *λειψαίμους*, id est sanguine carentes, vocat: eos que, qui propter aliam affectionem corpus non secundum naturam, affectum habent, *κακοχρόους*, id est mali coloris, appellant. Hi ergo decolores calidiori expostulant tum exercitationibus, tum vini facultate calidi potu, & cibus, qui talem obtineant facultatem. Raucos deinde subiungit. Nempe & horum humiditatem & frigiditatem ob delapsam ad guttur rheuma sanare conuenit, exiccatis scilicet topicorum auxiliorum vsu tum capite tum cæteris, quæ affecta sunt, membris. Præterea & lienosos purgatione haudquaquam egere inquit: quod non recte dictum arbitror, cum lienosis, si alijs quibusdam, purganda sint, quæ nigra existunt. Post lienosos meminit *λειψαίμων*, id est eorum, qui sanguinis inopiam habent, etiam non aperte manifeste que fuerint decolores. Deinde mentionem de spirituosos facit, sicce tussientibus, & siticulosos, obscure ita loquutus, ut non constet.

A fiet, utrum ne singuli horum seorsum intelligendi veniant, an hi tres vna comprehendendi. Neque adhuc in singulis horum seorsum intellectus perspicuus est sermo, ut & antea iam est enūciatum. Nempe *πνευματώδεις*, id est spirituosos, sæpius eos duntaxat vocant, qui, cum inspirant, aeris indigent: interdum autem & inflatos: quorum uterque multas habet causas, quas ceteri si percurrerem, prolixior, quæ par sit, sermo est futurus, præter id, quod quidam ex his sanguinis missionem exigere videntur, alij purgationem, & remedium aliud alij. Sic & sicce tussientes non affectione vna fiunt, neque siticulosi. Neque etiam in præfenti certiores fieri possumus, an de febricitantibus siticulosus sermo sit, an de non febricitantibus siticulosus, an de utriusque. Quod si vnius horum, quæ in aphorismis recensentur, meminerimus, quod vniuersale est, tollitur. Dicitur autem in aphorismis, || Si non febricitanti inappetentia fuerit, oris ventriculi morfus, tenebrosa vertigo, & oris amaror, id est superiora purgatione indigere significat. Si autem os amaricat, siticulosus sunt. Pari modo, & qui nam flatuosi ab ipso dicuntur, haud scio, an videlicet cum venarum interceptione flatuosi esse intelliendi sint, cum ad sint non nulli, qui per se legant. Atque adeo singula dictionis huius possem transmutare: possemque oia, quæ cognoscere utile sit, citra librorum multitudinem docere: veluti & de iis, quæ deinceps dicuntur. Ait enim, Quibus extenuata sunt tum hypochondria, tum dorsum, tum latera, torpentes, obscure videntes, eos, quibus aurium tinnitus est molestus, & qui urinas non continent. Nepe in singulis his pathematis & causæ & affectiones sunt multæ, variisque egentes curationibus. Quarum profecto non nullæ eam, quæ per bilis educationem medicamentum fiat, purgationem expostulabunt. De his ergo oibus, atque adhuc de iis, quæ deinceps dicuntur non enunciationes indistinctas, sed distinctiones doctrinasque tum claras, tum longo rerum vsu probatas, habes in nostris tractationibus: quas qui intellexerit, omnia quæ ab auctore hoc recitantur, discernere valebit: atque an partis meminerit, quam & legitimam & commodam doctrinam plenam lassimus. In ea siquidem parte cum demonstratione & explanatione congruentibusque distinctionibus scripta sunt omnia: sed, quæ ita disseminata sunt, ut præfens oratio, nihil iuuare possunt. Nempe, si quis nunc singula horum simpliciter & indistincte audierit, is multa in arte perperam molietur. Quod si singula, ut oportet, distinxerit, primum quidem nihil in præfentia ad eorum inventionem iuuari deprehendet, deinde ad eam, quæ de præfentibus sit, contemplationem multis egere libris cognoscat. Nec verò plerisque hominum suaderi potest, ut aggrediantur quidam sola ea scripta, quæ manifesta sunt: quæ verò talia non sunt, iis, qui ea scripserunt, relinquunt. Nempe, si nullam illi curam habuerit, ut nos ea, quæ scripserunt, intelligeremus: & nos haudquaquam diligenter ad hæreamus, ea, quæ dicuntur, tum præfentes tum diuinantes, par est.

4. Aph. 17. Ext. ord 29. a.

116 *Si cupiam sanguinem auferre confert, ventrem confirmare oportet, & ita auferre, & in mediam præcipere, & vinum tollere: deinde congruenti victu & sotiibus humidis reliquam curationem absolueret.*

Fluente alio sanguinem non detrahes. Nam, si post detractionem perseverat fluor, virtutem profertur. In mediam autem præcipere, hoc est *λιμνοτόν*, quibus detractus fuerit sanguis, & vinum tollere, recte dictum est, ut & congruo uti victu. Sed sotiibus humidis curare, si de omnibus quidem, quibus sublatus fuerit sanguis, dicatur, id falsum est: si verò de aliquibus, dicere oportuit.

117 *Si verò venter densus affricatusque, tibi videatur, mollem huic adhibe clysterem.*

Dignum conscriptione, quod omnibus pateat, hoc non est.

118 *Quod si medicamento opus sit, elleboro tute sursum expurga: deorsum verò talium meminem.*

Tanquam agritudinem prædixerit, in qua hæc fieri iubet, sermonem facit, tamen nihil prædixerit, vel ergo exempta est quædam oratio, in qua ostendebatur agritudo: vel obliuiosus fuit, qui hæc scripsit, vel talis, qualis à multis appellatur *μετέωρος*, id est non dum fixo animo, sed suspensus.

119 *Optimum autem est, si urinae creantur, sudores prouocentur, inambulent, & tranquille ita sese perficient, ut non densiorem reddant habitum. Quod si in lecto iacuerit, perficient cum alij.*

Scripsit quoque & hæc ita, tanquam agritudinem prædixerit.

120 *Et si in thorace supra septum transuersum infestet affectio, resideat frequentius, qui afficitur, minime se reclinent, donec vires valeant, sedentemque calido multo diu refricent. Si verò dolor ventrem inferiorem sub septo transuerso infestat, iaceat is (conuenit enim) nullo quæ pacto corpus moueatur, seclusa enim frictione oratione.*

Oratione ex hac quis coniecerit tum hæc, tum quæ ea præcedunt omnia, de doloribus scripta esse. Prætermilla igitur principio dictionis sunt hæc, peccante primo libri huius scriptore, & manente postea peccato. Quamobrem fieri non potest, ut quispiam in his veritatem peruestiget, etiam plus, quam temere, in huiusmodi tempus contere videamur.

121 *Quæ autem ex ventre inferiore soluntur tum per urinas, tum per sudores, si mediocriter per se delabuntur, quæ parua sunt, soluntur. Vehementia verò perniciofa sunt: nempe tales vel intereunt, vel non sine malis alijs sanescunt: nam eiusmodi confirmari solent.*

Per

Per talem quoque dictionem conicere licet de dolorum curatione omnia, quae ab ipso ante scripta sunt, dicta esse, & hoc etiam.

122 Poculum hydropi. Cantharides tres abieciis singularum tum capite, tum pedibus, tum alis, in cyathis aquae tribus terantur: atque, cum bibens laborauerit, calido perfundatur, vngatur prius. Ieiunus bibat, & panes calidos ex oleo vel pinguedine edat.

A. lib. 3. f. 1. t. 4. c. 13. fol. 312. d.

Quidam dictionis huius mentem haudquaquam intelligens audax medicus praedictas partes a cantharibus abiecit, deditque hydropi: cui cum a primo die abscessus in sura coparuisset, post tres alios dies factus est, effusaque copiosa aqua, curatus esse visus est, quod pars tumoris praeter naturam plurima statim ad moderationem redacta sit, veruntamen non multis post diebus obiit, Quam ob causam medico quidam crimen ingessit, perperam data esse cantharidum corpora in quiescentem propinanda ablati corporibus tum caput tum pedes tum alas, idque esse, quod in dictione enunciaretur. Quare non citatus audax ille medicus hydropi alteri ita propinauit, moxque facti similiter in femore abscessu, factoque atque effluxo similiter humore, multis post diebus hominem morti contigit. Quamquam vrinari prouocatorio medicamentum ex cantharidibus confectum quidam citra bibentium incommodum vili sint.

123 Sanguinem supprimentia, quae Graeci λοχυσια dicunt. Fici succum lana susceptum intus ad venam appone. Vel coagulum inuolutum ad nares immitte. Vel chalcitidem digito ante tractam preme, charitilagineis, viringis, foris comprime. Vel in lacte asinae cocto solue, caputque rade, & astringentia, si calidum anni tempus fuerit, exhibe. Sesamoides superiorem ventrem purgat, sesquidrachma pondere in oxymelite tritum & potui datum. Miscetur autem vtrius ita, ut tertiam efficiat partem: nempe id hoc pacto minus suffocet. Ad Trichosin. Filum ubi acui foramen habenti subieceris, celsioremque, atque acuminatam supra tenens palpebrae partem ad inferiorem usque traieceris, quod superius est, inferiori ligas, fila autem extendens consue & colliga, donec deciderit. Et, si satis quidem fuerit, bene cedat: si non, deficitque, aliquid, haec refice. Hamorrhoidas modo simili persequeris. Nam acui crassissimum lana pinguis filum & maximum colligabis, securior etenim est huiusmodi curatio: deinde comprimes, & putrescente vteris medicamento: neque prius, quam deciderit perfundes: vnaque, perpetuo relinques: & postea purgabis elleboro. Exercietur deinde, & sudet, & mane multum perfricetur. A cursu contineatur, & crapula, & ab acibus, excepto origano. Vomant septem diebus, aut ter in mense: nam hoc pacto optime corpus habebit. Vinum solum bibat, aut ferum, & aquosum, & paucum. Purulentis dissectos scilla orbiculos in aqua excoques aquamque, valde seruescentiam effunde, aliamque, infunde, & coque ita, ut tangenti percussu, & molle appareat. Deinde, vbi trueris, cymini frictum misce, sesamaque, alba, & recentes, quae trita sunt, amygdalus: atque ex melle eclegma facito, datoque. Post haec vinum bibat, papauerisque, albi triti lescium aqua perfusum, & cum frumentacea farina mellem, coctum tepidumque, sorbeat. Sicque, die transigat. Deinde ad ea, quae contingunt, respiciens, curam dato. Ad Dysenteriam. Fabarum purarum quadrantem accipe, surculosque, rubiae duodecim immisce, atque, abundanter excoque, deinde delingendum porrige. Ad Oculos. Cinerem (Graece spodon) lotum abundanterque, maceratum, ut pinguedinem non liquida lauemus, teres: acerboque, vna acerba amarumque, succo humectabis, in Sole desiccabis: humectare, non oportet, ut non solutu facilis sit. Cum autem succus factus fuerit, laui trito & secco perunge oculos, & angulos consperge. Ad eosdem. Ebeni drachmam, aris vli obo los tres, in cote tere: quae vbi trueris, vini dulcis cotulam atticam infunde: deinde Soli expone, contege: atque, vbi concoctum fuerit, eo vtere. Ad eorum dolores. Chalcitidis drachmam, vna expressa partes duas, myrrham, crocumque, tere, mustum permisce, in Sole excoque, & eo dolentes oculos perunge: sit autem in vase id aeneo. Quo nam pacto vluus strangulatio cognoscatur. Digiti duobus comprime: si sentit, ea est: si non, conuulsio est. Hydropi potio conueniens. Meconium id est peplij rotundi lescium atticum. Catapotia eidem. Lepidos id est squamae, mela tres latitudine cum farina triticea agglutinetur, teranturque, & in catapotia conuoluantur, denturque: deorsum enim aquam purgant, & fecem deiciunt. Aliud. In caricis singulas, tithymalli guttas septem etiam pueris instilla. Deinde in vase nouo compone concinnaque, & asserua: atque ante cibum exhibe. Aliud. Meconium tere, aquam infunde, & percola, farinam macera, itrium coque, mel coctum infunde, & edendum hydropi exhibe: bibendumque, vinum dulce aquosum, vel dilutam mulsam, porrige. Quod ab excrementis meconium colligis, asserua, & cura.

A. li. 3. f. 17. t. 1. c. 4. fol. 353. d.

Quae hoc loco de Flatibus in vetusto libro sunt adiecta, sumpta ad uerbum fere sunt ex libro 3. de causis symp. ca. 2. cl. 3. pag. 27. f.

Liber hic ex his plane ostenditur commentarius esse, variis mistisque constans theorematum, quod in eo inordinate ab aliis in alia fiat transitus: quod & hic in ea, quae per nares fit, sanguinis perfusione, scripta sunt auxilia. Nepe alia parti ipsi, quae sanguinem profundit, exhibent: alia reuellunt, vralui solutio: alia caput addensant, astringuntque, ut refrigerantia. Quae deinceps sunt, omnia medicamentorum scriptiones habent, & quaedam commissa auxilia. De appellato igitur sesamo sermone in primis facit. Mox pilorum in palpebris manuales operationes scribit, quam αλαβερυσμον appellant. Pari modo & haemorrhoidum, aliterque earum sanationis meminit. Postea purulentorum tum medicamentorum, tum sorbitiones, scripsit. Atque ab his compositiones eorum, quae ad oculos deputatae sunt, medicamentorum. Praeterea de strangulationis vluus dignotione egit: mox de meconio: postea de aquae educatorio medicamentum, & subinde facit. Et demum hydericis ex meconio & tritis exhibet. Sunt autem eorum, quae serie continuata dicta sunt, plurima quidem manifesta: alia nequaquam manifesta sunt, de quibus deinceps faciam sermonem. Galeni



GALENI DE DIAETA HIPPOCRATIS IN MORBIS ACUTIS

Augustino Gadaldino interprete

In omnibus quos viderim Graecis codicibus hic liber sub Galeni nomine, & sine principio circumfertur. Galenus certe in libro de proprijs libris cap. 4. & 6. quendam huius argumenti librum se fecisse asserit. sed an hic ille ipse sit, dubium est: tum ob doctrinam, quae Galeni doctrinae haud ex toto similis videtur: tum ob verba quaedam medica ab hoc scriptore vsurpata, quae fortasse nusquam alibi apud Galenum reperuntur: tum praeterea, quod in fine libri pollicetur se in libro de consuetudine de quibusdam tractaturum, quorum tamen nulla fit mentio in eo libro quem de consuetudine habemus. Quisquis tamen est huius libri auctor, is in Hippocratica doctrina est admodum versatus. Magis autem ipsum extollere possemus, si hunc librum integrum haberemus. Nam licet aliquid adiumenti alter huius libri interpretis attulerit, & nos etiam trium graecorum exemplarium ope ac Hippocratis lectione non paucas mendas sustulerimus: principium tamen libri hucusque inueniri non potuit: atque aliqua adhuc superesse fatemur, quae velut interiecta esse videntur, nullamque cum superioribus & inferioribus connexionem habere: aliqua item, quae nullo modo, aut vix intelligi queant.

Deest principium.

In paroxysmis quietem ac solamen non motum indicari. CAP. 1.

quietem vero & mitigationem indicat, ac obsequendum potius, quam cogendum, omnibus, quae mouere possint, praedictis motis. Cum vero irruunt morbi, quiescere oportet & laborantem & medicum a curationibus, ne quid mali fiat. Hoc idem etiam de particularibus paroxysmis, id est exacerbationibus vaticinatus est, inquiens. Quisquis qui per circuitus exacerbantur, nihil dandum, neque cogendum, quod est, nullo, quod cogere possit, vtendum. Nihil enim in paroxysmis, quod vel apponere queat, vel violentum sit, affumendum censet. Forte vero & hoc idem innuit, cum inquit. Quae iudicantur, vel iudicata sunt integre, neque mouenda sunt, neque innouanda, neque pharmacijs, neque alijs irritamentis: sed linenda. Satis sit paroxysmi malum: ne simul adit & hoc, & id quod ab arte fit. Verum de indicationibus deinceps considerabimus.

A. Libro 3. de morbis. cap. de pleuritide ex dorso.

B. 1. apho. 19. Ex. ord. 9. f. Et lib. de humo.

C. 1. apho. 20. Ex. ord. g. Et libro de humo.

Morbos omnes sua tempora habere.

CAP. 2.

Videamus autem & tales temporum deinceps differentias. Dicamusque morborum alios natura quatuor ipsa tempora acuta habere: alios producta: nonnullos tarditatem cum celeritate compensare, hos in principio, illos in fine, alios, ut fors tulerit. In Epidemia enim, cum prius posuisset febrium differentias secundum ipsarum figuras, continuarum scilicet: intermittentium, semitertianarum, tertianarum, quartanarum, & reliquarum: postea haec infert. Sunt autem modi & constitutiones & paroxysmi singularum harum febrium tam continuarum, quam intermittentium. Et enim continua quibusdam incipiens floret ac viget maxime, atque ad grauius perducit: circa crissim vero atque vna cum crisi attenuatur, quibusdam vero molliter incipit ac summissim, increfcit autem, & exacerbatur quotidie: circa crissim vero & vna cum crisi satis elucet, quibusdam autem blande incipiens increfcit, exacerbaturque: atque cum aliquandiu vigerit, rursus submittit se vsque ad crissim & circa crissim: contingit autem haec fieri in omni febre & omni morbo. Esto, ut haec Hippocratis verba praecipue quidem intelligantur in febribus continuis ob notabilitatem: praedictae tamen temporum motiones non solum in omni febre contingunt, sed etiam in omni morbo. Ita ut nec ab Erasistrato nec ab villo recentiori discendum nobis sit, ophthalmiam, i. oculorum inflammationem, & otalgiam, i. aurium dolorem periodos seu circuitus habere, sed ab eo, qui medicinam inuenit & perfecit. Contingit enim (ait) haec fieri in omni febre & omni morbo. Cum autem intulisset omnem etiam morbum quatuor habere tempora, rationem ad vsum reduxit, inquiens. Oportet autem diatemata ex horum consideratione offerre. Sed quia non ex hoc solum diatemata sumit, ideo addidit. Multa vero etiam alia opportuna signa his sunt germana, de quibus partim quidem scriptum est, partim vero scribetur: ad quae ratiocinando examinare atque considerare oportet, cui horum acutus & lethalis vel salutaris sit: & cui adhibendum sit vel non: & quando, & quantum, & quid offerendum erit. Et quis breuiori sermone remedium scopos tradidisset, quam hic ipse Hippocrates, qui considerandum esse ait quantum, quid, Septima Classis. ttttttt 2° &

D. Videtur in opere hocum libri τὸν παροξυσμὸν, id est praecipuum, non longe a principio.

E. 1. Epi. sect. 3. t. 10. cl. 3. 12. a

F. 1. Epid. sect. 3. t. 11. cl. 3. 12. b

G. Ibidem.

Et quando. Etenim ordo in hoc & tempus consistit. Qui ergo prius nutrit, postea apothera pia utitur, is peccat in quando: nam quod tempus requirit, non offert: quo non indiget, id assumit: hic ipse vero, qui tempus transposuit, nec feliciter, ea quae ad ordinem spectant, conieciatur.

De tempestiuitate & intempestiuitate. Quod terrestria caelestibus compatiantur. CAP. 3.

Sed de his quidem alibi. Nunc autem de temporibus docendo disputabimus, ut ab initio ad finem usque, locum hunc omnem absoluamus. primumque verba ex libro de Morbis afferemus, in quo cum prius declarasset, necessarium esse, ut sciat, quid sit tempus (hoc est *καιρος*) et quid intempestiuitas (hoc est *αναπαια*) postea haec subiicit. Tempora autem (ut semel dicam) multa & omnimoda sunt in arte, quemadmodum & morbi, & eorum curationes. Sunt autem acutissima tempora, illis scilicet auxiliari qui vel exanimantur, vel iningere, aut egerere nequeunt, vel suffocantur, vel mulierem parientem, aut abortientem liberare: vel quaecumque sunt eiusmodi. & haec quidem sunt tempora acuta, nec paulo posterius conferunt: plerique enim obeunt paulo posterius. Tempus igitur est, si quis homini aliquid horum patienti, antequam anima exierit, in tempore opituletur: qui vero hoc facit, is certe opitulationis tempus scit. Quicquid enim quis in tempore assumpserit, id propterea quod eo instanti tempore assumptum est, opem tulit. Cum autem de acutissimis, ac maxime repentinum auxilium requireribus dixisset: deinceps & de tempore protracto docet. Alij autem sunt morbi, quibus tempus est, ut semel die curentur, & quando sanè, nihil refert: alij tertio vel quarto quoque die: alij semel in mense: alij tertio quoque mense: & an tertio incipiente, an finiente, nihil refert. Talia sunt tempora, in quibus non aliam habent certitudinem, quam hanc. Incipit sanè ab hypostasi quae in temporis puncto consistit, atque ita ad horas accessit, & ab horis ad dies, & à diebus ad menses, eosque per lunae incrementum vel decrementum numeratos. Quod autem alij quibus fortasse paradoxon esse videtur, id ego magnam vim habere ostendam ad morbos destruedos, ac praecipue diuturnos, in quibus permissum est artifici, idonea tempora expectare. id autem est, compati contrasimularique caelestibus terrestria. Conspiratio enim una & conflusio una, non solum in nostris corporibus, sed etiam in vniuersis. Si quidem mutationis, quae in ambiente est, participes sunt & plantae, & animantes, & multo magis in lunae transfigurationibus: eius enim calor terrae vicinior est, vnde & carnes quorundam animalium & viscera coaugentur. & vniuersaliter alia quidem tabescunt: alia vero liquecunt. Coadnotant autem & hominum corpora, ac multo magis in morbis: potens enim est sanitatis robor tales morbos occultare. Morbi autem si per detractionem fiant, decrecente luna ad deterius adnotationem faciunt: si per abundantiam & affluentiam, crescente luna praecipue premunt. Scire itaque debet artifex, non solum in oceano mari recessum & accessum fieri aquarum circa tales lunae transfigurationes: sed etiam in nostris corporibus quandam esse reciprocaionem, id est *αυτωστυν*, humorum, in quibus crescente luna, conuenit auxilia quae replent assumere: decrecente autem, detractione uti. Contraria enim quae in toto pugnant, non solum aegrotantem superant, sed etiam medicum. ita enim arti cooperatur & numen diuinum. Quapropter etiam sermonem praedictis consequentem infert, etiam ad horarum usque circumuersionem, cum inquit. Intempestiuitas autem est huiusmodi. Quaecumque quidem mane curari debent, si meridie curentur, intempestiue curantur. intempestiua autem sunt haec, propterea quod inclinationem ad peius habent propter curationem non in tempore adhibitam. Quaecumque autem cito, siue meridie siue vespere siue noctu curentur, intempestiue curantur. Et si hyeme curari debeant, curentur aestate: vel si quod iam curari oporteat, id ipsum differatur: vel si quod differri oporteat, hoc iam curetur: talia intempestiue curantur. Et haec quidem obiter ac veluti praeter sermonis tradendi propositum dicta sint.

Duo cum sint tempora ex Hippocrate, alterum totius morbi, alterum cuiusque paroxysmi: alimenta pro eorum ratione exhibenda esse. Multaque de hac re traduntur regulae. CAP. 4.

Volo autem iam opportuniore scribere. Sunt autem haec. Duo tempora tradit Hippocrates, alterum totius morbi, alterum particulare cuiusque paroxysmi. Dicit ergo in Epidemijis necesse esse, ut totius morbi incrementum & remissionem vigoris consideremus, & ad utraque tempora respiciendo, semper auxilia adhibeamus. Et hoc facile in omnibus doceri potest, at in alimento ostenditur. Alimento enim optimum est in diæta auxilium. Id enim solum si cæteris comparatur, omnibus aequiualeat: omnia etiam in se continet. Huius rei testis est Hippocrates, qui alimenta, diætas vocauit: totius enim appellatione partem exornauit. Est autem totus hic sermo iunioribus medicis maxime contrarius, medicinae tamen consequens. Vult enim Hippocrates ut medicus à primis diebus sciat, quis morbus cito, & quis tarde vigebit: & ubi hoc praedidicerit, virtutem etiam laborantis consideret: ac tanquam in quadam suae ipsius cogitationis libra, de utriusque ponderet utrum, si à principio tenuiter nutriatur laborans, sufficere ad vigorem usque poterit (ita ut post principij tempus usque ad vigorem tenuiter semper cibetur. Quando enim viget morbus, tunc tenuissima diæta necesse est ut) an prius ipse deficiet, nec ad vigorem usque perdurare poterit. Nam si futurum est,

Videntur innuere 1.1. lect. 3. primi Epid. 1. Aph. 7. & 9. Ex. ord. 4. d. g. Forte glossesma. 1. apho. 8. ext. ord. 4. f

Aut ager ante vigorem dissoluatur: primis certe diebus virtus resumitur debet, ut possit postea ager, dum vigor adierit, tenuiter cibari. Non enim in omnibus dictum est, in principio pinguius cibari oportere: sed in ijs, in quibus futurum est, ut virtus circa vigorem dissoluatur. Discamus autem & huius dogmatis rationem: ita enim ipso audacius ad artis opera utemur. Natura archegonon, id est primogenita, & primam suae ipsius eucrasiam seruans, oportune appetit quae offeruntur, riteque quae assumpta sunt dispensat, & in vniuersum corpus distribuit, appositionesque & detractiones commoderatas facit. Cum autem morbi inciderint, ac *σάσις*, i. seditionem & *ἀναρχίαν*, i. carentiam principatus rebellionem ue effecerint, quantum utique passiones valuerint, tantum etiam natura fatigatur. Ac circa quidem morborum principia, exigua est naturalis status euerasio: multum vero est naturae robor: circa vigores autem magna est status praeter naturam vis: multa vero naturae infirmitas. Quare, si futurum est, ut quispiam à principio tenuiter nutritus, circa vigorem solidiora alimentis, virtute prius consumpta, sit postulaturus: hunc in principio roborare consulit, ut cum postea vigor adfuerit, tenuiter cibetur. Etenim rationi consentaneum est, ut in difficillimo morbi tempore, & in quo potissimum pugnare natura creditur, paucus sit cibus, tenuissimeque id, quod offertur, nutriat: ne in distributione vellit, neque multam faciat additionem, sed, non secus ac irrigationes, sobletur: totumque corpus permeet, labore aut tempore quo dispensetur, minime indigens. Neque enim in particularium quidem paroxysmorum vigore cauenda sunt alimentorum oblationes, in vniuersum salium autem morborum vigoribus nutrimenta sunt danda. Prope posita est (inquis) declinatio. Ego vero haud quaero quid sit quod futurum est, sed quid quod praesens est. Neque enim id quod humanus est vigorem denotat, sed declinationem. Morbi vis adeo cita est, ut minime comprehendit possit. Nonne sapienter magnitudinem nescimus, quamuis etiam virtus viguerit: Haec certe plurimum eueniunt. Quod autem non omnes circa principium velit pinguius nutrire, sed quibus futurum est, ut circa vigorem virtus dissoluatur, patet ex ijs quae inferuntur: quid enim ait? Neque igitur licet praeter tempus, neque vehementissimas vaforum vacationes facere, neque vigentibus morbis & in inflammatione existentibus, cibos offerre. Et rursus. Hoc igitur maximum documentum esse censeo, quod primi dies non sint forbitioe tali vel tali priuandi, ijs qui paulo post talibus vel talibus forbitioibus sunt vsuri. Praesumplisse hoc decebat, propterea quod de acutis sermo est. Et paulo post ostendit, se non in omnibus, sed in aliquibus, talem victum instituisse, inquis. Haec igitur omnia magna testimonia sunt, quod non recte medici ad diætata aegrotantes ducunt, sed in quibus morbis non oportet vasa vacuari, ijs scilicet qui forbitioibus cibandi sunt, vasa vacuant, & in quibus ex vaforum vacatione ad forbitioes mutationem facere non oportet, in ijs mutationem faciunt, et plerumque absolunt. Aliquando autem in his temporibus ex vaforum vacatione ad forbitioes accedere, si ita morbum exacerbari contigerit. Hoc autem est vigoris tempus in quo ob virtutis dissolutionem coacti, à tenuioribus ad solidiora cibaria accedunt, cum tamen corpora iam ab inflammatione detineantur. Non igitur licet praeter tempus nec vehementissimas vaforum vacationes facere, neque vigentibus morbis & in inflammatione existentibus, cibos offerre. Neque decet, ait, immodicas *ἀναρσεις*, i. protractiones assumere, neque intempestiue nutrire. In multis autem intempestiuium maxime est: ad tertium usque diem ascendere: inoua etiam male est quae alternis diebus fit nutrimenti oblatio. Ad eos enim qui ita cibant, respiciens, omnia haec scribit. In principijs enim magnum peccatum est ipsa diatræite, i. tridua inedia, qua tamen etiam Hippocratis tempore utebantur. Testis est ipse Hippocrates rursus in libro aduersus Cnidias sententias, dicens. Noui autem medicos, qui contrario maxime modo ac oportet, faciunt, volunt enim cuncti, ubi in morborum principijs, duobus vel tribus vel pluribus diebus fame arefecerint homines: ita offerre forbitioes & potiones. Nec increpat, quod aliquos ad praedictum usque dierum numerum protrahant, sed quod omnes. quandoquidem & ipse protrahit ad tres & ad quatuor usque dies: sed protrahit quos oportet. Inconstantes enim febres, donec constiterint sinit, ubi vero constiterint, hoc modo curat. forbitioes enim & potiones in conuenienti die offert. Consulitque tertium & quartum diem cauendos esse. Quandoquidem hi dies, *παλινοσίας*, i. recrudescentias, ut ipse ait, potissimum pariunt: ea item tum quae ad phlegmonem & immunditiam incitant, tum quae ad febres tendunt, & magni admodum momenti, perinde ac quoduis aliud, documentum hoc est. cum qua enim ex opportunissimis in medicina rebus non circa vlcera solum sed etiam circa alios multos morbos non communitate. Nisi quis alios etiam morbos vlcera esse dixerit, habet enim quandam & haec oratio aequitatem. Videamus ergo id quod sequitur, per quod patrocinator ijs, qui in plures dies protrahunt. Et forte aliqua etiam aequitas videtur ipsis esse, ut cum magna mutatio in corpore facta sit, aliqua etiam valde magna mutatio obijciatur. At mutare quidem, non parum bene habet. Recte quidem sanè transferenda est & ipsa mutatio. & ex mutatione, exhibitio gustamentorum adhuc magis. Recte ergo cum mutatio facta est in corpore, protractionem ad tres usque dies faciendam laudat, sed recte ac artificiose hoc facit, dum genus, & magnitudinem affectionis, & tempus, & regionem,

2. de Vict. acu. 32. 7. 120. h
2. de Vict. acu. 41. 7. 122. d
2. de Vict. acu. 42. 7. 122. e
2. de Vict. acu. 32. 7. 119. h
4. de Vict. acu. 34. 7. 114. a
3. de Fract. 33. 7. 246. d
T. 34.
2. de Vict. acu. 18. 7. 118. h

& aetatem & antea factae dietae formam considerare contulit, quae certe mutationis dietae, firmissimae sunt indicationes. Illud certe est obseruandum, ne cum alimentum circa primos dies subtraxeris, quando id & laborans sumere, & virtus conficere poterat, circa vigorem postea, dum virtutem fere dissolutam vides, mutationem aggrediaris, pugnareque adhuc magis virtutem cogas, quo tempore ne fortitiones quidem confici ab aegrotante possunt, id illi hoc suadens, nutrimentisque eum suffocans. Videre enim licet ratione quidem methodicos, opere vero a methodos medicos, vinum & carnes dare, tanquam in vas inanime alimenta infundentes. Ac ei quidem qui recta ratione in principio protrahit, in vigore etiam virtus constans perseverat, ei vero qui indebite protractionibus usus fuerit, circa principium etiam debilitatur, partim quidem a morbo, partim vero a prauo artifice coacta. Eiusmodi etiam medicos in alijs redarguerat inquitens. || Quid enim tandem mali erat, si praesumum ignorantiae ferrent, qui artis opera male administrant: nunc autem aegrotis qui extra culpam sunt, non sufficiens videbatur ex morbo noxa, nisi etiam medici imperitia accederet. Oportet ergo ita semper circa initia & protractionibus uti, ut ne quidem cogitandum sit, circa vigores morbos esse mitissimos, etiam si post protractiones, & maxime eas quae plurimum dierum sunt, cibis exhibeatur. Didicimus autem & ex ijs quae intulit: rationem enim subnexuit. || Ac mutare quidem non parum bene habet: recte quidem sanè transferenda est & ipsa mutatio, & ex mutatione exhibitio gustamentorum adhuc magis. A communi ratione, si recte fiat mutatio, firmiter etiam debet sequi iuuamentum. Malum sanè est in alterutro peccare, neius tamen est in additione. Audiamus & quae deinceps dicat. || Coniectandum sanè est & robur, & modus morbi in singulis, & naturae hominis, & consuetudinis, & dietae laborantis, non solum ciborum, sed etiam potuum: multo autem minus ad additionem eundem est, quando quidem subtractionem omnino auferre sapenutero confert, ubi perduraturus est laborans, donec morbi vigor concoctus sit. Neque enim virtutem considerare debemus, an phlebotomia vel aliud quicquam validum praesidium omnino ferre queat, sed an his neglectis, perdurare ac portare morbi vigorem possit. Quare mihi ne dicas, & ego virtutem inspicio, neque enim ita inspicias, ut oporteret, quocumque autem modo inspicias, praeterquam quod nihil noui dicis, tua etiam ipsius vniuersalia theoremata subuertis. Quae igitur artificialis ratio est: || Coniectandum est, an aegrotans ex dieta usque ad morbi vigorem perdurabit, & utrum ille deficiet, & ex dieta non perdurabit, vel morbus prius deficiet ac obtundetur.

Libro praecceptorum non longe a principio.

2. de Vict. acu. 18.

2. de Vict. acu. 36. 7. 121. e

7. de Avit. 1. ubi ipse forte tamen dicitur: 1. ipse scilicet Hippocratis.

1. aph. 9. Ex. ord. 4. g

2. Epid. sect. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

* Al. febres.

1. aph. 12. ext. ord. 5. a

Ibidem.

3. Epid. 3. t. 88. 3. 1. 1. h

Nota traduntur ex Hippocrate quibus scire possimus qui morbus cito & qui tarde vigorem sit habiturus. CAP. 5. G

Cum autem ipse sciret, non cuiusvis medici esse, a primo morborum insultu, scire, qui nam cito, & quinam tarde vigeant, multas ad hoc notas dedit in omnibus suis libris, praecipue vero in secunda Epidemia, dicens, || Circa principia morborum considerandum, an statim floreat: manifestum autem hoc sit ex incremento. Nosces, inquit, ipsum vigorem prope vel procul esse, si probe incrementum consideraueris. Morbi enim qui paulatim crescunt, tardum: qui celeriter, celerem denotant vigorem. || Incrementa autem ex circuitibus, & crises quoque hic manifeste. Per incrementum quidem vigorem agnosces: incrementa vero, per circuitus. Aliud enim est, singulis diebus adnotationem habere: & aliud, vno die vel duobus interiectis. Nec hoc tantum satis fuit: sed adiecit etiam artificiosa. || Et ex paroxysmis in circuitibus considerandum est, si citius an non: & si longiori tempore an non: & si magis an non: Vult ut ad praecognoscendum accelerantem vel tardantem vigorem, praedicta obseruemus, id est utrum festinanter an secus, incrementum adueniat: & utrum modus propius accedat ad continuitatem, an multum absit a continuitate. Ad haec etiam paroxysmi in circuitibus an citius an non, hoc est, an anticipent, an postponant. Nam qui anticipant, celeritatem, qui postponunt, tarditatem magis significant. Quoniam autem potest qui anticipat paroxysmus, prius etiam delinere: ob id addidit, Et longiori tempore an non. Praeterea cum sciret non in longitudine tantum & breuitate paroxysmorum, differentiam esse, verum & in vehementia & imbecillitate, fieri que posse ut in aequali adnotationis dimensione difficultus vel leuius aliquis exacerbetur: citius addidit. Et magis, an non. Cum videris magnum aduenire incrementum: ac sequentem paroxysmum praecedenti semper & multo longiorem & multo difficiliorem, scias vigorem statim affuturum. || Nam & eorum qui repente moriuntur, celeres sunt ipsae crises, quoniam & celeres sunt dolores & continui & validi. Ex contrarijs autem contrarium. Forte vero & aliarum rerum hoc commune est, ut quae quidem citius fiunt, breuius sint: quae vero tardius, longiores. Non solum autem in Epidemijs, sed etiam in Aphorismis, rationes docet, per quas praescire poteris vigorem postea, sed etiam in Aphorismis, & constitutiones indicabunt morbi. Nam horum alij natura acuti, alij natura diuturni. Et tempora anni. Quocumque enim ipsorum adiuvant, morbis aduersantes, celeriter & incrementa & vigores facient. || Ideoque necessarium est scire, bonum esse quod in constitutione & in morbo commune est.

Et

Ab circuituum inter se incrementa. || Haec quidem sunt communia cum iis quae in Epidemijs dicta sunt. Adiciet autem & aliam quaedam praeterea rationem, per quam vigorem scire poteris. || Et ex iis quae mox apparent, ut in pleuriticis, si sputum statim appareat, incipiente quidem morbo, abbreviat: si vero post appareat, prolongat. || Concoctiones enim celeritatem criseos sanitatisque securitatem significant. || Et vrinam, & deiectiones, & sudores, mox apparentes, morbos aegre & facile iudicandos, breues & longos indicant. Habes, inquit, vbertatem, si nostra legas, nec solum celerem vel tardum vigorem, sed etiam alia multa eorum quae futura sunt, praenosces. Hoc tantum prius accipe, ac firmiter crede, optimum esse, ut medicus providentiam adhibeat, non ad gloriam tantum, sed & multo magis ad curandi rationem. His prius constitutis, rationem ad artis opera accommodato.

1. Aph. 12. ext. ord. 5. a
Ibidem.
1. Epid. com. 2. t. 45. 3. 112. b
4. Aph. 12. Ext. ord. 5.

Regula cibandi pro ratione totius morbi.

CAP. 6.

Quibus igitur statim est vigor, si statim tenuiter sunt cibandi. Neque enim de virtutis dissolutione est timendum, ubi vigor statim affuturus est, sicuti in angina usu venit: Licet enim, ut torus ad morbum tollendum incumbas, nihil de virtute formidans. || Quibus autem posterius est vigor: in illud tempus & paulo ante illud subtrahendus est cibus: antea vero pinguius est cibandus aeger, quod durare possit. Hoc in loco de vtriusque simul passione inquam & virtute coniectari oportet. Cibari autem plenius, est paulo solidius nutriri, quam fiat in extreme tenui dieta. || In paroxysmis autem subtrahere oportet. Per haec verba documentum valde curatum ad artem maxime spectans tradit, hoc est incumbente grauiori paroxysmo, nihil nutrimenti apponendum esse, siue n. per τρωιδίαν, quasi dixeris superascensionem, vehementiores fiat paroxysmi, pulchrum sanè est, virtute prostrata, ad detractiones accedere: siue etiam nunc quidem leuius, rursus autem grauius res fiant adnotationes, ex arte rursus est, ante difficiliorem paroxysmum non nutrire: sed semper post grauiorem adnotationem. Sed exacerbo, inquit, morbum, si primis diebus alimentum dederò, atque ita quem curandum suscepi, laedam. At certe magis iuuabis, virtutem seruando. Omni sanè auxilio noxa aliqua coniuncta est: quod n. iuuat, id etiam nocet. Si ergo cum in principio nutruero, cui futurum est, ut virtus circa vigorem dissoluatur, morbum quidem aliquantisper augebo: ut virtutem magnopere corroborabo. || Qui vero opinatur virtutem non resciri, sed morbum exacerbari, mortem is proculdubio agrotanti afferet. || Peccata autem quae per initia committuntur, non eque, ut haec, immedicabilia sunt, sed multo facilius corrigi possunt. patet ergo, quod non lubes in primis diebus ad alimentum exhibitionem accedit, sed tanquam in angustia quadam detentus, commodissimum eligit tempus. Quod, si nihil ipse de virtute vereatur, maxime ex arte esse existimat, ad tertiam & ad quartam usque diem, non nunquam etiam & ad longius tempus protractionibus uti: quando & robur virium addit, & morbi modus cogat, multaque sublit humorum redundantia: & loco phlebotomiae vel aliorum vacuantium praedictorum, longiorem eligimus protractionem. Aliquibus enim in diatribe, aliquibus ante diatriben, aliquibus post diatriben, probe primum exhibitum est alimentum. Et in vniuersum quidem, symmetriam attingere oportet. Si autem hoc fieri nequit, vergendum est magis ad protractionem plurimum dierum, quam ad celerem alimentum appositionem, si virtus nihil prohibeat.

1. Aphor. 10. Ex. ord. 4. h
Ibidem.

1. Aphor. 11. Ex. ord. 5. a

Locus mendis non vacas. ut ait Inuere. rex. 40. 2. libri de Vict. rone in morb. acu. Sed sanè deterius agit q. omnibus vala ante &c. 2. de Vict. rone in acu. t. 40. 7. 112. c

Animaduersiones de virtutis fortitudine & imbecillitate. Signa imbecillitatis virtutis ob inanitionem, ob morbi acumen, ob irritamentum aliquod, exemplo flammæ lucernae. CAP. 7.

Sed quispiam ex iis qui methodum perturbant, inquiet. Et ego virtutem animaduerto. Ad quem licet respondere. Et quomodo virtutem inspicias? non enim appareat. nam saepius qui primo aspectu fortis videtur, imbecillus est, dissolutusque facilis. Nam qui fortis videtur, non per ea, per quae virtus, dignoscitur. Accipis aetatem, anni tempus, regionem, & similia. Nonne tibi licet pulsus tangere? At neque si tetigeris cognosces, utrum in spiritu, vel in humoribus vel in solidis sit virtus. Mentem adhibes naturalibus actionibus, ut scire possis, a quot rebus virtus impediatur. Si autem nunc quidem permittat, posterius autem dissoluetur, prauidere poteris, si natura: uel quae, id est temperamenta consideraueris, praecognoscere item vigores poteris. Si vero noueris alicui quidem firmam esse virtutem, alicui vero facile mutabilem, diiudicabis alterum septionalem, alterum meridionalem esse. Quoties autem imbecilla visa est manere virtus, at per detractionem corroborata est. Audi Hippocratem ignaros medicos redarguentem. || Non enim video medicos talium rerum esse peritos, quomodo scilicet dignoscere oporteat imbecillitates in morbis, & quae ob vaforum vacationem fiunt, & quae ob aliud quoddam irritamentum, & quae ob dolorem & ab acumine morbi: item que quot passiones & omnigenas formas natura nostra & habitus singulis pariat. quamuis talia salutem vel mortem inferant cognita vel ignorata. Neque enim paruum periculum est, si ignoretur virum virtus per indigentiam dissoluatur, ita ut nutrimenti

mentis additione indigeat, an ob phlegmones magnitudinem suffocatur, ita vt detractione indigeat: E an ob aliud quoddam irritamentum, id est ob mutationem & corruptionem eorum quæ assumuntur. Sicut enim lucernæ flamma & ob defectum olei extinguitur, & ob multam confertam que infusionem: & quando non purum & argillosum est: Eodem modo & calidum quod est in nobis, natura existens flammæ similis, & indigentia & abundantia & prauitate alimenti corrumpitur. Item quæ quot passiones & omnimodas formas, natura nostra & habitus singulis pariat. Quidam enim natura famelici sunt, quidam stomachum habent qui facile afficitur, & animo facile delinquant, ac à minimis affectionibus læduntur, & alimenti appositione semper indigent. Et alia sunt priuatum in singulis syncrises. Animaduertendum quæ est ne cum in eiusmodi habitus incidimus, aliquod peccatum committamus. Maius enim malum est, si ob dolorem & acumen morbi delirato, potionem vel sorbitionem copiosiore aut cibum quis obtulerit, existimans ob vasorum vacuationem imbecillum esse. Indecorum etiam est ob vasorum vacuationem debilitatum non cognoscere, ac diæta eum premere. Affert enim aliquod periculum & hoc peccatum, multo tamen minus quam alterum. Ridiculosum autem magis est hoc peccatum, quam alterum. Si enim alius medicus vel etiam idiota ingressus cognouerit ea quæ contigerunt, & edenda potandaque dederit ea, quæ alter prohibuit, aperte iuuasse existimabitur. Talia artificum instituta maxime ab hominibus vituperantur, videtur enim ipsis ille qui ingressus est medicus, vel idiota, tanquam mortuum suscitasse: scribentur autem & de his signa, quibus singula dignoscere oportet. De vniuersalibus igitur temporibus & de primâ alimenti exhibitione hæc satis sunt.

Regula cibandi pro ratione particularium paroxysmorum.

CAP. 8.

Videamus iam & de particularibus. Illis qui in circuitibus exacerbantur, nihil dare oportet, neque cogere, sed detrahere de additionibus ante criseis. Item. In paroxysmis subtrahere oportet, addere enim, noxa. Et, quacunque per circuitus exacerbantur, in paroxysmis subtrahere oportet. In morbis sanè qui per circuitum vexant, siue continui sint, nullasque habeant intermissiones, siue ex quibusdam interuallis exacerbentur ac reuiuescant, obseruandum est ne in paroxysmis esculenta aut poculenta aut diaclysmata demus: quandoquidem quicquid tunc offertur, morbi non corporis fiet alimentum. Si quis enim alimentum febricitanti dederit, vt sano robur, ita laboranti morbus. Neque cogere, hoc est, nulla re cogente vti. solamine. n. potius est opus, quam vi in paroxysmis, expectandumque est remissionis tempus, & in eo vehementia cogentiaque remedia assumenda sunt: G vbi verò paroxysmi inciderint, lenientia. Quemadmodum. n. feræ etiam valde agrestes, si quis eas placide adeat, blandisque demulceat, mansuetæ redduntur: si verò ex aduerso ipsis irascatur vique adoriatur, agrestiores efficiuntur: Ita & morbi quodam modo agrestiores effecti, si quis eos in paroxysmis soletur & mitiget, leuiiores ac mansueti euadunt: si verò ex aduerso se opponat vimque inferat, excitantur ac exacerbant. Propter has & alias id genus causas nec rebus cogentibus, nec alimentis vult vti in paroxysmis: partim quidem ob additionem, partim verò ob turbationem que in dispensatione fit. Et quæcumque per circuitus exacerbantur, in paroxysmis subtrahere oportet, addere. n. noxa. Non solum aut dum adsunt paroxysmi, nulla re, que mouere aut addere possit, vtendum esse censet: verum neque dum mox futuri sunt: sed dum deorsum inclinatur morbus. Hocque sapienter admodum in libro de morbis demonstrat, cum ait: Cum aut irruunt morbi, quiescere oportet & laborantem & medicum à curationibus, ne quod mali fiat. Omnium aut clarior ac magnificentior in libro aduersus Cnidias sententia, cum inquit: Tempus autem exhibendæ sorbitionis hoc maxime obseruare per initia & per omnem morbi decursum oportet. Quando sanè pedes frigidi fuerint, inhibere oportet sorbitionis exhibitionem. Maxime verò & a potu abstinentum est. Quando autem caliditas ad pedes descenderit, tunc exhibendum est, & putandum magnopere valere hoc tempus in omnibus morbis, H non minime verò in acutis, maxime verò in magis febrilibus, & periculosis morbis. Forte quis dictionis græcicæ ignarus, dicat, Hippocratem in vigore alimenta offerre: cum enim caliditas in pedes descenderit, tunc febrem vigere, corpore vniuerso aque ac similiter calefacto. Verum qui hæc in veteres dicere audet, stoliditatem summam que incitiam præferet. nec quid sit *καταβαίνεν*, id est descendere, intelligit. Discant ergo qui hæc aduersus Hippocratem effutunt, eum non in vigore sed in remissione febris alimentum dare. Quid enim ait: Quando caliditas in pedes descenderit, tunc exhibendum est, omne autem quod iam descendit, superiores partes reliquit, & infernas adiit: caliditate non extensa, sed ad infernas regiones transposita. Et hoc adeo clare ipse edocet, vt & à stolidis etiam intelligi queat. dicit autem in hunc modum. Cum verò pedes sunt frigidi, neque potum neque sorbitionem, neque aliud quicquam tale dato: sed maximum hoc esse existimato, si obserues, quousque valde calidi fiant. deinde ita id quod confert, exhibe. Vt plurimum enim signum est futuræ exacerbationis febris, ipsa pedum frigiditas. Si verò in tali tempore exhibueris, maxime per omnia peccaueris: morbum enim non parum augebis. Cum autem febris

1. de Vi& rōne in acu. 48. 7. 12. 4. a.

1. Aph. 18. Ext. ord. 9. f. lib. de humo.

1. Aph. 11. Ext. ord. 5. a

7. Aph. 62. Ext. ord. 5. g.

1. Aph. 11. Ext. ord. 5. a Lib. de Alim.

L. 3. de Morb. ca. de pleur. ex dorso.

1. de Vi& rōne in acu. 46. 7. 115. f

4. de Vi& rōne in acu. 39. 7. 139. f

« Abris definit, è contrario pedes calidiores fiunt reliquo corpore. Augetur etenim, frigefaciens pedes, accensa ex thorace, in caput flammam emittens. Vbi verò calor totus sursum concurrerit, & exhalauerit in caput, merito pedes ipsi frigidi fiunt, cum excarnes nervosique natura sint: præterea, cum multum à locis calidissimis distent, frigescunt, calore sese in thoracem colligente. Et rursus ex proportione, cum febris soluitur, & in minutas partes redigitur, in pedes descendit. Hoc ergo tempore caput & thorax ipsorum perfrigerata sunt. Non est ergo in toto corpore caliditas, neque extensa est: sed sicuti, dum vigeat paroxysmus, partes circa thoracem caput que, assatim incendebantur: ita & nunc, vbi adest remissio, caliditas nobiliores quidem partes reliquit, circa pedes autem extremos versatur. hocque naturaliter fit. Rationi enim maxime consentaneum est, vt hos, qui valde prius refrigerati erant, calor etiam ingens deprehendat, natura nimirum tribuente ipsis mutam contrariorum successionem. Vnde cum quis per frigidas regiones iter fecerit, vbi in aestuam peruenerit, ignitos obtinet pedes. quandoquidem cum magis frigerint, magis etiam ac vehementius iure incallescunt. Quapropter & in difficillimis febribus, quando inualio cum pedum perfrigeratione fit, in remissione pedes vehementer calefieri contingit. Quare cum locum absolueret Hippocrates, inquit. Hac de causa offerendum est. nam vbi pedes frigidi sint, necesse est inferiorem ventrem calidum esse; multoque fastidio plenum, & hypochondrium extensum, & profecationem corporis ob internam turbationem, & mentis suspensionem, & dolores, & vellicatur ager, ac vomere affectat: si que praua vomat, dolore afficitur. Vbi autem caliditas in pedes descenderit, vrina que pertransierit, etsi non sudauerit, omnia cessant. In hoc igitur tempore oportet sorbitionem dare: tunc autem pernitias. Et præcipue nocuentum, quod ex intemperantia in morbis acutis cuenit: mortem esse inquitens sub paroxysmo nutrire. A peste igitur & hæc imperat. Oportuerat igitur satis iam hæc te edocum fuisse: si quid tamen discere cupis, At di & hæc aperte præcipientem Hippocratem. Cum autem medicamentum dederis, sorbitionibus vtete; ac obserua paroxysmos febrium, vt nunquam cum adsunt, neque cum futuri sunt, offeras: sed vbi desinunt, aut desierunt, & quam longissime à principio. Alimenta danda sunt, non ex peccata exquisita febris declinatione, vbi nimirum laborans fame intolerabili premitur, vel à longis ciborum protractionibus male admodum affectus est, vel aliqua pars à stomacho obrigitur, & valde exoluta est. Tunc sanè in remissionibus febrium, corpore adhuc calido existente, alimentum apponimus: potissimum que cum remissionis interstitium angustum fuerit. Qui enim paulo ante quam terminauerit, cibum offert: is longius à futura adnotatione cibum exhibet. Quod autem perfecte iam cessata adnotatione cibum offerri debeat, clare ipse ostendit, inquitens. Et quam longissime à principio. Vt enim adnotatio alimentum non dispensatione priuatum sed probe concoctum ac iam corpori familiare redditum suscipiat, cessata nuper adnotatione alimentum præbet, quod tempus plurimum à futuro paroxysmo abest. Adhuc verò & in libro aduersus Cnidias sententia ea adiungit, quæ & itis quæ dicta sunt & artis etiam operibus consentiunt. Diæteticæ partis maximum est obseruare ac cauere, sicuti in acutis ita in longis agritudinibus, & intentiones febrium & remissiones. ita vt tempora obseruare scias, quando cibaria offerre non oporteat, & quando tuto offerre oporteat, ea autem sunt, cum longissime ab intentione distant. Et hæc rursus fatebitur, qui in artis operibus fuerit exercitatus.

Quomodo in morbis diuturnis sint obseruanda tempora.

CAP. 9.

Maximum enim est in morbis diuturnis obseruare tempora. quandoquidem in iis obscuri ac latentes sunt paroxysmi, & per symbola deprehenduntur, ex vigilia, grauitate, motus difficultate, insomniorum turbulentia, decoloratione, inappetentia, & similibus. In acutis enim, quos D potissimum febres continuæ comitari solent, magna sunt inter paroxysmos & remissiones discrimina: ita vt & ab idiotis etiam sapenimodum dignoscantur: in diuturnis autem tenues quidem sunt febres, vixque deprehenduntur: occultique sunt paroxysmi, ac præcipue vbi plurimum traxerint, vt & ipsos etiam agrotos multoties lateant. Vnde vel exquisitum omnino signum illud erit, si aliquantum differentia ipsorum dignosci possint.

In febribus synochis matutino tempore esse cibandum.

CAP. 10.

In febribus autem quæ non cedunt (quas synochos vocamus) consentaneum est mane alimentum dare. Sæpius enim tum alibi, tum in Epidemiis, diem anno comparauit, ita vt tempus matutinum, veri assimilatum sit: meridies, æstati: pomeridianum tempus, autumno: nocturnum, hiemi. Vnde pomeridianum tempus quod autumno assimilatum esse tradidimus, si matutino, quod veri simile esse diximus, comparatur, exitialissimum erit: sicuti matutinum, saluberrimum.

Ibidem.

4. de Vi& rōne in acu. 39. 7. 139. c

4. de Vi& rōne in acu. 114. 7. 249. d

1. Epid. sect. 1.

1. Apho. 6. c. 1.

berrimum. ita sanè crepusculum vespertinū conturbans & exacerbans est: matutinum tempus, benignum ac relaxans. Tanquam annus circuitum habeat morborum. quale est dies morbi, quale est vespertinum tempus ad exacerbationem, tale est morbi & vniuscuiusque constitutionis inter se inuicem. Quare vbi nullum sit vestigium remissionis, tempus eucrasiaë aeris assimilatum eligito. id autem est, quod circa crepusculum matutinum est: idq; accommodatissimum esse poterit tum ad alia remedia, tum ad cibum offerendum. Hæc quidem satis sint ad suadendum id quod à nobis propositum est. Portionem enim selegi ex infinitis ferè quæ apud Hippocratem leguntur. Ex arte tamen erit, vt ex his quæ adhuc citari possent, aliqua quidem in librum de Consuetudine à nobis conscribendum, aliqua verò in librum de Qualitate & Quantitate, reponamus. illic ergo quàm plurima ponentur ex Hippocrate, quæ in præsentis libro silentio præteriuimus, largaq; etiam copia in vnoquoque theoremate tradetur.

Vt oculi se habent ad Solem, ita imperitorum hominum animas ad scripturam Hippocratis se habere.

CAP. II.

Temere ergo aduersantur illi, qui ad Hippocratis scripta imparati prius accedunt, quàm prius literas didicerint. Suam enim ipsorum ignorantiam incusare cum debuissent, obscuritatem Hippocratis reprehendunt: quippe qui ob propriam imbecillitatem non possint magnitudinem Hippocraticæ virtutis assequi. Ita enim opinor affectæ sunt ad Hippocratis scripturas insipientium abiectorum, que hominum animæ, vt oculi ad Solem dum in ipsum intuerentur: vt enim illi de propria imbecillitate redarguantur à Solis pulchritudine conuincunturq;, quippe qui haud possint perseveranter citra laborem in ipsum intueri, sed tandem cæcipientes ad tenebrosam se vertunt: ita animæ profanorum hominum, que prius in encyclopædiis non fuerint educate, à pulchritudine scripturarum Hippocratis fulgore circumcirca percussæ, & dogmatum lumine vallatæ, quodam modo cæcæ fiunt, & ab his quæ maiora sunt quàm vt ipsæ ferre possint auersæ, ad parua quædam ac obscura suæ que ipsarum ignorantia accommodata accedunt. Nos autem non illorum causa, sed vt illis qui probe instituti sunt gratificemur, tum hæc conscripimus: tum omnia, quibus res medicæ ex Hippocratis sententiâ absolutissime fiant, digna vt rursus scribantur censebimus.


Finis sermonis Galeni de Diæta Hippocratis, in morbis acutis.



GALENI DE REMEDIIS PARATV
FACILIBVS LIBELLVS AB HVBERTO
BARLANDO PHILIATRIO
LATINO SERMONI TRADITVS

Nunc denuo, accuratissime castigatus, & ab omni labe purgatus.

PROOEMIUM



Artem medicam, nullis vquam ciuitatibus, nullis locis publicis opulentis ve hominibus, aut nobilibus, aut principibus, aut potentibus, circumscriptam: sed quæ potius, præ ingenti erga genus humanum beneuolentia, suaq; maxima vtilitate, ad omnes tandem homines pertinet: quæq; saltem potestate, quamuis actione, ob negligentiam eorum, qui illi operam nauant, nunc videatur deficere, ad rura ipsa ac etiam solitudines fines suos prorogauit: æquum esse duxi vt pro mea virili, ad eorum ministerium, qui iter facerent, & eorum etiam maxime qui ruri ac in solitudine versantur traducerem, vbi in corporibus facilis quidem, & præter omnem expectationem est morborum tum prouentus, tum vis: nec tamen postea ita facilis est remediorum copia. Nam neq; quocunq; loco in promptu medicamenta pretiosa esse possunt, neq; præterea medici præsentés sunt, qui eis vt nouerint: cum tamen tales plerunq; adsint circumstantiæ, vt nullam dilationis occasionem præsentent: vt in angina, venenosisq; medicamentis, atq; moribus animantium virtus ei aculantium, nec non in sanguinis profluuijs, cholericisq;, ac id genus alijs solet euenire. Vnde neq; scientificas, atq; exquisitam curandi rationem omnibus suis præceptis absolutam, hoc in loco explicare institui: sed eam qua possit quis, vel etiam vulgaris, periclitantibus casu quopiam, aut alioqui male affectis hominibus illico opem ferre, illis sanè remedijs vsus, quæ in tanta rerum difficultate, sint paratu faciliora: id enim reor iure esse supponendum, quod ratio materiæ quæ exquisita, & omnino ex arte est, atq; etiam remediorum vsus, qui ex scientiæ ratione sit, eo maxime tempore necessaria sunt, quo & medicamentorum, atq; etiam medicorum copia nobis suppetit. At vbi occasio præceps est, nec in promptu copiosa ac larga sit remediorum affluentia, summopere necessariam eo tempore facultatem medicamentorum, quæ paratu facillima sint, illis esse arbitror, qui quauis corporis particula male afficiuntur. Describam igitur remediorum facile parandorum materiam: quandoq; tamen, quamuis id raro, aliquam etiam exquisitiorum medicamentorum, quæ propterea quòd in vsu multis sint, facile haberi possunt, mentionem faciam: summamq; à capite exordium. Ipsum etenim tanquam arx totius corporis est, & veluti habitaculum sensuum, qui in summo sunt honore, atq; hominibus summopere necessarij. & proinde, ab illis remedijs quæ illi ex vsu sunt, initium faciam: in primis prosequens quæ facile haberi possint, quæq; maxime aperta sint. Caput multifariam affici potest: nam ex æstu, ex frigore, ex vaporibus qui à ventriculo tolluntur atq; id replent, ex externis etiam quæ grauitatem illi afferunt, quæq; fetida sunt, & ex alijs multis. Præterea verò sæpe turpitudine quadam in cutem & capillos tenetur, vt sunt alopecie & ophiaes, variæq; vlcera differentia. Æstus itaq; ac frigoris, vaporumq; præterea qui ex externis rebus excitant, signa quæ satis esse possunt, sunt illæ ipsæ causæ manifestæ, pæcatarticas græci appellant. Iam verò illos qui ex æstu laborant, hæc consequunt, dolor cum pulsu, vt vniuersum caput sideratione teneri videatur (græci sphacelū vocant) cū sensu ignei calor, vaporum circa frontem distentio, oculorum rubor, plerunq; etiā vigilia. Eos verò qui ex frigore, grauedo cum stupore: congelatio, vasorum secundum frontem concisio: q; si frigori iungatur humiditas, sopor. At eos qui ex vaporibus, dolor pungens, pulsus arteriarum quæ circa frontem sunt, vertigines, oculorum hallucinationes, aurium sonitus: quæ eadem etiam his, quibus ex interna causa caput vaporibus repletur, euenire solent.

Septima Classis,

uuuuuuu

De

De Capitis dolore, & primo de dolore ex solis aestu.

CAP. I. E

Capitis ex solis aestu dolori medetur fons ex oleo immaturo, frigidus: quod si vehementior fuerit dolor, ex rosaceo & aceto. At si ad manum non fuerit rosaceum, oleo acerbo siue immaturo utendum. Porro olei partibus quatuor, aceti unam commisceto, si mediocriter refrigerare cupias, alioqui plus aceti foret adhibendum. Feruente autem aestuanteque vehementius capite, commiscendus aceto succus, aut polygonij, id est sanguinarie, aut plantaginis, aut portulacae, aut lactucae, aut vuae acerbae, aut denique alius cuius, similis cum dictis facultatis. At ex succis hirsce, magis ne an minus temperatura frigidus conueniat, satis superque docebit affectus ipsius magnitudo siue vehementia. Consultius ad haec fuerit, decumbere aegrotum in domo quapiam frigidiori, si non natura saltem arte, utpote strata folijs & vitis, & rubi, & pomi: & alijs horum similibus, quibus fuerit pro tempore refrigerandi facultas. Dicto porro affectui perquam similes sunt, qui e quavis intemperie ortum habent, & non a causa externa. Verum ut ab intemperatura, tum calidiori & sicciori, tum frigidiori & sicciori, graues oboriuntur dolores, ita nulli ab humidiori. Caeterum curantur ab intemperie orti capitis dolores modo eodem, quo a causa oborti externa, suo nimirum contrario.

De Capitis dolore ex frigore.

Capitis ex frigore dolori medentur fons natura calidi. Qui si ex mediocri habuerit ortum, satis fuerit uti oleo aut anethino, aut rutaceo, calido: si autem intendatur ex vehementiori videlicet frigore, cucumeris agrestis radix prodest, cui modicum euphorbij interdum addito. Vel oleo irino, aliove id genus tenuis substantiae vitior, aliqua ijs commiscendo. Porro admiscebitur horum quantitas modo maior, modo minor, pro ratione vincens frigiditatis considerando ac metiendo.

Ad Capitis dolorem ex vaporibus.

Quibus caput ex vaporibus dolet, his subducenda altius est: prospiciendumque de domo vndique per spirabilem, aerisque clari ac purificanda sternutamenta, praesertim si febre vacent, attracto per nares trito aut struthio aut pipere: vacuatis enim ratione hac vaporibus, facile discutietur dolor. Fouendum praeter haec oleo caput est, cui adiectum sit aceti non nihil: sic enim reprimetur immodica ad caput vaporum sublatio, quodque nunc cerebri ventriculis infedit, discutietur, non sinatur autem talis dormire, & potissimum interdum.

De dolore capitis ex ventriculi cruditate.

Quibus caput per consensum dolet ex cibi in ventriculo cruditate, aqua tepida liberalius est in potu exhibenda, dein ut vomant iubendum. Multis eorum sane, qui stomacho laborant, cum eleuato surrexerint, caput dolere consuevit: ijs statim assumpto cibo dolor leuari solet. Quod si quando praenimio capitis dolore, repente aliqui obmutescant, idque causa non satis cognita, horum caput aqua tepida liberalius infusa foueri conuenit, auribusque oleum infundi, & lanam inferi.

Ad Capitis dolorem ex vini potu.

Quod vinum natura calidius capitis faciat dolorem, opplens ipsum facile vaporibus, interdum autem & succis: quod etiam citra vini potum vapores id genus petant facile non nunquam ipsum caput, dolorem inducentes, praesertim ijs, quibus cerebrum contingit temperaturae calidioris: omnibus manifestum existimo. Proinde curationis intentio in his est, vaporum vacuatio ac discussio: qui quoniam natura calidi sunt, caput ipsum distendentes, egent refrigerantibus: hinc illincendum capiti rosaceum actu admodum frigidum. Conueniunt etiam talibus somnus ac quietes, & sub vesperam balneum, cibis boni succi, cui tamen calefaciendi natura non sit, cuius generis sunt pistang succus, oua sorbilia non addito garo, panis aqua maceratus, lactuca, ut quae refrigeret, & brassica, ut cui sit vaporum desiccandi natura: utendum ad haec aquae potu. Caeterum ijs, quorum os ventriculi aquae potu subuertitur, dabimus aut malum punicum, aut coctum seu pomum seu pirum, quae coquenda sunt ratione hac. Infusa in ollam aqua feruida, suspensisque in ipsa olla fructibus eiusmodi autumnalibus, tantisper sub hac ignem succendemus, donec fructus illi percoquantur, solo ab aqua illa feruente sublato vapore. Quin etiam vuae passae corroborandi ventriculi habent facultatem: At palmulis in totum abstinendum, utpote natura sua inducentibus capitis dolorem. Quod si post haec, sic affecti nondum probe dormiant, in crastinum ducendi rursus in balneum sunt, aquaque calida frequenter perfundendi: deinde interiecto aliquantulo tempore denuo lauandi, ac tandem cibandi, eodem, quo nobis paulo ante dictum est, modo. Caeterum si quando post omnia haec, relinquatur adhuc pristini non nihil seu vaporis seu succi, exilioribus capitis meatibus impacti: atque ita per duret adhuc veteris doloris vestigium: rosaceo abstinentes, fouebimus ipsum caput chamamelino moderate calido, deinde irino, quod maxime quadrat id genus affectibus. Caeterum omnibus his vino est abstinendum.

De dolore capitis ex ictu, & casta ab alto.

Quandoquidem exitu & casu ab alto, obueniunt capitis dolores, existimari non inutile, saltem paucis, de his etiam agere. Admouendus igitur his per spongiam aut lanam molliorem, vapor aquae calidae: iniungenda post haec quietes, cibi subtractio, inferioris ventris vacuatio. Fugienda autem sunt, Sol, balneum, vini potus, clamor atque vociferatio, omnes praeterea cibi acres, acidi,

ac

Ac falsi. Caeterum illud cuius manifestum existimo, variandas inueniendorum auxiliorum intentiones pro causarum affectus inducentium varietate ac natura.

Ad Capitis dolorem ex Contusione siue Collisione.

Vsu venit non raro, ut ipsum caput contundatur, interim sine vulnere, interim cum vulnere, ita ut ob hoc complicentur curationis intentiones. Porro contusioni propria sunt remedia, Graecis περιπρηξ. Latinis vero mitigatoria dicta: cuius generis sunt, aquae calidae super caput effusio, & fons capitis hapso lanae ex oleo. Quod si qua adlit capitis fractura, quae occasione hac conglutinari prohibeatur, huic detersae prius spongia ex vino sideritum herbam tritam alligabis. Aliud. Resinam frictam cataplasmatis modo impolitam vulnere alligato. Aliud. Aloen tritam ac melli mistam impo. Aliud. Vini virentia folia concisa, deinde contrita, applicato: quin vini etiam cortex pro vinculo vulnere circumuolutus idem praestat.

De Capitis dolore ex Ebrietate ac Solis aestu.

Quandoquidem Archigenes scripsit coferentia capitis dolori remedia dicta Graecis περιπρηξ, & Latinis vero amuleta, sic appellata, quod de collo suspenduntur, aut alicui corporis parti alligantur: haud existimari absurdum, adscribere paulo ante dictis & haec. Capitis arcentia Dolorem, Btam ex Ebrietate, quam Solis aestu. Polygonij, id est sanguinalis herbae, duos connectens ramulos, capiti coronae in modum imponito. Aliud. Polygonio laeuigato ex lactis crema caput sub vesperam inungito, ac superposito leporis pellem, sicque in crastinum sumito: tum enim hanc detrahens, comperies finitum dolorem. Aliud. Cichorion, quod Romani Intybum dicunt, applicato dolenti capiti. Aliud. Sertum rosaceum, ex recentibus rosarum floribus confarcatum, inducito dolenti capiti. Aliud. Cinge caput sero ex callitricho, quam alij adianton, alij trichomanes vocant. Aliud. Scripsit Archigenes summo opere conferre capitis dolori verbenacam, quam quidam sacram herbam vocant, tam sero modo impolitam, quam ex aceto & rosaceo inunctam. Testudinis lacustris, quam Amyda quidam appellant, sanguinem infillato capitis incipiti.

Ad Capillorum Destium.

CAP. 2.

Ladanon conspersum vino odorato adstringentiisque, contere, adfundens & myrteum, ut fordium consequantur crassitiem, capiti inunge. Aliud. Nuces virides, sed iam submaturefcentes, confractae numero centum, olei sextaria duo, aluminis liquidi librae tres, conijciuntur in nouum vas testaceum praefaturatum aqua, ne combibat concreditum sibi humorem: quod postea accuratissime oblitum reponitur in domum liberi patentisque aeris, diebus quadraginta: demum auferitur, atque in usum conseruatur sic praeparatum oleum. Aliud. Ladanon & absinthium, & iuniperi baccae: si conteruntur, linteoque illigata conijciuntur in oleum, maceranturque diebus quinque: quod postea fuerit vsut. Idem possunt nigrae myrti, & aut gallae partes duae, ex oleo: quin hoc ipsum medetur etiam capitis furfuribus. Aliud. Ladanon, detritum ex vino dulci quoad fordium habeat spissitudinem, infricatur. Aliud. Anemones flos laeuigatum ex oleo, illine. Idem hoc reddit etiam capillitium nigrum. Aliud. Verbenacam rectam, vna cum radicibus desiccata, deinde exacte admodum laeuigatam, cum tantillo misceto oleo, quantulo opus sit, ut lutum consequatur crassitiem, si nitroque deinde ad tempus simul putreferi, demum vitior.

A & quis portionibus.

B & decem.

C & adiantoni partes aequales.

D & oleo, &

Ad Capitis Furfures, quam Πιτυριασιν dicunt Graeci.

CAP. 3.

Praefricat caput illinitur betae succo, foenograeci farina, & nitro, oibus aequa portione contritis.

Ad Capitis Pediculos.

CAP. 4.

Herbae pedicularis partes duae, sandarachae & pars vna, ex aceto ac oleo capiti infricantur. Aliud. Alumine scissili ex oleo vitior.

& nitri, ana.

De manantibus Capitis Vlceribus, quas ἀχόρως dicunt Graeci, & Fauis.

CAP. 5.

Αχόρως, id est manantia vlcera, cutis capitis vitium sunt, ab ipso sic dictae affectu, quod cutem tenuissimis foraminibus perforant, ex quibus glutinosa effluit sanies. Huic vitio affine est, quem χημρον dicunt Graeci, (nos fauum) in quo foramina sunt, quam in illis maiora, melleum contentia humorem. Est autem utriusque vitio initium ex humore superfluo. Porro incipiunt cum pruritu, demum extuberant. Curatio est, si quidem graue ac magnum fuerit vitium, corporis totius vacuatio, catapotijs ex scammonia, aloe, & colocynthide: haec enim aequali pondere contrita excipiuntur brasicae succo, ac conformantur in catapotia erui magnitudine. Quorum maxima vice vnica offerenda quantitas, sunt catapotia decem & septem numero: caeterae autem variant pro viribus eorum, quibus sumuntur. Sin mitius ac minus fuerit vitium hoc, satis fuerit topica, id est localia, tantum dicta remedia applicuisse, e quorum albo est cimolia ex acerrimo aceto illita. Aliud. Cræta ex acerrimo aceto similiter inungitur. Idem possunt famia terra, & pompholyx. Aliud. Illinitur similiter lithargyrus cum charta vsta ex aceto. At achores ac fauis, quibus adiuncta est vlceratio dolorosa, praetouendi diebus singulis sunt aqua calida, in qua decocta sit aut myrtus, aut rubus, aut morus, aut asparagi radix, demum inungendi. Aliud. Salicis folijs ex aqua, aut lente ex melle, aut decocta asparagi radice, deline caput, aut betae succo cum foenograeci farina. Apposita praeter haec remedia his, sunt pini cortex cum cera, vel cadmia ex oleo, aut lithargyrus, aut cerussa. Proderit etiam abstergere in balneo cimoliae ex betae succo. Caeterum illud

Septima Classis.

uuuuuu ij

lud

* Al. modica.

lud neminem latere velim, in mollis carnis corporibus, vt mulieribus, remedia hac non ex aceto, E sed vino illinenda.

De Alopecia, & Ophiasis, id est Areis.

CAP. 6.

Geminum^a accidit pilis capitis vitium, alterum defectu, alterum mutatione ipsorum in colorem contrarium siue diuersum: defectu, vt in caluitie: mutatione coloris, vt in alopecia & ophiasis, id est areis, vitij pilorum cum primis in decore. Euenit autem pilis hoc vitij genus, eadem ferè qua stirpi bus ratione, quæ corruptuntur intereuntq; interim penuria nutriens ipsas succi, interim immu tatione huius in alienum ac contrarium. Porro tam alopecia quam ophiasis, vt sunt ex æquo affe ctus præter naturam, ita similiter eandem habent tum ortus tum curationis rationem, ob solam tan tum figuram ac formam, diuersas fortitæ appellationes: siquidem in ophiasis per similes serpenti spe cies in capite apparet: alopecia ferunt dictam, quod *αλωπηξ* id est vulpes, vitio eo frequenter laboret: quod aliud est nihil, quam pilorum denudatio, qua locus affectus apparet colore prorsus ex angui. At nos cur hoc aut illo modo appellatum quidpiam sit, curiosius non inquirimus, pro com pecto habentes, idq; physica siue naturali quadam ratiocinatione adducti, horum omnium causam esse, vitiosos succos. Proinde tempus iam est, vt ad ipsorum transgrediamur curationem, quæ & ip sa varia est, pro nimirum affectus, seu vitij diuersitate quam tibi cutis color monstrabit: qui in alijs confestim albidior est, in alijs pallidior, in alijs verò nigrior. Esse porro omnia hæc vitiosi succi germina, neminem fugit. In quibus igitur cutis in capite color apparet albidior, à corrupta pituita vitium esse indicat: quod curatur medicamentis pituitam educentibus, nec non apophlegmatismis, hoc est medicamentis quibus per os pituita purgatur. In quibus autem color apparet pallidior, vitium medicamentis quæ bilem pallidam vacuant: sicuti ijs quæ nigra, vbi color apparuerit nigrior. Necessum enim totum prius corpus purgari, quam loco affecto topica, id est localia, dicta reme dia applicentur, ne his irritato affectu, plus etiam adfluat ad membrum læsum vitiosi succi: cuius rei cum præpurcato toto corpore nullum sit periculum, tum demum localibus remedijs vtendum. Sunt porro *αποφλεγματινα* id est, pituitam per os educentia medicamenta, pyrethron, & vna tami na, quorum alterum per se, aut etiam vtrunq; simul, cum mastiche masticator: & sal glebosus cum pulegio: aut sinapi contritum, ex oxymelite, & diutius ore contentum ac gargarissatum. Cæterum purgantium medicamentorum quodque peculiarem sibi humorem trahit, educitq; aliud quidem pituitam, aliud verò bilem, hoc flauam, illud nigram. Sed longum nimis esset quodque horum sin gulatim recensere, nec adeo ad rem, cum alterius sit instituti. At in communi quidem, alopecia & ophiasis hæc ferè conueniunt. Initio catapotia siue pilulæ eæ, quæ constant ex medullæ colocynthi dos parte vna, aloes ac scammonia partibus duabus, succi absinthij parte vna: excipiuntur autem omnia hæc succo pomorum. Quantitas horum exhibetur pro fumentis ea corporis viribus. Deinde paucis, vt pote septem forte interiectis diebus vtendum hiera *δια κοκοσυβιδων*, sic dicta, quod co locynthidos sit particeps. Porro ratio hæc curandi non raro vel sola satis est, vbi nimirum vitia hæc sunt etiamnum noua, ac tantum non recentia: inueterata enim difficilioris sunt curationis, egentq; remedijs localibus. Cum igitur (vt modo dictum) fuerit iam corpus totum, quam fieri potest, mundum, subductis superfluis vitiosis succis purgantibus medicamento, tum confidenter admoquebis loco affecto topica, id est localia remedia, quæ omnia in genere calida sunt, & diaphoretica, qua facultate vitiosos succos tum vacuant, tum discutunt. E quorum albo est thapsia succus, cum ceroto inun ctus. *Aliud.* Euphorbium detritum, & ex oleo illitum: sulfur ignem non expertum, & nitrum ale xandriaum, ex aceto infricata. *Aliud.* Laurinum illitum: naturij semen ex oleo. *Aliud.* Bru cæ semen tritum, pinguedineq; agnina exceptum, illinitor. *Aliud.* Alcyonium asperum illud to stum ac læuigatum, ex aceto aut cedrino liquore inducitur. *Aliud.* Calami radix vsta, aut cortex vstus ex oleo cedrino aut pice liquida delinitur. *Aliud.* Murium steruus contritum ex aceto inun gitur. *Aliud.* Integras amygdalas vstas imbue acri aceto. *Aliud.* Erinacei terrestris pellis vna cum ipsius capite tosta, & in puluerem tusa, ex melle inungitur. *Aliud.* Cepam vetustam affecto loco, sed præfricato pannolino donec rubescat, frequenter infrica. *Aliud.* Raphani corticem contri tum ex melle illinito. *Aliud.* Læuigatam ferri squamam ex oleo & aceto induto, infricans donec locus rubescat. *Aliud.* Hordeum tostum, & muscerda, id est murium simus, æquali pondere ex aceto illinuntur. Cæterum cum dictorum medicamentorum sit hoc quidem vehementer, illud ve rò minus calidum, silentio neutiquam prætereundum, calidiori vtendum tum in durioris carnis corporibus, tum vitij hæc vetustioribus: sicuti contra minus calido, cum in recentibus id genus vi tij, tum etiam puerorum ac mulierum, similibusq; alijs tenerioris carnis corporibus. Esto autem commune præceptum hoc in omnibus eius generis remedijs. Huic adde præfricandam partem af frictam pannolino, neque ruditer adeo, vt non excorietur, neque contra leniter adeo, vt non medio ceter saltem rubescat, ante prædictorum remediolorum applicationem. Est postremo affectus locus frequenter radendus: qui si quando vsu veniat vt dictorum medicaminum impositione vlceretur, illinendus aut porcino adipe, aut rosaceo.

Idem in lib. de corp. med. sect. loc. c. 2. e

* Al. anserim

A De Aurium Vitij, & primo de Doloribus. CAP. 7. **O**boriuntur aurium dolores interim à frigore: atq; fiunt hi ferè à frigidis aut ventis aut balneo: interim ab aqua medica, quæ auri incidit: interim ab inflammatione, quæ consistit modo ex trinfecus, vt pote in foraminis seu meatus auditorij cute, modo parte huius ima, inflammata ea, atq; ita distendente etiam particulas proximas. Est cum spiritus flatulentus auri inclusus, non repe tiens egressum, huiusmodi exciet dolorem. Quin efficit raro idem sanies auribus quauis occasione in nata, Cæterum dolores ad frigus relatos, discutunt celerrime calefacientia. Cuius generis sunt, instil latum auribus oleum, in quo incocta sit cœpa. *Aliud.* Piper curiose admodum detritum ex oleo. *Aliud.* Nardinum calidum auri infusum. *Aliud.* Oleum, in quo decocta est ruta.

Ad Aurium Nocuenta ex aqua. Oleum calidum frequentius instillato, quod molli deinde lana exuccato, rursusq; aliud ingutta to. *Aliud.* Oui aquato, modo eodem, quo in oculorum inflammationibus vti ipso confueuimus, præparato, aut lacte muliebri tepido, vtitor. *Aliud.* Confert adeps tum anserinus, tum vulpinus, tum gallinaceus.

Ad Aurium Inflammationes. **B** Nardus cum medicamine basilico immissa iuuat. Quod si immensus, intolerabilisq; sit dolor, ca storio ex lacte muliebri, aut aquato oui tepido, vtitor. *Aliud.* Parua opij portio cum sapa. Cæterum cauendum hic, ne præter rationem & temere auditorio meatui facessas negocium: qui suauius tan tum detergendus sic candusq; est, specillo molli lana circumuoluto. Fouenda porro auris spongijs mollibus ex aqua, in qua decocta sit althæa, quam quidem à magnitudine vocant *δενδρομαδαχνη*, id est arborestem maluum: aut furfuribus tenuioribus macrioribus. Quod si flatulentum fuerit, quod in aure includitur: & obstruatio verius, quam dolor, hanc obsideat: a phronitro ex aceto vtitor, aut succo draconij herbae, aut centaurij, aut polij.

Ad ignem in Auribus Feruorem. Ardorem igneum in auditorio meatu perceptum, cui non sit adiunctus pulsatilis dolor, solet ini tio iuuare acetum cum rosaceo.

Ad Aurium Vlcera. Glaciūm ex aceto contritum instillato. Quod si plurima ab his defluat humiditas citra dolo rem, scoriā ferri ex aceto acerrimo curiose detritam multos dies in Sole immittito.

Ad Grauem Audium, Auriumq; Sonitus sensibiles. **C** Ad aurium sonitum repente obortum, nardinum ex aceto instillato. *Aliud.* Cyminum tantillo misceto oleo, quoad mellis habeat crassitudinem, ac infundito. At sibilos morbi cuiuspiam reli quias, curamus sotu auris ex absinthij decocto, cui post hæc acetum ac rosaceum inguttantur, aut raphani succus cum rosaceo, aut helleborus † cum aceto. Quin immo solum acetum, sed acre, instil latur tepidum, aut solum mel, aut aqua multa, aut mistum oleo acetum, quod *δενδρομαδαχνη* dicunt Graeci. *Aliud.* Porri succum cum lacte muliebri aut rosaceo immittito. *Aliud.* Oleum amygdalarum amararum in cœpa decoctum inguttato tepidum. *Aliud.* Cœpam, allium, & adipem anserinum æqua portione simul terito, deinde colatum adipe infundito. *Aliud.* Lentis decoctum addito mel le immittito. *Aliud.* Vinum dulce in quo decocta sit myrtus, in aurem mittito. Vel succum ex oli uæ folijs expressum, melli incoquito, ac postea vtitor. *Aliud.* Idem potest cœparum succus cum melle. *Aliud.* Nasturtium tritum rosaceo dissoluc ac vtitor. Vel in intestina terræ ichori incoque & instilla.

† niger est aceto coctus.

Ad Grauem Audium. Subduc initio ventrem catapotijs ex colocynthide. Vtere dein apophlegmatismo, id est medi camento pituitam per os educente, ex pyrethro & mastiche. Ipsi autem auri extrinfecus admoue do fomentum per calamum ex absinthij decocto: cui deinde instillato acetum album, & aquam æquali mensura, in quibus feruefactum fuerit nitrum. *Aliud.* Vtitor similiter decocto, aut folio rum, aut baccarum lauri.

{ In Aures Infundi apta. } Porri succum irino vnguento mistum infundito. *Aliud.* Fel seu taurinum seu caprinum rosa ceo mistum instillato. *Aliud.* Corticis raphani succum ex rosaceo immittito.

Ad Vermes Aurium. Auribus verminolis infundito ex bubulis carnis inter assandum defluentem liquorem. Aut aristolochiam tritam vt emplastrum ipsis admoueto. Idem potest immixtus ipsis succus tam nepete quam rubi. Eodem modo & succum absinthij instilla.

De Parotidibus, id est Abscessibus iuxta Aures. Quæ ex morbis proueniunt, parotides, ab alijs ratione alia obortis inflammationibus disse runt: proinde dissimilem etiam postulant curationem. Quæ enim à sola destillatione, seu defluxu materiae proueniunt, neque multa existente, quæ influit materia, neq; venenosa, nec toto denique corpore plethorico, sola spongia ex posca imposta sistuntur. Contra in parotidibus, { quæ mor bi alterius sunt soboles, } medicamentis vtimur, quibus in cutem attrahendi est facultas, aut etiam Septima Classis. uuuuuuu iij imposta

imposita cucurbitula Tantum enim abest reprimamus influentem hic succum, ut contra est profum. E do in summam cutem euocandi sit studium nobis: nisi forte vehemens fuerit ac copiosus humoris influxus, sic enim nihil opus iuuenus naturæ conatum: quandoquidem si tum aut cucurbitulam quis admouerit, aut attractorium medicamentum, quo ex alto in cutem pertrahat materiam, grauem excitabit dolorem, qui & vires ægrotantis prosterneat, & somnum ac quietem turbabit. Proinde mitigatorijs est hic remedijs opus, non autem ijs, quæ humoris fluxum iuuent etiam. Cataplasmata autem *καταπλασμα*, id est mitigatoria, sunt Panis oleo maceratus ac impositus. *Aliud.* Triticea farina ex oleo apposita. *Aliud.* Hordeacea farina cum axungia admota. *Aliud.* Hyoscyamus herba, cum butyro in modum emplastri applicata. Quod si abscessus ad suppurationem deuenit, aut cute discissa pus excernendum, deinde vlcus ipsum communi vlcerum ratione curandū, aut tentandum possit ne pus discuti discutiatur, id est remedijs simul attrahendi simul extenuandi facultatem habentibus: quæ his sunt diebus singulis renouanda. Fouendus porrò locus affectus donec se detur dolor: quo iam mitigato, locum habebunt, quibus est discutiendi facultas, è quorum numero sunt, plantago detrita cum sale, utq; emplastrum imposita: rumicis radix in vino decocta, sulfur ignem non expertum, & cimolia ex aceto, sicut in muria decocta ac trita, marrubium cum sale. Applicatur etiam commode sal tritum cum butyro, succidaq; lana exceptum, maxime parotidum initio, multo autem magis in teneræ carnis corporibus. Induratis enim parotidibus, omnique iam dolore carentibus, sterco caprillum ex aceto vtiliter imponitur. Cæterum si quando breui tempore volumus pus mouere, fouebimus parotidas assidue calida, & farina hordeacea oblinemus.

Ad Narium Vitia, & Primo ad Ozenam ac Polypo.

CAP. 9.

IN curandis narium vitijs, & potissimum ozæna, ac polypo, exiccandum initio roborandumq; est ipsum caput, imposito emplastro *διήρωον*, sic dicto, quod salicem contineat: aut anemonite, aut barbaro, aut delinacibus, cuius hæc est confectio. Myrrhæ vncia, thuris tantundem, limaciæ in tegra, duo ouorum aquata. Omnia hæc contusa in pila misceantur: deinde linteo excepta capiti admoueantur, quod continuus fiat diebus nouem: atque tum demum localibus hisce vtendum in narium remedijs, nempe succo nepetæ naribus infuso: ac ipsamet nepeta liccata, & trita, demum naribus per arundinem inspirata. *Aliud.* Ranunculi herbæ succus cum melle supine iacentis naribus iniicitur, utq; ipsum ægrotus attrahat præcipitur. *Aliud.* Mali punici succum æreo vase tantisper decoquito, donec crassescat, demum naribus infricato. *Aliud.* Gallas ac myrrham aqua portione conterito, naribusq; inspirato.

De Polypo.

Atramenti sutorij vnciæ quatuor, militi vnciæ vna, redacta in puluerem, naribus per calamum inspirantur. Simili modo insufflatur puluis tostæ radicis bryoniæ. *Aliud.* Atramentum sutorium & sandaracha æquo pondere teruntur, naribusq; inspirantur. *Aliud.* Cornu ceruinum vltum & sandarachen naribus inflato. *Aliud.* Plumbum vltum ex vino inungito. *Aliud.* Acidi mali punici succum coquito in vase æreo, donec mellis habeat consistentiam, deinde illinito. *Aliud.* Auripigmentum laeuigatum stylo applicator. *Aliud.* Auripigmentum & calcem aqua non restinctam aqua portione, trita applicato.

Ad Sanguinis è Naribus fluxum.

Principio concretum in naribus sanguinem specillo, cui lana ex aqua madens addita sit, absterge: dehinc lycium aqua dissolutum, penicilloq; ex intorto panno lineo exceptum, naribus infere. *Aliud.* Linamentum tortile igni accensum, succoq; aut polygonij aut porri extinctum, naribus inferito. *Aliud.* Acetum acerrimum coquito, in quo meceratam spongiam naribus immittito: quam vt facilius possis, cum voles, extrahere, præstat lineo filo deligatam imponi naribus. Frontem præterea spongijs ex aqua frigida foueto: sitq; ægrotus capite eleuato erectoq; iubeto. Manus & pedes vinculis constringito, nec non aures valide obturato. *Aliud.* Gypso, aut luto figulino frontem illinito. *Aliud.* Cucurbitulam magnam applicato, hepatis quidem, profluente è dextra nare sanguine: lieni verò, à sinistra: sin ex vtraq; nare effluat, vtriq; viscere.

De Vitijs Oculorum.

CAP. 10.

OMnia sanè corporis membra exactissimis in curando præscriptionibus egent, si re vera ad sanitatem reduci debeant. Verum oculi, quo præstantiorem habent præ ceteris vsum, dignitateq; præcellunt, hoc debent exactius considerari ab eo, qui quis inoffense curabit crebros in ipsis affectus, varijs differentibusq; de causis euenientes ac augetescentes. De quibus exactius verbosiusq; agere, alterius est commentarij opus: præsens tamen eatenus de ijs agit, quatenus id patitur ipsius compendium. Affectus igitur oculis accidentes ortum habent, interim ab æstu & calore, interim à frigore, cum particulæ sensu quodam subitudo. His accedit, fieri modo cum inflammatione, modo sine hac. Est etiam cum ortum habent ab humorum defluxu seu destillatione, & cum sine his. Non nunquam ad hæc cum partis affectæ grauedine & dolore, non nunquam absque his. Cæterum leues sed calidas oculorum perturbationes satis super que reprimat fatus oculorum ex sola posca, sicuti frigidus fomentum per spongiam ex vino albo diluto: at validas vehementes que, vt

quas

Aquas magna grauisq; comitatur inflammatio, siquidem sanguinis in fronte vasa, præ plenitudine distenta fuerint ita, vt vltro se proferat conspiciendam sanguinis plenitudo, curat facta mox ab initio venæ sectio, nisi quid prohibeat hanc fieri: sicuti eas quæ ab alijs causis fiunt, atq; infarctu concitantur, ventris per medicamenta vacuatio. Quibus factis vtendum *τοῖς ἐν χυτοῖς*, quod in oculis infillitur, sic dictis medicamentis: vt sœnogræci decocto eum in vsum pulchre præparato: quod optime hac fit ratione. Principio lotum diligenter in aqua dulci sœnogræcum, leuiter in eadem coquitur, donec quicquid habet in se acre abijciat: deinde alij rursus aqua incoquitur effusa priore. Vtile etiam in vsum eundem est oui candidum ac tenue, oculis frequenter instillatum: quin etiam lac muliebri, quod necessum & boni sit succi, & ex ipsis mulieris mammis in oculum immulgeatur. Mitigandus porrò sedandusq; oculi dolor impositis emplastris ad inflammationes conscriptis, nec non ex oui exiguo luteo, fertula campana seu meliloto, pane, & rosaceo. Quin vtendum etiam collirijs hunc in vsum conscriptis præparatisq;, quæ longa quadam experientia longorq; vtu omnibus ferè sunt nunc cognita, alijs alio vti consuetis, si tamen eorum adsit copia. Sunt autem ea ex oui candido leniter & indolorose adhibenda. Innatans porrò oculis lippitudo, detergenda est spongia ex aqua calida. Vistus ratio sit tenuissima. Quod si vehemens fuerit capitis grauitas, auferenda erit, ac occipitio cucurbitula adfigenda cõcisa prius cute scalpello, copiosusq; inde sanguis detrahendus. Quod si sublatis sursum vaporibus caput impleatur, ac pituita obstruat omnes ipsius meatus, sternutatorijs mitioribus apophlegmatismisq; vtentes purgabimus ipsum caput, humorumq; infarctum discitemus: sternutatorijs quidem expipere, quod tritum naribus attrahant, iubebimus: apophlegmatismis verò ex linapi accuratissime leuigato, additis aceto tenuis substantiæ & quantitatis medio cris, melle, & aqua, ea portione vt fluidiora omnia & ore facilius contineantur & garassentur: facta enim hunc in modum per nares {ac palatum} vacuatione liberaliori, infarctus obstructionsq; omnes capitis discutientur. Porrò quod modo curanda lippitudinis, verum etiam cuiusuis ferè alterius agritudinis, primus præcipuusq; curandi scopus consistat in exacta victus ratione, neminem fugere existimo. Cæterum lippitudinibus æstiuis medemur aridarum rosarum decocto, quod oculorum palpebris per spongiam assidue admouetur.

Ad Diurnas Lippitudines.

Specilli mucronem alio tantisper insertum, donec huius tingatur succo, oculis inducimus. *Aliud.* Triticum ignitis ferreis laminis incoctum ex vino illinimus palpebris. *Aliud.* Atramentum sutorio ex melle inungimus & frontem, & palpebras.

C *Ex Archigenis de Pharmacorum compositione commentarijs præcepta, ad Humorum in Oculis defluxum.*

Destillationi humorum in oculos, maxime ab ipso protinus exordio conducunt parcas tum cibi tum potus, aquæ potus, ac præ omnibus absoluta à coitu continentia, ventris inferioris laxitas, frigidæ multa potatio, frontis assidua irroratio ex aqua, cui sit adiectum acetum pauillum. Quidam ex aqua id faciunt, in qua præmaceratam fuerit calcanthum. Fugiant omnes acres odores, puluerem, fumum, splendorem tam lampadis quam Solis. Imponatur fronti per noctem lana, aut munda ex vino, aut fordida ex aqua frigida: mane abluantur. Quod si destillatio ingrauescat accedatq; dolor, conueniant venæ sectio, & omnimoda abstinentia tum cibi tum potus, nisi forte & ægroti vires prosterantur, & protrahatur morbus. Sit venter continue fluidus, aut medicamento ad hoc appposito, aut validioribus clysteribus. Post hæc iuuant viridæ vitis folia, in modum cataplasmatum fronti assidue inherentia: aut folia seu myrti seu lentisci. Similiter succus tum rubi, tum brassicæ. Idem præstant vitis folia cum tenui polenta, vel sampsychi, vel sedi, vel portulacæ, vel cotoneorum: cuiusque enim horum tenera folia, cum vino & tenui polenta instar cataplasmatum fronti vtiliter applicantur. Ipsis autem oculis foris lana munda ex oui aquato, nec non coctum oui luteum cum vino & tenui polenta, vt emplastrum aut fronti, aut ipsis oculis admouetur. Iuuant præterea tum eryngij radix trita ex aqua, tum cicuta semen eodem applicatum modo: nec non mollis ac nuper salitis caseus, cum apij folijs. Panis præterea ex vino aut rosaceo mirum in modum confert. In summa, quæcumque adstringendi reprimendiq; vim habent, vtilia sunt initio, vt sunt cicuta, psyllium, apium, folium lanum, & paludibus innatantes lentes, serpyllum, sampsychon, folia vitis, coriandrum, portulaca, lens aquis innatans. Horum vnumquodque ex vino tritum emplastri modo apponatur, psyllium ac lentes paludibus innatantes ex aqua.

Ad Calidam Destillationem.

Brassica & polenta trita, ex aqua instar cataplasmatum imponuntur. Eodem applicantur modo, contrita folia tum ocimi, tum sampsychi. Multam impetuosi q; destillationem cohibent papauerum capitula herba apollinaris, quam hyoscyamum dicunt, cum tenui polenta ex vino. Memineris tamen non nisi foto prius loco, cataplasmata applicanda. Quod si protuberent palpebræ distendanturq;, linteam butyro madens oculis imponitur. Porrò graui difficilq; oculorum chymosi (dicta est autem chymosis rubra carnosaq; corneæ oculi pelliculæ inflammatio) medentur præsentissime, accuratius detrita murium carnes, cum crudo oui luteo, ad ceræ consistentiam, & ex pannoli

Septima Classis,

uuuuuu uij

Linimentum

* Al. triens.

† Deest hic limaciæ narium.

* Al. coagulatus.

† Al. mucar.

Linimentum pro Oculis.

Panis purus tostus, additis acacia & sativæ puniceæ flore (cytinon dicunt) ex aqua illinitur.

Ad Oculorum Dolores.

Rosae aut aridae aut virides in aqua dulci præmaceras ac laevigatas addito candidi oui luteo, emplastrum imponere, aut hordeacea farina cocta similiter in aqua dulci. Quod si grauior mole fuerit, fuerit dolor, hyoscyami folia, aut carnem seu peponis seu cucumeris cum ouo cocto, aut huius luteo, & pauco vino, ut cataplasma applicato. Pulchre his medetur pini cortex & polenta ex vino.

Ad Vehementes oculorum Dolores.

Coriandri succum cum lacte muliebri oculorum angulis guttatim infillato. Aut platani folia trita cum tenui polenta, in modum emplastri oculis extrinsecus imposito.

Ad Desillationem in Oculos Cataplasmata.

Conducit ad hanc viriditatem cupressus tum sabina herba ex vino, & folia tum paliuri tum portulacæ, detrita cum pinguedine anserina, & croco: nec non iris sicca ex melle, & apij folia cum polenta. Porro graui impetuosoque defluxui confert viridis pulegij semen: quam hoc autem, magis adhuc, cera cum aceto ad malagmatis crassitatem redacta, capitibusque syncipiti admota, cui superdato lanam, suauiusque illigato: aut imposito ipsis oculis in modum emplastri rosas, melilorum, & amygdalum simul cocta: aut amygdalum ex vino et albo.

Anacollemata, id est Restrictoria fluxum.

Limacem cum testa tusam, toti fronti & temporibus illinito.

Ad Hemalopas & Hypophagmata.

Incipientibus oculorum sanguinolentis suffusionibus ab ictu percussu ve, confert ab ipso confestim initio, ne inflammatio ac dolor comitentur, instillatus sanguis columbinus, præsertim alis expressus tenerioribus. Confert & oui aquatum eodem modo immisum, aut lana pura exceptum, & foris admotum. Plurimum ad idem faciunt oui luteum album ex vino impositum. Et trita rosarum tum folia, tum flores, per se, aut cum vino, cum tenui polenta, ut emplastrum apposita.

Ad Oculorum molles ex ictu Tumores, dictos Oedemata.

Plurimum ad hoc facit fomentum ex posca molli spongia frequenter adhibitum, deinde spongia noua ex eadem posca oculo imposita.

Ad Oculorum Psorophthalmiam, i. prurigi nosam scabiem, à Sole & puluere ortam.

Iuuat hæc aqua liberalius infusa, ætate frigida, hyeme calida: nec minus totum spongia factus ex lentis decocto: immittere etiam guttatim ipsis oculorum angulis succum aut rubi aut rosarum, quæque singulatim ex aqua: aut applicare rosas aridas tritas ex vino. Porro illinuntur dormituri oleo. Abstinendum his in totum ab omnibus tam acerbis, quam acidis.

Ad Inueteratos Palpebrarum affectus præcipue Callum.

Coctam amurcam, & ex oleo tritam inunge.

Ad Caluas pilis que carentes Palpebras summopere hoc conducit, faciens renasci pilos.

Muscarda, id est simum murium, & caprinum, æquali mensura torrefacta et ex melle illinuntur. Facit hoc etiam ad vitiligines.

Ad Pilos Palpebris innatos oculum infestantes.

Euullis radicitus pilis, cunicis sanguine confricato locum, & nunquam renascuntur. Idem potest illitus pediculi canini sanguis. Idem præstat, euullis prius radicitus pilis, fel aut hyænæ foeminae, aut hirci, inunctum confestim à pilorum euulsione.

Ad Oculorum Leucoparua, id est Albugines.

Celeriter his medetur nitrum exacte contritum & ex oleo veteri inunctum. Idem præstant illitus laceræ fimus, & nyctioracis ouum, his enim tinguntur oculi.

Ad Visus Obscuritatem.

Omnem oculorum obscuritatem, incipientemque suffusionem, curat fel vulturis, cum marrubij succo, & melle attico: cuius si nulla sit copia, tenero ac molli viere: esto autem tum succi marrubij, tum mellis, dupla ad ipsum fel portio. Idem possunt fel taurinum liquidum cum æquali pondere succi foeniculi, & duplo mellis: & fel vrsinum cum aquæ duplo.

Ad Prerygion, id est Oculi Vnguem.

Populi nigrae liquorem cum dupla mellis portione mistum illine.

Ad Nyctilopa, id est Nocturnam Oculorum cæcitatem.

Iecur hircinum assa, inierque assandum defluentem sanie siue saniosum humorem collectum oculis infrica, ipsumque iecur edendum præbe. Iuuat etiam colubæ sanguis instillatus, & fel capre. Aut capre iecur decoquens, præcipe, ut habentes caput pannis circumuolutum, teneant intentos in ollam oculos, suscipiantque vaporem. Vel expressum ex recenti onide, id est stercore alinino, succum oculis illine.

Ad Oculorum Tubercula, quæ Crithæ, i. Hordea appellantur.

Cera alba foueto. Aut muscæ reliquum corpus, præciso abiectione capite, tuberculo ipsi infricato.

Ad Sugillata.

Raphanus, quam radiculam dicunt, trita & imposita, iuuat confestim: quam ubi erodere inceperit

A† Al. passio
B† Al. ac croci
quasi sufficit.
C* Al. passio.
D† Al. aut oui
affati luedi est
panco croco le
uigatum vino
modico.

† Cod impres-
si hoc in loco
legunt ut inter
presertim, i. ad
λίστα κερδόν
οὐν ἕξει & c.
Alii μάλαστα
κλόν οὐν
ἕξει & c. id est,
præsertim suc-
cum cum ace-
to ad malag-
matis crassitie
redactum, &c.
Alii μάλαστα
χυρόν οὐν
ἕξει & c. i. præ-
sertim suluum
seu giliuum cum
aceto ad ma-
lagmatis &c.

† Additur in
ant. aut oui.

† veteri.

† calami græci
duplum.

E

H

Aperit, aufer. Iuuat similiter impositus caseus recens saluus. Porro cerotum cum absinthio vel raphani succo impositum summopere confert ad recentia & liuida sugillata. Item spongia ex muria assidue admota. Præter hæc frequens foris ex calida plurimum iuuat liuida sugillata. Ceterum quibus sanguinolenta sunt, aut subflaua, aut subpallida, muria vitanda est, imponendumque emplastrum ex rubo, aut absinthio, aut hyssopo, aut origano, aut raphani cortice, aut vua passa abique acinis: horum enim quodcumque singulatim imponitur: aut ex melle, aut aceto, aut incocta aqua. Nec non bulbus candidus cum ouo ac melle, aut cyclaminum cum vua passa. At vetustis iam & denigratis sinapi cum duplo adipis ouilli: vel fabacea farina cum melle mista, aut mansa & cum salua inuncta. Aut cyminum veteri linteo illigatum in tinge feruenti aquæ, oculosque hoc foue. Aut hordeaceam farinam cum cocta aqua mullâ applicato. Aut tritum foeniculi semen cum ceroto.

Ad Sugillata cum molli tumore.

Spongiam ex aceto impone, & emplastro vttere ex farina hordeacea, cocta cum aqua mullâ, ad iustam crassitudinem: post hæc apponito coctam lentem & cum melle tritam.

Ad Recentia Sugillata.

Imponitur trita ex aqua cicuta, aut detrita vitis albæ radix ex mullâ, De Vitis Faciei, & Primo de Varis.

Nascitur in faciei cute tumor exiguus durusque, dictus Græcis ἰόνθος, Latinis varus, Differt autem à ficolis tumoribus in mento prouenientibus, non solum quod ex crasso humore consistat, et verum etiam quod participet tenui quadam sanie, ratione cuius facile vlcera non recte atque ex arte curatus.

Ad Varos in Facie.

Acetum acerrimum cum melle æquali mensura mistum varis accuratius illine, digito infricans. Aliud. Ex amygdalis amaris aceto dissolutis ac curatius tritis, conformato pastillos, atque in vmbra deliccato. Vbi autem vltus postulat, dilutum ex his aliquem aceto varis inducto: & simul atque aruerit, nunc sapone abstergito. Facit hoc ad tumidos affectus, faciei pruritus, & principium elephantiasis.

Ad Ficosas in mento ex crescentias.

Salem fossilem ex aceto, aut glutinum fabrilis cum milto, id est rubrica illine.

Ad Mentis Impetigines.

Acceptum magna copia triticum incudi impone, cui deinde applicato candentem laminam græcā: quicquid effluit humorem etiamnum calentem affectui infrica.

Ad Diuturnas Impetigines.

Trita capparidis folia ex aceto acerrimo cum tantundem mellis imposito. Aliud. Idem potest contritus ex aceto radicis rumicis cortex. Aliud. Chamæleonis radicem in aceto decoctam, ac læuigatam superdato. Aliud. Detritam rumicis radicem, & hordeaceam farinam, ex acerrimo aceto applicato.

Ad Scabras Impetigines.

Tritis amygdalis amaris frequenter ipsas inungito. Aliud. Genarum Exanthemata siue Papulas. Ferrum candens paliuriligno imposito, acceptumque qui ex hoc defluit humorem, illinito. Aliud. Contritas myrti baccas ex vino inungito.

Ad Dentium Vitia, & Primo ad Dolorem.

Bluito dolentes dentes calido gallarum ex aceto decocto, aut tedarum pinguis talearum, aut alteraci tum seminis tum corticis, aut cedreae id est cedrini liquoris, vel propoleos, vel solani, vel caparis, vel allij, vel myrti ramulorum in aceto decoctorum, aut calide vini facis, aut polij corticis, aut etiam ipsiusmet herbae, aut marrubij: horum inquam quodcumque cum aceto iuuat. Idem præstant platani pilulae, & rosæ aridae, decoctæ in vino albo, ad tertias vsque, quo dentes frequenter colluantur. Idem efficit tum eupatorij radix cocta in vino, tum pulegium. Aut decoquito ceruinum cornu in oxycrato, saepeque eo os abluo. Aut scillæ interiora in minutas secato particulas, additoque aceti sexta rio, in vas aliquod coniecto libram vnam: finitoque hæc in fumo alinino defossa macerari diebus triginta, eluitoque eos dentes. Eiusdem est effectus lac alininum, quod motos dentes confirmat etiam. Aut tithymalli radicem in oxymelle ad medias vsque incoquito, aut etiam hyoscyami, lauatoque decocto eo dentes. Item lacte mori commisto probe cum vino, deinde tepefacto, collue dentes. Aliud. Lauantur item dentes vtiliter decocto allij, seminis erucae, & nitri.

De Fomentis ad Dentium Dolores.

Extrinsecus ad dentium dolorem conueniunt fomenta ex fricito sale, vel milio, in marsupio coniecto: aut etiam ex fordidis panniculis admodum calentibus. At intrinsecus huiusmodi sunt fomenta vitilia. Aridi origani ramulum in feruens oleum demissum, superne affecto denti applicato. Vel ricini fruticis colicolum simul cum cera imposito dolenti denti. Aut tange hunc frequenter specilli mucrone, vehementissime calente. Ceterum illius in vniuersum meminimus necessum, vitendum fomentis id genus omnibus, tam si inquam quæ extrinsecus, quam quæ intrinsecus adhibentur: ante cibum, aut longo post assumptum cibum tempore.

† Al. ἰεργμῶ
λέφ.
† Cum oxyme-
lite coctam.
† Cum oxyme-
lite, donec tu-
mor reprimat.

† Ficosus tu-
mor.

CAP. 11.

CAP. 12.

Apophlegmasismi

Apoplegmatismi pro Dentium Dolore.

Optimi apoplegmatisimi vtilissimiq; dentium doloribus sunt, herba pedicularis masticata, aut singulatiim, aut cum pulegio. Vel quod in galla nigrum interius est affecto dente commordeto, fini toq; hians interim effluere pituitam. Aut quinque allij nucleos cum nigra myrti pauculis folijs in aceto ad dimidias decoquito tædæ rude assiduo commiscens, ac eluito eo dentes, oreq; contineto: post hæc hiaro, donec pituita satis profluat: demum rosaceo os abluito.

In Nares injeci idoneum, pro Dentium Dolore.

Solum radice betæ succum naribus immittito, & dentium leuabis dolorem.

Ad Dentes Denigratos.

Prærigatum melle fossilem salem, torreto super igne, ex sarmentis vitis, teritoq; deinde adiecta paucula myrrha dentibus infricato.

Ad Colluendos Dentes.

Vino odorato, incoctam aridam iridem habente, dentes colluito.

Ad Colluendum Gingiuas.

Lauato gingiuas aceto, in quo coctum sit hyoscyamus.

Dentes à Dolore Præseruantia.

Lauato dentes bis mensibus singulis vino, in quo ad medias decocta sit tithymali radix, & nunquam dolebunt. *¶ Subscripta Dentifricia maximopere conducunt ad Dentium à Dolore præseruationem, & ad Conseruandum tam dentes, quam gingiuas, Conciliandumq; dentium Candorem.*

Lanam succidam linteolo alligatam torreto: adiecta deinde tertia salis portione terito omnia simul, & perfricato hoc puluere dentes. Idem præstat puluis vsti contritiq; capitis leporis. *Aliud.* Contritum ex melle salem ad ceræ crassitiem, linteoq; mundo illigatum, vrito: quo deinde addita fridos portiuncula perfricato dentes.

† Ad Oris Graueolentiam.

Hordeū melle & vino præmaceratū illigatur chartæ, teriturq; quo deinde cōfricantur gingiue.

Ad Motos Dentes, vt confirmentur.

Teritur ex oleo atramentum sutorium, quod lana exceptum dentium applicatur radicibus. Vel vlimi cortex in vino decoquitur, decoctumq; hoc ore continetur, confirmat enim dentes.

Ad Dentium Erosionem.

Folia capparis in aceto acerrimo ad dimidias coquito, ac tepido eo lauato dentes. Idem potest coctus similiter capparis cortex: hoc idem dentium medetur dolori. *Aliud experitum.* Nigellam præfrictam, deinde tritam ex acerrimo aceto, dentis erosioni vt emplastrum imponito: sic enim in posterum plus non erodetur, sed perdurabit vt est erosio.

Ad Omnes tam Oris, quam Columelle ac Faucium Inflammationes, Caterosq; affectus, seu vlcera ea sint, seu crusta, seu putredo.

C. A. P. 13.

Commune in omnibus hisce præceptum, reprimendum repellendumq; mox ab initio omnem è capite defluxionem. Cæterum ab elapso iam morbi initio, ad ipsius finem vsque vtendum simul reprimentibus simul resoluentibus. Reprimendi igitur facultatem habet medicamentum dicitur *μῶρον*, sic dictum, quod ex moris conficitur. Eiusdemq; sunt facultatis vna immatura succus, cum pauxillo melle & florum rosarum, aut ipsarummet rosarum siccarum: sicuti & pini corticis ex aqua decoctum. At vbi iam morbi principium præterierit, quando adhuc à capite deflueret, alia digerendi ratione esset opus. Proinde adijciendum cuius prædictorum aphronitrum, aut ipsum nitrum beronicarion dictum. Vel incoquendum in sapa pulegium, aut fatureta, aut thymus, aut nepeta. Poterit porro quiuis copioso repente influente succo paratam habere similitum medicamentorum copiam, seu venator erret per agros, seu opus rusticum in agro faciat, seu etiam viator iter suum, enumeratorum medicamentorum indigus, si meminerit dictis affectibus rubi succum, ac dictorum etiam quemuis, immo omnia fere quibus adstringendi facultas est, oris affectibus esse accommodata. Electissimum tamen ad ipsos medicamentum fit ex succo corticum nucū viridum cocto, cum paucis melle. Vtile similiter ad eosdem, decoctum cotoneorum, adiecto mellis pauxillo: sed quod ex viridibus nucibus fit medicamentum, multo est vtilissimum, ad vehementes tonsillarum inflammationes, & suffocationes. *Aliud.* Accipe dulcis mali punici tulli cum suo cortice expressum colatumq; succum, cuius sex partibus addito vnam mellis, demum coquito ad mellis spissitudinem ac vtitor. *Aliud.* Musti sextarium decoquito ad tertias, adiectis rhu coriarij vncijs quatuor: demum reponito in vsum. *Aliud.* Tusas gallas numero triginta, decoque in mellis sextario, quo vtete.

Optimum Medicamentum Stomaticum.

Florum rosarum vncias duas, *πρωιδωv*, id est fructus pini vnciam vnam, tere ex melle, ac vtete.

Ad Inflammationes Tonsillarum ac Columelle, & Oris Putredines.

Succi mororum, aut rubi, & rosarum aridarum, singulorum vncia vna, coquuntur parum cum melle, quod his illinitur. *Aliud.* Cotoneorum acerborum succum cum æquali mellis portione coctum.

† Ad gingiuarū affectiones.

A coctum illine. *Aliud.* Acerbum malum punicum cum suo cortice tusum incoquito passo: quo colato vtitor. *Aliud.* Immittito in sapatam pulegium, aut thymum, aut origanū, aut hyssopum, aut nepetam, ac simul coquito sufficienter, deinde colatum hoc teneatur in ore.

Ad Oris Putredines ac Crustas.

Album canis finum inungito ex melle: sit autē eius canis finum qui solis vescitur ossibus. Aut aquam rhu sutorij cum melle ad sordium crassitudinem decoctam. Aut etiam vstarum hirundinum cinerem ex melle illinito.

Ad Columelle Inflammationem & Relaxationem.

Palmularum ex aqua decoctum, adiecto pauxillo melle, gargarissatur, oreq; continetur. Ad idē faciunt decoctum rosarum, & clauicularum vitis, rubi, sentis caninæ, pomorum acerborum, sorborum denique immaturorum, rhoi quo in cibis vtimur, & rhoi coriarij, & fructus myricæ: horum enim quodq; singulatiim, aut cuius ex prædictis adiunctum, & ex aqua decoctum, gargarissatur. Aut ex his siccatum quodpiam in puluerem conteritur, & columellæ apponitur, quæ sensim ac leniter sursum ducitur: solet autem is cochleario iniectus, columellæ apponi. Quin etiā cuiusuis prædictorum, tam plantarum, quam fructuum succus, cum pauculo melle vnae illitus iuuat. *Aliud.*

B Ad vnuat inflammationes conferunt sales triti & ex melle inuncti. *Aliud.* Palmularum ossa, ac nuces, teneræ, virides, aridæq; pari portione vruntur, inq; puluerem comminuuntur, quo columella tangitur. *Aliud.* Rosas siccas in tenuissimum pollinem lauigatas ex melle inducito.

Ad Aphthas, quæ Oris sunt vlcera.

Portulacam melle madentem masticato. Aut foliorum oliuæ ex vino decoctum gargarissato.

Ad Aphthas Nigras depascentes.

Deterfas prius, orobea farina ac gallarum ex melle illinito. Aut lycij decoctum gargarissato. Aut face dulcis vini ex melle perfricato. Aut tamaricis fructum cum melle tritum infricato.

Ad Depascentes Aphthas.

Gallarum decocto cum mellis æquali mensura misto feruefactoq; vtitor.

Ad Aphthas Albas.

Pluma oleum in quo chalcitū præcoeris illine, & confestim curabuntur. Aut deterfo nunc mē datoq; loco affecto, tritum tamaricis fructum ex melicrato aut vino pluma similiter inducito: & cito sanabuntur.

Ad Aphthas Nigras.

C Vuam passam sine acinis & anisum tere, locoq; affecto ex melle infrica. Aut pruni folia concisa, asinino lacte misceto, colluitoq; ex eo os. Idem possunt marrubij succus, & lentis ac rubi decoctum: nec non tritum cornu ceruinum locoq; infricatum.

Ad Aphthas Infantium.

Lentem cum paucis pane & cotoneorum succo mistam exhibe, & rosarum florem: quin ipsas etiam rosas aridas: vtitor autem oris collusione ex rebus mediocriter adstringentibus. Cæterum oleum aphthis ipsis aduersissimum est, nec nō omnia vehementer acria: illud quidem q̄ humectat sordidatq; hæc verò q̄ sua mordicatione noceant.

Ad Vitia Instrumentorum Voci respiratiōisq; deseruientium, & primo ad vocalis Arteria Asperitatem.

C. A. P. 14.

Dvicis radice, quam glycyrrhizan dicunt, vnciæ tres minutim admodum conterantur: deinde addita gummi tragacanthæ vncia vna, excipiantur omnia passo, conformenturq; ad fabæ magnitudinem pilulæ: ex quibus contineat vnam sub lingua dormiturus.

Ad Intercisam Vocem.

D Ficus & eryngion affatim coque, huicq; decocto adde gummi pauxillum, ita vt quàm mellis, crassior sit ipsorum consistentia, & sub noctem exhibeto. *Aliud.* Brassicæ succum cum melle decoctum lambat. Conducit hoc idem ad tussim. *Aliud.* Lini semen tostum, ac per cribrum extretum, vuas passas bene pingues sine acinis, purgatos pineæ nucis nucleos ac frigos, nuces ponticas siue auellanas præpurgatas, omnia hæc in pari portione trita excipe melle crudo: datur, cochlearij mensura.

Eclegma Tussi accommodatum.

† *Πρωιδωv*, id est nucleorum, pineorum vncias duodecim, carnem duorum dactylorum, terito simul exactius, melleq; crudo excipito.

Ad Tussim siccam.

Iridis ex aqua decoctum, cui mellis pauxillum adiectum sit, da frequenter forbendum.

Ad Sanguinis Reiectionem, expuitionem ue.

Rosarum aridarum vnciæ octo, gummi tragacanthæ hexagiatra, teruntur, & in pastillos drachmæ pondere ex aqua conformantur: propinantur ex aqua. *Aliud.* † In cucumeris domestici ventrem infundito aquæ sextarium, coquito que ad tertias: demum expressum ex his cremorem in forbitone dato. *Aliud.* Rubricæ synopice vncias duas, terræ samie vncias duodecim, amyli

† Hanc cōpositionē integrā inuenies lib. 7. de cōpos. med. secundum locos fol. 182. h

† vide lib. 7. de compo. medic. secundum locos fol. 184. c

amyli vncias tres, cogē sanguinalis herba succo propinato trium obolorum quantitatem. *Aliud.* E Fricti feminis lini vncia octo, gummi tragacanthae vncia duodecim, praedicto modo commode excipiuntur. *Aliud.* Polygonij liue sanguifugalis herbae radices aqua incoquito ad tertias, additoq; trito pauculo gummi offero in forbitionem.

Ad Tabidos, & Thoracis vitia.

Ileos decoctum cum melle ad potandum dato. Aut ad forbendum hyssopi decoctum cum melle. Aut coctum marrubij herba succum cum melle. Aut eruum rufescens, frixum primo, deinde tritum cum viginti partibus mellis, da in eclegmate. Aut amygdalas amaras leuigatas cum melle exhibeto. *Aliud.* Seminis apij vncie sex, piperis nigri vncia vna, mellis libra vna, datur cochlearij mensura. *Aliud.* Mistum cum melle, lentoq; igne decoctum, butyrum offero. *Aliud.* Apij & piperis cuiusq; vncia vna trita, cum mellis libra vna, sensim decoquitur, propinaturq;. *Aliud.* Scillae crudae expressum succum cum mellis aqua portione, carbonibus superpositum coquito: ac dato ex hoc mystri quantitatem ante cibum & post cibum. *Aliud.* Abrotonon, pingues passulas sine acinis, ruta germina, in aqua decoquito, percolatoq; decocto huic mel adijce, rursusq; decoque, ac viere.

De Stomachi & Ventriculi affectibus.

CAP. 15. F

Inflammationes tam oris ventriculi, quam hepatis, adstringentium medicaminum indigent admisione. Etenim si in curandis his vitatur quis solis relaxantibus, vita adducet discrimen, idq; omnibus empiricis vocatis medicis experientia edocetis, & in artis exercitatione obseruantibus. Non pauci vero eorum, qui se methodicos nominant, curandi hac ratione innumeros sustulerunt e medio, oborta syncope stomachali: sicuti non paucos etiam hepatis vitio affectos, solis vsu relaxantibus, quibus hepar pleriq; dissoluitur. Cuiusmodi nihil eueniet, si eorum, quibus est adstringendi facultas, aliquid his semper adiciatur, seu oleo affectum locum foueas, seu admoto cataplasmate curres. Sunt porro ex adstringentium numero, absinthium, vnguentum nardinum, aloë, coton eorum tam decoctum quam oleum: nec minus Ceratum ex aloë, mastiche, cera, & nardo, cuius fuerit hac confectio. Accipitur cera vncia vna, mastiches vnciae quatuor, aloës vnciae duae, & nardi quantitas conueniens. Quod si vehemens adeo fuerit ventriculi imbecillitas, vt ne alimentum quidem contineat, adiciantur his succi vnae immaturae vnciae duae. Porro si succi absinthij fuerit facultas, addatur & huius vncia vna, aut labruscae flos, aut succus rhu.

† drachma vna
* drachma.

De Calida Ventriculi Intemperie.

In calida ventriculi intemperie medicamentum hoc per os commode exhibetur, quod constat mastiches vncijs duabus, mentae vncia vna, coactis succo plantaginis: huius medicamenti fabae exhibitur magnitudo ex aqua. Quod si contra ventriculus frigida afficiatur intemperie, dicto medicamini adicito castorei vnciam vnam, exhibetoq; similiter. Cognosceretur autem calida ventriculi intemperies partim ex bilioso vomitu, partim ex sensu mordicationis biliosae in ore ventriculi perceptae, partim q; hoc ipsum admotae manus calidum appareat.

Ad Ventriculum iusto Frigidiores.

Ad ventriculum refrigeratum, quicq; ob pituitae in ipso haerentis crassitudinem opus habet simul calfactione simul humorum incisione, perquam aptum est medicamen hoc, quod, constat corticis radicis feniculi vncijs sex, aceti libra vna, mellis libra vna. Decoquuntur primum radices cum aceto, ac coctae nunc exprimuntur, abiciunturq;: demum adfuso melle incoquuntur rursus simul omnia ad mediocrem crassitiem. Propinantur autem huius cochlearia tria ex aqua.

Ad eos Quibus in Ventriculo Cibus acescit.

Quibus assumptus cibus in ventriculo acescit, medicamentum hoc accommodatum est, quod constat piperis vncia vna, feminis anethi vncia vna, cymini vncijs quatuor: omnibus diligenter tritis, propinatur ex eis cochlearium ex aqua vino mista.

Ad Ventriculi Subuersiones.

Ad subuersiones ventriculi idoneum est hoc medicamentum, quod constat ex succi mali punici acidi, cum suis acinis expressi, partibus tribus, succi mentae parte vna: decoquuntur haec in vase fictili, assidue miscendo: cumq; iam crassescunt, sublata reponuntur in vsum. Datur ex medicamento hoc postulate necessitate, ante cibum omnem mystrum vnum, aut etiam duo.

Ad Dysentericos, & Cibum Vomitu reijcipientes.

Radice arboris cotoneae libram vnam, decoque in vini myrtei sextariis tribus ad tertias vsque: expresso deinde cremori adde mellis libram dimidiam, coquitoq; rursus assidue miscendo: eadem reponito in vsum. Datur huius ante omnem cibum mystron.

Ad Ventriculi Subuersionem, Caeliacos, & Dysentericos.

Mala cotonea quatuor numero, integra mala punica decem numero, sorba octo, in aqua sextariis tribus accurate decoquito: cumq; omnia flaccescere iam coeperint, exprimito: demum abiectis crassis fructuum partibus cremorem eum iterato coque ad tertias vsq;: postremo additis generosi mellis libris quatuor, rursus coquito inpositum carbonibus, continuo miscendo ad conuenientem consistentiam: sicq; in vsum reponito. Vtitorq; vt medicamento praecedenti.

Immodicam

Immodicam ex nimio ardore Sitim extinguentia, Catapotia.

Seminis cucumeris domestici vncia octo, feminis portulacae vncia octo, tragacanthae vncie quatuor: dissolue tragacantham recentium crudorum ouorum aquatis, dissolutamq; adfundito ceteris probe tritis: conformatoq; ex omnibus mistis catapotia, quae in umbra desiccantur: teneaturq; ex ipsis vnum sub lingua, solutusq; salua humor paulatim deglutatur.

Ad Ventriculi Subuersionem, & Feruidos halitus.

Anisi, apij, cuiusque vnciae duae: cymini vncia vna: propinato ex his bene laeuigatis, ieiuno quidem cochlearium ex aqua, sub somnum autem aliquando ex vino. *Aliud.* Bibatur tribus continuis diebus absinthij dilutum.

Ad Ventriculi Refrigerationem & Singultum.

Piperis vnciae tres, castorei vncia vna mediocris cochlearij quantitas, ex aqua ieiuno datur. At si ex calidis succis in ipsa ventriculi concoctione corruptis singultus ortum habeat, quod ex ventriculi ardore mordicationeq; cognosces, aqua tepida epota, sube assatum vomant, & cessabit coestim singultus. Porro sternutamentum in tempore factum, sedat singultum: sicuti etiam acetum in forbitione acceptum.

Ad aestuantem Ventriculum.

Quibus ventriculus praenimio ardore exolvitur, aut animi sequitur defectus, si quidem sine febre hoc vsu veniat, dato in potu frigida cyathos tres, aut quatuor, idq; per temporis intervalla. Quod si his malum mitescat, cibo est reficiendus ager: sin vero perduret, astrictis coniunctisq; extremis, ei praebeto forbendam assidue aquam, in qua maauerint cotonea, pira ue, aut mespila, aut bacca iuniperi, aut pampini vitis, aut rosarum. Vel succum mali punici, aut vnae acerbae. Vel dato, quem bibat, tritum mentae ramulum, aut labruscae florem, & sinito quiescat.

Ad nimiam ex Ventriculo Saluam.

Nimia diffuentes salua mastice liccam conyzam. Porro extrinsecus imponantur ventriculo, contrita vitis viridia folia, aut cotonea, aut viridis portulaca, aut etiam cucurbitae ramentum.

Ad Dolorem Ventriculi.

Ventriculi ex inquietudine aut anxierate dolores sedat ac mitigat potum lac muliebre, aut vaccinum, aut alinum, cui incocti sint lapilli. Et rosarum decoctum. Quin etiam assum otu luteum, cum polenta potum.

Ad Vomitum Bilis nigrae.

Ad nigrae bilis vomitum ventriculiq; inflationem, & potissimum inter manducandum, imponitur vtiliter ventriculo spongia ex aceto quam acerrimo calido. Aut hederæ folia vino decocta, vt cataplasma, ipsi applicantur. Porro cibus sit boni succi, cuius generis sunt oua, alica, & iuscula, vt pote auicularum, extremarum porci partium, phasiani, iuuenis perdicis, aliorumq; omnium his similitum.

† Al. in distentionibus.

Ad Ventriculi inflationem.

Ad inflatum distentumq; ventriculum iuuat polij fasciculus foris impositus, nec non potum eiusdem decoctum. Idem praestant nepetae decoctum addito mellis momento, & piper drachma pondere.

Doloris Stomachi Mitigatorium.

Stomachi dolorem sedat cuminum assum, & apij paucillum potui ex aqua datum. Item abrotoni ac thymi vtriusq; obolos duos potui dato.

Ad eos qui Crantem Famem dictam Βούλιμον facile incurrunt in via.

Βούλιμον dictam famem incurrentes, seu in itinere, seu modo alio, refocillamus reficimus ue, porrigentes olfactandum acetum, aut pulegium, aut terram aceto madentem, aut poma, aut pira, aut his similes fructus alios, quorum pro tempore fuerit facultas: aut etiam panem ex vino eos assumere cogentes.

Ad Singultientes.

Singultientibus da rotam, cum vino in forbitionem: aut nitrum ex melicrato, vel apium, vel castoreum, vel abrotonon, vel aristolochiam, vel cyminum, vel anisum, vel calaminthem, {quam nos nepetam dicimus.}

Ad Hepatis Vitia, & primo ad Obstructionem.

CAP. 16.

Amygdalarum amararum vnciae tres: cymini, feminis apij, cuiusque vncia vna: datur cochlearium ex vino. *Aliud.* Baccarum iuniperi vnciae tres, feminis brassicae vncia vna, feminis erucae vnciae duae; excipiuntur melle crudo, daturq; cochlearium vnum. *Aliud.* Succu cichorii cyathum cum aqua calida cyathis duobus, & mellis cochleariis duobus, exhibeto. *Aliud.* Succu anethi cyathus cum tribus cyathis aquae mullae calidae. Porro dictorum omnium quodq; seorsum, aridum, tusum, aut cibo inspergitur, aut coctum bibitur. *Aliud.* Chamapityos, decoctum cum paucillo melle bibitur. *Aliud.* Chamapityos vncias octo, radicis cichorii vncias quatuor, contunde, & excipe melle cocto: datur huius auellanae magnitudo ex aqua calida.

Pastillus.

Pastillus Hepaticus, id est ad lecur, inscriptus.

Anisi, seminis apij, asari, amygdalarum amararum præmundatarum, absinthij, cuiusque vncia vna: conformantur ex aqua in pastillos drachmæ vnius pondere: exhibeto febrientibus ex hydro-melite, non febrientibus ex vino misto. *Aliud.* Erigerontis eundem in vsum bibitur decoctum. *Aliud.* Aristolochiæ drachma dimidia trita offertur, febrientibus ex aqua, sicuti ex vino non febri-entibus. *Aliud.* Trifolij herbæ ad tertias decoctum dato potui.

Ad affectos Morbo Regio.

Morbo regio affectum lauato in balneo aquæ potabilis, totumque corpus oleo confricato anethino. Quod si febre vacet, in colocynthidos corio calefactum vinum propinato. *Aliud.* Lanariæ tri-æ cochlearium ex aqua dato: aut ex mulso, liberis à febre. *Aliud.* Cichorij succi cyathos tres pro-pinato, febrientibus quidem, nullo admisso alio: non febrientibus verò, ex mulso misto. *Aliud.* Ci-ceris dicti *νεϊου* id est arietini, & foeniculi, coctorum cremorem exhibeto: febre carentibus, cum vi-no misto. *Aliud.* Tenerrima folia tam nasturtij, quam rorismarini terito: expressoque ex his suc-co, vitior, ex mulso, si febre careant. *Aliud.* Elaterion cum lacte muliebris maceratum naribus in-fundito, & iubeto sursum attrahi. *Aliud.* Cyclamini succo aqua misto, vt modo dictum, vitior. *Aliud.* Editur eundem in vsum sentis caninæ rubeus fructus. *Aliud.* Chelidonij herbæ succum cum vino & aqua mulsa porrigitur non febricitantibus. *Aliud.* Hyperici drachmam vnam propi-nato ex aqua mulsa. Porro icuius dato in cibum amygdalas amaras.

Ad Lienosos.

Datur his in potu decoctum chamædryos, vel chamæpityos, vel polij, vel rubiæ: idque aut per se, aut cum oxymelite non febricitantibus. *Aliud.* Candidæ hederæ corymbi numero tres, dantur deuorandi, & superbibendum acetum mulsum. *Aliud.* Radicis capparis ex oxymelite de-coctum non febricitantibus datur. *Aliud.* Tamaricis fructum tritum & per incerniculum excre-tum duorum cochleariorum quantitate, dato ex oxymelite. *Aliud.* Ferrum ignitum aqua restin-guito, quam da in potu cum vino, si nulla adsit febris.

Epithema Splenicum, id est Lienii aptum.

Fœnogræci vncia quatuor, hordeaceæ farine vncie tres, seminis nasturtij vncia tres, caricas acer-rimo primum aceto maceratas contundito fortiter in pila: deinde adiciens cætera, vnito omnia si-mul, ac vitior. *Aliud.* Moly herbam etiamnum virentem cum suo femine in ollam conficito, in qua diligenter obturata coquito plurimum lento igni: coctamque nunc & in pila tritam imposito Lienii, ante tres dies non soluturus.

Ad Hydropicos, id est Aquæ inter cutem affectos.

Fœnogræci vncia vna, hordeaceæ farine vncia tres, stercoreis columbini vncia quatuor: frixæ resinæ, picis, cuiusque libra vna: axungia veteris libras duas: liquato quæ liquari his possunt: demum addito cætera ex aceto trita, ac vitior. *Aliud.* Fimi caprilli sicci libras duas coctas in oxy-crato, vt malagma imposito.

Ad Colicos.

Anethum & cyminum in tribus olei vncis coquito, & simul exhibeto. *Aliud.* Rutam coctam similiter in dicta olei mensura, adiecto resinæ terebinthinæ cochleario, præbeto.

Ad eos qui Refrigerati sunt.

Anethino vttere, cui additum sit triti castorei cochlearium.

Ad Inflammationes.

Anethino vitior, cui admista sint casei non saliti duo cochlearia. *Aliud.* Additur similiter vel pin-guedo anserina, vel cerui medulla.

Ad Dysentericos & Celiacos, & Primo ad Dysentericos.

IN dysentericorum curatione, illud præmeminisse fuerit perquam opportunum, videlicet opti-mum dysentericorum remedium cibi esse paucitatem. Necessum ad hæc sunt ea, quæ dysentericis in cibo dantur, quam licet leuia, ab omni aliena grauitate, & concoctu facilia. Porro decoctum malo-rum puniceorum integrorum, nec minus cotoneorum commode his tum ad forbendum propina-tur, tum per clysterem iniicitur. *Aliud.* Plantaginem herbam cum oryza exacte decoctam da in cibo: quin huius ipsius succum adiecta pinguedine hircina commode subministrabis. *Aliud.* Myr-ti baccas vino incoquito, si quidem febre careant: sin aliter, aquæ ac immittito. *Aliud.* Cochlea-rium integrarum vltarum vncia vna, cornu cerui vlti vnciæ duæ, vniantur succo plantaginis: exhibeatur ex hoc fabæ magnitudine, febre carentibus cum vino, cum aqua verò febricitantibus.

Ad Celiacos & Dysentericos.

Baccarum myrti siccarum contularumque, rosarum aridarum, cuiusque vncia vna: baccarum funi-peri decem numero, pyrorum aridorum tusorumque tria & viginti numero: ceratorum, quas dul-ces silvas dicunt, contusorum vncia vna: corticis pini vnciæ quatuor: propinato excreti ex his pul-uisculis cochlearium ex vino. Porro solidius illud crassiorumque partium pinguibus palmulis coa-ctum venuti imposito. *Aliud.* Potum leporis tum hinnulitum etiam capræ coagulatum ex vino, nec non immisum cum oryza cremore iuuat.

Ad

Ad Diuturnam Dysenteriam.

Chartæ vltæ, calcis, cuiusque vnciam vnam vixæ immaturæ succo excipiens in pastillos confor-mato, ponderis diuersi, nempe modo vnius, modo duarum, modo etiam trium vnciarum, vt cuique ætati apta sit ad manum quantitas. Porro vbi vsus postulabit, vnum ex his vino austero dissolutum adiecto oryza cremore, per clysterem iniice. *Aliud.* Cocti anserini oui putamen minutissime tritum dimidiæ drachmæ quantitate ex vino propinato.

De Sedis vitijs, & de Applicandis sedi Medicamentis.

CAP. 21.

Sedi diuersa accidunt vitia, vt sunt rhagades, i. rimæ, condylomata, aliæque inflammationes. Apta autem his sunt tenera, mollia, omniisque vacantia mordicatione, inuncta medicamenta.

Ad Sedis ex ardore Dolores.

Oui luteum ex vino albo tritum, & rosaceo cerato exceptum illine, emplastrique modo vttere. Cõ-ueniunt autem his *ἀπαλὸν* id est mollia teneraque dicta pharmaca, & *ἀδονητὰ* id est mordicatione ca-rentia, illita. *Aliud.* Recentem anseris adipem inungito, & emplastri in modum imposito. Vti-le his etiam cataplasma ex pane mundo dissoluto coctoque in aqua & rosaceo: quod fuerit efficacius, additis ouorum luteis aliquot coctis. *Aliud.* Fœnogræcum elixum tritumque adiecto butyro vt cataplasma applicato. *Aliud.* Anserinum adipem inungito. *Aliud.* Rosarum vnciæ tres, co-ctorum ouorum lutea duo, trita ex vino albo, rosaceoque cerato excepta, illinuntur.

Ad Ani Pruritus.

Terram vocatam cimoliam tritam cum vino, ceratoque myrteo exceptam appone.

Ad Procidendum Anum.

Recrementi plumbi vncia vna, rosarum siccarum vnciæ quatuor, accurate admodum trita, sic ca insperguntur ano, eloto prius vino myrteo. *† Aliud.* Cyclamini succum & mel aqua portio-ne decoque in vase æreo, donec cerati habeat crassitudinem, & inunge.

De Renum & Vesicæ Vitijs.

CAP. 22.

Potio ad Renum & Vesicæ affectus inflammationis participes, & Exulcerationes. Seminis lini vnciæ duæ, amyli vnciæ vna: propinato ex aqua cochlearium.

Ad Vesicæ Ulcerationem, & Primæ Difficultatem.

† Pinei nuclei, & amygdala, singulorum numero viginti, palmulæ quindecim, tragacanthæ vnciæ quatuor. Datur ex his cum aqua.

Ad Renum Obstructionem.

Apij decoctum tribue in potu febre carentibus ex condito, febrientibus ex aqua. *Aliud.* De-coctum cicerum, quæ à similitudine *νεϊου* arietina appellantur, cum condito, deur in potu.

Ad Calculosos.

Lini semen exacte tritum, datur ad bibendum cum condito. *Aliud.* Seminis cucumeris dome-stici frixi vnciæ sex, seminis maluæ vnciæ quinque, nucleorum pineorum frixorum vnciæ sex, se-minis apij vnciæ octo, amygdalorum amarorum mundatorum vnciæ noyem, passo excipiuntur. Cochlearij datur mensura, vt antedictum est.

Ad Coxendicum, Pedum, & Articularum Dolorem.

CAP. 23.

Eiusdem inter se sunt generis omnes huiuscemodi morbi: proinde eandem ferè postulant cu-rationem, differentes solum efficientibus ipsos succis: quorum hi quidem calidi sunt, illi verò frigidi. Dignoscuntur autem, quæ calidum succum comitentur rubedo, calor, & si adiuncta fuerit in-flammatio, vehementes dolores. Contra frigidum, tumor albus, latus, ac mollis. Porro vtriusque curatio est, vt calido frigida, frigido verò calida discutientiaque applicentur. Et si quidem magna fue-rit efficientis morbum succi abundantia, hic vacuante medicamento primo est educendus. Quod si corporis adsit plethora, principio secanda est vena: deinde repellendus cohibendusque influxus oxy-crato, aut hoc etiam frigidioribus medicamentis alijs. At omnibus de his scriptum nobis abunde est, cum alijs in libris plurimis, tum maxime, mi Glauco, duobus illis de arte curatiua ad te missis. Proinde verbosius de his differendum non est, hoc præsertim commentariolo, qui de rebus acqui-situ facilibus tantum modo instituitur nobis. Cæterum in coxendicum doloribus, reprimentibus medicamentibus nunquam est vtendum. Cum enim in alto corpore sit iuncturæ huius situs, reprimentibus medicamentis succus à circumstantibus valis musculisque deferretur ad ipsam iuncturam, grauius etiam discruciaturus. Quapropter mitigantibus tantum lenientibusque est remedijs vtendum. Neque porro vehementer aut calidis, aut frigidis medicamentis in coxendicum est dolore agendum, quæ ab his irriteretur verius, quam curetur. humorum fluxio: admodum enim calida attra-hunt magis, quam vel discutunt vel discutuntur diuerso frigida congelant coarctantque quodammo-do fluentes humores, discutuntque reddunt contumaces. Cæterum coxendicum dolore affectos vo-mitus, quam alui defectio, iuuat magis, quæ humorum ad inferiora defluxum retrahat. Prouocadus autem initio vomitus, est ab accepto cibo. Postea verò ad sciendum hunc, licet etiam vti bulbis vo-mitorijs, & raphano, id est radice: exhibentur autem in aqua cocti bulbi, ex oxymelite: radice verò concisa in tenues particulas, editur similiter ex oxymelite. Deinde vbi nunc à sumptis his lon-gum satis tempus præterierit, ad vomitum ducendi sunt: quo prouocato, deinceps longo interposi-to tem-

† Vide l. 9. de cõpõne medi- fm locos.

† Vide ibidẽ cap. de hæmor- thoidibus, Ex tractorium hæ morrhoidum magni Tarfen- sis.

† Vide l. x. de cõpõne med. fm medicame- tum Andromachi integrum istius medica- menti compo- sitionem.

† Ex impressis cod. ita posset verti calor enI multus ipsasat trahit magis q̄ discuti phibet ex li. autẽ x. de cõpõne med. fm locos hoc pacto, caliditate nimirũ ipsã fluxionem ma- gis attrahere, q̄ phibere.

to tempore, lauandi sunt: deinde iterum tantisper est ipsis quiescendum, donec omnis oborta ex eo corporis turbatio conquiescerit: demum tenui sunt victu reficiendi.

Ad Podagræ Paroxysmum, id est acerbationem.

Brassicæ folijs decoctis ac tritis addito aceti facem, lutea duorum ouorum crudorum, ac rosacci parum: quæ accuratius deinde mista in modum cataplasmatidis tepida imponito, frequenter renouans. *Aliud.* Cataplasmati vulgari & vilitato ex caricis elixo adiecta hyoscyami folia incoquito, ac vitior.

Ad Feruidas Inflammationes.

Lentem palustrem ex aceto & rosaceo imponito. *Aliud.* Vlmi folijs expressum succum, & coctum, cum cerato illine.

Ad Excedentes & veluti immensos Ardores.

Lactucæ folia exacte cum pane trita, applica, frequenter remutans. *Aliud.* Coriandrum viride tritum cum polenta vt emplastrum admoueto.

Ad Laxatas Inflationes.

Salem ex oleo diligenter tritum succidaq; lana exceptum vt emplastrum impone.

LICET commentarij huius initio de cholera dicto vitio, & mortiferis pharmacis, deque serpentibus qui icu morfu ve venenum relinquunt, & sanguinis etiam fluxu, sit non nihil dictum nobis, non fuerit tamen a ratione alienum paucis adhuc de iis agere, licet ad alium locum hac pertineant.

Ad Sanguinis è Naribus fluxum.

CAP. 24.

TRITICEAM farinam porri succo maceratam tortili linamento adfrica, perfluentiq; nari inserto. *Aliud.* Torule linamentum aceto quam acerrimo madens ad lucernam comburito, & mananti nari inserto. *Aliud.* Asinini fimi, etiamnum calentis succum, mistum cum equali aceti portione, & tanta farina triticea, vt sordium habeant consistentiam, linamento adfricatio: quod affecta nari imponito. Iuuant ad hæc tam pedibus quam manibus injecta vincula, nec non refrigerare caput. Magnas præterea cucurbitulas præcordijs adfigere, iecoris quidem, profluente dextra nare sanguine: licuti sinistris siue lieni, affecta nare sinistra. Caterum de sanguinis per os reiectione, dictum nobis antea est.

De Fluxu Sanguinis è Vulnere.

CAP. 25.

Sanguinis è vulnere effluxum curant myrrha & thus trita, & ex oui aquato pro vulneris ratione imposita. *Aliud.* Vstæ ranæ cinerem vulnere inspargito. Superponeda porrò his spongia ex oxycrato, & frequenter siccitatis ratione mutanda. *Aliud.* Recentem ac calidum adhuc fumum asinum cataplasmatidis modo superdato: quod si aridus fuerit, dissolue pauillo aceto.

Ad Cholera dictum affectum.

CAP. 26.

Si sine febre, aliaq; vacatione eueniat, da buccellam panis ex vino misto, daq; potu frigidam, & cucurbitulas magnas medio adfige ventri. Quod si is, qui affligitur quadrato sit habitu, in frigidum inducito lauacrum, in quo diutius permaneat. Porrò cibus conuenit adstringentis facultatis, vt sunt ex autumnalibus fructibus poma tam cotonea quam punica.

Ad Pharmaca Mortifera.

CAP. 27.

De lethalibus medicamentis, neque indistinctius hic agere tutum satis est, neq; parui laboris de omnibus singulatim, deq; sequentium ad hæc symptomatum siue accidentium curatione: ne interim referam adiunctam huic rei male faciendi occasionem, præsertim iis, quibus male facere volupe est. Proinde ea hic tantum tradam, quæ in communi fere creduntur conferre ijs, quos lethalia eiusmodi medicamenta deuorasse contigerit. Principio igitur iubendum, vt hitales confestim vomant, epoto prius hydrelæo, id est mistis aqua & oleo, & plurimo & frequenter. Deinde varijs diuersis quæ sunt cibandi ferculis: a quibus non ita multo post rursus vomant, iubeto: sic enim aut simul reicietur mortiferum medicamentum, aut saltem infringetur ipsius virtus. Quod si post hæc ventriculus videatur à vomitu veluti aduri, hydrododynnon, id est aquam rosaceo oleo mistam, potui offerro: dehinc vomant, rursus iubeto. Quod si vsus postulare videbitur, dabis theriacen ex vino, aut iuniperi baccas numero nouem, & rutæ trita viginti folia, aut herbæ chamæpityos. A somno in totum abstineat, præcipito, extremarum que partium vitior fricitione. Quod si malum videbitur tibi altius in ventrem nunc descendisse, quod ex mordicatione irritationeq; inferioris ventris cognosces, instandum acrioribus clysteribus: cuius generis sunt, qui ex melle copiosiori, & aphronitro constant, aut alio quouis, cui irritandi ventris sit facultas. At strangulationi à deuoratis fungis medetur nardus, ex oxymelite pota. Idem potest gallinarum domesticarum fimum, ex oxymelite. Caterum suffocationi ex concreto in ventriculo lacte, auxiliatur potum cum vino coagululum.

Galeno



GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE MEDICINIS FACILE PARABILIBVS
AD SOLONEM MEDICORVM PRINCIPEM


Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete

C E N S V R A

Liber, cuiuscunq; is fuerit, non omnino inutilis.

GALENI CLAVDIANO SOLONI ARCHIATRO S.

Ex translatione veteri.



Via petijsti, vt de facile parabilibus remedijs ad te scriberem, Solon charissime, gratum tibi fore putau, si quæ mihi per experientiam cognita sunt, scriberem, & ad te mitterem, à capillis vsq; ad pedes procedens, vt homo facile possit ipsa adipisci. Incipiamus igitur primo à capillis.

De Tincturis Capillorum.

CAP. 1.

¶ Vnctiones Capillorum, vt etiam cani fiat nigri. Scoria ferri, & plumbum, coque in aceto vsque ad tertiam partem, & illine: interim tamen ne tange capillos oleo. *Aliud.* Radices capparis tere, & coque in lacte alina vsq; ad tertiam partem, & vtere. Hoc serua, quia prorsus denigrat pilos capitis. *Aliud.* Testudinis marinæ sel dissolue cum oleo, & vnge capillos. *Aliud.* Racemulos in nucibus pendentes in oleo coque, bitumen liquidum adde, & vnge. *Aliud.* Plumbum cum oleo reponere in vase plumbeo, & eo vnge capillos. *Aliud.* Melongiam terrestrem combure, & cum oleo dissolvens, vnge capillos, & dimitte per totam noctem.

* Aliter stratiot. m.

¶ De prohibenda Canitie. Accipe colocynthidem, & perfora eam, & purga ipsam bene ab ijs quæ sunt intus: deinde imple oleo laurino, & adde semen hyoscyami non contritum: dimitte vnum diem, & vnge semel in anno. **¶** Ad dealbandos Capillos. Stercus hirundinis terens cum feelle tauri, vnge. *Aliud.* Verbasci albi combure florem, & extingue aceto, & leniens vnge. **¶** Vt Flauiant Capilli. Alumen coque in aqua, & madefacito capillos duobus diebus: & post hoc lava cum

Daqua, in qua est dissoluta fax vini combusta. *Aliud.* Decocto lupinorum amarorum madefacito capillos: vel ipsos lupinos amaros crudos terens, & permiscens cum aqua, illine. *Aliud.* Facem vini permisce cum sordibus balnei ad spissitudinem cerati, & vnge caput, quando vadis dormitum. *Aliud.* Folia ligustri infunde in succo lanariæ, & vtere hoc diluto. *Aliud.* Rubiam, stochadem citrinum, polytrichum, ablinthium & lupinos, conijce in aquam, reponens in vase vitreo: & dimitte per nouem dies, mouens bis in die. Tempore vero vsus accipiens dictæ aquæ quod sufficit, mitte in eam spongiam, & dimitte vt imbibat aquam: & quando fuerint desiccati capilli ea aqua prius irrigati, ablue cum aqua calida & sapone.

De Casu Capillorum.

CAP. 2.

Ad casum capillorum, vlmi radicem, & foliorum manipulum, i, macera in iij cyathis aque, & vnge: & post hoc vnge cum oleo. *Aliud.* Sambucum comburens, misce cum cerato, & vnge. *Aliud.* Aloen permisceto cum vino nigro austero, & vngito. *Aliud.* Myrrham & ladanum illine cum vino aut oleo myrrino. *Aliud.* Accipe apes multas, & combure, & misce cum oleo, & vnge cauens ne vngas ea, quæ sunt circa. *Aliud.* Nigellam accipiens combure, & miscens cum aqua illine: maxime autem hoc confert supercilij. **¶** De Capillis, qui Cadunt ijs, qui reficiuntur ex ægri tudine.

Septima Classis.

xxxxxxx

adatum

Ladanum cum vino & oleo rosaceo coquito, ad spissitudinem cerati, & vngito. *Aliud.* Radicem E mori decortica, & combure, & coque vt dictum est. *Aliud.* Pulicariæ semen terens, pone in lixi- uio, & laua caput: deinde coque lentiscum, & collue caput. *¶ Vi in loco Combusto ab igne oriantur Capilli.* Folia ficus terantur, & in farinam vertantur, & apponantur loco. *¶ Psilobrum.* Cerebrum vesperilionis terito cum lacte mulieris, & illine. *Aliud.* Fel thynni misce cum gummi hederæ, & illine. *Aliud.* Accipe sanguinem recentem leporis, & adhibe. *Aliud.* Sanguinem cerui per- misce cum aceto, & obline. *Aliud.* Semen vrticæ syluestris accipe, tere cum oleo, & frica ipso lo- cum. *Aliud.* Vesperiliones plures viuos pone in bitumine, & dimitte, vt putrescant, & vnge quem vis locum.

De Alopecia.

CAP. 3.

Murem combure, & tere, & puluerem permisce cum adipe vrsino, & vnge prius fricans locum capæ alba. *Aliud.* Cantharidas combure, & tere, & puluerem permisce cum melle, & vngito. *Aliud.* Folijs ficulneis frica diligenter, deinde vnge cum adipe vrsino. *Aliud.* Spumam maris combure, & terens permisce cum oleo, & vnge. *Aliud.* Ranam habentem longa crura combure, & terens misce cum pice liquida, & vnge locum prafricando ipsum. *Aliud.* Equi fluuialis pellem combure, & vnge locum. *Aliud.* Sanguine testudinis marinæ vnge locum. *Aliud.* Accipe mur- fcerdam & tere & permisce cum aceto, ad mellis crassitudinem, & vnge prafricato loco. *Aliud.* A sphodelum tere, & permisce cum aceto, vel vino, & praradens locum frica folijs ficus vel panno aspero, & illine. *Aliud.* Radicem cannæ vrito, & permisceto cum adipe vrsi, & vngito. *Aliud.* Tithymallum tere, & vnge locum.

De Porrigine.

CAP. 4.

Cimoliam perfunde aqua, & misce succum betæ, & vnge: deinde laua: post accipe thus mascu- lum, tere, & permisce cum vino & oleo atque vnge: sequenti verò die herbam pedicularum ex oleo illinito. *Aliud.* Accipe nitri, fecis vini, mirobalanorum, singulorum libram: herbæ pedicularis sesquilibram: permisce cum oleo antiquo, & vnge. Humidas autem porrigines aqua salsa, vel deco- cto lupinorum, ablue: est enim vsu probatum. *Aliud.* Laua caput succo portulacæ. *Aliud.* Vn- ge caput succo betæ cocto vel crudo permisso cum melle. *Aliud.* Cimoliam permisce cum deco- cto sceni graci, & impone. *Aliud.* Radicem cucumeris syluestris coque, & eius decocto lauato. *Aliud.* Scillam in fornace obrue: vbi fuerit mollis, exprime succum, & ei parum olei admisce & vnge.

De Psyracis & Exanthematibus.

CAP. 5. G

Psyracia sunt parua exanthemata facta in capite, similia vesicis eminentibus in superficie. Ex- anthemata verò sunt ulcerationes factæ in summa cutis subrubicundæ & asperæ. Curantur autem sic. Accipe lomentum, & funde in vinum, & appone vt ceratum. *Aliud.* Fac ceratum ex ligu- stro & cerussa, & illine. *Aliud.* Accipe amyli, cerussæ, aluminis, foliorum viriditum rutæ, singulo- rum drachmas quatuor: permisce cum aceto, & oleo myrtino, & vnge. *Aliud.* Accipe spumæ ar- genti, cerussæ, singulorum sesquiunciam: sulfuris ignem non experti drachmas octo: dilue oleo myrtino, & vnge.

De Achoribus & Favis.

CAP. 6.

Achor est affectio oriens in capite, perforans cutim subulibus foraminibus, per quæ exit fanies parum viscosa. Fauus autem facit foramina maiora continentia humiditatem mellis similem. Cu- rantur autem sic. Abrasum caput foue bis aut ter aut sapius aqua calida decocti myrti, aut rubi, aut lentis, aut lupinorum amarorum, aut radicis asparagi: cum autem effluet multa fanies capiti, folia salicis, aut lentem coctam in aqua imposito. Confert etiam ante caput sulfure & parietaria & sapone oblinere. *Aliud.* Accipe lithargyri drachmas xvj, foliorum rutæ drachmas viij, herbæ pedicularis drachmas quatuor, atramenti futuri drachmas duas: aceto & oleo myrtino H excipito.

De Tremore Capitis.

CAP. 7.

Stoachadem da bibendam ex aqua. *Aliud.* Artemisæ succum parua habentis folia permisce cum oleo rosaceo, & vnge neruorum origines. *Aliud.* Spinæ albæ semen bibendum exhibe. *Aliud.* Castoreum aqua dilue, & bibendum prabe.

De Dolore Capitis.

CAP. 8.

Cornu cerui combure, & tere, & permisce cum oleo rosaceo, & vnge frontem ac tempo- ra. *Aliud.* Cerebrum vulturis terens, illine caput, & tempora. *Aliud.* Psyllium fundens in oleum rosaceum permisce, & vtere: hoc autem confert & ad hemicraniam. *Aliud.* Styracem liquidam permisce cum oleo, & applica. *Aliud.* Oniscos id est afellos, sub hydrijs degentes, co- que in oleo, & vnge caput. *Aliud.* Flores mali punici, vel ipsa balaustra, coque in vino, aut aqua marina vsque ad consumptionem tertiæ partis, & tere, & cum cerato permiscens admoue. *Aliud.* Pulegio & sceniculi radice cum farina hordei line tempora. *Aliud.* Mentam aut sina- pi cum aceto permisce, & madefac tempora bis in die. *¶ Ad Dolorem Capitis & Temporum.* Accipe

A Accipe opij magnitudinem fabæ, & pulegij partes sex, & lentisci: & excipe aceto ac oleo rosaceo, & vngito. *Aliud.* R umicem acidum & gallam tere, & vnge tempora & frontem. *Aliud.* Casto- reum dissolue cum oleo rosaceo & aceto: vnge frontem & tempora. *Aliud.* Iridem siccam & car- damomum minus aceto resolue, & line capillos, sicut faciunt mulieres, cum inungunt eos. *Aliud.* Succum peucedani oleo irino diluens imposito. *Aliud.* Hirundinū nidum ne permittas in terrā cadere: & lutum, quod est stercorei mistum, capito: & aceto in vase lineo subigito, & illine frontem. *Aliud.* Gummi hederæ aceto & oleo rosaceo diluens vnge tempora. *¶ Aliud remedium.* Caprinum sterces ex aceto & oleo rosaceo terito, fronti illinito, & fascia deligato: id facito multo mane, ac ve- speris, & caput dolentem sanitati restitues. *Aliud.* Euphorbio & atramento scriptorio vnā cum ace- to detritis frontem illine. *Aliud.* Puer venerem non expertus in limine agroti ianua mingito: tu verò acetum infundito, atque vtrunq; in vnum super limen commisceto, donec sordium acquirat crassitudinem: ac eadem illa hora fronti imposito. *Aliud.* Si qua ex partu capitis dolore tenetur, cinerem cum aceto admiscens fronti superdato. *Aliud.* Hederæ lachryma cum aceto & rosaceo mista tempora & frontem obline. *¶ Epithema ad idem.* Nasturtium cum aceto & rosaceo misce- to ad cerati crassitudinem: impositoq; ita, vt à tempore ad tempus pertineat: illico dolorem auferes. **B** *Ad eos, qui ex Aliena Capitis parte dolent.* Acaciam roseo cerato excipiens vtere. *Aliud.* Cicho- rium impositum & capitis dolores, & exustiones à Sole, efficaciter tollit.

Ad Comitalem Morbum.

CAP. 9.

Icinum, hoc est miluum, in olla cremato viuente: cineremq; propinato, & sanabis. *Aliud.* Eiusdem iecur exustum & tritum ex aqua potui dato. *Aliud.* Alini sterces frictum cochleariorum duorum pondere quotidie exhibeto, atque agrotus morbo liberabitur: id remedium longa expe- rientia comprobatum est. *Aliud.* Vrina verris in fumo arefacta ex oxymelite pota bene facit: esto autem vrina portio ad ægyptiæ fabæ magnitudinem: sed optima est apri. *Aliud.* Hiricinum ster- cus ad morbum comitalem proficit, si ex eo quindecim globuli summum exhibeantur. *Aliud.* Agrestis maluæ succum agrotus per triginta dies ieiunus bibat, & curabitur. *¶ Aliud.* Mustellæ iecur aridum ex aqua propinato: id facias autem, cum agrotus mox est casurus. *Aliud.* Parum olei leporis coagulo infundito, & pilulas facito: ex quibus modo vnā, modo duas præbeto. *¶ Aliud.* Mustellæ sanguine oblinito, ac mustellam pedibus capiteq; abiectis edendam apponito. Pariter & strumis exhibita mustella prodest. *Aliud.* Murem dissecans per Lunæ silentium, iecur * C ipsius extrahito: & assum agrotus, vt comedat, exhibeto. *¶* Iuuat etiam oxymel scilliticum, & Iuliani, & theriaca. *¶ Aliud Odorabile ad Comitalem affectum.* Tithymallum cum aceto & polenta terens placentulas conficito, olfaciendasq; laboranti offereto, & non cadet. *¶* Confert etiam odorari peuce- danum & picem. *¶ Suffimentum Comitalem morbum detegens.* Lapidem gagaten sufficito, ipsum cir- cumuelans, ne odor dissipetur, cadetq; si re vera comitali morbo affectus est. *¶ Potiones, per quas Di- gnoscitur, vtrum Comitialis morbus sanabilis sit.* Acaciæ drachmam aqua diluens bibendam dato: si vomuerit, insanabile malum est: sin autem febricitauerit, potio ipsi prodest. *¶ Si Sidere percussorum curatio.* Alini lotio ipsos consperge, & sanescunt. *¶ Si Comitiali morbo humi prostratum consistim excitare vis.* Thymum aut pulegium conterens eius naribus admoueto. *¶ Materiam per Nares de- trahentia.* Anagallidis cœruleum habentis florem succum naribus instillato, iubetoq; supinum agrotum spiritum adducere: hoc enim omnibus ex capite laborantibus opitulatur. *¶ Aliud.* Suc- cum hederæ albæ naribus instillato. *¶ Aliud.* Nigellæ expressum succum cum mulsâ instilla. Ad eundem modum & iride veteri oleo admisto vtiot. *Aliud.* Betæ radice succum in nares infunde, & caput purgat.

De Aurium vitijs, primumq; de illis quæ in Auditorijs sribus fiunt.

CAP. 10.

D Vino diluto, aut mulsâ, aurem subluo: ac lycium in oui putamine macerans infundito. *¶ Ad Inflammationes, & Dolores.* Allij capitula conterens cum oleo in olla calefacito: oleumq; in aurem infundito, & dolor sedabitur. *¶ Ad magnum Dolorem.* Anserinum iecur salsum cum nar- do eliquato, & repurgans in aurem indito. *¶ Ad Aures Sanie manantes.* Liquidum alumen aqua diluens in vitreum vas conde, & maceratum instilla. *¶ Ad Aures Purulentas & grauius Dolentes.* Porri succo melle diluto vtere. *Aliud.* Opium dulci vino eliquans ac tepefaciens in aurem inijce. *Aliud.* Cedri lachrymam ex pauca nardo immittito. *Aliud.* Mel & oleum vnā in vasculo prius tepefacta instillato. *¶ Ad Teredines & Saniem.* Alumen scissile cum aceto & dulci vino elixum ad mellis temperaturam, infusum, tam in recentibus quàm antiquis vitijs efficacis est. *¶ Ad Sanium Aurium intra se ipsas & acres Dolores.* Cedri lachryma cum melle admista, & infusa prodest. *Aliud.* Aloe, quæ iecoraria dicitur, cum mulsâ ad sordium crassitudinem temperata, & infusa benefacit. *Aliud.* Vulpis adeps eliquata infundatur. *Aliud.* Nardum tepefactum infundito. *Aliud.* Cas- siam ex rosacco inijceto. *Aliud.* Blattæ domesticæ oleo rosaceo inferuefactæ opitulantur. *¶ Ad Dolores paulatim ingruentes.* Lanam succidam in aceto feruefacias, exprimitoq; humorem in au- rem: deinde foramen summum, ipsius lanæ succidæ portione integito. *Aliud.* Mali punici im- Septima Classis. xxxxxxxx ij maturi.

maturi succo cum melle utere: aut lentisci, aut herbae muralis, aut ligustri, aut rubi: horum cuiusque E
succum aut per se aut melli admiscens & elixans, utere: pariter & plantaginis, aut lactuce, aut sangui-
nalis, succo utendum est. *Ad Dolores absque ulcere.* Sulfur ignem non expertum per calamum
naribus insuffletur. *Aliud.* Papaveris lachryma muliebri lacte temperata instillatur. *Ad Gra-
uem Audium.* Absinthium in aqua decoquens, aurem decocto eluito. *Ad Surditatem natura-
lem.* Caprae nuper iugulatae cornu caprino lotio impleto, & ad fumum per dies novem suspendi-
to, deinde utere. *Ad Sonitum ex profundo.* Acetum, & oleum rosaceum, rutam, & cuminum,
cum melle macerans, vitior. *Ad Tinnitum Sonosque repente exortos.* Acetum acre tepefactum in
aurem demitte. *Aliud.* Vitis albae, mellis, veratri albi, & rosei olei portionem, in vnum permiscens
in aurem dato. *Ad Aures Dolentem & Sanie manantem.* Acetum, mel, rosetumque permisce, & te-
pefactis utere. *Ad Acerbos Dolores.* Subactam oleo cuthypaston adipem infundito, & spongia
locum occludito: bene facit & ad nervorum morbos cum vulpino adipe atque vinulo aqua portione
permista. *Ad Dolores Aurium ac Phlegmonas.* Hastulae regiae radicem mundato, & in oleum
vase vitreo contentum demittito: & per continuos quadraginta dies sub Canis aestu insolato: dein-
de vitior. *Ad Ulceratas Aures & purulentas.* Lacertas pusillas venatus mundo oleo eliquato, at-
que ita in aurem demittito: & vermes, si in aure fuerint, interficias. *Ad Aurium Vermiculos: & F-
ad ea, quae in aurem subierunt.* Capas & hyssopum in lotio veteri conterens instillato. *Aliud.* Par-
tis interioris cucurbitulae sylvaticae seminum, aluminis aegyptij, pares portiones in cedrino oleo ma-
cerans infundito. *Ad Sordes Aurium educendas.* Lanam vnguentaria glande madidam in aurem
demitte, & ipsam fordium plenam inuenies. *Aliud.* Nitrum tenue in aurem conspice, acetumque
instillato: super lana mollis addenda est, & per noctem relinquenda: sequenti vero die calida aqua
& oleo aurem eluito. *Ad Aures Dolentem.* Salis flos cum roseo & aceto infundendus est.
Ad Sanie Aurium & magnum Dolorem. Nitrum rosaceo dilutum in aurem demitte. *Aliud.*
Album veratrum ex vino, aut aceto, cum alumine infundendum est. Radicis praeterea calaminthae
succus aceto maceratus instilletur. *Ad Dinturna Vitia.* Lycij & mellis aequas portiones
commiscens utere. *Ad Inflammatas Aures.* Capitulum papaveris cortices contere, & tertiam
partem cum hordeacea farina permisce: & in dulci diluto incoque, cataplasmaque confice. *Ad
Aures Sanie manantes & Dolentes.* Medullam vituli liquefaciens instilla. *Aliud.* Scoriam ferri te-
rens in aceto acerrimo instilla.

Ex tralatione
veteri.

Ad Strumas & Parotidas.

CAP. 11. G

Strumas communi quidem curatione discutunt ea quae scirrhus, propria vero ita. Farinam lu-
pinorum amarorum coque in oxymelite, & illine. *Aliud.* Stercus bouis aut caprae coque in ace-
to, & appone. *Aliud.* Calcem mellis aut oleo aut adipi porci permisce, & appone. *Aliud.* Farinam
iridis, & sterces columbi, coque in vino, & adhibe. *Aliud.* Accipe axungia veteris, semi-
nis hyoscyami, picis, olei antiqui, stercoris citrini gallinae, singulorum pares portiones: commisce,
& admoue.

De Morbis Oculorum, & primo de Ophthalmia incipiente.

CAP. 12.

Succum mentae infunde: resoluit enim, sed melior est sanguis columbi. *Aliud.* Foeniculi suc-
cum exprime, & utere: antiquus autem est melior: permisce autem eum aqua, & utere. *Aliud.* Ex
ruta recente succum exprime, & pone in pyxide aris rubri, & utere. *Aliud.* Ex coctanis coctis, &
farina hordei, & vino albo cataplasma facito. *Aliud.* Folia papaveris & cortices granatorum cum
polline hordei superdato. *Aliud.* Rosas coctas & tritas impone. *Aliud.* Decoctum meliloti infun-
de. *Aliud.* Ex folijs coctani tritis fac cataplasma cum vino & polenta. *Ad Vngulam.* Dicitur vn-
gula morbus oculi, quando cornea aliquando quidem superficietenus, aliquando vero in profun-
do, pus continet: & assimilatur paruae vngulae, quare morbus ille vocatur vngula. Ad moderatas
ergo vngulas confert mulla, & succus foenigraci, & collyrium quod fit ex thure. Ad maiores au-
tem accipe aloes, myrrhae, croci, singulorum, partem i, vini partes iij, mellis partes vj: dissolvas cro-
cum cum modico vini, deinde aloen & myrrham: deinde infunde mel: & viniens, in vase vitreo re-
conde: & utere bis in die, expurgat enim, carnem gignit, & solidat. *Ad Sugillata.* Sinapin
tere, & appone cum cerato. *Aliud.* Ossa sepiarum subtilissime, & permiscens aceto illine no-
ctu, tollit enim ea. *Aliud.* Radicem cucumeris agrestis melli commisce, & impone. *De Li-
noribus Oculorum.* Hyssopum tritam liga in panno, & infunde in aqua calida, & tange liuo-
res fomentum faciens. *Aliud.* Farinam iridis melli admisce, & adhibe. *Aliud.* Cuminum tri-
tum admisce lacti mulieris, & appone: vel origanum appone similiter. *Aliud.* Brucae semen te-
rens cum felle bubulo imponito. *De Pterygijs.* Pterygium dicitur nervosa supernatae oculo
membranae eminentia, incipiens ab angulis & procedens vsque ad corneam: quando vero am-
plius augetur, cooperit & pupillam. Magna igitur & diuturna pterygia per chirurgiam in-
ciduntur: recentia vero & moderatae magnitudinis iuuant aë combustum vel atramentum su-
torium

Arium cum adipe porci. *Aliud bonum.* Atramenti sutorij partem j, gummi arabici partem mediam:
dilue vino, & vnge. Quidam autem hepar caprae melli miscentes inungunt. *Aliud.* Accipe Ly-
cium & ligustrum, & cum aqua fac collyrium, & illine. *De Ulceribus Oculorum & Albuginibus.*
Ulcerata, quae sunt in oculis, quae quidem sunt superficietenus, nephelia nominant: quae vero
profundum petunt, albugines. Nephelia ergo succus anagallidis expurgat, & succus centaurei mi-
noris cum melle. Diuturna vero extenuat cedria, & aë vsum solum dissolutum aqua in modum
collyrij. Albugines autem iuuat nitrum dissolutum diligenter oleo, & illitum. *Aliud.* Accipe
succum dracunculi & misce cum melle crudo, & vnge. *Aliud.* Felle hirci confrica oculum. *Aliud.*
Os sepiarum combure, & dissolue cum melle, & impone. *Aliud.* Ex stercore lacertae faciens collyrium
cum aqua indito. *Aliud.* Felle canis marini vnge, vel raphani succo, vel felle galli. *Aliud.* Su-
mito succum malorum granatorum, & pone in vase terreo, & contege panno, & expone soli, do-
nec habeat mellis crassitudinem: & ei misce mellis tantundem: & terua, quia inueteratum valet
magis: & cum it dormitum patiens, vnge oculos. *Aliud.* Fel leonis cum melle indito. Si vero
puer parvus habet albuginem, mater infantis mandat ammoniacum, & insufflet in oculum: simi-
liter vngat oculum mentruo alicuius de cognatione sua: & similiter mater eius incidat paruum di-
bitum iuum, & sanguine, qui effluxerit perfundat oculum. *Ad Caliginem & Nebulas Oculu-
rum.* Illine oculos succo foliorum dracunculi. *Aliud.* Succum betonicae misto vino calido instilla.
De Hordeolo. Aqua decoctionis hordei foue oculos, vel cera alba. Vel accipe muscas, & ab-
scinde capita earum, postea reliquo corpore frica oculum. *De Madarosis.* Madarosis & Mil-
phosis est casus pilorum genarum. Curantur autem his, Accipe nucleorum palmularum combu-
storum drachmas tres, spicae drachmas duas: tere, & utere. *Aliud.* Stibij assis, piperis, ana drach-
mam vnam: spicae drachmas tres. *Aliud faciens ad Casum Pilorum Superciliorum.* Auellanas com-
bure, & permisce cum adipe vrsi aut caprae, & vnge. *Aliud quod etiam confert ad Alopeciam Bar-
bae.* Alterci drachmas duas, muscerdae drachmam, polytrichi drachmas duas, olei irini cyathos
quatuor: tere & permisce oleo, & praefouens vngito. *Aliud.* Vernationem anguis combure, &
insperge: facit enim nasci pilos. Vel nigellam tere, & fac similiter. *Ad Supercilia Pilosa.* Origa-
num combure, tere, & applica: prius tamen euelle pilos. *Aliud.* Lacertam viridem coque in oleo,
& postquam euuleris pilos, vnge locum. *Aliud.* Chamæleontis seu chamæleae radicem permisce
cum sanguine ranae, & vnge locum. *Ad habentes Oculos Glaucos.* Glaucos mulierum oculos ni-
gros reddit hyoscyami flos caruleus siccatus in umbra, & tempore vsus permittit vino austero
& illitus. *Ad Suffusiones.* Theriacam, quae fit ex viperis, permisce melle sine fumo, & impo-
ne. Conferunt etiam caput purgantia, & purgatio cum hiera, & fomentum cum decocto scenicu-
li, & sagapenum, & helleborus albus cum melle appositus, vel mel cum succo foeniculi. *Ad
Aegilopes.* Aegilops est abscessus paruus inter magnum oculi angulum & nares: qui si negligatur,
scinditur vsque ad os: & dicitur aegilops, ante, quam scindatur. Huic confert glaucium & crocum
simul cum succo perdicij appositum: oportet autem frequenter ea permutare. *Aliud.* Conchu-
las cum testis suis tere, & appone. Aliqui vero miscent & aloen, vel myrrham. *Aliud.* Fel porci-
num sicca, & appone. *Aliud.* Ex perdicio cataplasma facito. *Aliud.* Ex aegilope herba cataplasma
imponere. *Aliud.* Portulacam & thus masculum appone: prius tamen ea manducabis scitunus.
Aliud. Caluariam hominis tere, & appone. *Ad Nyctilopos.* Hepar hirci assa, & vnge li-
quore qui defluit, oculum: iuuat enim duodecies illitus. *Ad Pediculos Oculorum.* Aqua ma-
rina tepida foue.

De Affectibus Narium, & primo de Polypo & Ozena.

CAP. 13.

D Atramentum sutorium terens ex aceto illine. *Aliud.* Corticum granatorum drachmas xvj:
fellis tauri, amomi, myrrhae, calaminthe, marrubij, ana drachmas viij: croci, drachmas ij, ellebori al-
bi drachmas ij: utere sicco. *Ad Fatarem Narium.* Accipe amomi, myrrhae, rosarum siccarum,
pares portiones cum oleo nardino, & vnge: confert autem & vinctio cum hedychroo magmate.
Ad Ulcera Narium. Capelithargyri drachmas iij: rutae recentis, aluminis scissi, ana drachmas
ij: dilue oleo myrrino & aceto. *Aliud.* Accipe cerussa, drachmam vnam, lithargyri drachmas iij:
scoriae plumbi, vel plumbi combusti, drachmas iij: omnia lauentur & excipiantur oleo myrrino.
Ad Extrahendum Sanguinem de Naribus. Florem graminis impone. *Aliud.* Rubiam cum oleo
accipe, & vnge nares. *Ad Fluxum Sanguinis de Naribus.* Corticem oui combure, & accipe partem
vnam, & gallae partem mediam, & insuffla. *Aliud.* Lycium impone. *Aliud.* Asini sterces combu-
rens insuffla cinerem eius: aut exprimens instilla succum. *Aliud.* Lapidem molarem candentem ex-
tingue in aceto, & olfaciendum praebere. *Aliud.* Thus masculum & aloen albo oui excipe, & fac lina-
mentum, & impone, addens pilos leporis. *Aliud.* Cucurbitulam magnam affigito hypochondrio
e regione naris patientis. Oportet autem & ijs, quae astringunt & prohibere possunt impetum san-
guinis, vti. }

Septima Classis.

xxxxxxx ij

Ad

¶ *Ad Nares Fleratas, & Polypus, & Ozeana.* Spuma niri attinge. Et ad spiritus odorem concilia. E dum, alba violæ florem non dum ex coliculo delapsum legetere: ex aqua, donec mellis crassitudo fiat. *Aliud.* Ferrugine ex melle decocta locum attinge. ¶ *Ad Interiores Phlegmonas.* Adipe anserino cum porri solaniq; succo æquis portionibus diluto interdū obline. ¶ *Ad Narium Vlcera cum duritie.* Plumbum tritum vino puro macera: myrteiq; olei, quod satis est adde, ad mellis spissitudinem. *Aliud.* Ferris squamma ex melle decocta vtere. ¶ *Sanguinem per Nares euocantia.* Mentam excipiens melle, & collyrium faciens, in nares mitte. ¶ *Ad Profluium Sanguinis è Naribus.* Rutam tritam oleo excipito, & intra nares conijceto. *Aliud.* Gummi ac thus contrita & aceto liquata in nares da. *Aliud.* Cinerula cypria cum succo porri temperata bene facit. *Aliud.* Spongiam vltam picis admistam, & arefactam, linamento insperlam in nares pellito. *Aliud.* Acuti iunci florem naribus imponito. ¶ *Ad Sanguinis Eruptiones, quæ Supprimi nequeunt, præsertim cum diuinus febricitantibus sanguis effunditur.* Pyridon imponito non nunquam aridum, non nunquam linamentum illitum: & crassitudinem cauis nasi respondentem faciens, ita immittito: iisdem & nares & tempora & frontem illinito. *Aliud.* Diphryges vltum, & ex aceto tritum superimponere. *Aliud.* Lanam oui albo madentem admoue. *Aliud.* Lanam herbæ sanguinalis aut solani succo imbutam in nares dato. *Aliud.* Ruta ex aceto trita circumponenda est, & suffiendâ. Vtendum præterea est reprime ferre cohibereq; sanguinis impetum valentibus: Vt cicutam naribus suffito, odoremq; ager attrahito: nares etiam digitis comprimito: aut cerato, aut alio quopiam diligenter occludito: quin etiam penis extremum papyro deligato: in mulieribus verò, mammarum papillas similiter. Item refrigerare potentibus frontem caputq; oblinito, & conspergito. Præsentissimum remedium est capiti cucurbitulam affigere: vel etiam frontis venam soluere. Si ternutamenta quoque plerumque sanguinem reuocant. Aut herbam buglosson, aut alini finum ex aceto in nares conijce. ¶ *Ad Sterentes.* Anethum capiti clam subijceto: id & profluentibus ex lectulo remedio est. ¶ *Ad Puncta & Aeram vocatam absq; cicatrice & vlcere.* Nitro locum detergens resinam terebinthinam super dato, & per dies quinq; dimittito: mox locum solens puncta scriptorio specillo perforato: deinde thus nitrum ac mel pari modo mista, vi cerati crassitudo sit, imponito: post solue, & ablue. *Aliud.* Ex trito vero cum pane, aut ex acido lacte per se, cataplasma facito. *Aliud.* Fici trito cortice illine. *Aliud.* Vuam taminiam, in cataplasmatibus modum imponito.

Ad Vitiligines, Ephelidas, Lenticulas, & Alias id genus Faciei affectiones. CAP. 14.

Cucumeris sylvatici radice trita & cribrata succo faciem deterge. *Aliud.* Alcyonio ex vino trito faciem obline. *Aliud.* Vitem syluestrem contusam, & vino ægyptio maceratam, & in farinam redactam superdato. *Aliud.* Erucæ agrestis radice trita & ouis felle excepta vitior, facie prius nitro perfricata. *Aliud.* Elaterium ex aceto terens, & ad mellis crassitudinem redigens, ceratoq; admiscens inunge. *Aliud.* Cinabari ex melle faciem illine. *Aliud.* Cachrys semine trito ipsas lenticulas inunge, & arefactum ablue. *Aliud.* Sylvatici cucumeris radicem, ficiq; summos ramulos in aceto decoctos tritosq; imponito. *Aliud.* Veneris vmbilici radicibus ex melle contritis faciem illine. *Aliud.* Rubia ad maculas à Sole contractas & vitiligines benefacit, si ea trita ex oleo facies inungatur. *Aliud.* Zschum amarum terens, ex melle facie imponito. *Aliud.* Anethi semen ex vi no vetere tritum & ad mellis spissitudinem redactum, facie obducito, atque ita per integram noctem remaneto: sequenti mane illud remoueto, recensq; aliud reponito. Eodem quoque semine commanducato ephelidas & lenticulas vtiliter illinito. *Aliud.* Alba viola ex aqua ad eadem proficit: *Aliud.* Aphronitrum tritum cum cerato ex tyrrhenicâ cera confecto facie superdato. ¶ *Ad Vitiligines & Album colorem.* Alcyonium vltum mellisq; admistum illitum prodest: eodem quoque cum crui farina & tritici misto quàm maxime calido faciem detergito. *Aliud.* Amara amygdala cortice spoliata aceto acri excipito, & cataplasma facito. *Aliud.* Ocymii semen cum galinaceo aut anserino adipe tritum bene facit. *Aliud.* Fœnum græcum ex aceto tritum squammulas, si illinatur, detrahât. ¶ *Ad Ephelidas & Lentiginas.* Myrrha & crocum si aqua macerentur, illita iuuant: *Aliud.* Purpuras, aut vocatas cerycas, hoc est buccina, expiscatus, in ollulam conijce, & in furnum assandas mitte: deinde ex melle tritis vtere. ¶ *Ad Faciem albam & extenta cute reddendam.* Cucumeris syluestris radices in frusta diuide, & refrigera: deinde aqua elixatis ac tritis in cataplasma vtere: ¶ *Aliud faciem splendidam reddens.* Ex eruo bene olente vino macerato ac trito cataplasma facito. *Aliud.* Tritici, quod semidalin vocant, succum exprimens, humidiorē partem abijce: parti illi autem, quæ subleat, oui album commisceto ad mellis spissitudinem: atque hoc faciem perunctam oleo deterge. A Sole autem maculatam faciem frigida multa lauato, & per vnum diem facies coloratior redditur. * Vidiam elixans parum alumini inijce: deinde lixiuim admiscens ac terens vtere multo inungens oleo: sic enim facies grati coloris, bonum que odorem os spirans efficitur. Cupressi atque ilicis ramenta vna feruet faciens, decocto corpus totum madefacito. *Aliud.* Thuris & pæderonis æquas portiones misce, & ex melle tere: ita faciem

A faciem inunge, atq; integrum diem sic dimitte, deinde ablue. *Aliud.* Lini facem mellis admiscens sub Sole iter facturus corpus inungito, eo tamen prius nitro perfrictio. ¶ *Ad impediendum Solis exitum, & Exustam faciem sanandam.* Bulbo candido trito ex melle inungito. Quod si facies citra phlegmonem tumefacta fuerit, nigram terram ex aqua conterens superdato. *Aliud.* Alcyonio & nardo gallico simul tritis vtere. ¶ *Ad Panum & Lentiginas.* Dracunculi radicem cum melle in cataplasma redige: vel nigellam cum aceto, vel pentaphylli semen. ¶ *Ad faciendam Faciem rubicundam.* Rubiam tere & permisce cum oleo, & vnge. *Aliud.* Bulbum amarum terens permisce cum melle, & vnge. *Aliud.* Accipe ciceris, rubiæ, thuris, myrrhæ, ana drach. ij. excipe adipe vituli, & oleo mastichino, & vnge: & post spatium absterge spongia calida. }

Ad Oris vitia & primo ad Labiorum Rimas.

CAP. 15.

Immaturam gallam tritam accipito, & resinam terebinthinam cum hyssopo & melle, atque his perunge. ¶ *Ad altiores Scissuras.* Caprinus adeps mundatus proficit. *Aliud.* Adeps anseris, & mel, & terebinthina, æquis portionibus, addito flore rosarum, hyssopo arido, & mastiche, fiat inunctio. ¶ *Ad Oris Halitum commendandum.* Vino vetere bene olente, in quo iris maduerit, os collue, assidueq; in ore breui tempore contine. *Aliud.* Vino paulisper os subluet, in quo serpillum maduerit. ¶ *Ad Oris Teros absq; vlcere odores.* Nonnulli meraco vino, cui myrrha admista sit, os eluunt: atq; rotundum odoratum iuncum terentes, partes oris internas perfricant: & cimoliam cū sale tritam affricant: perinde & marmore vsto cum aniso vtuntur: ita & hordeo cum sale & melle. Quidam & linteolum cremant, & vino inijciunt, atq; ita trito vtuntur, & pumice & nardo & myrrha ex melle. Semidalin quidam & irin cum melle miscentes comburunt, atq; ita vtuntur: & ex ostreis purpura & buccino cum myrrha: cumq; cubitum eunt, aceto acerrimo colluunt. Commanducant autem non nulli domum egressuri, piceæ folia, & aqua os subluunt. Quidam præterea & anisum, aut dulcem radicem, aut irin, idq; genus alia, aliqui iter facturi commanducant. ¶ *Ad Oris Vlcera & purredines.* Melaneria contusa prodest. Ad eadem benefacit oleum immaturum per se aut cum melle propinat. Prodest etiam glaucuris vocata cōtusa: eius succum ex melle & aqua partibus portionibus ad gargarizandum exhibeto. ¶ *Ad Fluxum Sanguinis ab ore.* Colluatur os ex decoctione rosarum in posca, postquam erit frigida, & deglutatur. *Aliud.* Gargarizet patiens & colluat decoctione rosarum frigida, aut extremitatum vitis, aut foliorum lentisci, aut rubi, aut cytoniorum, aut vinaciorum aut rhoë. *Aliud.* Semen rosæ cum mastiche da ex vino adstringente bibendum, vel ex vino decoctionis rubi, aut rosarum. ¶ *Ad Oris Vlcera.* Gallam in vino coquens collue os, deinde appone gallam tritam permistam cum melle, aut florem rosarum: colue etiam os decoctione foliorum oleæ. }

Ad Dealbandos Dentes, Aliasq; eorum vitia sananda.

CAP. 16.

Vtuntur autem & huiusmodi quibusdam dentifricijs, quæ vna & gingiuis profunt, & dentes splendidos firmioresq; reddunt. Terram eretriada vocatam vltam tritamq; adhibent: hoc valde bene splendidos dentes reddit. Farina crui lotio subactam illine. *Aliud.* Cuniculi caput vltum cum fœniculo quàm albissimo sæpiæ tritis ossibus admiscens vtere. *Aliud.* Cornu ceruino vsto trito que vitior: hoc & dentium dolores tollit, & ex rosaceo impositum capitis dolores discutit. *Aliud.* Pulegio & sale frictio mistis ad eadem tritis vtere. *Aliud.* Ouillo talo vsto ad similia vitior. *Aliud.* Hordeo tosto & sale mistis tritisq; vtere. ¶ *Diaclyfma, id est lauatio ad Vlcera, & Dentes tubantes in firmosq;.* Alicacabi radicem vna cū malicorio crassiore elixā imponito. *Aliud.* Albæ populi, aut verbenacæ, radicem accipito: aut eryngij radicem vel ipsam herbam: aut polij radicem accipito: & terens apponito. ¶ *Ad Concussos Dentes & dolentes.* Alini vngulam vltam tritamq; aceto excipe, & orbiculos faciens reponere: ad vsu aceto orbiculum vnum liquato, datoq; ore continendum: illico enim dolorem sedat tollitq;. *Aliud.* Nigri chamæleonis decocto si foueas, dolorem dentium curabis: id & mures necat. *Aliud.* Betæ succo si fiat collutio, confestim dolor finitur. *Aliud.* Alterci radicis calidiorē decocto si foueas, dolor quiescet. *Aliud.* Rutam, hyssopum, & myrrham, ex vino tritas ore contineto. *Aliud.* Si ex aceto, posca, aut vino, vbi verbasci radix incocta sit os colluatur, bene facit. *Aliud.* Ex nitro cum oleo facta collutio dolorem pellit. *Aliud.* Cupressi baccis ex vino & rosæ elixis os foue. Quod si dentes omnes doluerint, cedri liquore os si collues, protinus dolori succurres. Dens molaris si doleat, maluæ vnicum habentis cauliculum radice si rangas, dolor abibit. Dentes dolentibus herbæ muralis radicem, cum balneis ingrediuntur, commanducandam præbeto: quam sub molari dente, quoad ex balneis egrediantur, retineto: & dolor euanescet. *Aliud.* Pyrethri radice manducata eodem die fugat dolorem. *Aliud.* Herbæ pontitidis vocata radix manducata dolorem finit. ¶ *Suffimentum Dentes dolentibus.* Alcyonij suffitu continuo dolor tollitur. *Aliud.* Alterci semen suffitum dolori medetur. ¶ *Vt Dentes bene oleant.* Cimo-

Septima Classis.

xxxxxxx iij

liam

liam cum sale terito, dentesq; fricato. *Aliud.* Dentem canis accipito, & in ignem conijce, suffitumq; E. facito: ut enim ille crematur, ita dentes confirmat. *¶ Ad Exesos Dentes.* Ad exesos autem dentes, atramento sutorio trito permistum piper accipito, aut gallam. Aut ex melle fissum alumen in cauū dentis inferito, & dolorem leuabis. *Aliud.* Limacis lapidem in frustula semam magnitudinem æquā trita confringe, & in dentis foramen immitte: illico dolorem sedat, sed ex cera operculū facito. *Aliud.* Taurinum iecur lento igne frictum, denti q; impositum, simul atq; tetigit, dolorem discutit. *Aliud.* Testudinis vnguis in maxillaris dentis exeli foramen coniectus multum proficit. *Aliud.* Fel vrsi impositum illico dolorem leuat: curat autem etiam, quoquo modo illinatur. *¶ Ad Dentes Motos & labantes.* Testudinis sanguis diu ore contentus dentes corroborat. *Aliud.* Alcyonio indico ex vino trito si os colluatur, motus sistitur. *¶ Ad Dentes ex ictu Concussos.* Corallium imposito, & satis diu contineto. *¶ Ad Dentium Stuporem.* Egrotus portulacam mandito. Aut oleo omphacino perungito. Aut amurcam olei in vase æneo ad mellis temperaturam coquito: hac enim vetusta si inungas, valde prodest. *¶ Ad Dentes Eximendos sine ferramento & absque dolore.* Fermentum denti circumdato, & paulisper relinquito: mox dentem lacertæ sanguine circumfundito, & excidet. *¶ Ut Sponte Dens excidat.* Pyrethrum aceto mollitum, saleq; per triginta dies maceratum, denti prius mundo factio circumponito. *Aliud.* Artemisiam herbam ex aceto tritam obline. *Aliud.* Dentem F circum suffodiens, vermiculis, quas campas vocant, in summis brassicarum aliarumq; herbarum folijs reptis illine, ab alijs dentibus cauens. Quod si inferiores dentes eximere voles, illis vermiculis vttere, qui in inferiore parte illarum herbarum reperiuntur. *Aliud.* Sandaracham ex aceto tritam sicari permittite, & sicca vtilliter vitior, prius sanguinem circum dentem eliciens: sic. n. paulisper dimittens, digitis ipsum eximes. Aut agrestis cucurbitulæ radicem in foramen dentis conijce. *Aliud.* Mœdi immaturi radicem in umbra arefactam tritam & cremam radicibus dentis circumda: & paulo post digitis apprehende, sequetur enim. Aut æthiopicæ oleæ lachryma affectum dentem tangito. *Aliud.* Lacertam agrestem arefactam, dillectam, contritamq; reponere: cum dentem circum purgaueris, imposito: & paulo post attrahito, quoniam sequetur. *Aliud.* Vrticæ semina cum galbano mista affectio denti circumline, & protinus excidet. *¶ Ad Eximendos sine dolore Dentes.* Herbæ lapæ radix calefacta, & denti apposita facit, vt stauim digitos sequatur. *¶ Ut Dentes digitis euellantur.* Stylus testris cucurbitulas contunde, & aceto macera ad mellis spissitudinem: deinde ferramentum ad scalpendos dentes in medicamentum demitte, eoque dentem circum scarifica, atq; os paulisper clausum haberi præcipe: deinde apprehende digitis dentem & attrahere: absq; dolore euellitur. *Aliud.* Farinam ex lacte tithymalli adhibe, & hederaceæ folia super impone, per horamq; dimittite: frange. *¶ Ex tralatione veteri.* *¶ Ad Dealbationem Dentium.* Nitrum, os sepiæ, & os palmularum terens vttere. *Aliud.* Corallium rubrum, pumicem, ossa palmularum, ossa sepiæ, & salem assum terens vttere. *¶ Ad Dolorem Dentium.* Oleo lentisci non antiquo colluantur dentes. *Aliud.* Colluatur os cum folijs rutæ coctis ex oxymelite: vel colluatur cum aceto scillitico: vel coquatur in aceto pyrethrum & hyssopum: oportet autem humiditatem & humorem euacuare.

De Morbis Gingiuarum.

CAP. 17.

Ad gingiuas corrosas, florum rosarum drachmas viij, gallarum drachmas iij, myrrhæ drachmas ij, commisce, & appone. *Aliud.* Lacte alinæ gingiuas collue. *Aliud.* Foliorum oleæ decocto os collue. *Aliud.* Aceto scillitico gingiuas ablue. *Aliud.* Rubiginem ferri & balaustia sicca appone. *¶ Ad Gingiuas Tumidas, & carnis incrementum.* Succum portulacæ oie detine, vel aquam salitam oliuarum colymbadum, vel oleum ex immaturis oliuis expressum calidum, vel lentiscinum, vel de cotoneis. Sicca verò, quæ profunt, sunt, rubigo ferri, aut æris, radix aristolochiæ, semen plantaginis, atramentum sutorium assatum, & balaustia. *¶ Ad Inflammationem Gingiuarum.* Collue decocto foliorum oleæ, & appone gallam. *Aliud.* Coque in sapa folia oleæ & gallam. *¶ Ad Gingiuas De-nigratas & putidas.* Confert fricatio ex face vini vsta: abstergit enim mundat dealbatq;. *¶ Ad Gingiuas Sanguinolentas.* Confert missio sanguinis è cephalica, & scarificatio gingiuarum: confert etiam succus hyoscyami, vel eius decoctum ex sapa, si retineatur in ore. *Aliud.* Extremitates lentisci & balaustia coque in posca, & collue. *Aliud.* Radicem rubi coque in vino, & os collue: vel rhus & gallam coque in vino, & vttere similiter. *¶ Ad Oris Vlceres, & putredines.* Melanteria contusa efficac est. Ad eadem proficit & oleum omphacinum per se & cum melle, potui datum. Prodest & Glaucuris tursa, si ex melle & aqua pari portione eius succus gargarizandus exhibeatur.

Ad Columella morbos.

CAP. 18.

Gallam tritam per se admoueto digito oleo intincto: aut in cochleariū iniciens, applica. *Aliud.* Spina ægyptiæ semen tritū atq; aridū appone. *Aliud.* Caricas cū oleæ folijs esui dato. Succū cyrenaicū cū sale arefactū apponito, prius gargarizatione ex aqua calida facta. Aut fissum alumē vstum diligenter admotū iuuat. Aut stellionē vitæ lignis crematum imposito, & bene facit. *Aliud.* R ubi cauliculos ex melle & pice liquida maceratos circumda. *Aliud.* Lapidis agerati florē admistū gargarizandum

Agarizandū dato. Aut brassicæ succo admistū alumē fissum & gargarizatū mirifice pdest. *¶ Florium columella apponendum.* Misy & calcem viuā æquis portionibus resina terebinthina excipe, & subde, retinendamq; permittite: intra horas tres auferet. Item proficit ad vna affectum picis recrementum, quod ex Cilicia aduehitur, cochleario exceptum & subditum. Et vna acerba succus ex melle, aut prædulci vino. Dicitur autem incolumem, seruare columellam, liquis vna acinos quotannis seruus deuoret: & nunquam eius partis affectu vexabitur. Iisdem præterea gargarismatis in vna vitis vtendum est, quæ ad tonsillas affectas describentur. Primum atq; inter initia iube aqua calida os fouere: deinde frigida gargarizare, aut posca, aut mali punici dulcis succo ad mellis crassitudinē decocto, & oxymelite eliquato: aut posca, aut dracunculi succo gargarizet, & optime proficiet. *¶ Ad Vnquam Phlegmonem patientem.* Fiat gargarizatio cum succo mali punici ex mulla, vel cū aqua decoctionis rosarū, vel cū Diambron ex aqua calida. Confert etiam glycyrrhizæ succus cum melle appositus & terra sigillata & fructus spinæ ægyptiæ. Miltora autem sunt hæc, gummi arabicum, tragacanthum, sarcocolla apposita. *Aliud.* Fructum spinæ ægyptiæ, & siccum appone: vel cauliculos rubi terens illine cum melle. *¶ Ex tralatione veteri.*

Ad inflammationes Tonsillarum, & Anginas.

CAP. 19.

Id verò benefacit in tonsillarum inflammationibus. Myrteas baccas præparantes melle, & absinthiū, & dracunculum inungere consueuerunt: hoc autem medicamentū illitum, aut cum aliquo gargarizatum mirum in modum prodest. Quod si aliqua phlegmonis reliquæ super sint, tō illiq; exasperatæ sint, lacte planè calido per se, aut cum supra positorum aliquo vtendum est: aut furfuribus aqua elixis, aut mulla, aut furfurum diluto: aut oryza aqua calida farinam subigens bis aut ter, succo vttere: aut gallinæ hœdī ue iusculo: aut hordeum cortice liberatum vna cum paululis decoque: aut maluq; decocto per se vttere: aut vna cum melle maluam elixa, aut cum lupinis & passo & vitior. *¶ Ad Tonsillarum Humores, & Anginas.* Dulcis radicis succum eliquans vttere. Quod si crustæ factæ sint, ad has remouendas, mulla gargarizandum est, aut lentis decocto per se, aut cum hyssopo, aut iride. Vel etiam oliuarum salसार aqua gargarizetur. Aut croci parum & myrrhæ cum modico passū inferueant. Aut ficis elixis hordei farinam permisce, succūq; exprimens percola, & succo vttere. Aut ficorum decocto linapis modicum adiciens gargarizandum propina, puitam nāq; detrahit, & phlegmonem discutit. *¶ Ad Abscessus in Tonsillis.* Aliquod ex iis, quæ supra comprehensa sunt, proficit. Item aphronitro contrito locum tange: interdum autem & florem nitri adijce, separat enim crustas, & abscessus attenuat, si per collutionem detur. Et lixiuio percolato marrubij succus dilutus vtilliter exhibetur: Aut ipsum marrubium in mulla coctum: Aut rutæ decoctum cū marrubio, aut per se, aut in mulla elixum sublidio est. Item & succus gargarizatus, & crui decoctū similiter prodest: Aut misy cum galla immatura mistum: Aut myrtum liquido alumini ac melli paribus portionibus tritam miscens illine: hoc remedium non crustas solum abicit, verum etiam antiadas à Græcis vocatas glandulas mirifice dissipat. Aut porcelli cruore manus imbuens, ter laborantis collum attinge. *Aliud.* Cochleas testa nudatas in ollam iniice, deinde torreas: & in cinerem redigens, puro melle ac leni excipe, atq; perunge: vis eius incredibilis est.

Ad Interruptam submissamq; Vocem.

CAP. 20.

Bulbos duos erudos ex melle esui dato. Auxiliatur & fici decoctum cum thure & myrrha gargarizatum. Ad idem facit & sulfur ignem non expertum in ouis deuoratum cochleariorum duorum aut trium mensura. *Aliud.* Accipe amygdalas amaras xxx, seminis lini assi drachmas quatuor, tragacanthæ aqua macerata drachmas duas, nucleos pini triginta: melle excipe, & vttere. *Aliud.* Pulegij drachmas quatuor: seminis lini, piperis, calamenti, ana drachmas duas: petroselinum drachmam vnam, mellis libram vnam. *¶ Ad eos qui propè Suffocantur.* Humanum sterus in panniculo deligatum & crematum potui dato: hoc his, qui iam strangulantur opem fert. *Aliud.* Et caprinum sterus cum melle & liquida pice illitum angina laborantibus summe prodest: Aut rutæ succo & lacte per clysterem transmissio laborantis fauces collue: multam enim lachrymam detrahit, & malum leuat. *Aliud.* Vrina assidue gargarizata sanitatem restituit: vna verò & succum brassicæ gargarizare oportet. *¶ Ad Puerorum crustas in faucibus.* Prius inungito: deinde vinum, in quo aristo lochia decocta fuerit, gargarizetur: citissime curabitur.

Ad Ossa Denorata, aliq; omnia ex gutture excutienda.

CAP. 21.

Aqua & olei parem modum in os fundens contineto, quoad rem deuoratam eiciat. Si quis comedens aliquid deuorauerit, & suffocetur: ex eadem re, quam comedit, particulam vtriq; auri superimponat ac super caput: res enim deuorata strangulansq; descendet. *¶ Ad Hirudines ex gutture excutiendas.* Marina aqua gargarizetur. *Aliud.* Oleum, aut succus cyrenaicus, ad magnitudinem erui ex vino puro calidus potui detur: Aut succum anagallidis, aut acetum acre, cum thymo propina: postea calenti aqua gargarizetur.

Ad Distillationes.

CAP. 22.

Caseus antiquus in cibum sumptus iuuat: ipsas enim resiccet. Oleo veteri nares assidue perunge: Aut sulfure & myrrha contrita cum vino & melle & olco.

Ad Tussis.

Ad Tuffes.

CAP. 23. E

Fici puro vino madefacti & in cibum sumpti bene faciunt. *Aliud.* Resina terebinthina in melle cocta linctui datur, postea vinum merum dulce sorbendum exhibeatur. *Aliud Pueris magis commodum.* Coagulum purum cocto melle comprehendere, & exhibere. *Aliud.* Cānem lycurgum vocatum excoriatum epulandum appone. *Aliud.* Allium ex melle decoctum succurrit tussientibus. *Aliud.* Scillam accipito, & eius summum excavaato: in cavo conice ouum, locumq; creta obtege: & tostum edendum exhibe. *Ad Tuffes aſidue.* Hyssopi fasciculum: in aqua ad tertias decoquens, ieiuno per triginta dies calidam potui dato: pueris verò etiam cum caricis. *Aliud.* Pernam contundens, & in farinā in potione spargens, iuuat. Hoc idem & sanguinis ex ore eiectioni succurrit egregie. *Aliud.* Sinapi tustum tritumq; cochlearij mensura cum vini cyathis duobus deinceps per dies tres bibendum dato. *Ad Nocturnas Tuffes.* Mentham tritam in acetum conice, & sorbendum præbe. *Ad Suffitus ad Tuffim.* Styracis, mastiches, piperis, petroselinij, ana drachmam vnam: sandarachæ drachmas sex: baccam lauri vnam: impone carbonibus accensis, & per calamum æger fumum excipiat.

Ad Asthmaticos, idest Suspiriosos.

CAP. 24.

Vinum, aut mullam, vbi scilla decocta fuerit, propinato. Facit & pulmo vulpis liccatus, & tritus, ex vino nigro potui datus. *Aliud.* Nasturtium album tustum & melli mistum lingendum exhibeto. *Ad Spiritus difficultatem.* Ouium pilos, qui circum anum sunt, accipe, hosq; vstos ac trios in passo propinato. *Aliud.* Sulfur ignem non expertum ex vini cyathis quatuor potui dato. *Ad Recta cernice spirantes.* Radiculam ex aqua calida propinato. *Aliud.* Sedum ex melle tritū linctui dato: aut bulbum, aut abrotonum, aut halicam ex mulla, aut hyssopum in mulla coctum, aut herbam stœchada, aut castoreum ex dulci vino, aut scillā in tranea ex aceto mullso.

Ad Sanguinis ex Ore profusionem.

CAP. 25.

Symphyti herba radice, quanta potest, vescatur, eodemq; die acetum ne gustato. *Aliud.* Terram samiam dato, interdum cum succo herba sanguinalis, interdum per se. Dicebat autem Hippio Centaurius, Ad sanguinis eruptionem magnifice proficit vrticæ succus ex vini cyathis tribus epotus. Iuuat præterea acetum abortum præcipue scillinum: item & mentha succus & tragacanthæ sub lingua contentus.

Ad eos Quibus ex aliqua vi interiora Sanguis erupit.

CAP. 26.

Accipe vitis cinerem aceto extinctum, plusq; aceti superfundens madefacito, & per panniculū G excola: id modica aqua temperatum propina cochleariorum sex mēsurā: hoc & locum sanguinem fundentem adstringit, & concretum sanguinem deuoratum excernit, & cruoris profuuium compescit: nam sanguinis in interioribus locis exitum coercet. *Ad omne Sanguinis profuuium.* Symphyton herbam ex aceto faciei superdato, si ex naribus sanguis decurrat: si ex thorace feratur, ossi pectoris: si ex vesica, aut vtero, aut renibus, coxendicibus imponito.

Ad Sanguinem Sputum, & Talem vel Phthisim.

CAP. 27.

Cummi partem nigram passo elixam exhibe sub lingua continendam ac deuorandam: ad sputum enim sanguinis & tussim cummi nigra pars vehementer facit. *Ad Phthisim non perfectam sanandam.* Pulmo cerui calamo extractus & arefactus contera: ipsius cochlearia tria ex mellis cyathis tribus exhibeantur: deinde paucis diebus interpositis iterum propinetur. *Ad Phthisicos, & Purulentam sanguineam sputa reicientes.* Viturum balsamento cum pane esui dantes, ipsum ita colluentes aqua ter & quater, donec aqua salia non reddatur: ipsum deinde charta inuoluentes cremamus, damusq; sine oleo, exiguum nulli infundentes. Herophilus autem balsamentum solum cum pane exhibet: postea verò aquam potandam iubet, dicens, cum sal in balsamento alium perturbat, vinum quidem datum soluit. Viturum & scilla tosta cum balsamento in ipsa, & vehementer purgatur: item & porro cum pane. Postea cum diligenter purgati esse videbuntur, si infirmiores fuerint, ipsos carnibus & aliis id genus reficimus. Eadem ratione viturum in iis, quæ ad purgationem attinent, vbi abscessus eruperint. Herba quoque piscis vocata cum axungia non salita elui data sanguinem reficentes ac tussientes mirifice adiuuat. *Ad Sputum Sanguinis.* Iuuat etiam terra sigillata, & trochisci ex electro, & trochisci ex corallo, & theriaca data in lecto.

Ad Lateris Phlegmonem.

CAP. 28.

Radicis corticem in potum exhibe. Cuminum, quo in obsonijs viturum, in aquam intice, & bibendam præbe. *Aliud.* Rutæ coliculos quinq; contritos quotidie dato: aut herbe stœchadis quātū tribus digitis capi pot. Itē trifolij semen, aut panacis radicē, aut aiugā, sistr potui dato. *Ad Pleurridem.* Si quidē vsq; ad clauiculā puenerit dolor, mittendus sanguis est: si verò ad præcordia descendat, corpus est purgandum, & vtendum clysteribus valentibus. Si dolor fuerit moderatus, dāda est aqua mulla & piffanæ cremor, aut chondri: in processu verò morbi permiscendum sorbitioni calametum vel marrubium: confert etiam semen vrticæ cum melle. Ad fortiores autem dolores vtendum est sacculus è milio & fufure: vel fomentis ex aqua calida, aut oleo in aliqua vesica posito,

Ex tralatione veteri.

Ex tralatione veteri.

A ca posito, vel lana succida per. sa oleo & vino habente sal. Post septimum verò diem & emplastro dicto rutaceo vtetur. Multoies autem bulbi cum axungia suffecerunt. Dandum est & eclegma, quod fit ex nucleis pineis, & amygdalis amaris, & semine lini, & amylo. *Unguentum bonum.* Accipe bdellium, colium, cauliculos brasica combustos & redactos in cinerem, permisce cum adipe: hoc enim medicamentum præclare discutit.

Ad Extollendas distendendasq; Mammās pendulas ac flaccidas.

CAP. 29.

Terram pictorum capiens, & cum melle elixans, panniculo illitā imponito a summo mane vsq; ad vesperam: deinde spongiam ex olla superaddito, quoad cataplasma abduxeris: hoc autem & crectas & turgidas mamas facit. Crassius autē cataplasma imponas. Si vis ipsum efficacius reddere, galia acerbæ vncia vna misceatur. *Uti Mamme plures annos molles sint.* Ex cicuta cariffia cataplasma facito. *Uti Mamme maiores ne fiam.* Porcellum dissecans cruore mamas obline, amplius non augetcent. *Ad Lac siccandum.* Cretarium acero maceratū illitū & impositum lac arefacit. *De Mammillis & primo de Abscessu mammillarum.* Cimoliā, thus, & oleum rosatum pmisce, & appone. *Aliud.* Principio infunde spongiam in posca tepida, & exprime, & appone, & superliga. *Aliud.* Palmulas & micam panis tere, pmisce cum posca, & appone tepidū. *Aliud.* Coriandrum & psyllū cum cerato appone. *Aliud.* Panem & herbam muralem viridem cū cerato imponito p diē. *Aliud.* Panem cum aqua mulla, vel melle & vino, admoueto: si verò non tolerant grauitatem mammillæ, perfunde oleo calido & lana succida molli, vel decoctione fœnigræci, vel althææ, vel seminis lini.

Ex tralatione veteri.

Ad Attrahendum Lac. R aphanum cum surfuribus in vino coque, cola & propina. Sefamū ex vino dulci da potui. *Aliud.* Anethum vel semen eius coque cū carnibus, vel cū facientibus lactis copiā. *Aliud.* Furfures cū radicibus fœniculi coque in aqua, & da potui. *Aliud.* Nigellæ drachmā pone in mulla, & propina. *Aliud.* Porrū coque in aqua, & da bibendum eius decoctum. Vel porrū tere, & cola, & da aquam potui. *Aliud.* Succum fœniculi da bibendum. *Aliud.* Radicem fœniculi & hordēū affum coque in aqua, & pmisce butyrum, & da bibendum. *Aliud.* Decoctū erratici fœniculi da bibendum: da etiam elui ipsum fœniculum. *Aliud.* Cardamomum cū vino da potui. *Aliud.* Semen viticis da cum vino bibendum. *Aliud.* Succum betæ da bibendum. Oportet autem abstinere ab acribus & salis & acidis, & oleribus crudis. *Ad Prohibendum Lac.* Fouemammæ ex aqua marina, & eis admoue adstringentia, & siccantia. *Uti Mamilla remaneat tenſa diu.* Cicutam māmā imponito per dies nouē, spongiā: q; posca madentem superdato. Cyminum terens impone cum aqua, deinde spongiam pfusam posca superappone & liga: post tres autē dies aufer cyminū, & tege māmillas cum radice lilij & melle, & dimitte tribus diebus: & hoc fac ter in mense.

Ad Fatidos Sdiores, & Alarum tetros odores.

CAP. 30.

Afaro alas subline à balneo, & summo mane quotidie. Aut alumine ligdo perunge quotidie. Aut ocymi semine ex vino & melle illinito: hoc odores foedos alarū discutit. Aut puluerē tenuē admoue.

Ad Vitio Stomachi laborantes.

CAP. 31.

Cedri liquoris cochlearia duo, olei immaturi cyathū, in vnū miscens sorbēdū dato: id omnē dolorē funditus tollit: est autē Serapionis, fidemq; hoium superat. *Aliud.* Anesum in panniculo succi plenū deligato, & in aquā calidā conicito, & sorbere iubeto. *Ad Imbecillos, & Nescientes.* Mentæ coliculos duos aut tres, mali punici dulcis succo atq; aceto inferuesfaciens, sorptui dato. *Aliud.* Sābuci tenera folia ex munda aqua si bibantur, supra fidē pficiunt. *Ad Morſus Ventriculi sine bilis vomitu.* Tragoriganū in aqua pari modo macerans sorbendū exhibeto, lactis facies tēperaturā. *Ad Stomachi Imbecillitates.* Sinapi frictū ex aqua tritū & potū bñ facit. *Epithema ad Stomachi Hypochondriorumq; vitio laborantes.* Fecem aridā cerato myrteo aut roseo excipe, & vtete. *Ad Singultum.* Cū semel singultū sentit, digitū tuū sinistræ manus, quē saluatoriū vocant, ter ore contineto: aut acetū ei sorbendū dato: aut cuminū, & alicā: aut vomat: & singultus sedabit: aut spiritū con-
D tincat: aut sternutatione vti: aut rutā ex vino bibata: aut micā panis aceto madentē bibito: aut porcellū ossiculū manu atterito. Singultus quoq; terror incussus finit. *Ad Dolorem Stomachi.* Castoreum da bibendum cū posca, & si est flatus causa, coque in oleo cyminū, & semen dauci, & petroselinum, & vnge: & si est frigus coque in oleo baccas lauri & rutā, & nigellam, & semen fœniculi. In immoderatis autē doloribus fac fomentū cū milio. Cōfert et cucurbitula magna vmbilico imposta. *Ad Debilitatem Stomachi.* Confert oleū de succo cotoneorum. Semē sinapis vstulatū tere, & ex aqua propina. *Aliud.* Mastiches, styracis, ana partes ij: ablinthij, cenantes, ana partes tres: olei malini partes quatuor, vini quod sufficit: rosarū partes duas: hæc trita, & mista assume ex purpura aut lana, & appone stomacho. Quidā addunt cyphi vocatū. Quidā apponunt cerā, & ceratū faciunt. *Aliud.* Mentha ramos duos vel tres coque in succo punici dulcis & aceto, ac potui dato.

Ex tralatione veteri.

Ad Choleram & Vomitum, & Voluulum & Vomitum stercoris.

CAP. 32.

Vinum olbinum in cholera ex vsu est, stomacho enim commodat, & ad ventrem bene facit. *Ad Vomitum comprimendum.* Herba sanguinalis succo cibos inficito. *Aliud.* Ablinthium in aqua ad tertias decoctum potui dato, habitum ægroti considerans: centaurium præterea, aut thymum, aut nigras myrti baccas similiter exhibeto. *Uti Facilis sit Vomitus.* Samplicia folia esui

esui dato. *Aliud.* Lixiuo percolato oras poculi oblinito. *¶ Ad Vylulum mirum auxilium, & E ad Stercus uomentes.* Ita facito, Oleum, in quo anetum decoctum sit, propinato: quoad autem elixatur, agrotum in calidam aquam demitte, & ab oiei potu calidas mycas esui concede: seruabitur enim etiam si tam stranguetur. Hoc ego principem in nostra Asia seruauit. *¶ Ad eos, qui crebro Vomunt.* R. hum. & cuminum in vnum contundens da ex acetii nulli cyathis sex vnciam in potum. *¶ Ad Cholera vexatos valde efficax.* Mentha ex vino sumpta, si febris ablit, herba quinque folia arida trita ex vini cyathis septem, aut ex aquae calidis cyathis duobus pota, statim dolorem leuat. *Aliud.* Cochlea cum testa confusa potui danda est. *¶ Ad Supprimendum Vomitum.* Foliorum & capreolorum vitis succus cum polenta ieiuno in potum detur ex aqua cochlearij mensura. *Aliud.* Panacis obolum ex vino & oleo calido propinato.

Ad Iecinoris Vitia.

CAP. 33.

* Petroselinii feminis cochlearium, mentha inspersa & epota proficit. *Aliud.* Herba fumaria vocata in succum soluta, & in pastillos redacta aridaq; indolentiam praebet: ter autem ex aqua pota liberat. *Aliud.* Lupi iecur denarij pondere ex passii sextario exhibitum bene facit. *Aliud.* Piperis albi grana nouem, & myrrhae quod auellanae magnitudinem aequat, omnia vna confusa sereno coelo alternis diebus exhibeto ter aut quater. *Aliud.* Equi iecur peni cedrino reponito: deinde chio vino & aqua dilutum exhibeto: quibus enim iecur vlceratum est, ne amplius exedatur, efficitur. *Aliud.* Malug succus ex melle potus iecinorosis medetur. *Aliud.* Hastulae regiae radix pota iecinoris dolores leuat. *Aliud.* Alba viola pota confestim iecinorosos dolore liberat. *¶ Epithema iecinorosis commodum.* Laserpitium confusum veteri axungia comprehendere, & linteolo illitum super impone. *Aliud.* Fico in mulla decocto & trito ablinthium confusum quam plurimum admisceto, & vitor. *Aliud.* Brassica cruda superdata iecinorosis celeriter opitulatur.

Ad Arquatos.

CAP. 34.

Radices acanthi, quod Romani tarcadumziam vocant, virides tres, aut aridas quatuor, in aqua decoquito, donec dimidium relictum sit, & expressis radicibus aquam potui dato. *¶ Ad Aurigiam valde efficax medicamentum, & longa experientia comprobatum.* Raphanos virides cum folijs contunde, & vnus duorum ue succum ex vini cyatho vno exhibeto: ante balneum vero, si ieiunus fuerit, propinato, & in calidum solium descendere iubeto: videbis enim auriginem aquae supernatantem. Quod si contumacior aegritudo fuerit, succum bibere iubeto. Aut anchusae radicis aridae cochlearia duo accipiens ex aquae cyathis tribus potandam dato. Aut sulfuris ignem non experti cochlearia quatuor ex vino. Aut herbae fabinae vnciam ex mullis. Ego sane & hoc vtor, vehementer faciente. Aphronitri vncias duas in vini aminae cyathis duobus macerans, sub diuoq; noctem integram exponens, do ieiuno potandum. idq; facio per tres aut quatuor continuos dies, & sanitatem restituo. *Aliud.* Herbam hypericon & adianton aquae incoctam potandam offeras. *Aliud.* Myricam ex aceto tritam potui da: arquatos curat. Regio morbo affectum in balneum abducens, & in solium descendere iubens vnciam odorati vncias duas ex vini nulli cyathis tribus potui exhibe: discutiet longam auriginem, & liberabit. *Aliud.* Herba rubia vtere in quotidiano victu absque carne suilla: ipsam contundens & cribrans da vsque in sextum diem cochlearium vnum ex vini decem cochlearijs: deinde semper subtrahens dato vini cochlearia nouem, deinde octo, deinde septem, postea sex, postea quinque, deinde quatuor, deinde tria: quod si trigesimo die fuerint aliqua morbi reliquia, eandem exhibeto similem ordinem seruans. *Aliud.* Chamamelum ex aqua potum arquatum pellit, & iecinorosis vehementer auxiliatur. *Aliud.* Radicula ex melle & lacte pota medetur. *Aliud.* Aselli, hoc est centipedae, sub aquarijs vasis reptatae, tritae, ex mullis pota, regio morbo liberant. *Aliud.* Serpillum aquae incoctum, & potui datum, auriginem submouet. *Aliud.* Sulfur ignem non expertum mensura vnus cochlearij, aut duorum, ex vino potum arquatum curat. *Aliud.* H. Ferri arugo cito liberat. *Aliud.* Capreae stercus aridum tritum cribratum cochlearij mensura ex vini odorati cyathis quatuor ieiuno & loto exhibe: febricitantibus autem ex aqua eadem portionem. *Aliud.* Vriini fellis quantum graecam fabam aequat, exhibeto, deinde aquam superbibito. *Aliud.* Sabinae cyathus ex mullis potus hoc morbo liberat. *Aliud.* Thus aqua incoctum propinato. *Aliud.* Terrestrum lumbricum tritum potui dato. *Aliud.* Aristolochiam ex aqua exhibeto. *Aliud.* Cichorii succi cyathos quatuor si biberit, sanabitur. *Aliud.* In medium balnei conclaue descendere iubeto, vt fudet: & egressus sanus erit. *Aliud.* Stercoris canini albi, quod genubeos vocant, cochlearium ex vini optimi cyathis tribus per dies decem propinato. Hoc idem ad colicos dolores & inflationes pariter proficit. *¶ Medicamentum ad Morbum Regium, quod in nares fundi debet.* Elaterij quantum fabae graecae amplitudinem aequat, mullis lacte liquatum in nares fundatur. *Aliud.* Nigella aqua incocta in nares coniecta in balneo auriginem detrahit.

Ad Lienosos.

CAP. 35.

Rumicis agrellis radix tundatur in pila, & tritae succus exprimitur, & per tres dies singuli cyathi

Athi bibantur. *Aliud.* Panacis radix confusa cochlearij mensura ieiuno ex aquae calidae cyathis tribus exhibeatur. *¶ Ad Lienosos cum praeduro tumore.* Capparis radicis corticis vnciam accipe, acetii sextarium semis, aquae sextarium integrum: decoque ad tertias: propina a cibi perfecta concoctione cyathum vnum duos ue, & hoc per interualla facito. *Aliud.* Hederæ foliorum aceto incoctorum & confusorum succus expressus robustis purus potui detur: sed delicatioribus, aqua dilutus: antequam bibant autem ipsos concitatus ambulare cogito. *Aliud.* Centauri tenuioris, quod iam consenuerit, in pila contuli, cochlearium febre carentibus dato. *Aliud.* Leporinus lien recens ita deuoratus, vt ne dentibus attingatur, lienosos magnifice iuuat: ignoret autem laborans quid deuorauerit, oculis fascia velatis. Idem facit & catellorum non dum visum adeptorum lien perinde in ventriculum transfusus. *Aliud.* Venatorij canis catulum aridum tritum modico nardo adiecto ieiuno exhibe. Dicebat autem Marcellus id quoque ad lienosos vehementer facere, si cardamomi cochlearium vnum aut duo ex acetii scillini cyatho vno duobus ue ieiuno dentur: idq; per tres dies continuos facito. *Aliud.* Radices hederæ molles elixae ex vino bibantur: aut cruda confusa ex vino itidem. *Aliud.* Asini stercus aridum aceto dissolue, & per linteolum excolatum potui dato. *Aliud.* Raphani succus ex oxymelite maceratus per tres dies accipiatur, singulis diebus cyathi binilienem attenuat. *Aliud.* Ferri recrementi cochlearium ex posca potui dato. *Aliud.* Irin longam aceto incoque, & acetum propinato. *Aliud.* Elcor dani cor potui esuiq; exhibeto. *Aliud.* Muxin ex aqua elixum, si aridus sit, succum propinato: muxin vero dicitur lingua Cappadocica. *Aliud.* Sthoechadis triti cochlearium ex vini lentiscini cyatho bibatur. *Aliud.* Ammoniacam guttam ex aceto tritam ieiuno exhibe cyathi mensura. *Aliud.* Muris lienem, & piperis grana septem, in fico torreas, & clam epulanda exhibe. *¶ Epithema ad Lienosos.* Lapidem alium in vesicam bubulam conuicito, & aceto acri madefactam lienii superimponito: ipsum comminues. *Aliud.* Glandem, qua vnguentarij vntur, ex aceto maceratam, & ad cerati crassitudinem redactam, imponito. *Aliud.* Vulpiscienis super locum alligatus lienosos morbo liberat. Item hoc diu lienis impositus lienem digerit. *Aliud.* Syluestris brassica, si ex ea cataplasma fiat, lienosis medetur. *Aliud.* Perlici arboris folia eodem modo imposita bene faciunt. *Aliud.* Myricae semen aceto incoctum, tritum atque superdatum, iuuat. *Aliud.* Ammoniacam guttam aceto maceratam linteolo illitam impone. *Aliud.* Crocomagma aceto maceratam, & ad cerati temperaturam redactam, imponito: non amouetur, quoad ex toto sanauerit. *Aliud.* Capparis radix curiose trita, & linteolo illita ac loco imposita eodem die opem tulit. *¶ Ad Lienosos.* Radicis capparis corticem in aquae libra & acetii semilibra incoquito vsque ad tertias, & potandam praebere sexquunciam. *Aliud.* Hederacea folia aceto inferueta contunde, & humorem exprime, ac robustioribus ipsum praebeto: delicatioribus autem aquam admisceto: sed prius ipse ambulato, atque ita bibito. *Aliud.* Capparis radicem tusam & aceto mullis incoctam ieiuno potandam praebeto. *Aliud.* Accipe cypressi baccas, & valde conteras: & erui farinam quam tenuissimam in acetum mitte, & vsque ad emplastri temperaturam decoque: lienem que per triduum impone: post tertium diem solue, & emplastrum aquae plenum inuenies. *Aliud.* Ammoniacam guttam in scillino aceto per triduum demersam ac laeuigatam panniculo illine, atque impone: neque amoue, quoad emplastrum decidat. *Aliud.* Folia scyaminis mori refrigerata & arefacta in umbra terito: & aridum medicamentum factis scrupulorum quatuor pondere: & cum pauco pipere & caryophyllis, & ex vino mero calido, cum descēdit in balneum, potui praebeto.

Potio ad Aquam inter cutem, vt humor inclusus per lotium eiiciatur. CAP. 36.

Aeris vsti quantum fabam aegyptiam aequat, fini columbini vnciam, vini cyathos tres, exhibe: esto autem vnica potio. *Aliud a nobis in multis vsu comprobatum.* Tithymalli characiae vocati radicem pro agroti viribus esui dato: statim enim largiter aquam ducit. *Aliud.* Granum cnidii tusum & cribratum melle comprehendere, vt sordium crassitudo fiat: & cochlearium plenum ex vini nulli cyathis tribus & modico aquae calidae ad lactis temperaturam, aut ex ovo forbili, propinato: plurimum enim aquae deicit. *Aliud.* Hebuli radicum succi cyathi duo, vini tantundem, in vnum misti & exhibitum liberant absque stomachi subuersione. *Aliud.* Graminis decoctum potui datum vrinam citat. *Aliud.* Solani succi cyathi quatuor, mellis cyathi sedecim, in potum sumpti, benefaciunt. *Aliud.* Hyssopum, & hirci lotium, ex passo potum, vrinam mouet: perinde & si caprini copiam habueris. *¶ Epithema ad Hydropicos.* Heteram crematam diligenter in modum cataplasmatiss impone. *Aliud.* Raphanos aquae incoctos, quoad teneritate flaccescant, accipe: deinde hordeacea farina adiecta misce: decoque, & cataplasma facito.

Ad Vmbilicos Procidentes.

CAP. 37.

{Gallas combure, vel tere, & permisce cum cortice thuris, & albo oui, & appone.}

Ad Tormina, & Ventris dolorem.

CAP. 38.

Aristolochiae radicem in vino potui dato: ad tormina, singultum, capitis dolorem, & partus difficultatem bene facit. Sternutatio ad tormina & omnia interna vitia proficit. *Aliud.* Lychnitidis

Ex tractatione veteri.

nitidus herbae radix lota, dulci vino incocta, deinde percolata & pota, magnifice prodest: sin minus E
 autem, cibis tuis adice modicum caliae & olyrae non confusa. *Ad Tormina intestinorum, &*
ventris. Cumini fricti & contriti cochlearium vnum duo ue ex aqua cyathis tribus potandum est.
 Et aduersus inflationes acetum feruefacito ac refrigerato: postea apij semen tritum admisceto, ac ite-
 rum acetum feruefacito, ex eoq; potionem dato. *Aliud.* Irionem herbam ex aqua tritam potan-
 dam dato. *Aliud.* Ex lampro, quod satis est, tritum ex aceto ieiuno exhibe. *Aliud.* Laurum com-
 manducans ieiunus succum deuorato: partem commanducatae vmbilico imponito: illico tormi-
 na finientur. *Medicamentum ano immittendum Anni purgatorium.* In fel tauri lanae hapsum in-
 tingito, anoq; immittito. *Aliud.* Gallicum saponem lana inuolutum submittito, aut liquidum alu-
 men potissimum. *Ad Intestinorum Tormina.* Lentem teneram confusam cum rubi radice eli-
 xam imponito, ac esui dato. *Aliud.* Flores mali puniceae domesticae acido lacti incoctos contere:
 & oleum eodem modo infunde, & edendos appone. *Aliud.* In milium confusum elixum, vituli-
 num adipem infunde, & quam pinguisimum calidissimumq; sorbendum exhibe: postea gelidif-
 simam aquam sorbeto, & confestim erit incolumis. *Aliud.* Gallae interiorum partem tritam ac lae-
 uigatam accipito, farinaq; admista & oui albo pastillos effingito: atq; alfos frangito, vinoq; simplici
 madefacito, & esui dato. *Medicamentum ad Torminosos, Ventriculosos, & Lauore intestinorum F*
laborantes, quod per linctum accipitur. Lasepitij ramenta mellis commiscens linctui dato. *Aliud.*
 Otium, mel, vinum, mali punici putamina, pari portione in vnum miscens frigit, & piperis mo-
 dicum inspergit, ac potionem dato: vehementer facit. *Aliud.* Oua tria accipiens in aceto conuicito,
 acita per triduum macerari sinito: deinde simlaginis modicum capiens cum tribus ouis subigito:
 mox affans, & meraco vino madefaciens, exhibeto. *Potiones ad Torminosos, & Ventriculosos, &*
Lauorem intestinorum. Vinum astringens, cui rhus obsoniorum vsq; ad tertias incoctus sit, potan-
 dum iubeto, quibus ventriculus male se habet. *Aliud.* Vinum austerum, cui galla incocta sit, illi
 potui pro viribus concedito, quorum ventriculus fluxione vexatur. *Ad Tortiones, & Dolores*
ventris. Da cyminum mandendum, & deuorandum. *Aliud.* Cnicum, & foenigracum tere, &
 coque: & da decoctum bibendum. *Aliud.* Baccas lauri siccas & excorticatas tere, & da bibenda co-
 chlearia nouem. *Aliud.* Serpyllum terens da cum vino bibendum. *Aliud.* Decoctum sampuci
 da cum vino in potum. *Aliud.* Eringij radicem da cum vino potui, vel decoctum spicae, vel casto-
 reum. Ad dolorem autem dysentericorum, cotonea cum cerato roseo aut myrteo, aequis portioni-
 bus, ventri impone. *Ad Colicam.* Spolium serpentis in vase aereo frigans cum oleo quousq;
 comburatur, dissolue ipsi in illo oleo, & vnge ex eo cum tuo digito. *Aliud.* Glandulam opio
 in succo lactuca liquato obline, & ano indito.

Ex tralatione
 veteri.

Ad Ventris Profluuium.

CAP. 39.

Gallitrichi ex aqua decoctum potui dato. *Aliud.* Stoebe'n, qua ad testacea vasa vti solent, spinis
 asperam, in pila contundito, & aqua incoquito: & aquam in dolore ventris absq; vino propinato,
 cum febrim habent: cum febre vacant, vinum commisceto. *Aliud.* Nucum putamen, quod nucleos
 includit, tritum, ex aqua potui dato cochleariorum trium mensura. *Aliud.* Cornu ceruinum
 mollius vsum cum gallae pari portione in potum dato. *Aliud.* Rumicis semen contritum & po-
 tionis cibo ue insperum optime facit. *Aliud.* Nucum internum illud, quod instar columellae est: &
 capium papaueris, quod veluti operculum est: pari portione ex vino exhibeantur. *Aliud.* Quer-
 nas glandes confusas & diutius cribratas, vt polentam in vinum austerum spargito, potionemq; co-
 cedito. *Aliud.* Carabi testas frictas & tritas ex aqua porrigit. *Aliud.* Struthocameli ventriculus,
 & gallinarum similiter, cochleariorum duum mensura ex vino potus febrim absente, praesente vero
 ex aqua. *Aliud.* Thuris grumus fabae magnitudinis in vini nigri cyatho vno, solani succi cyathis
 duobus, eliquatus, in potum detur. *Aliud.* Gummi albi contuli vnciam ex vini nigri cyathis sex bi-
 bito: ad idem ano impositum facit. *Aliud.* Cochleam africanam sumens, in eam liquidam picem
 infunde, & calefacta carnem exime, & in anum bis aut ter immitte. *Aliud.* Serpentis senium, hoc
 est spolum, in vase aereo ex oleo frigans, quoad in carbonem vertatur, contere: & digito in oleum
 intincto anum perunge. *Aliud.* Herba sacra inferius foueto, aquam ne attingito. *Aliud.* Beta ex
 aceto confusa, & cataplasmatibus ad superioribus ad inferiora vsq; imposita, torminosi magnifice
 prodest. *Aliud.* Cornorum ossa confusa ventri illinito. *Ad Dolores Torminosorum.* Malu
 cotoneum assum, cum cerati rosei pari portione impositum, illico dolorem leuat.

Ad Laxioris intestini, quod Colon vocant, Dolores.

CAP. 40.

Ostreorum testae crematae & tritae potui dentur: duarum ligularum modus sit ex calentis aquae
 cyathis tribus. *Aliud.* Thymum cretense aquae vsque ad tertias incoctum sit attico melle pro-
 pinetur. *Aliud.* Sacram radicem tenuem in aquam mitte, & ad dimidias elixa: decoctum per
 quinque dies potui detur, & morbo liberat: hoc in multis probatum est. *Aliud.* Viridis mem-
 ta elixa per triduum exhibeatur, & nunquam dolebit. *Aliud.* Lauri summitates tenerae lignae
 esse per triduum, liberant: ollula vero, vbi menta incocta sit, caue ne per triduum illud terram
 attingat. *Ad Interseptum.* Fraxini ligni ramentorum cyathus triduum potui datus sani-
 tatem

Atatem restituit. *Aliud ad multa faciens.* Cucurbitulam syluestrem alexandrinam exactatam non
 ferro, & expurgatam, in vini Coi sextarium mitte, & feruefacito: vinum postea ad temperatum ca-
 lorem reuersum bibito, & deambulato: & dolore solutus erit. Detrahit multa excrementa haec po-
 tio: solum autem, ne nauseet, ore contineto. Bene facit & ad coxendicis dolores. *Medicamentum*
ad Coli dolores ano immittendum. Opium Hispanum lactuca excipe, & in pessum redactum sedi-
 mitte. *Aliud.* Allij nucleolum lixiuio calefactum ex inferiore parte indito, & arido stercore de-
 tracto sanescet. *Aliud.* Si coli dolore tentatus dormientem canem expergefecerit: & in locum vbi
 canis dormiebat, meierit: statim dolore leuabitur, & canis morietur. *Remedium Colicis & Infla-*
tis exterioris imponendum. Cerato ligustrino lasepitium comprehende, & impone. Ego vero & mo-
 dicum calorei admisceo, & efficacius redditur. *Ad Tormina.* Graecum cuminum manduca-
 to ac deuorato. *Aliud.* Cnici contuli & foenigraci elixi succum potui offer. *Aliud.* Pectinem in
 aqua calida madefactum & ablutum propina. *Aliud.* Baccarum lauri aridarum corticis cochlea-
 ria nouem in potui dato. *Ad omnes Intestinos Dolores.* Ex intestinis dolenti siquis pedes lauerit, &
 ex aqua ea potui dederit, dolor confestim euanescet.

Ad Intestinorum Scissuram.

CAP. 41.

B Aegyptiae spinae radicem, & carnes hodi caprae ue cum pilis & corio, capiens terito, & simlagini
 committas cepas vino temperatas potionem facito. Eadem radix & phlegmone pulmonum labo-
 rantibus in potui auxiliatur. Eadem suspensa tertiana febrim & quotidiana liberat, & ex oleo pota
 vulneribus medetur.

Ad Renum & Coxendicum dolores.

CAP. 42.

Ex tralatione
 veteri.

Accipe farinam iridis, & acetum potens: & permisce eis resinam pini, & lupinos, & pyrethrum,
 & terebinthinam, & sulfur, & nitrum, & baccas lauri: & miscens omnia cum melle appone.

Ad Coxendicis dolores Purgatorium. Tithymalli succi guttas quinque in ficum instillato, &
 esui dato: purgat.

Medicamenta, quae Exterioris imposita Aluum ducunt.

CAP. 43.

Granum cnidium corticeliberatum cerato comprehende, & ventri, puerorum super vmbili-
 cum imponito. *Aliud.* Felle tauri vmbilico perungito. *Aliud.* Suillus talus vstus tritusq; ex
 aqua potui detur. *Aliud.* Herbam anthemin, hoc est chamamelum ex oleo terito, & inungito:
 statim dolor finietur. *Aliud.* Reticulum, cuiusmodi volueris, de mulieris capite detractum capi-
 ti laborantis imponito: sanitatem ei restitues: melius fuerit autem, si prius calefactum reticulum
 C impofueris. *Aliud.* Coriandrum vstum, oleo maceratum, vmbilico superimponito, & lana con-
 tegito.

Ad Vrinae Difficultatem, & Calculos.

CAP. 44.

Scorpij vsti edantur, illis autem, qui forsitan aborrerent, cum adipe misti, tostiq; clam & citra su-
 spicionem exhibeantur: mirifice profunt. Calculus etiam per vrinam redditus oliu nucleo similis,
 contritus & igne cadens, si bibatur, eos, qui in vesica sunt, calculos exterit. Felis iecur vstu tritumq;
 ita, vt bibi possit, calculosis remedio est. Iaspis quoq; lapillus potui datus vesicae calculos dissipat.
Aliud. Vmbilici veneris radix elixa & trita vnciae pondere in diem ex diluto vino bibatur: ad re-
 num calculos vehementer proficit. *Aliud.* Succus vuae immatura: & rufae hederae corymborum,
 par modus ex albo vino teratur: succo illinito mixtus difficultate male habitos. *Medicamen Ex-*
terius Calculosis imponendum. Vrina reddita butyro veteri remollito penem oblinito, & cubitum
 eunti lana apponatur per triduum. *Epithema Vrinam proritans: prodest & Calculosis renibus.*
 Calamintham cu aceto & pipere cerato colligito, & vmbilico superdato. *Aliud.* In sampuci de-
 cocto desideat. *Aliud.* Herba perdicion, id est parietariam, oleo incoctam super locum vesicae impo-
 nito: illico vrina decurret. *Ad Calculos.* Montana trixago mulsae incocta potanda offeratur:
 D hoc remedio Samius Priscus vtebatur. *Aliud.* Albae hederae corymbi ex vino poti lapillos con-
 fringunt. *Aliud.* Salicis folia tusa ex vino auctero tantisper accipiantur, dum sanitas restituitur.

Ad eos qui nolentes Vrinam reddunt. Galli guttur vstum ligulae mensura ieiuno ex aqua pro-
 pinato. *Aliud.* Leucanthemi flores septem tritos ex aqua potui dato. *Aliud.* Leporis testiculum
 aridum minutatim concisum ex vino odorato potandum praebet. *Aliud.* Cimices tres confusos ex
 vino auctero propinato per nouem dies. *Aliud.* Calamintham & myrrham ex aqua ante coenam
 potui dato. *Aliud.* Anserinas linguas per triduum, quoque die vnam, edendas apponito. *Aliud.*
 Rutae syluaticae semen per triduum esui dato. *Aliud.* Iplius penis cimolia ex muralis herbae succo
 oblinatur. *Ad Difficultatem Minguendi.* R hum & corymbos hederae rubrae tere ex vino albo: &
 vnge partes, quae sunt sub vmbilico patientium dysuriam. *Ad Sistendum exuberantiam Vri-*
nae excurrentis. Accipe pelliculas, quae sunt in ventre gallinarum, & sicca in Sole: & sume ex eis drach-
 mam. Ex thure masculo & glande sicca, & floribus punici syluestris & galla, ana drachmas iij: tere,
 & da ex eis ieiuno cum melle roseo & aqua frigida.

Ad Faminarum Vitia, & primo ad Conceptum.

CAP. 45.

Caricas ieiuna cum oleae folijs edito. *Aliud.* Ruminantis pecudis spumam digito sumens
 ex vino

† hoc in grae
 co codice in fi-
 ne sicut scripta.

Ex tralatione
 veteri.

ex vino in potum exhibe. *Aliud.* Nasturtium tritum ex aceto per quadriduum edito, postquam corpus mundatum fuerit. *Aliud.* Vulpinum sterus in pesto apponatur, & loci muliebres sublinantur, atque ita venere vtatur. *Aliud.* Artemisiam tritam apponito: inunge autem muliebri pu- dendum gummi, cum à purgatione menstrua tertius fuerit dies & concipiet. *¶ Vt Mulier Marem generet.* Alba fascia puerili dextrum pedem ligato, & coeat. *¶ Vt Faminam.* Nigra fascia sinistrum pedem. *¶ Vt Mas concipiatur.* Anserino adipe & resina terebinthi loci perungantur per biduum: tertio die cum viro coniungatur, & marem concipiet. *¶ Vt Mas gignatur,* vir sinistro teste ligato vene- nere vtatur: vt femina, dextro. *¶ Ad Conceptionem.* Vterum leporis sicca, & tere, & da po- tui quando fuerit à mensuris purgata. *¶ Ad Difficultatem Partus.* Aiugam, & bitumen, pone super carbones, & suffumiga: vel ipsa appone. *¶ Ad Extrahendum Fatum mortuum.* Fellis tauri magnitudinem amygdalæ dissoluens in vino aquato, da cochlearia ij potui, & emittet confestim. *Aliud.* Lycium crudum trito caule iunge cum cedria, & calefacias, & da bibendum ieiuno. *Aliud.* Artemisiam coque in mulla, & propina. *Aliud.* Super lapidem, quem mordet canis, quando proficitur in eum, positum in Sole, transeat mulier, quæ patitur difficultatem partus. *¶ Ad Edu- cenda Menstrua.* Marrubium, nepitam, rutam, corticem celli, ana drachmas iij, coque in vino aut aqua, & da bibenda. *Aliud.* De aqua, qua dissoluitur fermentum vetus, quando fit panis, potui da- to. *¶ Ad Dolores Vteri.* Pæonia radicem propina, vel radicem iridis, vel seminis pæoniae gra- nula xv, vel pulicariæ aut vriticæ succum appone, vel folia apiastrî cocta in vino. *Aliud.* Accipe rutam viridem, & tere: & cum butyro & adipe porci fac vnguentum. *¶ Vt Mulier violata appareat virgo.* Accipe gallarum immaturarum, ligustri, xylocasie, rosarum siccarum, piperis albi, granî gni dij, ana hexagium vnum: tere, & prius lotæ vuluæ apponat ista. Conferrautem & semen rumicis acidi tritum & appositum.

Nota Maris & Fæminæ in Vtero.

CAP. 46.

Apium inscia muliere super caput imponito, quodq; primum voce protulerit, aut marem, aut foeminam, illud pariet: incorruptæ veritatis hoc signum est. *Aliud.* Grauida mulieris vrinam ac- cipiens duas foueolas facito: in vnam hordeum, in alteram triticum conficito: deinde vrinam con- spergito, atq; ita demum terram superiacito: si prius triticum expullulauerit, mas parietur: sin verò hor- deum, foemina.

Vt Fœtus Retineatur.

CAP. 47.

Lapis Aëtites appendatur. Fœtum quoque & lapis ille retinet, qui in pirastro adnatus inhære- scit: iste similiter pensilis gestetur. Et maluæ agrestis radix, quam epiboscon nominant, appensa, G Sardonius etiam lapis retinet fœtus vsque in finem: ventri autem eum deligare oportet. Est her- ba quoque sideritis, cuius appensu fœtus custodiuntur.

Vt Partus Acceleretur.

CAP. 48.

Bulbi amari triti ex vino dulci potui dentur: illico pariet. *Aliud.* Dicamnum ex vino, aut aqua, propinatum idem facit. *Aliud.* Suillum lac ex melle bibitum. *Aliud.* Galbanum ex aqua tritum potumq; confestim educit fœtum. *¶ Suffitus ad Aegre parientes.* Aiuga super carbones posita: aut bituminis, quo fabri ferarij vtuntur, duplum carbonibus iniectum, mirifice prodest. *Aliud.* Pulegij fasciculum in aquam calidam mittito, in eaq; mulierem desiderere iubeto: ipsiq; in aurem di- cito, Chy, ca, mi, dus. *Aliud.* Oleum manibus continens eius illa perfricato, atq; ita dicit: Secun- da sistite corpus, quoniam præcipit vobis magna Dei genitrix.

Ad Lac Creandum.

CAP. 49.

Radices cum tritico, vino incoctos, percola, & vinum potui offeras. *Aliud.* Aquam, cui fursu- res cum foeniculi radicibus incoctæ sint, propinato. *Aliud.* Mulla hederæ folia contusa habens potui detur.

Ad Lac Resiccandum.

CAP. 50.

Aqua maris foueto, & alstringere siccareq; valentia superimponito. *Aliud.* Muriam calidam spongiis exprimens, & thuris puluisculum inspergens, deligato: & chartas eodem modo. *¶ Quid si Mamma Dura inflammataq; fuerint.* Lini semine aceto mulso incocto illine: aut foeno græco limi- liter elixo: aut sesamo non loto refrigerato, trito, & melli admisto: aut ex ficis cataplasma facito. *Aliud.* Cuminum tritum mulso temperatum ad cerati crassitudinem linteolo illitum impone. *¶ Potio Fatum Mortuum, aut non ritu naturali exeuntem, eiciens.* Fellis tauri quanta est nux amygdala, vini veteris diluti ligulis duabus temperatum, potandum offeras: statim fœtum excludit. *Aliud.* Ouum crudum cedri lachryma illinito, calefacito, & ieiunæ forbendum dato. *Aliud.* Mul- sam artemisiam incoctam habentem propinato. *Aliud.* Lapis phœnicites vocatus illitu fœtum detrahit. Item lapis demorsus à cane fœtum adhuc imperfectum euocat, si prægnans mulier super ipsum transeat: nam quod in ventre est, valde cito expellit.

Vt Cognoscatur, Mulier an Abortum fecerit, & aa Abortiendum, & Fatum mor- tuum ac Menses ducendos.

CAP. 51.

Mammæ gracilescentes abortum significant. *¶ Cataplasma ad Abortum impellens.* Vicia mun- da cyathi

A dæ cyathi duo in ollula ex aceto decoquantur: cum ad dimidium consumptum fuerit, aloes vacia adijciatur, vt malagmatis in istar reddatur: deinde illimito ab vmbilico ad pectinē vsq; & adalligato. *¶ Cataplasma ad Necandum Fœtū citra noxam vllamq; suspitionis notam.* Cupressi foliorum partem aqua elixā curiose terito ad malagmatis temperaturā: atq; vmbilico & abdomini imponito, fasciāq; deligato: deinde supinam iacere iubeto, aut in sella sedere, qua in partu mulieres vti solent: & sopita sine dolore fœtū emittet. *¶ Medicamē discriminis expers, ut Trimestris, aut Quadrimestris Fœtus eij- ciatur.* Opopanacis obolū accipe, & collyriū fac, & locis muliebribus submite: tutū est, atq; in mul- tis expertū. *Aliud.* Radiculam tritam melle exceptā pessis illine paruis, & eos mulieris genitalibus impone: educti hoc secundas & mensura purgamenta. *Aliud.* Artemisiam folia teras ex rosco, & fordium crassitudinem faciens appone: menses citat. *Aliud.* Caricas duas & semissem, niri obolum accipe: pessum facito, & submite. *Aliud.* Artemisiam tritam impone. *Aliud.* Rutæ agrestis sem en immitte. *Aliud.* Galactites lapis suffitus non purgatis mulieribus menses ducit. *¶ Ad Mulierem, quæ à partu non purgetur.* Ari semen tritum ex vino albo ieiuna bibito. *¶ Ad Pallorem mulieris à par- tu.* Panacis radices contusæ ex dulci vino à ieiuna potæ pallorem discutiunt. *Aliud.* Flores mali pu- nicæ domesticæ odorato oleo incocti potui dentur. *¶ Accipe facem vini antiqui, & radicem lilij, & Ballia, & lenias: & vnge faciem vespere, & mane laua: & hoc quousq; facies rubefiat.*

Ad Venteris, Mammarum, Femorum, Coxendicumq; Scissuras.

CAP. 52.

Marinam cochleā oblongam cremato & conterito: deinde oui albo, aut alinino lacte adiecto illi- nito. *Aliud.* Lapidem, qui diaphanes hoc est perspicuus vocatur, cōtere: cōtritumq; in ingressu bal- nei, anteq; inungatur, illinito: vicelimo die scissuræ euanescent. *¶ Ad Sudores ventris, præcordiorum, femorumq; à partu.* Cimolliæ & pulueris thuris (mannam vocant) par modus oui albo exceptus cum ligultrino cerato illinatur. *¶ Ad Inflationes in Coxendicibus.* Panis medullā & melanteriā vnā sub- giro, & imponito: bene facit. *¶ Ad Prominentes Vmbilicos.* Gallas vstas tritasq; ex aqua superdato. *¶ Vt Vmbilicus à partu magnus ac elegans fiat.* Operculū vrcei chartaceū sumēs pāniculo inuolue: deinde thuris puluisculū oui albo comprehendens illine, & in vmbilicū mitte, tenaciterq; alligato.

Ad Vteri Strangulatus.

CAP. 53.

Testudinis terretis iecur tritum in pesto naturalibus imponito: perpetuo respondet, cuiquam ne communis. *¶ Potio ad Vteri Dolorem.* Leporis cor aridum, & in ramenta concisum, potui de- tur. *¶ Ad Tormina Vteri à partu, Corruptiones, & Strangulatus.* Leptosphaeros accipito ad oboli se- missem, (orelinema vocant) tribus digitis, & ex dulci bibito. *¶ Ad Vteri Dolores.* Mali punicea dul- cis radicem ex vino propinato. *¶ Ad Vteri Duritias.* Cuminum tritum & rutæ folia pice liquida excepta & butyro, in pesto ex lana facta impone. *¶ Potio ad Mulieres ex Vtero laborantes.* Castoreū cum aniso propina. *Alia.* Cuminum tritum, & nigellæ semissem, ex aceto mulso propina.

Potio ad Muliebri Profuuium.

CAP. 54.

Peucedani radices, & cupressi baccarum, pares portiones, ex vino albo potentur. *Alia.* Vux ni- græ acinorum arida semina ex vino nigro aultero potui dentur. *Alia.* Hædi coagulum accerimo aceto maceratum ieiuno propinato. *Alia.* Corallium ex nigro vino dato, & confestim supprime- tur profuuium. *Alia.* Ferulæ cinerem, & papaueris puluerem ex aqua pauillum exhibeto: quod si largius effluat, spongiæ combustæ drachmas iij exhibeto. *Alia.* Cornu ceruinum vstū potui dato. *¶ Medicamenta Naturalibus imponenda.* Malum punicum in lana more cataplasmat appone. Aut mali punici coria elixa in lanaq; trita in pesto apponenda sunt. *Aliud.* Gallæ interiora, & thuris tantundem, in pesto accipiens ex aqua appone. *Aliud.* Pulegium tritum lana munda comprehen- dens naturalibus impone. Opitulatur etiam spongia feruenti aceto, madida, & mediocriter expres- sa: femorum præterea coitio, extremorum deligatio, atq; in caput decubitus.

Vt ne Mulierum Naturalia in concubitu humescant.

CAP. 55.

D Gallæ immaturæ grana quatuor: cinerulæ, qua in oculorū vitijs vti cōsueuerunt, mystra duo: teri- to, in vnum misceto, & in vitreo vase reponito. Ex hoc mystrū sumens veteri vino dilutū eo primis diebus nupta naturalia sublinat, ac per totā vitam locorū illorū humiditatem non percipiet. *Aliud.* Gallas per octo dies in aqua macerato: deinde lanā mollē sulfure suffumigatā aqua illa madefacito, & non expressam liccescere linito: ex lana pessum faciēs naturalibus immittito: in cōgressu venereo virgo putabitur: deinde lanam tollito, exiccatoq; atq; iterū, si lubet, vtitor. *Aliud.* Acidi rumicis se- men tritū submittendū exhibeto, & non differentā virgine. *Aliud.* Gallas contusas in aquā demit- te, ex qua subluantur mulierum naturalia, angustiora. n. reddentur. *Aliud.* Panniculos tenues in aquā alumen liquatū habentē demergito, & exiccato: deinde quadrati iūci, calicæ, gallarū, singulorū parē modū ex vino veteri conterito, donec mellis crassitudo fiat: in hoc panniculos madefaciens re- siccat, vtq; imponant, concedito: atq; ita p duas horas retineant, vel prout requirit necessitas: & cū ve- nere vti volent, eximant. *Aliud.* Melle & nitro vsq; ad pubē naturalia oblinito, atq; ita concubito.

Vt Ne cui Penis arripi possit.

CAP. 56.

Buccinum vltim lotio bouis castrati extinguito: hoc in cibis, aut potionibus, vtitor: qd remanet, in vase reponito. *Aliud.* Paruulū lignū appendito, & desinit. *Aliud.* Acutus iuncus impositus, vt in figurā cyrici redactus illius, qui cito semen excernit, sub stragulis vestibis positus im perit in ve- nere m cohibet. *Aliud.* Coriandrū aut pulegiū si frequentius datur, penē flaccidū reddit. *Aliud.*

Septima Classis.

YYYYYYY

Fel

Ex traslatione veteri.

Ex traslatione veteri.

Ex tralatione veteri.

Fel torpedinis siquis potui det, genitale membrum minime rigebit. *Aliud.* Lucernæ sponte extitit. *E* tæ scintillam adhuc viuam si in poculum conieceris, & potui dederis, per totam noctem penis arri gi non poterit. *Ad Arrectionem Pudendi.* Pudendum intendunt & mouent ad coitum ista, nucû pinearum, piperis, petroselinî, scobis pudendî ceruini ardi, terebinthinæ, singulorum partes aqua les excipe melle: & ex vino bibendas præbe. *Aliud.* Cicerum crudorum, nucû pinearû, singulorum partes duas: seminum erucæ, piperis albi, singulorû partē vnâ: mellis quod sufficit: da cû vino. *Aliud.* Vnge pudendum melle anteq̃ coeas. *Aliud.* Semen erucæ bibendum exhibe cum melle. *Aliud.* Succî erucæ cyathos ij cû pipere albo, quod sufficit, da tribus diebus alternis diebus. Vel succî eru cæ & piperis albi da cochlear vnum ieiuno. Confert etiâ testa marini erinacî bibita: & lac bubulû bibitum. *Aliud.* Sanguinalis herbæ semen, & carnem pisciû fluuiatû siccâ terens, bibendâ præbe: tentiginem enim facit. Similiter semen portulacæ coctû cû lacte bubulo mire prodest. Itē oua perdi cis, si comedantur. *Aliud.* Semen porri cû vino mero bibendû exhibe. *Aliud.* Succus sanguinalis herbæ bibitus facit promptiores ad coitum. *Aliud.* Aquâ, in qua extinguitur ferrû, bibe cû vino. *Aliud.* Testiculi vulpis sicci bibe cochlear vnum. *Aliud.* succum expressum, è radice hastulæ regie da bibendum. *Aliud.* Quando taurus, postquam coiuerit, minxerit, terram cômisce: & luto, quod fit ex vrina, vnge pudendum. *Aliud.* Stercore bouis recentî vnge pudendum. *Aliud.* Granum F gnidium tere, & permisce cum oleo rosaceo, & vnge. *Aliud.* Succo verbenacæ vnge pudendum.

Ad Somnum conciliandum.

CAP. 57.

Lauri folia inscripta capiti clanculum subiicito, nominans Concophon brachereon.

Ad eos, qui coire nequeunt.

CAP. 58.

Scammoniam ex aqua illinito.

Ad Morsum Venenosorum animalium.

CAP. 59.

Ex tralatione veteri.

Ad morsum venenosorum animalium fraxini folia tere, et succi da cochlearia tria non febricitan tibus cum tribus cyathis vini. *Aliud.* Corticem arboris glandis, vel erucam, quæ in olcribus nasci tur, vel aiugam, vel allium, vnum ex his terens da cum vino non aquato ieiuno bibendum. *Aliud.* Sanguis anatis aduersatur omnibus venenosis & mortiferis. Hoc idem etiâ faciunt carnes galli næ nuper occisa, si morsibus imponantur: obfistunt. n. omnibus venenosis, & curant, præter aspi dis morsum. *Aliud.* Rutam da cum vino bibendam. *Aliud.* Cerebrum gallinæ bibitum iuuat. *¶ Inunctio ad Morsum Viperæ.* Ex chalbano cum cyprino vnge. *Aliud.* Serpyllum cum aceto simi liter illine. *¶ Suffumigia fugantia Venenosa animalia.* Pyrethrum & sulfur incende, & fugient. *Aliud.* Cornu cerui & eius pinguedo idem facit. Pellis etiâ & pedes dextri si insigantur ianue prohibent G ingressum cuiuslibet venenosi. *Aliud.* Pulmo alini si fumigetur, omne venenosum fugat. *¶ Viperæ non mordeat.* Dracunculum tere & obline manum, & non mordeberis. Semen verò ipsius her bæ tritus cum aqua, & politus in aquis peregrinantium, fugat eas. *Aliud.* Ex succo solani manus illine. *¶ Epithema in Morsu à Vipera.* Vipera caput abscondens applica partem cruentam loco de morso, liga, & dimitte sic. *¶ Fomentum ad Morsum Viperæ & Muris aranei.* Trifolium bituminosum coque: & decocto calido locum demorsum foue. Nullus autem fomento illo vtatur, qui non pati tur: transit enim affectus in eum, vt putet se à vipera vel araneo mure demorsum. }

LIBER TERTIVS DE MEDICAMENTIS

QUÆ AD MANVM SVNT

GALENO ASCRIPTVS

Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete

H

CENSURA

Libèr ordine ac iudicio vacans.

De Gurgulionis, quæ & Vva dicitur, vitij curanais.

I.



Gurgulionem male habitum ita sanè curare poteris. Initio phlegmones, victus tenuis & boni succi esto. Sorbitiones & gargarizationes ex mulso fiant, aut mullâ, aut sapa tepida, aut ex aceto mulso, quod gargarizetur solum & effun datur, & ne deuoretur. Manducetur autem pyrethrum, aut piper, aut vva ta minia, quam & staphida agrian vocant: hæc trita cum nitro & sale, palato co lumellæq; affricta, phlegmonem dissipat: exterius autem hæc eadem imposi ta, & alia, similiter calefacientia & phlegmonem mitigantia, & dolorem leuan tia: epithemata verò & cataplasmata idonea sunt.

Ad Pendentem Columellam.

Hyssopi radicem & caricarum succum vnâ misceto, & gargarizato. Perinde & ad tonsillas ac columellam vnâ seruafaciens palmulas & lentem gargarizato.

VI

A *Vt Sine Siti diu quis conseruetur.*

CAP. 2.

Dulcis radicis succus potui detur. Aut portulacæ succi cyathû deuorato. *Aliud.* Aucorû pondo vncia, dulcis radicis succi pondo vnciæ duæ, tragacantæ madefactæ podo tantundem: cõflicito pastil los, & in vmbra siccato: ex his vnû sub lingua cõnieto, & succû descendere permittito, & non trites.

Ad Grauem Auditum & surditatem.

3.

Caprinum fel recens cum pari portione mellis ad carbones decoctû mistum tepidum in aurem instillato. *Aliud.* Leporis fel recens cum pari mellis portione mistum, & in capæ corio tepcfactum, in aurem mitte: hoc enim remedium ei, qui vel nihil audiat, auditum restituit. *Aliud.* Suis mansueti fel pari mellis ad carbones cocti portioni admistum tepidum infunde. Aut scillæ succum & rosaceum miscens vttere. *Aliud.* Erui succum instillato, & stupam rosaceo imbutam superimponito.

Ad Cæliacos, hoc est ventriculosos.

4.

Myrteas baccas virides, rosas aridas, malicoria, flores mali punicæ syluestris, gallas quinq; mulso vino subigens in ventriculû mitte. Aut fabæ cortices vino interuefactas per clysterè iniice. Aut lētis decoctæ, aut oryza non purgata, aut sideritidis herbæ succû tepidû perinde p clysterè immitte. Itē & acaciæ succû per inferiores partes in vtrê da: aut cerusam, & argenti scoriâ, ex melle & vino tritâ.

Ad Ventrîs Tormina.

5.

Cuminum ex melle esui dato, & profectum miraberis. Aut calami radicem ex vino calicis vnus mensura propinato.

Ad Supprimendum Alui Profluuium.

Aquam origanum incoctum habentem propinato. *Aliud.* Sepiæ testam & capillamenta cre mata ex vino veteri potui offerto. Aut rubi fructus cum folijs ad tertias decoctû propinato. *Aliud.* Cuminum gracum & gallam non tritam cremato, & ex vino veteri potui dato, cum ad tertias red actum fuerit: id facito per triduum.

Ad Eminentias internas, Scissuras, Ficosq; in sede.

6.

Auripigmenti fissi pondo vncias tres, quernæ carici pondo vncias quatuor: ex omnibus in vnû tritis aridum medicamentum composito. Ita verò vitior, locum prius vrina pueri venerem non ex perti subluo, deinde inspergito.

Ad Eminentias, quæ intus forisq; in Ano sunt.

Laserpitij radicem tusam tritamq; superdato.

Aridum medicamentum ad Excessus Gingiuas, Dentesq; labantes.

7.

C Mastiches pondo vnciam, thuris pondo vncias duas: myrrhæ, rosarû aridarû, vtriusq; pondo vncias tres: sarcocollæ, gallarum, vtriusq; pondo vncias quatuor: oia in vnum contere, & gingiuas con sperge: quas prius sedi, aut myrti, aut lentisci, aut viticis, aut oleæ solorium, decocto tepido collueris.

Ad Dentium Dolorem.

8.

Aceto, cui hyssopum aut origanum incocta sint, foueto. Aut pyrethrum, piper, & zemna, & ma stichen, paribus portionibus com manducanda exhibeto. *Aliud.* Vvæ taminiæ acinos quatuor, mastiches micæ vel grana octo, manducari iubeto.

Ad Dentes obiectum Decidentes.

Oleo vuulas passas incoctas habente locum foue: deinde aceto, dolore videlicet exacerbato: tri duo interposito iterum repete, atq; ita dentes renascentur.

Ad Corrosas Gingiuas.

9.

Aristolochia ex melle contrita gingiuas conspergito. Aut ceruinum cornû exustum, donec albe scat, & cerusam, & argenti spumam, & nardum, & pumicem, cerato comprehende, & illine. Aut te studinis crematam testam ex oleo tritam in gingiuam instillato. *Aliud.* Erucæ femina cum succo, & capræ fel cum melle, aut nigellam itidem cum melle, illinito.

Ad Oculorum Dolorem.

10.

Caprina medulla oblinito, & sanabis: Aut caprinam, ouillam ve adipem calida aqua madentem imponito. Aut lini seminis succo, aut muliebri lacte madefacito.

Ad Albugines Oculorum, Græci Leucomata vocant, & Cicatrices veteres paucissimis diebus curandas, Remedium, quod etiam Visum mirifice exacuit.

Æruginis rasæ vncias quatuor accipe, ammoniacæ guttæ tantundem, cerusæ vncias duas, gum mi vnciam vnâ: liquidum autem medicamen, esto cucumeris agrestis radicis succus. *Aliud.* Lauri baccarum mundatarum & tritarum, gummi, quantum satis sit, permisce, & fiant collyria. Quan do vti voles terito, & ex pueri venerem non experti vrina illinito: probatum est.

Ad Aegilopas, hoc est Fistulas oculorum.

Fimi columbini aridi drach. iij accipe, & cum masculo thure tritas inspergito: expertum est.

Ad Albugines comprobatum, multos enim iuuat.

Perdicis masculi felle ex melle illinito. *Aliud.* Ladani vncias duas terito: ex vino optimo, & oleo, quantum satis erit, illinito.

Ad Suffusionem admirabile, quod illico visum restituit.

Muris sanguinem, & galli fel, & muliebre lac, æquis ponderibus misce: & bene subactis vttere: probatum est enim, & magnifice profuit.

Septima Classis.

YYYYYY ij

Aliud

Aliud ad Inueterascens Suffusiones, Hebetem Visum, & ad omnia, que Oculis Tenebras offundunt. E
Baccas lauri cortice liberatas numero decem, gummi drach. ij. ex aqua pluuiatili collyria facito, & illine, suffusos quidem ex vrina pueri venerem non experti: cacutientes autem, ex aqua pluuiatili.

Ad Oculorum Dolores, & Vigilias.

Mullam infillato: & ouum prius coctum, putamine mundatum in duas portiones secato, & super oculum deligato: & somno occupabitur.

Ad Carbunculos Oculorum totiusq; corporis.

Herbam muralem cum panis micis posca prius madefactis tritam adhibeto.

Ad Acuendum Visum.

Fœniculi caule trito ex melle in nouo aluarii factio, & super carbones cocto, illinito.

De Ordoelis in palpebris enatis.

Acacia ex vino vtere. *Ad Fluxiones Oculorum.*

Oculis fluxione laborantibus initio quidem cibus modicus conuenit, aquæ potus, a venere abstinentia, & aluus ducatur. Primumq; multa frigida modico aceti permisto assidue faciem lauet, & in lectulo otificiat. Puluerem, fumum, lucernæ Solisq; splendorem deuitet. Deinde rosas virides vel aridas passo madefactas contere, ouiq; vitello admittas superdato: aut ex hordei farina passo incocta cataplasma facito: quod si dolor vehementissime cruciet, altercum quoq; admisceto.

Ad Capitis Vitia diuersa.

Cataplasma ad caput Fluxione vexatum. Hæc compositio caput fluxione tentari non sinit, neq; oculum male haberi. Accipe cimoliz, nitri, albæ vitis radicis aridæ, cucumeris syluatici radicis, fabaceæ farina, singulorum pondo vncias duas: pariter tritis & in vnum redactis ad sordium crassiu dinem vtere in balneo: longe valentissimum remedium est.

Vt Manducatu Pituita ex capite detrahatur.

Vuam taminiæ & mastichen manducato, aut mastichen & zingiber: si mastiche dura sit, parum ceræ admisceto.

Ad Capitis Dolorem.

Rutam diligenter contere, & ex aceto atq; rosaceo frontem illine.

Ad Capitis ab Altera tantum parte Dolorem, quem Hemicraniam Græci vocant.

Porri caput comamq; oleo incoquito, ex eo caput perfundito, statimq; dolor tollitur. *Aliud.* Hederæ extrema oleo incoquito, & ex eo caput perfundito: effectum miraberis. *Aliud.* Amarum amygdalis tritis frontem oblinito.

Ad Clauos probatissimum, etiam si in capite sint.

Accipe sandarachæ, aluminis scissi, atramenti futorij, mysios, viuz calcis, saponis, singulorum parem modum, sed calcis tantum duplum: tritis ex primo saponis iure vtitor: admirabile est.

Ad Dolorem Capitis Hemicraniam vocatum.

Accipe erucæ feminis vncias tres, rutæ viridis vncias septem, piperis grana vnum & triginta, ouorum trium alborem, aceti quod satis est: omnibus permistis illinito frontem.

Pastillus celebris Socratis ad Capitis Dolorem & Hemicraniam, Omniaq; ex fluxione vitia, mirificus.

Accipe euphorbij drach. iij, thapliæ fucci drach. vj, zingiberis drachmam vnam, opij drach. iij, opopanax drach. ij: oia in vnum ex aceto liquato, pastillosq; conficito. Cū vi volcs, aceto dilue, & fronti illine. Suffiri etiam potest, & ad membrū aliquod fluxione male habitū magnifice proficit.

Ad Clauos.

Clauos enim, & totidem formicas accipies, et in panniculo lineo raro deligato & cum his etiā cochleam: deinde cremato, tritasq; ex aceto oblinito. Aut finum bubulum aceto maceratum per triduum imposito, omnesq; clauis decident. *Ad Clauos, & verucas Myrmecis vocatas.* Palmularum osseam partē vltimā ac tritā cū sale & gutta ammoniacā in Sole subigito, imposito, & curabis.

Ad Dolorem Capitis Hemicraniam dictum.

Lumbricos terrestres quindecim accipito, piperis grana quindecim, aceti quod satis sit: omnia simul conterito, & illinito.

Ad Ictus Venenosarum ferarum.

A bestijs venenatis, rabiosoq; cane demorsos, sanat cancri interiorum cinis ex aqua femel ac bis potus, quantum manu capere potes.

Ad Dolorem Capitis ex Vini potu.

Herbæ sanguinalis coliculos duos connecte, & sertum capiti circumdato.

Ad Hemicraniam dolorem.

Nasturtij semen tusum cū ouo albo permisce, frontiq; impone, & stupā superda. Aut aquilæ capitis os simile, simili appende, perinde & vulturis. *Aliud.* Lapilli in capite labracis, i. lupi piscis, reperiuntur: dolorem capitis leuant: & ad hemicraniam faciunt appensi, dexter dextræ parti, sinister sinistræ.

Ad Defluuium Capillorum & Barbe.

Betam ex myrteo, & polytrichis capillis illinito: aut adiantum ladanumq; paribus portionibus mixta, ex immaturo oleo, aut myrteo, aut lentifcino imposito. *Aliud.* Ladanum vino amyngo, & oleo myrteo, maceratum, vitroque ad mellis spissitudinem, caput in balneo perungito: melius est autem, quod aliqui polytrichon vocant, si portio septima ladanum adijciatur, atq; ita illinatur.

Ad Capillos Defluentes, vt plures instaurantur.

Murini stercoris drach. iij accipito: calamorum, quos conatelos vocant, drach. iij: amygdala amara

A amara numero lxxij: fucci balsami, ladanij, vtriusque drach. iij: polytrichi drach. vij, nardi gallici drachmam vnā: in pice liquida madefaciēs ladanū vino oleoq; macerato, arida verò in puluere redi gens cū liquidis permisce & vtere, quotidie perungēs. Mihi videtur & caluis posse capillos reddere.

Ad Tusim diuersa remedia.

Iuniperi fructus esu potuq; sumptus. Aut bdellium epotum. Aut daucus creticus ex vino potus. Aut dracunculi radix pariter elixa, & ex melle trita. Aut Inula. Aut perdicidis herbæ succus tepidus ante cibum ex aqua potus. Aut sanguinaria succus eodem modo sumptus. Aut personata radix. Aut pineus nucleus ex aqua potui datus. Aut propolis suffita. Aut resina epota, & terebinthina suffita. Aut arsenicum scissile cum chalbano suffitum, & fumus deuoratus. Præterea bituminis, thuris, styracis, cuminiq; suffimentum. Aut cinnamomum ex melle tepido potum. Aut cupressi baccæ contusæ ex vino cum myrrha ieiuno exhibitæ. Aut fœniculi radix semenq; vino incocta, & propinata. Aut vinum, cui viridis ferula incocta sit. Aut origanum mellis incoctum & bibitum. Aut myricæ flos, semen, ac folia, vino elixa, & potui data. Aut piceæ cortex ex aqua potus. At albæ populi folia & ramuli ex aqua aut vino potui oblata. Aut verbasci radix ex vino in balneo pota. Aut allium crudum elixum ve esui datum. Aut lanariæ herbæ radix ex melle sumpta, pessime affectos liberauit. Leporinum stercus contritum ex vino calido sumptum arteriæ & columellæ vitij, & spiritus difficultati, summo opere opitulatur. Ad eadem facit & lingua aquilæ collo suspensa.

Aut nucleus pineus integer vsus tritusq; cum modico piperis, melle exceptus, laborantibus exhibitus cochlearij mensura. Ad veterem tussim autem leuandam sulfur ignem non expertum ouo insucito, & in balneo sorbeto. Aut sinapi terens miscensq; melli dacolos tres exhibeto. Aut nasturtij semen tritum ex aqua potum cubitum eunt. Aut thus cum melle tritum linctui datum summo mane, aut cubitum eunt. Aut raphani succus ex melle sorptus diluculo. *Aliud.* Iuniperi baccæ quinque, aut septem, ex melle potæ. *Aliud.* Accipiantur piperis drach. iij, nucum drach. ij: nucleorum pineorum, hyssopi, vtriusque drach. i: pulegij, iridis, feminis vrticæ, singulorum drach. iij: mellis quantum satis sit: deur ligulæ mensura. *Aliud.* Sinapi, cuminum, nigella, nasturtium, paribus portionibus vnā conterantur: vino excipito, & propinato. *Aliud.* Pulegium assidue manducetur: tritumq; & vino maceratum, bibatur. *Aliud.* Cumini fricti, nigellæ frictæ, vtriusque vnciam: piperis grana quadraginta: vnā trita, & melle fermentata, ieiuno dato & cubitum eunt. *Ad Suffumigatio.* Accipe auripigmentum scissile, piper, marrubium, hordei farinam, trixaginis, & vitis radicis corticem, chamaeleucen, mastichen, croceum ouij, costum: omnia in vnum misce, & collyria confice,

& ieiunum suffumigato cubitumq; eunt. *Aliud.* Piper, nuces, auripigmentum scissile, simul terito, miscetoq; cum melle, & propinato. *Aliud.* Butyrum, anserinam adipem, & resinam, vnā cum melle conterito: & ieiuno cubitumq; eunt exhibeto. *Aliud.* Virgulam fœniculi, semen piperis, vnā terito, & melle fermentata concedito. *Aliud.* Velicarium solanum cum radicibus elixum potui dato. *Ad Tusim, Reiectionemq; Sanguinis.* Accipe costi, cinnamomi, rheubarbari, singulorum vnciam: simul & trita, & in vnum corpus redacta, ex vino tepido propinato.

Ad Tusim, Reiectionemq; Sanguinis. Accipe costi, cinnamomi, rheubarbari, singulorum vnciam: simul & trita, & in vnum corpus redacta, ex vino tepido propinato. *Ad Tusim, Reiectionemq; Sanguinis.* Accipe thuris, piperis, auripigmenti scissilis, carophylli, singulorum parem modum: omnia conterito ex melle, & fermentata concedito diluculo, & cubitum eunt. Aut auripigmentum scissile pro sale in ouum sorbile mittito, & sorbeto ieiunus. Aut arsenicum tritum ex vino tepido in balneo propinato. Aut arsenicum scissile & vitellum ouij misceto, & bombici illinito, & per instrumentum, quod cichonen Græci vocant, suffumigato. Cum verò laborans suffumigio tritabitur, ipsi butyrum ad auellanæ nucis magnitudinem deuorandum exhibeto: iterumq; suffumigato: id autem septies repetes. *Aliud.* Styracem bonum, & brassicæ succum, vnā terito: & fermentata ieiuno, aut dormitum eunt, exhibeto. Aut laurei olei & vini boni accipe singulorum vncias iij: misce, & tepidum in balneo propina: & cenelæo. i. vino oleoq; misto, in olla calefacto stomachum foue. Oenelæum phthilico potui ne dato, sed cenelæum curiose paratum calefacto, & spongia stomachum foueto. *Aliud.* Lupinorum decocto calido myrrham fracten vocatam madefacito, & pedes tussientis foueto, & spongia detergens inungito butyro: deinde iterum foueto: hoc ter factio curabitur. *Aliud.* Hederæ granis, aut lignis, aut folijs, tussientem suffumigato. Aut resinam ex vino veteri tritam ieiuno propinato. Aut agrestis canabis semen tritum ex aqua. Aut cedri liquorem, ieiuno potui dato. Aut hyssopum & pulegium in posca incoctum.

Aut beronicen melle subactam edendam offeras. Et raphani assu mane ac vesperi li edantur, bene faciunt: & chamaeleuce suffita. *Aliud.* Baccas laureas cum pipere, & nucleos pineos ex melle, dato mane & cubitum eunt. *Ad Tusientes, Arteriam asperam, Vocem amissam, & Sanguinem spiritum.* Accipe tragacanthæ gummi, vtriusq; vnciam: myrrhæ bonæ tantundem: dulcis radicis fucci, ac vini dulcis, quantum satis est: omnia contusa in vnum redige: cum trita fuerint, arida cum reliquis misce. *Ad Tusiculam, & Vlceratam Arteriam.* Accipe terebinthinae gummi, mellis boni, singulorum vnciam: & terebinthinae prius cum melle elixæ gummi adijce: & exhibe oleæ magnitudinem ore continendam. *Aliud.* Gummi, lycij, vtriusq; vncias quatuor in aqua mitte, macerariq; linito: deinde heminam cretici passi infunde, & feruesceto vsq; ad sordium spissitudinem: & delingēdū præbeto. *Ad Tusiculas, Raucedines, & Sanguinis creatum.* Accipe tragacanthæ

Septima Classis.

YYYYYYY iij vncias

vncias ij, lini feminis fricti vncias iij, amygdalas delibratas decem, nucleū pineum adipi incoctum: E. tragacantham aqua calente madefacito, & reliqua admisceto, passumq; infundens conterito. Ad vocem autem amissam, & sanguineum sputum, pro passo melle vitior. *Aliud.* Raphanum in tales rotundas concidito, & super prunas affato, ex melleq; ieiunus edito. *Ad Tussim diuurnam.* Accipe piperis vnciam, lupinorum farinae vncias tres, & mellis ligulam: sorbendum dato. *Aliud.* Auriculæ porcinae os perforatum collo alligatum a tussi futura custodit. *Ad Tussim, Columelle vitia, & Tonsillarum phlegmonem.* Lapilli in nidis pullorum hirundinum reperi, appensiq; a tussi tuti reddunt. *Ad Tussim, & Vitia radice Vuae, & Destillationem.* Accipe zingiberis drach. j. chalbani, opij, styracis, singulorum tantundem: passo excipe, & globulos erui magnitudinis conficito: & loco pilulae duos cubitum eunti concedito, & passum dilutum postea sorbeto. *Aliud.* Zingiberis, styracis, singulorum drachmas quatuor, passo excipito, & instar erui conficito: & cubitum eunti propilulis tria dato, passumq; dilutum postea sorbeto. *Ad Destillationem & Tussim probatum.* Accipe papaueris lachrymæ drach. ij, castorei drach. j: confice pastillos erui magnitudinis, & eunti cubitum pro eius viribus dato. *Aliud quo utebatur sapientissimus Alexander.* Accipe pyrethri drach. ij, costi drach. j: tunde & cribra: in utendo autem iube nares tangere, statimq; constringe. *Ad Arteriam ex destillante pituita laborantem, & Tussim.* Accipe styracis drach. viij, castorei drach. iij: zin F giberis, chalbani, vtriusq; tantundem: in vnum misceto, pastillosq; magnitudinem erui æquantes efficito: & de nocte duos, tres ve exhibeto, posteaq; bibat, sed non illico, & iuuabitur.

Medicamentum Capiti inspergendum eius Fluxionem finiens. 19.

Accipe hyperici, iunci odorati, iridis, ligni balsami, singulorum vnciam vnam: contusa cretaq; caluaria: inspergito. *Aliud caluariae inspergendum Exiccatorium.* Accipe costi, foliorum, malabathiri, gallarum, spicæ nardi, iridis, nardi gallici, rosarum aridarum, singulorum vnciam vnam: tusa cribrataq; inspergito. *Aliud.* Ericæ feminis, gallarum, iunci odorati, sanfuci, costi, iridis, ligni balsami, singulorum vnciam vnam: tusa cretisq; caput conspergito.

Medicamentum, quo hyeme per Manducationem ex capite Pituita detrahitur. 20.

Accipe hyslopi, origani, vtriusq; drach. iij: pulegij drach. ij, calaminthæ drach. vnam, pyrethri drach. ij: vuae taminiæ, marrubij, sinapis, singulorum drach. j: sapæ, acetij, vtriusq; sextarium vnum: omnia in vnu misceto, & vsq; ad tertias decoquito, & gargarizato. *Aliud eiusdem facultatis, quo æverno tempore utendum est.* Accipe hyslopi vncias iij, origani vncias iij, pulegij vncias ij, calaminthæ vnciam j, sapæ sextarium vnum, acetij sextarios tres. *Aliud quo æstate & autumno utendum.* Accipe hyslopi vnc. iij, origani vnc. tres, pulegij vnc. ij: calaminthæ, spicæ nardi, caryophyllorum, G singulorum vnciam vnam: cinnami vnc. iij, marrubij vnc. iij, iridis vnc. tres, iunci quadrati vncias duas, pyrethri vnc. vnam: sapæ, acetij, vtriusq; sextarium vnum: decoque vsq; ad tertias, & vtete.

Ad Destillationem. 21.

Accipe origani fasciculos duos, pulegij fasciculum vnum, cum aceto in mundam ollam demittito: item caricas sex, vuae passæ acinos duodecim: omniaq; decoquito vsq; ad tertias: mox percolato, & in poculum conficito, ac gargarizato.

Ad Humores in Pectore contentos. 22.

Vrticæ folia cum hordei cremore decocta exhibeto: hoc inflationes digerit, & materiam ex pectore euocat.

Ad Tussim, Spiritus difficultatem à stomacho, & Sanguinea sputa. 23.

Novam spongiam & candidam accipito: huius vltæ tritaq; cinerem cum melle & pipere, quantum satis est, commisceto: in eamq; formam redigito, vt delingi possit: vesperiq; à ccena, quantum tribus digitis capere potes, accipito.

Ad Anginam. 24.

Bouis masculi felle collum oblitio. *Ad Tussim Exiccatorium.* 25.

Foenumgræcum vsq; ad tertiam partem delixato, iusculumq; summo mane ex melle, propinato. H

Pastillus ad Tussim, Fluxionemq; pectoris. 26.

Accipe pulegij, hyslopi, piperis, nasturtij, singulorum vnc. vnam: melle comprehende, & pastillos effice, singulos vncie pondus æquantes: his vitior.

Ad Tonsillarum vitia. 27.

Salicis folia & semen in aqua diutius feruefacito, gargarizandamq; exhibeto: hoc pinguem pituitam maxime detrahit, & ad anginam bene facit. *Aliud.* Ex myrti lenticulaq; decocto gargarizari præcipito. *Ad Anginam.* 28.

Caprinum stercus ex melle gargarizato. Aut rutæ succo ore ad aperto fauces sublitio.

Ad Destillationem. 29.

Hyslopum, ficos, mel, ac rutam aqua incoquito, eamq; gargarizato.

Ad Vocis Claritatem. 30.

Tragacantha vino madefacta & epota vocem claram præstat.

Ad Amissam vocem. 31.

Styracem aqua maceratum in globulos ciceris magnitudinis redigito: tres exhibeto: & statim voce recuperata loquetur.

Ad

- A *Ad Inflammationem ab eryspelate.* 32.
Sedi folia cū polëta in cataplasmatis modū inposita. Aut portulacæ folia cū polëta. Aut brassicæ, aut calami, folia virentia cōterito, & superimposito. Aut rubi, aut rhamni & rosarū, folia supdato, *Ad Lumbricos Alium occupantes.* 33.
Polypodij radicem cum sapa mistam edito. Aut raphani semen ex aqua potato. Aut allium corrodito. Aut vlmī radicem ex multa aqua bibito. Aut sycamini radice cortex aqua incoctus potui detur. Aut nigella potui detur, & in cataplasmatis modum imponatur. Aut ex aqua brassicæ semen habente potio fiat: aut ex menta succo: aut ex nasturtio atq; menta. *Proprium Experimentum.* Canabis semen aridum tufum cretumq; misceto cum aqua, vt succi temperatura fiat: mox linteolo mūdo percolatum in potum offer. Aut bubulum finum aridum combustum in puluerem redigito, ex eo potui drachmam vnam ex vino dato. *Ad Lumbricos latos & rotundos.* Accipe nitri, nasturtij, piperis, singulorum vnciam: fac puluisculum, & ex vino ligulam propinato.
- * *Ad citandum Sudorem, Finiendamq; Febrim.* 34.
Canchryos semen ex oleo illitum prodest. Aut pyrethrum ex oleo calefactum, & per horam ante inualionem illitum bene facit. *Aliud ad Febrim expertum.* Oleum cum cinnamo paratum, B oleum chamæmelinum, acetum, nitrum cum lauris folijs: omnia bene elixentur, & ex eo laborans perungatur: & vndiq; contactus statim sudabit. *Illitio ad Febricitantes.* Butyri partes duas, mellis partem vnam, misce: & calefactis vtete. *Aliud.* Lactucæ foliorum succi partem vnam, olei vulgaris partes duas, misce: & curiose agitans totum corpus inungito: experientia probatum est. *Aliud.* Artemisiæ succi partem vnam, rosacei olei partes duas, misce, & vtete.
- Ad Dolorem Hemorrhoidum vocatum.* 35.
Solani succus ex oleo illitus vehementer proficit. *Aliud.* Sinapis semen ex melle inposito. *Aliud.* Rutam domesticam aceto & rosaceo incoctam illinito.
- Ad Canis morsum.* 36.
Vrticæ semen inpositum iuuat. Aut nigri marrubij folia. Aut apialtrum ex vino potum, & morsibus illitum. Allium quoq; illitum prodest: & tostum in cibum potumq; assumptum. *Ad Timentes Canum impetum.* Nerij radicem collo circumdato, & liberabitur: quod si experiri volueris, cum canis in furorem versus sit, illi circumponito, statimq; furorem deponet. *Ad Morsus Canis rabiosi.* Vulneribus rabiosi canis morfu factis brassicæ folia cum lassere trita ex aceto imponantur: per se enim brassica aduersus rabiosi canis morsus proficit: & ipsius decoctum potui datum. Elix C vero brassica ante alios cibos sumpta phthysicos sanat, vitijsq; arteriæ subuenit. Contusa autem, & cataplasmatis modo leni inposita, illum extenuat.
- Ad Anginam, Collig. Dolorem.* 37.
Alba populus arida contrita, & collo illita. Aut nasturtij semen, & finus columbinus, ex melle inposita bene faciunt. Aut mel tepidum gargarizatum. Aut canino stercore candido trito ex aceto collum oblitio. *Ad Narium Fœdum odorem.* 38.
Hederæ foliorum succus tepidus naribus instillatus. Aut calaminthæ succus æque tepidus infusus. Aut myrrha ex muliebri lacte trita infusaq; naribus, narium halitum commendat.
- Ad Prorumpentem à Naribus Sanguinem.* 39.
Acaciam ex aceto tritam naribus infundito. *Aliud.* Acetum cum sale fumens in ollam aut mortarium mittito, lanamq; accipiens in ipsis madefacito: hæc q; quantum laborans ferre poterit, calefacta, eius capiti inposito: illicoq; velamentis quam plurimis contegi præcipito. *Purgatorium Narium.* Thymum & organum melle acetum in pastillos redige, commanducandosq; exhibe.
- Ad Lateris Phlegmone correptos.* 40.
Hæc oia benefaciunt, Bdelliū ex vino pariter & ex aqua potū: Aut balsami semen ex aqua potū, D aut ex melle delinctum: Aut aristolochiæ radix ex aqua potui data: Aut ruta ex multa iudem pota.
- Ad Acutam Febrim.* 41.
Peponis domesticæ succus, aut cucurbitæ ramentorum succus, illitus benefacit. Aut rosæ ex oleo: Aut plantago in cataplasmatis modum inposita: iuuat.
- Pr. sagium in Febricitantibus.* 42.
Rosaceo prius inunge, & apij semen tritum superda, deinde stupam rotundam instar rotæ cordi superimposito, luteumq; oui infundito, & reticulo contegito. Tum si fiat oui dispersio, mortem adesse scito: hoc enim ipsa anima facere dicitur.
- Ad Glutinanda Vulnere.* 43.
Radix graminis contusa, vt aridū medicamen imponatur. Aut sideritidis herbæ folia superdentur.
- Curatio ad Dolorem Auris.* 44.
Amygdalinum oleum in aures instilletur: aut ex nucibus oleum, aut laureum, aut balsaminum. Aut dracunculi herbæ feminis succus ex oleo infusus. Aut herbæ vrceolaris succus ex oleo rosaceo tepidus instilletur. Aut ruta virens oleo incocta, & tepida in aurem mittatur: aut myrrha ex melle tepida. Aut ruta ex mulieris, quæ marem peperit, lacte, tepesat, & instilletur. Aut ex allio expressum succum in aurem mittito: aut porri succum tepidum: aut sapam, tepesatā: aut porri succū melli admistum.

Septima Classis.

YYYYYYY iij

mistum.

miltum. Aut oleum ore continens in aurem inspuito. Aut cucurbitæ succum ex rosaceo instillato. **E**

Ad Scabiem Pruriturumq. 45.

Vlmi folia arida trita in balneo inspergito. Aut sulfure ignem non experto, & syluestri vua, & auripigmento, & sandaracha ex oleo & aceto in balneo oblinito. *Aliud.* Myrrha ex muliebris lacte cutem oblinito. Aut dulcis radicis succum ex passo potui offerto. Aut oua gallinæ integra in acetū accerrimū demitte per diē noctemq; quæ si tria fuerint, ipsi cum putaminibus in eodem aceto contritis ad hęc sulfuris ignem non experti, auripigmenti scissilis, vua taminiæ, ceruiffæ, spumę argenti, nerij succi, singulorum vnciam vnā: olei veteris quantum satis est: omnibus contritis obline in balneo.

Remedia ad Stomachi Vitia. 46.

Ex folijs calaminthæ virentibus, & hordeacea farina, cataplasma conficito. **C** *Ad Cruditatem In fluxionesq; Ventriculi: quisquis hoc usus fuerit, statim esuriet.* Accipe aneforum drach. duodecim: piperis albi, lybistici, ammij, petroselinij, foeniculi, singulorum drach. sex: hæc tusa & creta melle cocto comprehendere: exhibe drachmam vnā. **C** *Ad Aestuantem Ventriculum nec cibi tenacem.* Lactucæ succum ex dulci vino potui dato, nec vomet amplius. **C** *Ad Dolorem Ventriculi.* Lac, in quo carbones querni extincti sunt, laboranti propinato. **C** *Ad Acorem in Ventriculo.* Trixago ex vino potui acore liberat. **C** *Ad Inflationem Ventriculi.* Piperis, baccarum lauri, cumini, anefi, pares portiones **F** contusas & cribratas ex temperato vino ieiuno dabis ligulæ vnus mensura per triduum. Aut anefum ieiunus manducato.

Ad quadam Oculorum Vitia & primo ad Oculos Fluxione laborantes. 47.

Foeniculi succus per triduum illitus, aut thus ex melle & lacte, aut centaurei succus ex melle, aut folia herbæ quinq; folij ex melle imposita, benefaciunt. **C** *Ad Caliginem Oculorum.* Cucurbitæ ramentorum succus superdatus proficit. **C** *Ad Albuginem Oculorum.* Alterci folia cum polenta super dato. Lignum balsami quoq; ex muliebris lacte illinito. Aut rutam viridem imponito. Herba prate ***** rea pulicaris ex muliebris lacte, aut calami virentium foliorum succus, illitu prodest. **C** *Ad Oculorum Vertiginem remouendam.* Oleæ folia contunde, & succum expressum illine, atq; miraberis. **C** *Ad Oculorum fluxionem Cataplasma.* Portulacam cum croco & adipe anserino contere: aut apij folia cum polenta. In magnis autem fluxionibus rosas fertulamq; cum amylo coctas oculis imponito.

Ad Dentium Dolorem. 48.

Aceto nigellam habente os collue: aut oleo acerbo gallas incoctas habente: aut aceto, in quo platanij globuli incocti sint, aut quinque folij radix. Item peucedani radix trita & combusta illinatur. Aut malicorij rosarumq; decoctio os collue. **C** *Ad Dentium Vultus.* Accipe nitri, sepiæ testæ, myrrhæ, singulorum vnciam: tritis vtere.

Aridum medicamen. quod Humidum Os cruentumq; deterget, Gingiuarum carnem instaurat, Dentesq; dealbat. 49.

Accipe nitri combustij, myrrhæ troglodytidis, sepiarum testæ, singulorum vnciam: rosarum aridarum vnc. iij: tritis & cretis vtere: addito etiā iridis vnciam vnā: huius effectum miraberis.

Ad Lateris Dolorem. 50.

Virentis brassicæ caules cum radicibus combustos adipe suilla cōprehende, & vtere: valentissimi remediū est. Aut apij semen decoctum, donec tertia pars relicta sit, potui da: vehementer iuuat.

Ad internos Ani Tumores. 51.

Amaranthum aqua maceratum mane vesperiq; propina.

Ad Lienem Cataplasma valde bonum. 52.

Accipe apium, sinapi, baccas lauri bene contritas: deinde detrahe corticem nouellę arboris nucis: & parum contunde: deinde omnia in pilam coniecta vehementer us contundito: mox extracta acerrimo aceto per triduum macerato: & omnia in vnum confusa tybriadiis succo incoquito, donec cataplasma fiat: deinde lieni superimponito à matutina vsq; ad octauam horam, alio tamen prius subducta: medicamenti effectum miraberis. **C** *Aliud, ad Lienem, experientia comprobatum.* Ficus nouellæ arboris corticem viridem detrahitō, & cum cinere permisceto & calefacito.

Ad Tertianam Febrem. 53.

Mel cum scammonia semel potum curat.

Ad Quartanam.

Accipe piper contritum, laureas baccas, cuminum, mastichen, myrrham, thus mundum: singula separatim trita in vnū commisce: & mellis boni, quod satis sit, adijce: & per quatrduum imponito.

Ad Sanguinis ex Naribus profusionem. 54.

Oui putamen integrum comburito, & liquorem ex eo exactum cum fissili arsenico permisceto, in naresq; patientis immittito: si arsenicum præsto non fuerit, solus oui liquor suffecerit. *Aliud.* Capræ foeminae fetas vsias & tritas, & myrrham similiter tritam, cum fetisq; caprinis mistam, in nares suffriato, si viri fuerint, cum charta: si foeminae, cum alio quopiam: qua parte autem sanguis erumpit, arcissime deligato.

Ad violentas Sanguinis Eruptiones. 55.

Gallas mola tritas, & malicorium, & punice mali grana contusa & mista cum oleo, scissili & mel ***** le, ac bene subacta, mane vesperiq; propinato, vt mel gallarum.

Ad

A *Ad Ventris Tormina & Inflationes.* 56.

Accipe piperis, rutæ, zingiberis, pares portiones: & tritas ex aqua calida propinato. Aut artemisiam tusam cretamq; dato. Aut nitrum vltum tritumq; ex humore aliquo exhibeto.

Vt ne Boues egrotent. 57.

***** Cerui cornu in Panis dei facello ponito, candelæq; desup accendito, & ne interdū accensam obliuione demittito: & in tpe sanctū Demofarim inuocato, & Arsum, qui armēta tua & vitā custodiēt.

Vt ne Porci egrotent. 58.

***** Rhaidi radicem tritam in aquam, vbi sese proluunt fues, projicito.

Ad Carnem Glutinandam. 59.

Terræ lumbricos frictos tritosq; inspergito.

Plagarum Curatio. 60.

Myrrham & aloen tritam inspergito. Aut resnam pini, vel & mastichen & hederæ lachrymam, ex his factum emplastrum imponito. Aut hircina axungia plagam obline, & caprę nigræ cornu insperge. *Aliud.* Aut costum, spicam, cinnamum, zingiber, cuminum, singulorum parem modum terito: cum pice subigito & imponito. Aut panis crustam aridam tusam, & vino oleoq; subactam, **B** superdato quotidie per vices mutans.

Ad Equorum Scabiem. 61.

Anguem discindito, eiusq; adipem captiens ligno equi vngularum orasinungito.

Ad Somnum conciliandum. 62.

In lauri folijs hæc elementa inscribitō, iacentisq; stragulis ceruicali eo nesciente subijcito.

Et Ne Homo noctu Somniat. 63.

Rutæ semen ceruicali ipsius nescientis suspendito, nullasq; in somnis imagines videbit.

Ad Pestus. 64.

Cum ouo arsenicū fissile misceto, & piper, & hordei farinam, & lauri baccas, pineosq; nucleos, & exhibeto. *Aliud.* Allij accipe spicas septem: arsenicū fissilis, piperis, vtriusq; grana tredecim: bacem, pini nucleum, cera modicum miscens, cum oui vitello accipe frequenter.

Ad Corrosos Dentes. 65.

Arenicum, piper, caseum, calcem viuam, aceto macera, & appone.

Clyster ad Renum vitia. 66.

***** Accipe pulegium, organum, sampucum, serpyllum, chamæmalum, absinthium, centaureum, Clauri folia, cucumerem syluaticum, peponem: vnā omnia prius contusa aquæ incoquito: deinde cum melle oleo & fale decocti quantum satis est, injicito.

Clyster ad Coxendicis dolorem. 67.

***** Accipe cucumeris syluestris radices, lauri folia, rutæ folia, absinthium, plantaginem, trixaginem, marrubium, calamintham, pulegium, organum, thymum, lactucam, euphorbium, anethum, pyrethrum, vnam taminiæ: hæc omnia in aqua incoquito: deinde melle oleo & fale adiecto, per instrumentum admoueto.

Vt Dentes Putridi nigriq; splendidi reddantur. 68.

***** Accipe falis contriti, ropi, sepiarum testæ, pares portiones: omnibus in vnum tritis dentes fricatio, quos prius aceto puro collueris.

Cataplasma ad Caput Fluxione tentatum. 69.

Hoc remediū præstat, ne caput fluxione vexetur, neq; oculum vnquam iniuria affici sinat. Accipe mastiches, myrrhæ, sarcocollæ, thuris, ladani, nitri, ceruffæ, terræ cimoliæ, styracis, rosarum aridarum, singulorum vnciam: saponis sancij libram, mellis tantundem, lupinorum amarorum decoctum quod satis est: omnia in vnum misceto, & pro saponem in balneo vitior.

Pastillus de Seminibus ad Tussientes. 70.

D Accipe aneforum amarorum vnciam, feniculi seminis, alterci seminis, ammij, singulorum drachmam: apij seminis drachmas tres, opij drachmam: singula bene terito, & aquam paulatim tepidam infundito, donec sordium balnei spissitudo fiat: pastillos fabæ magnitudinis conficito, vnumq; exhibeto, tussientibus nanq; prodest.

Ad Iecoris vitia remedia experientia confirmata. 71.

***** Gallarum cum papaueris capitulo coctarum ius in balneo potato, coniectus, & in latus affectum iacens. Aut hederæ radicis decoctum cum vino propinato. *Aliud.* Baccas lauri septem, grana piperis septem, trita ex vino in potum dato. *Aliud.* Aloes drach. iij: assari, costi, eupatorij, hedyfari, fertulæ campanæ, mastiches, croci, ocymi seminis, singulorum drachmas duas: conterito, cribrato, & ex aqua temperata exhibeto. **C** *Aliud Iecori & Ventriculo commodum.* Accipe lauri baccarum, cinnami boni, caryophyllorum, aloes, hedyfari, costi, singulorum drachmam: contrita, & melle excepta, ex vino vetere potui dato. *Aliud.* Accipe acori, seminis lini, zingiberis, rutæ foliorum mollium, singulorum drachmas: aneforum drachmas quatuor: ex mulsa dato. *Aliud.* Mel cum pane mistum calidum emplastri modo imponito. Aut absinthij ligulam vnā ex temperato melle potui præbe, & super iecur ægrotus decumbat.

Septima Classis.

YYYYYYY v

Ad

Ad Linguam Fluxione laborantem. 72. **E**
 Cynaræ folijs contulis ex melle linguam perungito. Aut venam partis, vnde fluit materia, incidi
 to, & bene faciet. *Ad Oris Ariditatem.* 73.
 Palmularum ficorumq; decocto per pennam illinito, & contineto.
Ad Labia Sciffa. 74.
 Lini semen ex melle contritum imposito.
Ad eos, quibus Menti Pili decidunt, quos Greci appellant Spanopogonas, hoc est raribarbos. 75.
 Accipe piperis, euphorbij, pyrethri, singulorum vnciam: calami foliorum mollis succum,
 murinum stercus, oleum per combustionem expressum: trita omnia affricato, & assidue radito.
Vomitorium Medicamentum, quod mystri mensura exhibetur. 76.
 Aphronitrum album in aquam tepidam conijce, quoad dissolutum sit: & modicum olei adijce,
 potandumq; exhibe. *Reprimentia Vomitus.* 77.
 Menta tusa creta, & rosaceo admista nares pectusq; illinito. *Aliud.* Palmulas Thebaicas, & men
 ta ramulos, aquæ duorum scyphorum mensura incoquito, quoad sordium balnei temperatura fiat:
 dimidium propinato. *Aliud.* Palmæ glandium contusarum, quod sufficit, accipe: vini myrtini mo
 dicum instillato: deinde exceptas ex mulso aut aquæ hemina exhibeto. **F**
Ad Sanguinem Vomentes. 78.
 Iunciodorati ex aqua decoctum propinato.
Ad Citandum Vomitus Pituita. 79.
 Viridem mentam, aut siccam ex aqua temperata bibito. **C** *Vt Facile autem Vomat.* Sampsiuci
 folia poui, raphani verò semen esui, dato: pituitam multam vomitu rejiciet.
Compositio Pilularum purgantium Pituitam. 80.
 Accipe aloes vnc. sex: mastiches, absinthij succi, vtriusq; vnc. duas: cucurbitæ sylvaticæ vnc. qua
 tuor: dentur pilula nouem & viginti.
Ad Oris Stomachi vel Cordis vitio vexatos. 81.
 Lentem cum spantæo, palmulis, & vino mendesio, elixam potui offero. **C** *Ad Dolorem autem*
Oris Stomachi, vel Cordis. Herbam sanguinali curiose tritam, aut mala, aut cotonea elixa cōtritaq;
 rosaceo cerato comprehensa, in modum cataplasmatum imposito. Aut portulacum roseo cerato aut
 myrteo exceptam superdato. **C** *Aliud admirabile, experientia comprobatur.* Accipe feminis lini he
 minas quatuor, aquæ heminas septem: elixato, & vitior: hoc medicamentum sanitatem creat: neque
 enim ægrotus in peius ruet, sed in melius proficiet. **G**
Pastillus ad Spiritus difficultate laborantes, & diu Tussientes, suffitu proficiens. 82.
 Accipe nasturtij, linapis, abrotoni, rutæ sylvaticæ, sandarachæ, singulorum vnciam: terito, & ex
 aqua factis pastillis accurate vtitor.
Ad Difficultatem Spiritus. 83.
 Thymum cum pipere tusum, & melle exceptum, delinctui dato: studiosq; vtitor, valde enim ef
 ficax est. *Aliud.* Porrorum capita melli incocta ieiunus edito. Aut rutæ aridæ, mentæ, vtriusq; vnc
 cias quatuor, cum melle terito: & ceratia duo cubitum eunti ex aqua temperata propinato. Iuuant
 autem ægre spirantes & pistacia esui data.
Ad Cruentum Sputum. 84.
 Accipe symphyti, mastiches russæ, vtriusq; drachmas quatuor: lemnij sigilli, balauftiorum, vtriusq;
 que drachmas duas: terito & cribrato, & ex aceto mulso ligulam potui dato. **C** *Aliud expertum.* Lem
 nij sigilli, vnciam: terræ, quæ astrum dicitur, vncias duas: corallij tantundem: dato ex aceto mulso pu
 ro heminam vnam: mane & vespere hoc vtete. *Aliud.* Acaciæ russæ, amyli medicinalis, pares por
 tionem, terito: & ex aqua temperata potui dato ligulas quinque.
Ad Febrim Ardentem tollendam. 85. **H**
 Semperuiui & aneli folia quinque aut septem accipito, & oleo rosaceo incoquito: & ex eo à capite
 vsque ad pedis vestigium perungito, & demiraberis. Aut oleo, in quo pyrethri radix macerata fue
 rit, inungito: hoc sudores mouet, & diuturnos rigores discutit, & corporis partes refrigeratas aut
 resolutas curat. *Aliud.* Lauri baccas & thymum ex vino terito & illinito, vestibusq; contegito: su
 dabit enim. *Ad Vim Genitalium & veteres affectus.* 86.
 Calamintham tusam cribratamq; in pilam conijce: & melle exceptam decoque vsq; ad cataplas
 matum spissitudinem: & tenui linteolo illitam imposito, & fascia deligato: à multis probatum est.
*Aliud ad Genitalium confirmationem & Renum. Sed quenquam ne curato, antequam mercedem accepe
 ris: à multis enim expertum est.* Accipe zingiberis drach. iij: herbæ sabina: piperis albi, vtriusque
 drachmam: ex mulso exhibeto. *Aliud.* Piceis aridæ, telephij, colophonix, mastiches, nitri albi, pares
 portiones: conterito, & aridum medicamentum facito: & locum prius lotum & adhuc calentem li
 quida pice oblinito: & aridum medicamentum inspergito, superq; imposito, & bene deligato.
Ad Discutiendas Genuum Fluxiones. 87.
 Caprifolij contritæ succo perfricato. Aut radicis succum in balneo affricato. Aut salem colum
 binumq; finum terens ex oleo inungito. **Cataplasma**

A *Cataplasma ad Pedum laborem, ex offensione, aut casu, aut aliquo alio acri dolore.* 88.
 Accipe salis vsii, origani, cineris, sarmentorum vitium, pares portiones: vitellos ouorum duos
 aut tres: cum vino mista superimponito.
Ad Scabros Vngues diuinum auxilium. 89.
 * Vnguibus ex casu reuullis, & vitio, quod paronychion græce, latine Reduua dicitur, affectis,
 facha tritum & in puluisculum redactum, ac inspersum, succurrit. Scabros autem vngues munda
 bis, si sulfur igne non expertum & oui luteum æqua portione miscebis, atq; ex aceto impositueris.
Ad Ambusta. 90.
 Accipe argenti spumæ, croci, vtriusque vncias duas: ouorum assatorum vitellos ponderis vncia
 rum quatuor: rosacei, quod sufficit. *Aliud.* Linteoli vsii cinerem cum rosaceo misce, & cera an
 chusæq; adiecta vtete.
Ad Sanguinis ex quavis parte Eruptionem. 91.
 Accipe foreos, atramenti sutorij, aluminis, chalcitidis, mystos, gypsi, gummi, singulorum drach
 mas octo: tritis vitior: valde bonum est, & experientia testimonio comprobatur. *Aliud.* Chalci
 tidis drachmas vj, resinæ frictæ drachmas iij, pulueris thuris drachmas duas: arido medicamine vt
 tor. *Ad Impetigines expertum.* 92.
 Ex his constat, Thuris maiculi, zingiberis, aloes, sulfuris ignem non experti, singulorum drach
 mas binas: aceto excepta penna illinito, loco prius lanco panno perfricato. *Aliud.* Ammoniacæ gut
 tæ, alcyonij, sulfuris ignem non experti, pares portiones: contere, & vtete.
Ad Dealbandam Faciem. 93.
 Accipe alcyonium combustum: & tritum, cum melle & farina misce, & deterge. *Aliud.* Lyfo
 mumudon terens ex aceto in Sole illinito. Aut ollarum florem terito ex aceto: deinde locum pan
 no perfricatum, quoad rubescat, in Sole inungito. **C** *Vt Facies munda fiat.* Buryro cum sapone mi
 sto faciem illine.
Ad Dolorem Vteri remedium Sanctorum argentum non possidentium. 94.
 Asarum cum pulegio potui offero. *Paximadum vocaturum, i. paris biscocti, purgatoria* 95.
 Accipe scammonix drach. ij, aut tres, mastiches drach. iij, apij seminis drach. ij, polypodij drach.
 iij, cinnamomi drach. j, fermenti mundi libram j: arida permisce, & subige diligenter.
Ad Necandos Culices. 96.
C Ex nigella & sutorio atramento suffimentum facito. *Ad Abigendos Serpentes.* 97.
 Chalbanum, cerui cornu, caprinæ vngulas, & lilij radicem, suffito. Ad morsum verò serpentis
 sal porrumq; imponuntur vtiter. *Ad Fugandos Pulices.* 98.
 Syluestris cucumeris foliorum decocto domum conspergito.
Ad Difficultatem Vrinæ Iumentorum. 99.
 Salsarum oliuarū quod intus ligneū est, conterito, & contegens per dies quinque suffumigato.
Ad Ictum Calami. 100.
Radici calami combustæ cinerem superimponito.
Ad Morsum Comitiale valde efficax. 101.
 Coturnicū cerebrū ex vnguento myrteo tritum stāneo vase reponito: & cum quēpiam morbo
 comitiali prolapsū videris, eo faciem illinito: admiraberis. n. huiusce naturalis auxiliij efficaciam,
 nam statim ægrotus consurget. *Ad Appetentiam Cibi excitandam.* 102.
 Accipe myrrham, thus, ammoniacum, mastichen: & ex oui albo tritis pectus visceraq; oblinito,
 & stupam superdato. *Ad Hirudines deuoratas.* 103.
 Eos, qui hirudines deuorant, aduersus Solē constituito: & locū, vbi in hæreant animaduertito,
 & garum ipsi instillato: statim. n. locū relinquūt, & expuuntur. Aut acetū cū butyro mistū, in quo
D ferrum candens extinctū sit, potui dato: hirudines. n. eiicit. Aut eum, qui hirudinem deuorauit, in
 calidam aquam mento tenuis demittito: phialam verò frigidæ plenā ori eius admoueto, sed potui ne
 dato: statim hirudo exibat. *Aliud.* Hirudines deuoratas calidum acetum absorptum excutiat: fuc
 cus yriacus epotus: aut suffitu cimices. *Ad Apum Ictus.* 104.
 Succus maluæ ab apibus ictos indolentes reddat. *Ad Serpentum Morsus.* 105.
 * Cornu ceruinum vsitum & ex aceto tritum illinito: aut furni fuliginem. Aut calami radices, &
 eicer, & baccas cupressi, & cornu cerui, combusta omnia tritaq; in vnum misceto, & ex aceto ac por
 ro propinato.
Ad Inflammationes à vena incisione factas, & Duritias humerorum, & Deustiones,
& Sanguinis concretiones. 106.
 Fermento tritico, cum axungia subacto, summo studio vtete: probatum enim est.
Ad Hydropicos. 107.
 * Stercus bubulum accipito, si mas ægrotet, maris: si foemina, foemina: in ollam nouam conijce,
 contege: operculum luto, ne difflatur, obline: ollam deinde super cinerem viuæ calcis per dies se
 piem statue. Octauo die detecta olla stercus exime: & aridum medicamentum vitreo vase repo
 ne. Cum vii voles, tres ligulas ex vino per septem dies exhibeto, sed in vino ruta n. feruefacias. Hæc
 potio

potio bene facit, etiam si tumores adsint, & œdemata: resiccat, euacuatq; per lotium: agrotus autem E non poter per totum diem, nisi ter, expertum nanq; est.

Vt Vinum odio sit, & quo modo Cauenda Ebrietas. 108.

Vinum, in quo anguilla suffocata sit, potui exhibitum, vini odium parit. Idem præstat & vna infertu facta. Si tutus ab ebrietate & morbo custodiri velis, folia rutæ edito: finiunt eadem capitis dolorem ex vino. Idem & acorus facit in cibum sumpta, & Thebaica palmula. Ebrietate non têtatur, * qui prius aut septem, aut nouem, aut vndecim amaras amygdalas ederit. Ita etiam qui pulmonem ouis elixum ieiunus ederit, quantumvis bibat, ebrietatem non sentiet.

Vt quis ex uno tantum vini scypho Ebrius fiat. 109.

Sarmentorum viridis aut aridæ vitis modicum comburens, in phiala, vbi vinum est, extinguito: statim ebrietate corripitur.

Ad Lenticulas in Facie. 110.

Baccarum lauri interiora ex melle trita illinito. Aut nucleum pineum mellis incoctum oculis imponito.

Ad Infantium Procidendam Sedem. 111.

Fabrorum aqua, in qua candens ferrum extinguitur, calefacta subluo, deinde cochleam combustam & in puluisculum redactam inspergito. F

Ad Gingiuas Pueri, & Dentis orientes. 112.

Rosarum floribus tritis ex melle illinito, aut ouis cerebro ex melle, aut butyro ex melle.

Ad Lac multum Creandum. 113.

••••• Sesami semen tritum ex passo potum, aut pissana elixa cum foeniculo absorpta, aut nasturtium cum brassica potum.

Ad Exstiones per Hyemem. 114.

Muria foueto. Et elixa lente & micis panis cum rosaceo tritis cataplasma facito.

Ad Aquosum Ramicem. 115.

* Plumbaginem cum sulfure, & aceto pauco, & oleo decoque, & illine locum. *Aliud.* Veteres nutes puridas contritas in mortario accipe & inunge. *Aliud.* Acetum potui dato, & cerui cornu vitum ad cataplasmatum modum imponito. Aut ex argenti spuma cum aceto & oleo mista ad Solem perungito.

Ad Vuluus incurabile in quauis corporis parte. 116.

Buglosson herbam euellito, & succisas radices curiose lotas in pila conterito, suillam axungiam aduicito, ac bene emolliens vulnere imponito. G

Ad Vomitum. 117.

Accipe apij radices quinque, foeniculi radices teneras quatuor, anelli drachmam, acetum, mel, & crocum merum: omnia siq; croco decoquantur: & post cocturam crocum iniiciatur, deturq; phiale dimidium.

Ad Aphias, hoc est Oris vlcera. 118.

••••• Oliuæ molles manducentur. Aut vna passæ agrestes aceto incoquantur, & ex eo colluatur.

Ad Capitis Tumores, quos T alpas nominant. 119.

••••• Locum prius mulso lauato, deinde bubulum fel inicitio, & leporis sterces, aut quod ex sapone confectum est. Aut rutæ succum in foramina instillato. Aut aristolochiam tritam in ipsa foramina cum aceto infundito.

De Viribus Ruta. 120.

Ruta in primis esui potuiq; data visum acuit: veneris appetentiam extinguit: capitis dolorem leuat, si quis teneris eius folijs capitis ossa contegat. Succus præterea rutæ cum foeniculi succo, & melle commissus atq; illitus hebetem visum acutiorem reddit. Idem præstat & seminis rhani succus ex mulso illitus. Menta quoque cum polenta in cataplasmatum modum imposita abscessus sanat.

Ad Supprimendum Sanguinem. 121.

••••• Beronicem mellis super prunas cocti plenam edendam apponito: & brassicæ ocyntiq; seminis, vtriusq; grana sex trita potui dato ex vino mulieri à multo sanguinis profluuio male habitæ.

Præfagium de Aegrotante. 122.

Salicis tenera folia contusa illinito: si roseus fiet, euadet: si viridis, morietur.

Ad Impediendam Venere. 123.

••••• Erucam sacerdotes edunt & rutam & viticem. Erucæ igitur semen ex melle, aut cum foenogracæ ieiuno illitum penem arrigi non sinit.

Ad Dolorem Oculorum. 124.

Crocum tritum, & cum liquore, qui à rosa stillauit, fermentatum, illinito.

Ad Capitis Dolorem. 125.

Si hæc adsint signa, oculorum tenebræ, capitis ipsius dolor, aurium sonus, nasi obstructio, summo mane oculorum lachrymæ, non nullis & oculi caligant: quibus hæc adsunt, caput hunc in modum purgato: origano hyssopo & sale nares perfricato, neque in posterum caput dolebit. Quod si neglexeris, morbi huiusmodi sequentur, obtusus visus, aurium sonus, capillorum casus, & dentium dolor.

De Pectore

A *De Pectore Humano.* 126.

Cum pectus aliquod vitium passurum est, in primis humiditatem in ipso sentire videtur: & in costis, crudis abundat humoribus, astuationem sitimq; habet, ipsius lingua aspera est & spumans, & lingulis horis salua decurrit. Conuenit autem ipsum à cœna vomere: aut summo mane stomachum purgare præsumptis raphani radicum corticibus, aut sinapi viridi, aut eruca, aut nasturtio ex aqua tepida, & statim vomens sanabitur. Si negligenter se gesserit, in spiritus difficultatem, & lateris dolores, & febres acutas incidet, atq; penitus somno carebit.

De Ventre. 127.

* Quando in ventre vitium aliquod suborturum est, primo tormina doloresq; in ventre sentiuntur: & alui suppressio, & excretio: & in ipso cibi perturbantur, & potiones amaræ videntur: & grauitas in genubus, & circa lumbos renesq; dolores sunt: & omnino febricitabit. His ita se habentibus, simplicibus medicinis purgare oportet. Cnicum igitur contusum, & aqua dissolutum, potui dato. ••••• Aut brassicæ, aut betæ succum melle conditum adiecto modico salis propinato, & miraberis. Si res neglecta fuerit, difficultas intestinorum, delidendi immoderata cupiditas, & dorsi dolores impendent.

Ad Grauem Auditum, & Aurium Sonum. 128.

* Nitrum in acetum conice, oleumq; roseum & vinum infunde, & capitis posteriora inunge. B *Aliud.* Nigri veratri radicem in aurem conice, & sanabitur: expertum enim est.

Ad Custodiendam Vitam. 129.

••••• Centaurij decocto palmites vitis conspergito: hoc canes, vulpes, & cœli volatilia propulsat.

Ad Vteri Strangulatus. 130.

Os cordis cerui accipe, tere, & potui da mulieri: & videbis gloriam Dei.

Ad Lumbricos mirabile remedium. 131.

Nigellam tritam ex garo potui dato.

Ad Dignoscendum Mas'ne, an Fœmina, Sterilis sit. 132.

* Lentem in vtriusq; vrinam separatim conice: & vtrius lens germinabit, ille est filium creans, cuius verò lens non germinat, ille sterilis est.

Ad Rigorem. 133.

* Scribe in tribus malis Pepopulas: aut ita dicito, Sauus, drauus, danonus, danubius: & esui dato.

Confectio Gari Iochi martyropolita. 134.

••••• Accipe frustulorum panis non fermentati, non conditi, putrefacti, libram: nigellæ tziaricam, femicontusam mentam, calamintham, bunifam aridam, vtrâque semilibræ pondere: rutæ, syluestris thymbræ, foeniculi, singulorum tramia quadraginta: anisi tramia triginta, nanachuâ tramia quadraginta, vuarum passarum pinguium maturarum semilibram, palmularum mundarum tziaricam: mellis veri, hilari melisij semilibram: sacchari cantij tziaricam: rosarum aridarum, aut humoris ab ipsis per ignem extracti, tramia centum. Hæc in doliolum cum aqua conicienda sunt, Soliq; per quadraginta dies exponenda. Ipsi verò aduicere oportet in puro linteolo deligata ligni aloes tramia quinque, spicæ tramia septem, Caryophyllorum tramia duo, croci tramia tria: mastiches, thuris, vtriusque tramia decem: struthij corticis tramia quindecim, musci tramium, ampar tramia duo.

••••• Omnia linteolo inclusa in dolioli medium succum demittito: & per quadraginta dies quotidie terito, & exprimito, suspendens videlicet in doliolo in medio succo & post quadraginta dies aquâ succo superfluitantem colligito, & in altero vase reponito: & in succum alterâ aquam inicitio, & vtrâq; insolato. Sed postquam totum ius coactum fuerit in altero vase, tunc in nitido cacabo aut in ollavsq; ad tertias decoquito, & cotoneis maturis impleto: linteolum autem nunquam de medio garo exinmito: & optimum garum, omnibusq; hominibus vtile conficies.

De Capitis Dolo Barnabæ monachi. 135.

Accipe farinam fabaceam, quantum manu capere potes: & mastiches, cuminiq; parum, in vnâ miscere oportet cum succo malorum cotoneorum: emplastrum facito, & membranæ illitum fronti dimponito.

Ad Vrina Difficultatem. 136.

Vnguentum optimum in vrinarium iter infundito, statim vrinam reddet. Aut mel, & syluestre canabim, in vnum misce, & perinæo impone. Aut muscum in vrinarium meatum immitte.

Ad Sanguinis è Naribus profluuium. 137.

••••• Canabina folia trita & arida in nares sufflato. Aut pannum lineum combustum ex acri aceto in nares immittito.

Ad Vteros. 138.

* Obsonium è iusculo, & amanetarium verum, & cardid: vsta ex vino veteri potui dato.

Ne Arbor Fructum amittat. 139.

••••• Liliij radicem arbori suspendito: ibiq; fructus hærebit, & non cadet.

Ad Vuluus. 140.

••••• Cor cum pelle & cornu cerui combure, & ex oleo inunge.

Ad Stomachum. 141.

••••• Rutam & thymbram cum ouo: & cuminum, & mentæ radices potui dato.

Ad Impetigines. 142.

••••• Pipere trito ex muliebri lacte inungito, & sanabitur.

Ad Dolorem Dentium. 143.

••••• Quorum putamina, sapiam, & oleum misceto: & coquito, donec tertia pars relinquantur: & tepidum ore contineto.

Ad Lumbricos ventris. 144.

••••• Cornu cerui ramenta ex vino veteri potui dato à balneo.

Ad Vrina

- Ad Vrinae Difficultatem.* 145. E.
Coriandrum, mentam, & aquam cum melle decoquito, quoad tertia pars superfit, & in potum offerro. *Ad Vlnas, dulce.* 146.
Suillum finum cum oleo & acri aceto misceto: & locum prius setaceo panno excoriatum inungito. *Ad Dolorem Lateris.* 147.
Palsuri radicem vino incoquito, donec tertia pars remaneat: & à balneo potui exhibeto. *Ad Iecur & Stomachum.* 148.
Accipe aloes, & spicæ, vtriusque miliarium: ex vino à balneo propinato. *Ad Conciliandum Somnum.* 149.
Caprinum finum cum trixagine ad luti spissitudinem misceto, & faciem oblinito. *Ad Tussim.* 150.
Raphani semen & foeniculi ex melle potui dato. *Ad Cordis Dolorem.* 151.
Rutam, & lini, foeniculiq; semen cordi imponito. *Ad Lumbricos aluum occupantes.* 152.
Lupinos, lauri baccas, taurinum fel misceto, & vmbilico superdato. *Ad Hemorrhoidas.* 153. F
Testudinis testa suffita bene facit. *Ad Exustionem.* 154.
Ouorum afforum vitellos in sartagine combure, & in modum emplastri impone. *Ad Prurium.* 155.
Garum, sulfur ignem non expertum, & oleum misce, & inunge: effectum miraberis. *Ad Morbum Regium.* 156.
Chrysolachani semen, mel, & crocum confundito, & in lectulo cubantem illinito: bene facit. *Ad Vermes.* 157.
Chamaeleonis radicem contunde, & vrticæ summitates contritas iniice. *Ad Tussim.* 158.
Foeniculi radices contritas ieiuno potui dato: admirabile remedium est. *Ad Comam.* 159.
Maluam, & saluæ radicem, conterito diligenter, & in vas cum generoso vino conuicito, à balneoq; comam illinito. *Ad Aurium Dolores.* 160.
Rubi succus expressus, tepefactus, & in aurem infusus dolorem finit. *Ad Regium Morbum.* 161.
Chrysolachani contusi, mellis, vtriusque ligulam vnam, ex vino calido ieiuno exhibe. *Aliud valde bonum.* In dextram aurem iacenti tenuem venam cædito: & sanguine effluente utilitatem miraberis. Si lienis verò doleat, idem facito in sinistrum latus iacenti. *Ad Iecinorosos, Lienosos, & à Stomacho laborantes, presentissimum remedium.* 162.
Viticis grana esui potuiq; ex vino mane vespertiq; exhibeto. *Aliud.* Apij & petroselinum macedonici semen, & cicet, & viticis semen: omnia conterito, & ex vino calido potui dato. *Remedium ad Renum vitia.* 163.
Erucae, nasturtij, raphani semina, conterito, & melle attico comprehendito, & ex vino vetere drachmam potui concedito. *Basilij scilicet Melitini de Ratione victus ad regium notarium grammaticum, Confectio Vini perspicui & coccini.* 164.
Dolium vino impleto, quantum fuerint mensuræ viginti: & ex ipso mensuræ duas accipe, & in lapideam ollam confice: & adde seminis foeniculi, lini, lingulorum miliaria centum: anisi miliaria l. cum his bene feruefacere oportet: & ex sacculo percolare, & sextarium in dolium mittere: deinde accipe trispidij miliaria centum, caryophyllorum miliaria quinque, croci miliarium: cyperi, ligni aloes, vtriusque miliaria quinque: omnia in vnum trita & cribrata lineo linteolo inuoluito, & in medio dolio statuito, atque vitor. *Eiusdem Roborantia Stomachum pituita plenum, & dolorem capiti inferentem.* 165.
Te oportet singulis diebus rosei mellis miliaria viginti accipere, apij seminis miliarium vnum, anisi miliarium semis: & ieiunare vsq; ad meridiem, & tunc cibum capere. Nam propterea ita te facere statuimus, quoniam rosa stomachum confirmat, mastiche calefacit: foeniculum & apium, si in iecinore ac liene multitudinem atrorum succorum offenderint, detrahunt, & per lotium eiciunt absq; molestia: anisum verò, eo qd flatu à ventre disticit, stomachumq; corroborat. Idcirco te vsq; ad meridiem cibo abstinere præcepimus, vt ne alter morbus appareret, vtq; vis herbarum diutius in ventriculo moraretur. Cum verò decem dies præterierint, eundem ordinem assidue obseruato cum roseo saccharo, vt stomacho robur addatur, viasq; indolenter. Fecimus autem & de alimento sermonem hunc in modum. *Ratio victus in eibus & ieiunio.* 166.
Primo die amygdalas amaras decem cum pane & vino, quantum satis sit, te edere conuenit. Secundo die mel cum pane & vino, quod sufficiat, edito. Tertio die agni anniculi carne vscaris: eius scapulam elixam igne torreto, cum pane biscotto & vino quod satis, edito. Quarto die oryzam solam aqua incoctam addito melle cum pane & vino, quantum sufficit, edito. Quinto die grana punici mali, amygdalas, allium, cum dauco, ficis aridis, & vuis passis decoque: & vescere cum pane & vino,

- Avino, quod sufficiat. Sexto die similem carnem anniculam in sartagine cum dauco decoquito, & vescere: panis & vini, quod satis est, addito, vt vis punici mali obtundatur, frigida enim est: atque ideo malum punicum adiectum fuit, vt quæ antea per quinque dies assumpta fuerant, refrigerarentur, erant enim re vera calida. Septimo die carnem minutatim concisam cum cicere & condimentis decoque: & vescere, quantum satis est. Octavo die carnem cum aceto, caricis, amygdalis, nucibus syriacis, croco, dauco, passis vuis, cum aliis carnibus concisis, cum melle, quod satis sit, decoque: & vescere cum vino, quantum sufficit. Decimo autem die ciborum ieiunijq; ratio ita se habet: mali punici granum, quemadmodum & prædicta, decoque: & cum vino, quod sufficit, æde. Hæc est sumendi cibi ratio: semper tempore cœnæ menta ex melle vitor, vt cibi conficiantur, & ne pituita vtriusculi abundet. Quod autem bona valetudine fruaris, venam sine noxia causa ne secato. Quod si morbus caput tentauerit, venam caluarie secato, & extrahe sanguinis miliaria decem: hoc autem bis feceris & aprilii mense, & septembri, per triduum ante & post abstinentiã imperans. Auxiliũ quoque bis prædictis mensibus deuorato: & capitulis papaueris, vt dormias vtere: caueasq; a coitu: qd si velis, semel in septimana post noctem mediam id facito. At Iulio mense & Augusto te per biduum vomere oportet: vtrumq; quoniam per diem vnicum stomachus purgari non potest. Quando autem vomis, caueto, ne aquam prius, aut postea biberis: dumq; vomis, oculos velato, & deligato, stansq; vomito loco edito, aut super fluuium: à vomitu li sitias, bibe zulapitũ, & sobrius esto. Te vti lauatione oportet mense Aprilii vsq; in totum Nouembrem: cæteris mensibus abstineto: qd si lauari volueris, semel tantum in septimana lauator, idq; semper ieiunus. Si sitias, temperatam aquam bibito: & balneum egressus oleo, & mulieris lacte, quæ scem inam peperit, caput irrigato: per noctem autem pedes calenti aqua cum sulfuribus foueto. *Ad Capitis Dolorem.* 167.
Accipe amygdalarum libras tres, seminum cucurbitæ libram vnam: oleo ab vtriusq; expresso, capitis verticem, nares, pedes ac manus inungito. *Aduersus Vini Noxam.* 168.
Cotonea mala matura dulcia accipito, & mundato: deinde succum exprime, & in vinũ infunde. *Inunctio experta ad Artuum Dolorem, Manuum pedumq; intertrimenta, corruptelas, adustiones hyemis & venti manus pedesq; ladentis, qui Sarracenicæ lingua Tlen dicitur. Cõpositio ita se habet.* 169.
Accipe axungie anterinæ partes duas, & medullam ceruorum iurenium, & martafancem raparã, & mel super carbones decoctum & percolatum: pone in lapideum leberem, & feruefacito, quoad prædicta pinguia tabescant: quibus adhuc calidis martafancem iniicito: & cum prorsum refluxerint, mel addito, & bene instar malagmatis subigito: & ad ignem, aut in furno inungito, & bene perfricato: tantisper autem inunge, donec dolor abscesserit. *Ad Aegyptias, fistulas angulorum oculi.* 170.
Taurinum fel, & liquidam picem, & acetum, in vnum miscens, emplastrum conficito, & imponito. Aut rutæ folia cum chorygio in foramina inmittito. *Ad Vulnera Incurabilia.* 171.
Ariore panij radicem in vinum dulce demittito, & ægrotanti potui dato. *Ad Pulmonum Inflammationes.* 172.
Piperis grana xv, salis micæ non lotas totidem: terito, & teaphen addito, in vnumq; cogito: & cū fumo gallinæ rufæ, atq; oleo inungito. Aut dauci semen, & nigellã, & porrũ cõtere, & potui exhibe. *Ad Alpes.* 173.
Accipe trixaginem & hordeaceam farinam cum melle fermentato, & inungito, & in modum cataplasmatismis imponito. *Ad Dolorem Ventris & Stomachi.* 174.
Thus cum vino antiquo in cacabum conuicito, & donec tertia pars superfit, decoquito, atq; ita in balneo propinato. Aut oleum & vinum perinde coquito, & tepidum in balneo potui dato. *Ad Stomachi vitia.* 175.
Cuminum & cinnamomum cõterito: & myrrhã, mastichẽ, & bliscune modicũ aduicito: deinde cocta & mista potui offerro. Aut mentæ ramulos tres, & grana punici mali, & palmulas propinato. *Ad Debilitatem Genuum.* 176.
Lini semen & mel in aqua feruefacito, & cordi in modum cataplasmatismis imponito. *Ad Dolorem Lateris.* 177.
Ex cumino triticea farina & vino veteri cataplasma facito, & cordi superdato. *Ad Lienosos.* 178.
Brassicæ folia, ammoniacũ, acre acetũ: omnia misceto, conterito, & locum per triduum oblinito. Aut plataní folia aqua incoquito, quoad tertia pars superfit, & potui dato. Aut brassicæ folia igne torreto, & trita ex vino propinato. *Ad Profluuium Sanguinis muliebri.* 178.
Taurini cornu ramenta ex aqua pota sanguinis profluuium sistunt. Aut lulacem, & brassicæ semina, & scammoniam, in vnum misceto, & potanda exhibeto. *Ad Stomachi Compressionem.* 180.
Accipe gallas tritas, & rhoi flores, aut mali coria, & vsq; ad tertiam partem decocta: aut foenigræ ci melli incocti ius, potui dato. *Ad Cæliacos, hoc est ventriculosos.* 181.
Nasturtij semẽ in nouã ollã confice, & decoque: deinde ouũ separatim elixa, & eius putamẽ detrahit

trahito, & ipsum diligenter conterito: & nasturtij semini elixo adiecto, & vna feruefacito: atq; si velit agrotans, edito, sin id non possit, aquam potato. Aut taurinos renes frictos potui dato. Aut veterem cafeum acri aceto incoctum ieiuno esui concedito. *Ad Vrine Difficultatem.* 182.

Pagurum fluuiatilem conterito, & panniculo expressum potui exhibeto. Aut sceniculi radices ad tertiam partem decoctas laboranti propinato.

Ad Exterius prominentes Anilumores. 183.

Viuam calcem & recens auripigmentu in vnu mista imposito. *Ad Artuum Dolores.* 184.

Quinqueneruium & scorpidium & acetum modicum misceto, & locum oblinito. Aut sinapi & caricas in vnum conterito, & in balneo superdato. *Ad Dolorem Genium.* 185.

Maluam, hordei farinam, lini semen, vna contere: & in sartagine cum oleo fricta loco impone. *Ad Ossa Fracta.* 186.

Accipe picem, thuris puluerem, palmulas, maluae florem, oui album: omnia mista imposito, & stupa superaddita, calamis ac fascia deligato: sanabitur. *Ad Quartanam.* 187.

Vinum vetus trixaginem incoctam habens ter potui dato. *Ad Morsum Scorpij.* 188.

Testam igne candentem impone. Aut alam ex melle potui dato. Aut humum respiciens, quem F lapidem premebas, cum imposito. *Ad Veneficia & Praestigia.* 189.

Caridion & latum cuminum & zochij radicem ad tertiam partem decoque: & ex vino vetere potui da. Gestet & glaucum ossa: haec enim suffita demonas abigunt. *Vt Mulier concipiat.* 190.

Leporis vterum frige, tritumq; assidue propina: habeat autem & leporis sanguinem. Aut vulpis stercus cum feuo bubulo misce, & mulieris viriq; genitalia inunge. *Ad Fatium in utero Mortuum.* 191.

Muliebre lac cu melle & radicibus amaranthi potui dato, & exhibit. *Vt Lac abundet.* 192.

Foeniculum & anethum cum melle & vino decoque, & quotidie mammas obline: lacte mulier affluet. *Ad Vteros.* 193.

* Gallinam iugulato, & festucam lineo panniculo inuolutam intra eam condito, atq; ita elixato: ius potui dato: sicut vero gallinae oculos, & manetarem verum, & caridion vre, & propina. *De Inuolutario Mitsu.* 194.

Galligulam gutturi annexa concidito, & vrito, ac diligenter terito, & ex vino vetere potui dato. *Ad Roborandum Penem.* 195. G

* Rapi semen tritum melli admisceo: & panniculo attrito illitum peni circumdato. *Ad Scabiem Vnguium.* 196.

* Sinapi mentamq; ex aceto coctam imposito. *Ad Intertrigines.* 197.

Mulcum marinum aqua marinae incoquito, & expresso humore imposito. *Ad Podagram.* 198.

Accipe myrrham Mur vocatam, herbamq; policarem, aut pyzurcatum mystri mensura ex aceto, pedes illinito. *Ad Roborandum Stomachum.* 199.

* Accipe lignum aloes, acorum, cyperum, mastichen, thus, nigellam, sceniculum, & spanthos: valde conterito, & in vnum corpus redigito: & ex succo punici mali & melle super carbones cocto potui offeras. *Ad Sputum.* 200.

Rosaceum Zupha, aut hyssopi, quod ad Tussim facit, & Angustiam & Dolorē Pectoris. Compositio haec est.

* Accipe mansiacorum drach. ij, vnapia, vel zizipha numero viginti, zepistania, vel myxia totidem, ficos aspr. dulces numero xv, aut dulcem radicem semirritam mensura drachmae: chafchalis contusi, vel papaueris capitulorum drach. v: parefausa, vel polytrichi, drach. ij: anefuen, vel dulcis aneli drach. ij: tolme caraus, vel apij seminis, drach. ij: vuas passas, grana bona logaricae s. zupha vel H hyssopi drach. ij: rhazani, vel seminis foeniculi, drach. duas. Vuas passas, granaq; mista lauato: & emoschalam ex aqua refrigera per diem vnum & summo mane: vt elixatum cum praedicto videlicet logaricyon vnc. iij: & tantisper decoquatur, donec aqua remaneat logarica vna & semis: & tunc percoletur, vt certo sciatur in ipsa nullam remanere materiam: deinde sacchari logaricam vnam addito, vt zuplion fiat: & quotidie vnum potato per dies octo, & oleum amygdalinum instillato.

Ad Vomitum Biliofum. 201.

Bilem vomentibus huiusmodi cataplasma adhibendum est, quod ex his constat: Palmulis malicorio gallis in vino aut posca incoctis & pane exceptis. Acacia praeterea, hypocistis, & balauftia, & rhus cataplasmatibus adiciantur. Item cucurbitula magna cum multa flamma stomacho si affigatur, bene facit. Cibum paucus & crebro exhibendus est. Verum ad atram bilem vomentes & stomachum inflatum spongas aceto acerrimo calido imbutas adhibeto. Aut ex hederæ folijs vino incoctis cataplasma facito. *De Singultu.* 202.

Singultus aut ex repletione, aut ex inanitate, aut ob acres humores stomachum mordentes, excitatur: quibus vomitum reiectis desinit. Plerique autem, si compositione ex tribus piperibus deuorata, mox vinum biberint, singultire solent. Cibo praeterea in mordacem qualitatem corrupto quidam

Adam singultunt. Vomitum sane ob plenitudinem aut morsum singultientibus remedio esse inuenimus: calorem iis, qui ex refrigeratione. Si vero ex humorum copia singultus fiat, euacuare vehementius oportet, id sternutatio praestabit: sed ab euacuatione singultum iternitatio non curat. Singultientibus autem ruta ex vino danda est, aut nitrum ex mulla, aut feseli, aut daucum, aut cuminū, aut zingiber, aut calaminta, aut nardum gallicum. Haec singultibus ex cibi corruptela, aut ex frigore, aut ex multitudine ciborum, auxilia sunt. Ad eos vero, qui ob frigidorum, aut crassorum succorum multitudinem singultunt, castorium ex posca potui datum bene facit: cuti quoque ex oleo vetere cucumerino illitum prodest. Scillinum quoq; aut mullum acetum potum iuuat. Item spiritus retentio magnifice singultum discutit.

Ad Pedum Intermittentia, Scissuras, & Perniones. C. A. P. 203.

* Rubricae, vel tinopidis, & cimoliae, paribus portionibus ex caprifici succo illinito. *Aliud.* Hederam, calamintham, & salem, in aqua simul incoquito diligenter, ac pedes semel atq; iterum lauato: & sanitatem recuperant. *Aliud.* Muriam crassam cum feceris, calidae aquae admisceo: ex ea pedes ac perniones foueto. Tertium, sal, cuminum, oleumq; misceantur: & prius inunctos pedes illinito curiose: nam per occultos sensibus meatus materia elabitur.

Ad Podagram. 204.

* Semperuiui succo diligenter cocto vttere. *Aliud.* Vini succum asinino lacti, ac dulci vino admisce, & illine. *Aliud.* Phocae aut leonis aut lupi aut vulpis corium siquis elaboret, & calceos gesserit, pedes non dolebunt. *Aliud.* Vesperilionis tres aquae pluuiatili incoquito: deinde haec aquae adiecto, lini seminis triti vncias quatuor, oua cruda tria, olei cyathum vnum: bubuli stercoris, cerae, vtriusque vncias quatuor: omnia in vnum corpus redacta subigito, & cubitum eunti semel atque iterum applicato.

Aceti Scillini compositio ex Galeno. 205.

Remedium optimum ex scilla a Pythagora scribitur, quo omnes Imperatores vsi sunt. Ab ipsius auctore fertur, quicunq; hoc vtantur, longae vitae fore, & eius extrema integra vsque ad finem permansura. Et ipse quidem Samius senex huiusmodi extitit: quantum enim temporis vixerit, haud ignoras: de ipso enim in libro traditum est, qd cum suis consanguineis hanc facultatem communicauit, cumq; hoc medicamento vti incepit, quinquagesimum annum natus erat, & vsque ad centesimumdecimum septimum vitam produxit integer, & nulla vnquam aduersa valetudine tentatus. Haec sane medicamenti autor differuit, qui vir philosophus erat mentiri nescius: nos autem vtri huius fidei periculum fecimus, ac firmam constantemq; huiusce medicamenti facultatem esse testamur. Oportet igitur scillam montanam librae vnus pondere capientem dura circumcidere, & mollia minutatim concidere: & aceti acerrimi sextarios octo in vitreum vas mittere, atque obturare: ac per triginta dies in caniculae caloribus, vt maceretur sinere: deinde scillam extractam exprime. Id genus aceti parum mane sorbeto: tibi enim haec euenient, vt ne faucium oris que partes vnquam remolleant: os ventriculi bene valebit, facile spiritum duces, vox recte habebit, oculi acutissime cernent, aures in officio manebunt, nullusq; flatuosus vapor in ventre vnquam excitabitur, nullum viscus suspensum erit: bene spirans, bene coloratus deges, ad ciuilia negotia recte affectus: non acidum, non falsum rucabis, si aliquid aceti huius assumpseris. Et ieiunus vt assumas praecipio, septemq; postea stadios deambules, ita enim dissoluetur. Hoc aceto qui vitur, in victu quamuis licentiosus esto: omnia enim cibaria conficiet, & a nullo vnquam offensam patietur: neque valde implebitur, & eius, quod vtiliter sumitur, nihil superuacui in corpore relidebit, non flatu, non bilis, non stercus, non vrina, sed omnia facile excernit atque educit: aluus lubrica omnino est, totiusq; corporis purgatorium est medicamentum, etiam si in offibus sordes inhaereant. Item phthysicos ab omnibus deploratos hoc medicamento sanitati restitutos nouimus. Morbo comitiali diuturno efficaciter profuit, vt nisi post longa temporis interualla non redierit: incipientem vero ac nouum perfecte discutit, neq; reuerti amplius hunc affectum permittit. Ad podagras praeterea, & articulorum morbos, iecoris lienisq; duritias, vehementer facit. Et singulares quidem aceti scillini effectus hi sunt: communes autem quam plurimi, quibus nos commoti salutare hoc medicamentum sanitatis integritatisq; causa tibi tradidimus. Deficit.

Vini Scillini compositio ex Galeno.

Vinum hoc potui datum omnem sanitatem affert. Humores enim attenuat, sed maxime pituitam: neq; ipsam in stomacho, aut ventre, aut capite, aut iecore, aut liene, aut neruis, aut ossibus, consistere permittit, neq; alium id genus tenacem humorē obstructions facientem, sed omnia dissoluit, & ventrem lenit, atq; ita subducit. Et vrinam mouet, & p ipsam causas attenuat excernitq;. A deo vero caput purgat, vt nares prorsus humore vacent. Commodum est podagrae, articulari & comitiali morbo: deniq; ois sanitatis autor est. Ex his constat. Scilla alba montana circiter canis exortu accipito librae pondere: per dies decem in umbra refrigera: deinde scillae folia refrigerata in vitreum vas mitte, & vini albi veteris sextarios duodecim super funde, & suspensum vas per quadraginta dies habeto: postea scillam exime, & abice: & vino ad antedicta vitia vttere, & eius vim percipies. Subinde ante cibum vini duas vncias exhibe: sin t a cibo, 3 vnciam media. Quod si ipsum potui commodum efficere

† Aliter summo.

efficere velis, vt magis deleat, mellis sextarios duos aut tres admisceto.

Medicamentum, quod Manducatum Stomachi pituitam detrahitis, Gargarizatum

Caput purgat. C.A.P. 206.

Origanum, gummi, hyssopum, sampfucum, pulegium, thymum, passi vncijs iij incoquito, donec vna remaneat: & gargarizandum dato: excutit. n. etiam pulmonis materias, si manducetur. Id autem quotidie facio: probatum est enim. *Ad Vrinam reddentes egre, aut nequaquam. 207.*

Lectuli cimices terito, & vrinarium foramen illinito: statim vrina decurret. Id etiam ad pueros mingere nequecuntes benefacit.

Ad Calculos, & Vrinam prouocandam. 208.

Baccarum lauri, & piperis, æquas portiones terito & cribrato: & ex mullâ mensura vna exhibeto: mullâ verò calida esto. *Aliud Lapidem atterens, mulieribus virisq; Vrinam prouocans. Lauri corticem aquæ incoque & permisce, sorbentiumq; propinato: vehementer facit.*

Ad Sanguinis Mictum. 209.

Accipe zingiberis drach. ij, brassicæ seminis drach. iij, papaueris drachmam succo excipe, & globulos facio. laborantiq; exhibeto. *Ad Vrinam Stillicidium. 210.*

Thymi & sceniculi æquas portiones conterito, & ex aqua temperata calida potui dato.

Ad Dolorem Vire vrinariæ, & Difficultatem mictus, atque spiritus, & ad Sanguineum lotium, & Calculum. 211.

Afari, myrtos, nardi gallici, æquas portiones accipito: melle attico cuius spuma abiecta sit, excipito: & dato nucis ponticæ magnitudinem: facit enim etiam senes conualescere, quibus effluxus scior est, eumq; validiorem reddit. *Ad Inuoluntarium Vrinæ exitum. 212.*

Lilij radicem elixam potui dato. Alterci quoq; succum aut semen in vino & lacte maceratum corio cerui includito, & dextro femori appendito: miraberis. *Aliud. Apri vngulas vltas ex vino potui dato. Aut galli testem vltum edendum apponito. Ad Inuoluntarium Mictum. Cochleam cum testa vltam tritamq; ex vino cubitum eunti potui offero.*

Ad Difficultatem Vrinæ, & Calculum. 213.

Linifemen, piper, petroselinum, tusa & creta: ex condito accipe cochlearium vnum.

Ad Exterendos Calculos expertum. 214.

Scorpiones marinos exiguos tres integros comburito, & cinerem ex condito propinato.

Ad Supprimendum Aluum. 215.

Rhun atq; otyzam vino incoque, donec tertia pars remaneat, & per inferiores partes immitte. *G* Aut vinū austerum, in quo hirci iecur incoctum sit, potui dato. Aut gallas vltas bene terito, & suillam adipem misceto, frictasq; ex aceto esui dato laboranti * piperis drachmam, farinæ lupinorum drachmastres, mellis ligulam.

Ad Citandum Sudorem, & Finiendam Febrem. 216.

Cachrys semen ex oleo illitum. Aut pyrethrum ex oleo calefactum & illitum horæ vnius intervallo post annotationem. *Ad Canis Morsum. 217.*

Vriticæ semen emplastri modo impositū. Aut nigri marrubij folia similiter. Aut apiastrū ex vino potum, vel moribus impositum. Aut allium illitum, aut assum, potui esuiq; datum. *Ad Morsum Canis rabiosi. Brassicæ folia cum lactere ex aceto trita imponito: per se. n. brassica rabiosi canis moribus aduersatur, & ipsius decoctum potui exhibitū. Elixia autē brassica ante alios cibos assumpta phthilicos sanat, & arteriæ vitia emendat: contrita verò & licni superdata ipsam consumit.*

Ad Anginam, & Colli dolorem. 218.

Alba populus arida, trita, & ex melle illita collo. Aut nasturtij semen, & columbinum simum ex melle, instar cataplasmatum imponito.

Ad Internas Ani prominentias. 219. H

Amaranthum aqua maceratum mane vespertiq; potui dato.

Ad Lienem Cataplasma valde efficax. 220.

Inulam, sinapi, baccas lauri Æm proportionem: accipe & tere: deinde nucis nouæ corticem parū contundito, mox in pilam coniectum validius terito, & eximens aceto acri macerato per triduum: & omnia in vnum redigēs cum succo Tiberiadis vsq; ad cataplasmatum temperaturam decoquito: & licni summo mane per octo dies imponito euacuato prius ventre, atq; miraberis. *Aliud ad Comminuendum Lienem. Capparis radicem vnc. iij, calcis vitæ vnc. iij, contusas cribratas, acetoq; committas, imponito non diutius horæ spatio: totus liens absumentur. Aliud. Brassicæ decoctum solum ex aceto mullō ieiuno potui dato. Aut rubi radicem vsq; ad tertiam partem decoque, & decoctum per triduum dato. Aliud. Corticem nucis aceto ac melli incoctam ieiuno propinato. Aut ferrum candens in mullō extinguito, & potui dato: admirabile est.*

Ad Nigros Dentes. 221.

Palmularum ossibus mastiche & melle dentes per septem dies perfricato: & albi redduntur.

Ad Lumbricos alui. 222.

Lupinos, lauri folia, ac fel taurinum misce, ymbilico impone: id bene facit.

Ad Interiores

A Ad Interiores Exterioresq; Ani prominentias. C.A.P. 223.

Amylum, picē, aquā, vnā feruefacito, donec tertia pars remaneat: ac per septem dies potui dato.

Ad Dolorem Aurium. 224.

Vitis racemum capiens in sartagine frigito cum oleo, auriq; instillato: & conualescet.

Ad Hirundines. 225.

Aristolochiam terito, & sale conspergito.

Ad Calculos. 226.

Lauri baccas piperq; misceto æqua mēsurā, & ex mullâ mystrū vnū dato. *Aliud Calculos frangēs.*

Lauri corticē aq̄ incoquito, quoad tertia pars supsit, & forbēdū exhibeto. *Aliud Calculos frangēs.*

Turturis sterco vltum ex mullâ p̄beto, lapides. n. per vrinā exturbat. *Aliud expertū ad Calculos.*

Struthij, rha pontici, capparis, singulorū drac. accipito: dato quotidie ex vino albo drach. & per mictum subdidentia calculosam eficiet. *Aliud. Origanū in aqua vsq; ad tertiam decoquito, & decocti cyathum vnū potui dato. Ad Stillicidium, & Difficultatē vrinæ, & primo ad Stillicidium. 227.*

Fœniculi, seminis palmularum Thebaicarū, pares portiones cōterito, & ex aqua tēperata calidas propinato. *Ad Vrinam Difficultatē & Stillicidium. Colli, mellis, aq̄ cyathos nouē, accipe: des potui craterē, mercede prius peita. Aliud. Cyperi asiatici triti cochleariū vnū, ex vino meraco, aut ex*

B melle exhibeto: periculū de ipso factū est. *Ad Vrinam Difficultatē. Petroselinū macedonicū terito, & ligulā vnā exhibeto. Ad Stillicidium. Cucurbitā aridā cōterito, vt faring instar sit: cuius exiguū co*

cleariū ex aqua potui dato. Ad Mingentes in stratis. Leporis cerebrum ex vino p̄pinato. Aliud.

Vescā assam esui dato p̄ tridū. Aut cyperi tritū* potui dato. Aut leporis testiculū ex vino odorato tepido propinato. *Ad Stillicidium. Thus accipe, & in vino diutius feruefacito, propinatoq; p̄ triduum*. Accipiens Raphida marinum pisciculum, comburito, & potui cinerem offero.*

Ad Impetigines. 228.

Cornu ceruini ramenta acerrimo aceto incoquito, vsq; dū tertia pars remaneat: ex eo illinito.

Ad Feras Impetigines. 229.

Hordei farinā aceto acri p̄miltā imponito. Aut hastulæ regiæ radice ex aceto trita illinito frequēter. Aut lineū p̄aniculū super cādē ferro cōburito, & illinito. Aut nucis virentia folia cataplasmatum modo imponito: hoc & ad scabiem facit. *Ad Penis Dolorem, & inflammationem. 230.*

Cuminū & ouorū putamina bñ decoqto, & foueto: effectū miraberis. *Ad Impetigines. 231.*

Allium, & theaphen, aquam, & oleum: omnia misceto, & illinito.

Cataplasma ad Vulnera recentia à gladio aut ligno illata. 232.

C Salicis folia trita imponito, & sanguinem profluentem supprimes, & vulnera glutinabis, atque sanabis. Aut ouillum simum ex oleo tritum instar cataplasmatum imponito.

Ad Perniciosa Medicamenta. 233.

Rutā, sicū, & nucē terito, ac ex vino portione dato. Aut fulicæ sanguis liquidus ex oleo potus ieruatā potu venenosi medicamenti, & a viperæ morfu liberat. *Ad Fluxionem Gutturis. 234.*

Nido hirundinis trito ex aceto illinito. *Ad Mammarium mulierum Tumores. 235.*

Caprinum sterco aridum ex vino meraco imponito: inflammationem enim dissoluit.

Ad Dolorem Capitis lupinum. 236.

Suillum simum comburito, & cinerem mellī admisceto, caputq; rasum inungito, ac super brassicæ folia dato. *Ad Tussim, & Hæticam febrem. 237.*

Styracem & brassicæ succū simul terito, & fermentatos ieiuno & cubitū eū exhibeto. Aut laurei olei, & vini generosi, vtriusq; drach. ij, misce & calefacias* in balneo interius: & vinū oleumq; calidum temperato, & stomachū foueto. *Aliud. Lixiuū percolatū calefacito, & tussientis pedes foueto, & spongia deterfos inunge, & foue: id verò tussibus medetur. Ad Tusses. 238.*

D Resinā ex vino vetere tritā ieiuno potui dato, & pulegiū in posca decoctū: & beronicē cū melle

fermentatā esui dato. Aut raphanū tostū mane ac vespertiq; edēdū apponito. Aut butyrum insullum, quanta est nucis regiæ magnitudo, deurato. *Ad Humores Pectore contentos. 239.*

Vriticæ folia cum pitissana decocta potui dato: bene facit ad inflationes, & materiam ex pectore euocat. *Ad Tusses. 240.*

Fœnumgræcum, quoad tertia pars supersit, decoque: & iusculū summo mane ex melle exhibeto.

Vt Vox Canora reddatur. 241.

Tragacantham vino madefactā, & in potum assumpta, vocem splendidam reddit.

Ad Vocem Amissam. 242.

Styracem terito, & ex aqua globulos amplitudinem cicerum æquantes conficito: & tertio cum dederis, statim loquetur. *Vt Capilli & Barba Crescant, si decidunt. 243.*

Betam, & myrteum oleum, & polytrichū misceto, capillosq; oblitio: Aut adiantum, & ladanū, æquis portionibus terito ex immaturo oleo, aut myrteo, aut lentiscino: & illinito. *Aliud. Ladanum in vino amineum myrteumq; oleum mittito: & terens vtrunq; ad mellis spissitudinem redige, caputq; in balneo perunge. Melius est & illud adiantum, quod non nulli polytrichon vocant, si se-*

p̄ima pars ladanum addatur, & illinatur. Ad Renes Dolentes. 244.

Cum pulegio farinā fursures decoquantur, & ius percolet, spongiaq; eo imbuta fomētum fiat.

Galenī



GALENI DOCUMENTUM DE PVERO EPILEPTICO

Nicolao Leonico Thomæ Patavino interprete.

CAP. 1.



Go te Ceciliæ existimabam ad agri tudinē filij tui notis admonitionibus haud quāq̄ indigerē: nā q̄ prius ipsum vidit, & tecū Athenas iterū nauiga- rus est, Dionysius, idoneus est & p̄sens facere ea q̄ opus erūt: & rursus disce- des, ad habitudinē agri tudinis condecencia documēta relinquere. Ego autē q̄ nunq̄ puerū hunc vidi, forsā multū decipi possē: cū neq̄ a principio morbi qualis fuerit ipsius natura, neq̄ nūc qualis ob morbum sit, cognouerim: sed a vobis hoc tm̄ audierim epilepsia accessionibus puerū infestari. Verū, ne for- sitā me suspiceris negligētē magis q̄ veridicū scriptorē hāc subterfugere, qd̄ nunq̄ antea feci, laborē hūc libēs subibo, vt tibi rē gratā faciā, scribēdo q̄dam medicinalia p̄cepta pueri epileptici: in q̄bus necesse est medicæ artis imperitiū decipi & aberrare circa mēsuram vel tps̄ v̄tēdi. Demonstratū. n. a nobis est in alijs libris, q̄ nō cōtingit quēpiā recte mederi ne minimis qd̄ egritudinibus, nedū adeo magnis vt est epilepsia, nisi methodū aliquā curatiuā nouerit. Atq̄ Diony- sius mihi s̄a cōcauit, & mecū prius cōsiderauit, de rota pueri curatiōe, quā tu mihi iposueris, vt hęc documēta cōscriberē. Dionysioq̄ meā tū ipse sniam facile manifestauit, cū intelligeret, oia q̄ ego dicerē: nihilq̄ ille obaudiret, cū methodū curatiuā valde p̄tus. Tecū verō neq̄ quō sermonē, ititūā, noui: nā accuratus distinctiōibus multis indiget, & obscurior est q̄ imperito hōi cōueniat: breuis autē & manifestus haud quāq̄ accuratus esse pōt. Quapp̄ subuerebar tibi documēta cōscribere, quīs rē tibi gratā facere p̄cuperem, exiliū mans mihi simile quippiā eueturū, quale Phidias vtiq̄ accidit- set, si postq̄ Palladis simulachrum absoluit, q̄ ipsā illū coegisset separatim digitū, manū, pedē, nasum, aures, singulasq̄ corporis partes effingere. Ego verō methodū curatiuā tanq̄ quoddā simulachrū in pluribus cōmentarijs a nobis scriptā fuisse arbitror, q̄ nō mō imperitos hoīes, sed ne medicos qui dē quoscūq̄ iuuare non pōt. Qm̄ autē cogis me de parte vna artis curatiuæ sermonē facere seorsum ab alijs, tuā cedo volūtati & pareo: atq̄ in tuā gratiā documēta scribo, q̄ tibi in hoc sufficient: satis enim est medicæ artis in experto nō magnū aliqd̄ & irremediabile, in medicorū p̄ceptis com- p̄tere, p̄cipue cū didiceris legitime verari in his cōmētarijs. Eruditīs illis curatiuæ methodi nego- cium scriptum est: tibi autē & alijs, qui nonnullarum rationalium artium scientes estis, medicinæ autem in experti, arbitror, forsā non nihil utilitatis & in his cōmentarijs, proueniet. Conabor au- tem quantum fieri poterit manifestissime enarrare quānam vitens puer diatā non parum iuuetur: & ab accidenibus quotidie ipsum inopināte inuadentibus minimeladatur.

CAP. 2.

Conuenit igitur in primis quantum fieri potest hanc obseruare. Namque puerum necesse est interdum occur- rere magnis frigidibus, immensis caloribus, ventis validis, balneis malis, cibarijs caput tenentibus, rotarū obuoluntionibus, corruscationibus p̄terea, & tonitruis, & vigilijs, & cruditatibus, tristitijsq̄ ē, & iracundijs, & lassitudinē, atq̄ alijs huiuscemodi rebus, a q̄bus (vt summam dicā) corpus ve- hemēter moueri & perturbari solet, atq̄ in reminiscentiā quandā morbi refert, & ad generationē paroxysmi deduci. Hęc igitur conuenit, multo ante cauēri. Et si q̄nq̄ his p̄cedentibus paroxys- mus succedet, tunc ab omni penitus motu oportet illū remouere, & domi continere, & victū valde tenui illum nutrire, donec a paroxysmi incōmodo liberetur. Quis autē sit tenuis victus, quamuis ar- biter te cognoscere, tamen si ea quæ sequuntur perlegeris, aliquid etiam de ipso percipies.

CAP. 3.

Tempus itaq̄ est vt huiuscē rei documēta tradere aggrediar. Accedēte vere (nā egritudines q̄ re- uerti solēt, quodā mō tūc moueri cōtingit,) puerū purgandū affirmo mediocri purgatione. Huic autē purgationi Dionysius p̄sens moderabit, & q̄ opus erūt imperabit, accurate cognoscens quō nā mō ad purgationē corpus p̄parare oporteat, & quo vti debeat pharmaco, quā ue q̄titate, & in quo tēpore: nā de his inter nos s̄pe cōsultum est. Quare Athenis p̄sentē habes Dionysium, sed nihilo mi- nus cū ipso mētē simul & cōsiliū habes meū. Post purgationem autē q̄n recesserit Dionysius, & puer Athenis remāserit, hanc oportet ipsum victus rōnē obseruet. Cū a cubili mane surrexerit, anteq̄ ad p̄ceptorē accedat, mediocri deambulatione viatur, gressu nō admodū frequētū: posthac autē vsq̄ ad palestrā tps̄, disciplinis vacet quibus assueuit: cum primū autē ab illis discesserit, vbi mediocriter rursus deambulauerit, ad p̄doribā accedat. Hūc autē p̄doribā si quempiā alium ex ijs qui p̄uero p̄sunt, multū oportet esse prudētē: sed talē inuenire difficile est, p̄sertim cum electio fieri debeat ex hoībus in eruditīs & ignarīs, nō minus aīam q̄ corpus hebetē & crassam habētibus. Nō igitur tanq̄ parū hoc te fugiat: neq̄ cuius ē populo pueri curā tradas, probe cognoscens q̄ summa curationis in hīcē duobus versat, in vsu videlicet a me tibi dati pharmaci, & in exercitiū mō. alia nāq̄ oia ho- rum sunt

Arum sunt præparamenta quadam. Pædoribam igitur hunc tecum simul Dionysius eliget. Sit autē ipsius scopus in exercendo quo ad quāuitatē quidē, vt puerū anteq̄ defatigetur cessare faciat, nec nō vt vniuersum corpus calefaciat, & mediocriter euacuet. Ambo autē in eodē tempore cōtingent: q̄n enim quod superfluit sufficienter euacuat, & quantum satis est corpus incalescit, tunc si qui spiam ab exercitio cessauerit, quiescet anteq̄ in defatigationem incurrat. Exercitium verō ab hoc tpe vltra, in solida iam agit mēbra, & corporis habitū colliquat: aggregat autē omne id quod colliquat in iunctu- ris maxime & musculis: ad hocq̄ sequitur virtutis lassitudo: postea vlcerosus sensus, q̄n aliquā cor- poris partē mouere tentauerint, & hoc est ipsa lassitudo. Non solū igitur pædoribā prudētē esse oportet, sed etiā mediocris exercitiū, expertum, ne citius q̄ par est puerum ab exercitio cessare faciat, securam timens lassitudinem: ne ve satagens calefacere, & complete quod superflui est euacuare, in lassitudinem puerum ducat. Mediocrium igitur exercitiorum in quantitate huiuscemodi sunt scopi: In qualitate verō, vt corroborentur oēs corporis particule, maxime caput & ventriculus, & huius p̄cipue quod ori circumstat. Vt autē qui spia illud assequi possit, nūc dicam. Primo qm̄ exer- citia vehementia caput replent, ab his abstinere p̄cipio. Secundo, si q̄n his vti necesse fuerit, capite erecto quæ infra sunt moueantur, & ex his maxime crura. Tertio a paruis & tardis motionibus inci- piat pædoribā, & sic ad vehementiores & celeriores motus deueniat: nam subito ab intēns exerci- tijs incipere non solum imbecillibus, sed et robustis corporibus, summe perniciosum est. Cōsidera- re præterea oportet, q̄ fricationes exercitiū loco habentur, maxime in corporibus imbecillibus: im- mo sæpenumero sola, modo recte fiant, aliarū motionū vicē supplēt. Opus est autē primum mani- bus molliter cū sindone a supernis partibus ad inferna delatis, corpus ad rubedinē deducere initio a brachijs & manibus factū, atq̄ ita ad pectus & ventrē deuenire. Subinde etiam crura multum fric- care conuenit, vt siquid ex supernis partibus illuc fuerit deriuatū, cōmode absumat. Poltremo ad ca- put deueniendū est, nā statim a principio ad ipsum accedere periculofum: corpore. n. adhuc pleno existente, ad id quod primum calefit, facile superfluitates attrahuntur. Vltimo igitur loco post alias corporis partes, caput confricari oportet, vt nūc diximus, absq̄ oleo: q̄n autē & oleū applicare libue- rit, nihil prohibet capitis fricationē simul cum alijs fieri mēbris, vt vnus caput fricat, duo alij pectus & ventrem, & tonidē alij crura. Sic autē & post exercitia, immo verō magis tunc, omnia simul confricentur mēbra: ita. n. celerius ad quietē corpus deducitur, & minus refrigerat. Oportet autē si de qua piā alia re, de hac ipsa magnā curā habere. Non lauari autem, vt plurimū conuenit: neq̄ statim post exercitiū palæstram exire, sed postquam planē quieuerit spiritus, & ab exercitijs cōmotio prorsus cessauerit: atque tunc etiam sindone caput multum fricare conuenit, & sæpenumero pectine vti.

CAP. 4. A. lib. 10. l. 211. a

Post hæc autē ad prandū car: & prius quippiam ex ijs quæ ventrē molliūt assumat, vel olus, vel sal- famentum, vel pistinā, vel oliuas, cū tertia parte panis: reliquas verō duas in cœnæ tps̄ seponat cū valentioribus obsonijs. Quæ autē huiuscemodi existūt, paulo post dicētur, si prius enarrauero ex oleritū genere oia quæ absq̄ nocumento sumi possunt. Ex oleribus igitur, nec a lactucis, nec a malua, nec ab atriplice, nec a blito, prorsus illū prohiberi iubeo: nō tū idē semper capiat volo, verū aliā aliud, moderate. Ex eodem et est genere beta, & brassica: oportet. n. et ex ijs quippiam moderate gustare. Porrum quin etiam interdum, & apium, & smyrnium, degustare conferet: & de horarijs fructibus quicunq̄ non sunt penitus crudi, aut suapte natura difficulter cōcoquuntur: ij nanq̄ & suas ipsorū superfluitates, & aliorū etiam esculentorum, retinere cōsueuerunt. Ergo & mora & quæ præcocia nominātur, & ficus, & liqui sunt eiusmodi notæ, sine molestia descēdunt. Et quæ cucurbita dicitur, nihil ab oleribus ventrē molliētibus differre videtur: itē pepones cucumerini, nā qui tales nō sunt, prauī sunt. Maturæ etiā vix aliquantulum q̄nq̄ puero concedi potest: mala verō & pyra raro & in parua quantitate degustet: & hæc ipsa non solū vt in arbore sua sint bene cocta, sed etiā domi serua- ta ad maturationem recte peruenerint. Scire autē oportet eadem poma quæ recentia a matre sunt de- cerpta, & quæ domi deposita referuantur, permultum inter se differre, nullamq̄ inter sese similitudi- nem habere. Possunt autē conseruari poma pyraq̄, nec non plurimi et alij fructus, & pruna quæ vocā- tur damascena. Ficus quin etiam quas carycas vocant, ex huiuscemodi sunt genere: & ex arbore pal- ma dactyli, quorum comestionem penitus illi non interdico, sed oportune et moderate illis vti per- mitto: assidue autē & multum illis vti minime velim. Atq̄ vt semel concludam, quicunq̄ malī succi sunt cibi, vel aluū astringunt, vel inflant, vel difficulter cōcoquuntur, si assidue vel plusq̄ conueniat assumātur, non solum huic morbo, sed oibus et alijs nocere solent. Atq̄ huc usq̄ sermo de diatē mo- do protrahitur, alijs et q̄ plurimis agri tudinibus conueniens erit: Huiuscē autē morbi peculiaris & p̄prios est, vt caueamus ab ijs p̄cipue esculentis q̄ pituitā generant. Vnde in cibarijs, quæ tamē si in alijs non obsint, viscosos aut frigidos aut crassos humores generant, haudquāq̄ esse immorandum cenfeo. Huiuscemodi autē sunt atriplex, & blitū, & malua: quos sanē vt gustet non phibeo, assiduū autē eorū vsum vehementer damno. Ex hoc sunt genere & cucurbitæ: multoq̄ magis cucumeres, & po- ma, & pyra: & demū quæcūq̄ humorē pituitosum gignunt, aut viscosum, aut crassum: vel quæcūq̄ sunt in genere pessimorū esculentorū, quales sunt q̄ vulgo appellatur fungi: ab ijs. n. oīno abstinere consulo, quemadmodū & a rapis, & a quibuscunq̄ radicibus quæ mandi solent: crassos. n. habent succos, & n. ale concoquuntur, exceptis quibusdā, quæ acrimoniā quandā & caliditatē in se habent, Septima Classis, zzzzzzz quemad-

A. l. 3. f. 11. c. 10. f. 110.

librorum vitari. Vnde, quum vtriq; libri, & qui de natura humana est, & qui de salubri victu, essent pusilli: arbitratus quispiam ob paruitatem neutrum ipsorum multi faciendum, ambos in vnum contulit: subinde vero alius quidam, vel ille idem etiam qui hos primum in vnum redegit, hac ipsa illis interposuit quæ nunc exponenda susceperunt sumus.

1 *Oportet præterea & hæc non esse, quod morbos, quicumq; ex repletione ortum habent, euacuatio sanat: quos vero parit vacuatio, repletio curat: quos gignunt labores, illis quies remedio est: quos nimium inducit otium, labor tollit. Summatim vero sciendum, quod oportet medicum præsentibus morbis, formis, anni temporibus, ætatibusq; contrarium opponere: atq; contententia laxare, laxata contendere. Sic enim maxime quod molestum est, remouetur: mihiq; curatio hoc ipsum esse videtur.*

Sigillatim oibus huius orationis versibus signū id Dioscorides ascripsit, quod obeliscum appellant: quo signo Aristarchus omnes notabat versus qui apud poetā sibi erant suspecti: Sic & Dioscorides agebat, quia suspicabatur partē hanc fuisse Hippocratis qui fuit Thessali filius. Nā duo hi magno Hippocrati fuere filij, Draco, & Thessalus, amboq; genere filios nominatos Hippocrates. Hæc sanē in præsentī capite proposita sunt. Expediit autem vt & nos de ipsis disquisitionem institueremus, particulatim dictionē vnamquamq; examinantes. Quicumq; morbi ex repletionē ortū habent, euacuatio sanat. Idē non est, vt dicas repletionē esse continentem morborum causam, vacuatio nem̄ ve, & cætera quoq; quorū subinde mentio habita est: aut q; a repletionē, vel ab aliquo aliorum quippiā fiat. Nā q; morbi aliqui ex repletionē fiant, vel a repletionē (nihil. n. interest hoc vel illo modo dici) verū est: haud tñ verū deinde est, q; repletio sit causa morbi continens. Quippe q; morbus affectio quædam est in animantis corpore, quæ, vt in libro de morborum differētijs monstrauimus, primum actionem lædit. Repletio verò ipsa, vt & id in libro de plenitudine ostendimus, primum minime lædit actionem, sed intermedia alia affectione: quam aliter Brasistratus, aliter Aesclepiades, fecerunt etiam medici qui Pneumatici vocati sunt, gigni constituere. Nos etiam alibi pluribus explicauimus, in quem modum ex vtraq; plenitudine exoriantur morbi. Monstrauimus etenim duplicē esse plenitudinem, alteram quo ad vires, alteram quo ad vasorum concauitatem. Quæ vires respicit, humores ad corruptionem perducit, fluxionemq; ad imbecilliores in corpore particulas immittit. Quæ verò infusionem, & vasorum ora aperit, eaq; sæpe dirumpit, sæpe etiam mortem repentinā infert, si corporis obstruat perspirationes. Iam & curatio non modo dicitur morborum eorum qui facti sunt: verum & eorum qui fiunt. Porro si quis voluerit in his vtī nomine proprio, huiuscemodi omnia, causæ πρὸν, ἐμὲν, quasi præcedentes dicas, erunt, vt fecit Atheneus, appellandæ: sicuti ea a quibus hæc ipsæ, præcedentes inquam, efficiuntur, προηταρρητιὰς vel προηταρρητιὰς, quasi ante incipientes, nominabis: ciborum enim multitudo, cruditates, balnea, exercitationes non opportuna, & cætera tandem quæ in commentarijs de procatarcticis causis recensuimus, præcedentium vniuscuiusque morbi causarum effectrices sunt. Quos vero parit vacuatio, repletio curat, Qui hæc scripsit, abusus nomine repletionis videtur: quum nedum medici omnes verum & cæteri Græci repletionis vocabulum excessibus immoderate quantitatē accommodare soliti sint: at vacuatio per contrarium excessum corrigenda non est. Subinde tamen ad rationem, quæ immoderatis excessibus fauet. Sunt cibi quidam, qui ad alicuius iam sani habitum moderati sunt: horum collatione excessum & defectum intelliges. Qui verò vacuatus est, si id quod de suæ prioris medicitatis quantitate detractum est, refarcire velit: cibum adaugebit. Qui si tantundem nunc alimentū ingerat, quantum ante quàm vacuaretur solitus erat: nunquam id quod exinanitum est replebit. Ad artificem sanē pertinet moderate incrementum id afferre, vt neque intempesti repleat quod demptum est, neque confertim atq; repente. Sunt nonnulli ex medicis, qui nolunt in causis morborum ponendas esse vacuationes, quas dicunt tum virium imbecillitatem, tum habitus gracilitatem solummodo parere, & quod nullus vnquam morbus ex defectu oritur. Hi profectō non animaduertunt, qui morbi eos arripiant, qui immoderate vacuantur. Nam facillime ex quacunq; occasione refrigerantur, itemq; paruo negotio vruntur, faciles etiam vt in lassitudines incurrant, omnibusq; externis causis obnoxij sunt: & longe præterea magis ij ex vigilia, tristitia, cruditate, & ira, quam qui bono sunt habitu, in morbos decidunt. Quos labores gignunt, quies remediū est. Labores eos appellat, qui in motionibus fiunt præter modum. At verò qui in hunc modum affecti sunt, quod quiete sint reficiendi: nemo mortalium est qui hoc nesciat, quiq; id etiam non agat, vt neq; in hac re medici consilium expectent: immo & bruta etiam (vt iam ostendimus) nedum homines, noxam per ea quæ contraria sunt, lædentibus auferunt. Quos nimium induxit otium, labor tollit. Neque primum, & per se otium morbos excitat, sed mediā plenitudine: ociosis enim minus corporis particula digeruntur, & præterea imbecilliores redduntur, vt inde vtraq; gignatur plenitudo. Itaque immoderatio motus vires quidem nequaquam validiores reddit: humores tamen qui redundant, euacuat. Et quæ igitur, quod si in his motus qui modum parumper excedat adhibeatur, sensim a lassitudine capietur homo, vt tamen non illico febricitet. Summatim verò sciendum quod oportet medicum præsentibus morbis, formis, temporibus anni, ætatibusque contrarium opponere.

Formas

A Formas appellare videtur corporum naturas, quarum substantiam ostēdimus in temperatura quatuor elementorum sitam esse. Morbi itaq; curantur ab his quæ facultatibus contraria sunt, vt iam monstratum est, non autē apparentibus imaginationibus. Porro natura corporis quæ temperamento idem est, non omnis per contraria corrigitur: quemadmodum neq; anni tempora, aut ætates sunt. n. in ipsis temperatæ quædam, sicuti multæ etiam intemperatæ: vnde temperatarum similibus seruat utem peries: contrarijs verò intemperies intemperatarum emendatur. Hæc quippe in libris de tuenda sanitate definita sunt. Atq; contententia laxare, laxata verò contendere. Nequaquam, vt decebat, morborum oppositionem constituit: contententi. n. laxans, laxatio contentum proprie opponitur: contententia verò & laxantia proprie de causis, & non de leſis dicuntur corporibus: contenta autem & laxata, ad ipsa læsa iam corpora referuntur. Præterea etiam contenta & laxata corporum nomina sunt, minime verò morborum contentorum aut laxatorum: quem ad modum durū & molle, rarum, et densum: de quibus a nobis probe in sexto epidemiorum libro factum est eo loco. Cutis duræ mollitio, contentæ remissio. Quo etiam in libro subinde de condensando, quod rarefactioni contrarium est, sermonem habuimus: id autē cum inspissare idem est, sicut inspissatum & densatum.

Non reperio hæc verba in lib. Epid. habetur tamē in li. de vitu humidorum Hipp. in principio.

B *Fiunt autem morbi, tum a victu, tum verò a spiritu, quo attracto viuimus.*
Victum nonnunquam solum cibum potumq; appellant: sæpe etiam hoc nomine omnia vitæ in situta comprehenduntur: qua significatione hic usurpatum esse est arbitrandum. Neq; enim ex his solum quæ comedendo vel bibendo ingerimus, verum ex balneis quoq; & exercitationibus, otio, vigilijs, mœrore, ira, refrigerationeq; & æstu, morbi ortum habent: quandoq; etiam ex solo spiritu, quo respiramus, lædimur, vt in locis qui Charonij dicuntur.

3 *Vtroq; verò hoc dignoscere modo. Quum multi homines vno corripiuntur morbo tempore eodem: in causa esse arbitrandum, quod communissimum sit, quod omnes maxime vitimur: id verò est, quo respiramus. Constat enim quod victus cuiusq; nostrum causa minime sit, ubi morbus omnes subinde tentat, tam iuuenes quàm senes, tam viros quàm feminas, prætereaq; tam eos qui vinum quàm qui aquam bibunt, quiq; maza, & qui pauca vesciuntur. Et tam eos qui in multis sunt, quàm qui in paucis laboribus. Non igitur, quum homines quocunq; victu vti in eundem morbum incidunt, ratio victus erit cauſanda. Verum ubi eodem tempore varij suboriuntur morbi: clarum est quod suis cuique victus causa sit.*

C Quod commune causam habeat, siquid multis morbis commune sit: probe profectō ab eo dictum est, perinde ac cætera huius orationis: vt tamen id non omnino recte dictum sit, quod ortus communium morborum in aerem solummodo sit referendus: quando ex fame in Aeno leguminibus vescentes, crura imbecillia habuerunt: qui verò eruo, illis genua dolebant. Iam etiam nouimus quod comelle semiputridum triticum famis necessitate compulsi quidam, communi morbo ex communi causa arrepti sunt. Sed & exercitus quandoque, dum prauis vterentur aquis, simili in omnibus militibus noxa vexatus est. Cætera huius capituli clara sunt.

4 *Sic autem curatio instituenda est, vt contra occasionem morbi (quem ad modum alibi a nobis dictum est) & victus etiam rationem venias. Nam satis patet, quod ea quibus homo in victu utebatur, vel omnia, vel pleraque, vel ex illis saltem vnum, illi inopportuna sunt. Quæ quum animaduertentis, commutabis: atque hominis tum ætate, tum forma anniq; tempore, & ipso morbi modo recte examinatis ad curatio nem accedes, nunc detrahendo, nunc addendo. Iam enim docuimus semper tam in exhibendis medicamentis, quàm in victu instituendo, prospiciendum esse ad ætates singulas, & anni tempora, ad formas & ipsos morbos. Quum verò idem morbus populariter inuaserit, tunc obscurum non est, victum haud esse in causa, sed id quod spirando trahimus: quippe quod morbosa quadam habeat excrementa. Itaque eo tempore homines sic monebis, victum, quod minime causa sit, ne mutent: sed id curent, vt corpus quàm minime fieri possit tumidum aut imbecille sit: paulatim etiam de cibis & potionibus, quibus vti consueuerunt, demant. Nam subita victus immutatio citra periculum non est, ne quid in corpore innouetur ab ea permutatione. Porro hac victus ratione erit vitandum, si quando nihil videatur hominem eo offendi. Verum cura erit adhibenda vt quàm parcissime spiritus in corpus influat, sitq; maxime familiaris. Locum præterea, in vim alienam ab eo in quo morbus illè excitatus est, mutabis, & corpora extenuabis. Sic enim fiet vt homines neque multo neque frequenti spiritu egeant.*

Mancam communium morborum, quorum causa sit aer circumfluus, curationem protulit. Non nunquam enim halitus stagnorum, paludum, & coenoforum locorum, vel huiuscemodi alicuius terræ istiusmodi gignendis morbis occasionem præstat: interdum verò sola anni temporum intemperies. Recte igitur, quum halitus sola potius substantiæ proprietate, quàm simplici aliqua qualitate corporibus noxij sunt, curandi rationem explicuit, rem hanc in duos referens scopos, locorum mutationem, ac vsum modice respiciens. At verò in his qui ex qualitate læduntur, non morborum modo iam dum factorum, curatio: verum & custodia ne illi suboriantur per contrarias perficitur qualitates: quia si corpus ab immoderato offendatur calore, per refrigerantia: si ex frigore, per calefacientia: & pari etiam modo in alijs tam simplicibus, quàm compolitis qualitibus. Iam au-

Septima Classis,

zzzzzzz

ij tem

tem à nobis de his indicationibus quæ ab ætatibus, anni temporibus, corporumq; temperamentis E sumendæ sunt, actum est. Illud verò τῆ φαρμακείῃ προτρέψουσα græce dictum arbitror pro προσφῆ ρεσθαι. i. occurrere morbis per contraria. Nam nunc est in Asia dicunt aliquem alicui προσφῆρσθαι χρῆσθαι, ἢ φιλῶς, ἢ ἀπίως, ἢ ἀπῶς, hoc est bene cū eo agere, vel amice, vel perfide, vel crudeliter.

5 Morbi quicumque ex valentissimo corporis membro ortum habent, vehementissimi sunt. Nam si ibi permanserint, ubi cæperint, necesse est ut laborante membro validissimo, totum male afficiatur corpus. Sin autem ad imbecilliores partes à robustioribus quicquam delabatur, non erit facilis dissolutio. Quæ uerò ab infirmioribus ad fortiora deueniunt, soluti faciliora sunt: influxus enim facile à robore repellitur.

Sive membrum, siue corpus, valentissimum quis dicat, id proprie dicit quod ad actiones validiores obeundas sit optime constructum: quo pacto Herculem robustissimum fuisse dicimus. Altero etiam modo validum esse hoc corpus dicimus, vel hoc membrum, pro hac certa actione, quem admodum aliud pro alia, & in omnibus alicui quidem singularum actionum robur adsit, ita tamen, ut aliud in eorum alio robur habeat. Vna itaq; actio earum motionum quæ in animante voluntarie sunt, ut si aut currat, aut cum alijs animantibus congregiatur, aut corpus aliquod animatum vel in anime diuellat, aut quicquam auellat. Est & vna alia facultas quæ ad actiones vitales pertinet, vnde arteriæ & cor habent quod pulsant. In his præterea quæ genere inter se differunt, sunt aliæ quedam dissimiles, quæ non modo in animalibus, sed etiam in plantis, reperiuntur, quapropter naturales eas nominamus, attractrix, contentrix, alteratrix, & expultrix. Potest itaq; aliis quidem in alio atq; alio corpore venter, verbi gratia, facultatem quantum ad vnam quampiam actionem spectat robustissimum habere, ut ad contentricem aut alteratricem: non nunquam etiam vel iecur, vel lien, vel aliorum aliquid. Contra etiam in animante eodē inualida erit ventris attractrix, vel expultrix facultas, quas tamen iecur robustissimas obtinebit. Sed is author qui hæc literis mandauit, ista prætergressus est. Mihi verò robustum videtur intelligere id, quod præter hoc quod à causis quæ morbos pariunt haud facile afficitur, habet etiam ut si in ipso aliqua humorum excreseat redūdantia, in aliud quodpiam membrum ope expultricis facultatis propellat: sed est sanè manifestum quod oportet ut valentius sit id quod propellit, eo quod recipit. Erit quippe in omni corpore, hoc quidem membrum in firmissimum, alia verò validissima: in quo omnes tam medici quam vulgares consentiunt. Et proinde podagricis pedes autem esse inualidissimos: vniuersum autem articulorum genus ijs qui arthritidi obnoxij sunt: infirmum etiam caput esse, quibus id dolet: & lien, lienis vitio laboranti, oculos quoque illis, qui in lippitudinem procliuus sunt: eodemq; in cæteris partibus modo. Præterea verò, ut duplices sunt causæ morborum effectrices, aliæ externæ, aliæ verò quæ à nobis ipsis prodeunt: sic ad externas interdum offensiones non nullæ in nobis partes imbecilliores sunt: ad internas aliæ: quando & causarum ipsarum non eadem genere vis est. In nobis etenim morbi vel ex humorum multitudine, vel ex eorundem suboriuntur prauitate. Externæ item causæ corporibus animantium nocuæ sunt, tum quod intemperiem quampiam gignant, tum quod contendant, vel incidant. Luxatio enim & ab vtriusque videtur habere occasionem: solus enim absque alterius congressu quispiam ambulans interdum genu, aut mentum oscitans, luxauit: sic & alium aliquem articulum aliud quicquam agens, aut se contorquens: sed & sine vlla externa causa aliquibus in fractum est membrum aliquod, dum subito contorquetur, aut vi maiore salit. Vnde totidem sunt membrorum facile aut ægre patientium; totidem etiam firmitatis vel infirmitatis genera, quot sunt causarum. Morbi siquidem qui ex humoribus habent originem, ipsi etiam à robore vel imbecillitate expultricis facultatis ortum habent. Nam quum omnes animalis particula naturali quadam connectione inter se deinctæ sint, à robustioribus repulsi noxij humores, ad alias confluunt: & inde rursus ad alias, donec in imbecilliore partem quampiam delati, ibi figantur, quod nullam se præterea inualidiorē habeat, quod morbosum humorem propellat. Hæc si, perinde ac intestina, venter, vesica, vterusq; effluxus habeat, inde excreta noxia causa vacuatur: quæ tamen si cōsistentia tenuior sit, sæpe canalibus quæ in ea parte sunt, disruptis, aut valorum ostijs reſeratis, copiosior subsequitur euacuatio: in quem modum fiunt sanguinis quæ absq; vulnere sunt, profluvia. Si verò ea neq; dirumpantur neq; aperiantur, sed crassus sit humor aut tenax, qui in aliquam incumbat particulam, tumorem aliquem in ea parte præter naturam excitat. Sic ergo hæc est membrorum nostri corporis imbecillitas, & eorundem robur, in affectibus illis qui ex nobis ipsis prodeunt. Qui verò ex externa causa, ij dum calefiunt vel refrigerantur, exiccantur aut humectantur, plurimum affici videntur. Alioqui enim quæ aut contundunt, aut incidunt, vel aliud quodpiam huiusmodi agunt, raro admodum corporibus animalium morbos afferunt. Quo fit ut aliud membrum ad aliud in huiusmodi morbis collatum sit vel imbecille, vel robustum. Membra siquidem natura frigidiora, facilliora etiam sunt ut à refrigerantibus causis afficiantur: calidiora verò, à calefacientibus: nec fecus etiam ea se habent, quæ præ licitate aut humiditate sunt intemperata. Sunt porro in his non nulla, quæ & si non ægre à calefacientibus refrigerantibus ve, exiccantibusq; aut humectantibus causis afficiantur, quia tamen vim expultricem obtinent valentiorē, in aliam partem suam impellunt malum.

Quum

A Quum igitur non vnus neq; simplex modus sit, quo membrum robustum aut debile aut fit aut intelligatur, sed multi potius ac genere varij: nemo est qui possit pronuntiare, præsens pars vera sit nec ne. Verum enim uero ut de hac, ita de alijs omnibus quæ modis pluribus dici & accipi possunt, id sanè dixerim, quod quum ita indistincte proferantur, confusam ac minime articulatam habent interpretationem, ut inde nequeant audiores aliquem fructum referre. Præterea nec leuem obiectio nem id patitur, quod præsens insinuat oratio, vbi ait: Quæ verò ab infirmioribus ad fortiora deueniunt, soluti faciliora sunt: influxus enim à robore facile ἀπολλείζεται. Et proinde expolitores varij in exponendo illud ἀπολλείζεται fuere. Nam quidam ἀπολλείζεται scripsere, alij ἀπολλείζεται. Fuere & qui ἀποπαγίωσεται, tertia scilicet syllaba verbi istius per ω scripta: Sicut alij, in quibus est Dioscorides, per η & σ, ἀποπαγίσεται dicunt ita, ut pro repelli sit positum hoc verbum. At verò si ab infirmioribus particulis ad validiores propulsus noxius humor, ab illis rursus repellatur, nihil inde agrotus proficiet. Quare melius sanè erit ut hoc modo scribatur locus iste. A robore. n. quæ in fluunt expendentur, hoc est concocta ac digesta consumentur. Quidam autem validissimas partes eas appellari hic quæ principes sunt, autumant, & falsam reddunt hanc sententiam. Satius. n. est ut humores prauis, relictiis principalioribus partibus, in ignobiliores ferantur, quam quod ab ignobilioribus in principes impellantur. Aspeximus etenim sæpe in his qui articulari morbo, aut podagræ obnoxij erant, q̄ repulsi ab artubus humoribus eò delatis, illi in principem aliquam partē contendētes, homini interitum attulere: cui ea sola relinquebatur spes salutis, si iterū possent ad artus reuelli.

6 Venæ, quæ crassissimæ, sunt in hunc modum digestæ. Quatuor sunt in corpore earum paria, quorum unū ab occipite per ceruicem exteriorem vtring, delata ad spinam, & inde ad coxas & ad crura, & tandem per tibias exteriore ad malleolos vsq; ad pedes perueniunt. Quare in dorso aut coxendicum doloribus sanguis mittendus est: scētis exterioribus in poplite aut malleolo venis. Altera autem quæ à capite ortū habet vena prope aures, & ingulares appellantur, per ceruicem interiorem à caua iuxta spinam vtring, & tibias in testes delata & femora per poplites ex parte externa, atq; per tibias in exteriore malleolos & pedes: vnde ad lumborum dolores testiumq; venas incidere in tibys oportet & malleolis interioribus. Tertia vena per ceruicem ex temporibus sub scapulis in pulmonem subinde tendunt, & vna à dextris in sinistra, altera à sinistris in dextra procedit. Ex dextra quidem à pulmone sub mammam transiens, se ad lienem & renem confert. Quæ verò à pulmone ex dextris in sinistra delabitur subter mammam ad iecur & renem pertingit: sic tamen ut ambe in sedem descendant. Quartum deinde par à scincipite oculisq; sub ceruicē & claviculas deferuntur, mox verò ab his ad flexus brachiorum & cubitum brachialiaq; & digitos: item à digitis per pectinem & cubitum ex superiore parte manuum ad inflexus & per brachiorum inferiores partes ad alas, & à superioribus costis altera ad lienem, altera ad iecur descendit: postea verò vtræq; super ventrem incedentes, ad pudenda tandem concedunt vtræq;. Sic ergo se habent venæ crassiores. A vena tamen caua multiæ aliæ variæq; per corpus dispersiuntur, quæ alimenta corpori ministrant.

Ea quæ in artibus in controuersia veniūt, partim sensu, partim demonstratione diiudicantur. Quæ ad iudicium sensus pertinent, videntur à quo iudicetur sensum exposcunt: sed quæ ad demonstrationes, rationē exercitatione elaboratā. Iam igitur si de ciborum concoctione, tum ea quæ in ventriculo fit, tum verò quæ hanc excipit, humorum generatione, distributione, nutritione q; & id genus reliquis, sermo habeatur: ratione qua veterum opiniones iudicentur, egemus. At verò an quæ ruminant animalia, quatuor ventres habeant: quæ aut vtrinq; sunt dentata vnum, à sensu hoc, non ex demonstratione petendum. Vnde diuersus modus est, quo conuincendi falsitatis sint qui aberrant, in his quorū sensus, & in illis quorū ratio iudex est. Eorū. n. quæ ad sensum attinent, quū inter se aliqui disputant: ad id quod in corporū dissectionibus conspiciunt, si se contulerint, facile erit iudicium. Sed quæ demonstrationē requirunt, possunt sine vlla et dissectione, sola ascripta demonstratione iudicari. Igitur quū scriptis cogimur cū his cōtendere, qui de aliquo dissectionis theoremate, quod sensum in primis iudicem habet, impudentissime pariter ac imperitissime pronuntiarūt, fieri nequit ut ignari eorū quæ in dissectionibus videri solita sunt, possint mendaces à vericidis discernere. Vt enim si quis Cretam esse insulam negauerit: statim ab omnibus qui id audierint, despicietur, quippe qui probe nouerint eam esse insulam: Sic si quis canibus quatuor esse vères affirmauerit, vnicum verò ruminantibus, hunc illi qui in ruminantibus quatuor, & vnū in canibus inspexere, facile deridebūt. Id ipsum quoq; de venarum sectione dicas: nam à sensu, non à demonstratione huiusce rei petendum est iudicium. Porro quoad usq; illi q̄ in hac re discordes sunt, in suis chartis quæ illis visum sit descripserint: veritas eos qui sectionis imperiti sunt latebit. Sic itaq; quum in hoc præsentis sermone in controuersiam venerimus cum his qui ausi sunt affirmare quatuor venarū paria à capite in corpus descendere: dissectionis rudibus nullam possumus validam scriptis asserre demonstrationem, nempe quæ non demonstratione, sed sensu iudice egeat. Nisi quis forte velit ea proponens, quæ de iudicanda historia, tum à multis tam philosophis quam medicis, tum vel maxime ab empiricis tradita sunt, horum institutis vltus iudicium asserre. Et equidem antiquiorum iudicia, atque etiam consensum authorum minime fugerim, dum illi qui scripsere fuerint in re de qua scripsere consummati, quemadmodum in dissectionis disciplina Eudemus & Herophilus: Cræteus, & Dioscorides in metallicis Septima Classis. zzzzzzzz iij medica-

* Alicubi legitur ὁμογενῆς hoc est consimiles.

† Alibi tamen legitimus ἀποτῆς κοιλίας: hoc est à ventre.

medicamentis. Quod si quis huiusmodi subterfugiat iudicium, non modo non poterit quatuor E
venas ostendere à capite descendentes, verum neque tres, neque duas: quia una tantum modo vena est,
& ea maxima quae caua appellatur, à gibbo iecinoris per totam animalis longitudinem protrahitur. Nam
quum septem transversum animantis partem superiorē ab inferna separet, vena caua pertransiens trans-
uersum id septem transversum versus ad cor tendit, deorsum verò à gibbo iecinoris per spinam concedit.
At ab ea quae sursum contendit parte planè perspicitur tanquam à caudice omnes exoriri, quae septem
transverso superiores sunt venae: sicut ab ea quae ad spinam deflectit, inferiores. Horum Hippocrates
in secundo epidemiorum libro meminit, ubi venam cauam iecorariam vocat. Huic ceteri omnes qui
cunque in dissectionibus versati sunt, consentiunt: nec quisquam alius unquam medicus repertus est,
sive dissectiones diligentius sive negligentius praestauerit, qui asseuerauerit octo esse venas, quae à ca-
pite in corporis infernas discurrant partes, non Diocles, non Praxagoras, non Erasistratus, non Plitoni-
cus, non Philotimus, non Mnesitheus, non Dieuches, non Chrylippus, neque Antigeneus, vel Medius,
vel Eurypthon, nec alius tandem quisquam è numero praeceptorum medicorum. Et quid de recentioribus
dicam, à quibus anatomica disciplina plurimum adaucta est: in quibus Herophilus & Eudemus
fuerunt: quos nullus ad tempora usque Marini & Numesiani subsequutus est, qui illorum methodo ali-
quod inuentum addiderit, ut neque Heraclianus, cum quo Alexandria magna attentione versatus sum. F
Horum virorum & alij etiam plures extiterunt discipuli: sed omnium praestantissimi fuere, Numesiani qui-
dem, praceptor noster Pelops: Marini verò, Quintus. Quintus verò ut de nulla praeterea re alia quic-
quam scripsit, sic neque de dissectionibus. Sed aliorum non paucos habemus anatomicos libros. Immo
& commentaria reperiuntur anatomica à discipulis Quinti edita, qualia sunt Satyri praepitoris no-
stri & Lyci. Igitur quum ab his omnibus, & ab alijs praeterea multis, de corporibus secundum scriptum
sit: nullus tamen nouisse potuit quatuor venarum paria à capite delabi. Neque hoc secus esse videtur,
quod si quis vellet contendere à thenis octo esse arces, ubi vnica tantum est. Roma etiam si aliquis diceret
colles octo esse qui inhabitantur, alius verò sex tantum, vno uterque mentiretur. Si tamen quisquam
vnum pro septem habitari collē, contra verò à thenis pro vna octo dicat esse arces, hic longe maiori
mendacio erit obnoxius, quam alter, qui vno tantum à vero aberrat. Sic ergo quum vna sit vena,
quae à iecinoris gibbo in supernas corporis partes fertur: quae etiam si quis à superioribus sectionē
exordiat, descendere potius quam ascendere dici poterit, ut tamen nihil fecius vna videatur: illē
profecto ab omnibus deridendus veniet, qui octo dixerit à capite venas deferri. Quia siue ex super-
na parte deorsum, siue ex ima sursum, ferri dixeris venam iecorariam, quae caua appellatur: illa vna pe-
nitius semper erit per gibbum iecinoris porrecta. Et proinde si vllus cuiusquam reperiat librum, G
qui anatonem huiusmodi litteris mandauerit: nullus sanè unquam eam poterit illius habere ratio-
nem, ut patet possit particulatim omnia capita legere: immo hoc vno audito, quatuor esse venarum in
corpore paria, statim quasi à stolido quodam instituto auferget. Verum postea quam haec à non nul-
lis interiecta sunt Hippocratis operibus, coacti fuimus nos hoc temporis, quod tū in his refellendis, tū
verò illis quae vel perperam scripta sunt legēdis consumimus, dispendium subire. Est (ait ipse) par vnum
venarum, quod ab occipite exoritur, per ceruicē descendens, & ab exterioribus spinarum partibus ad co-
xas delatum, mox inde per tibiā ad malleolos tandem exteriores peruenit. Alterum verò par à partibus
iuxta aures originē habere ait, quod per collum delatum, constituiturque venis iugularibus vocatis, mox
ut primum ex externis circa spinam partibus, ita hoc ab internis, ad testes & femora pertingit: deinde
verò per poplites ad internos concedit malleolos. Quis unquam si vel dicere vnam secari corpora viderit
aliquando, haec caudire queat. Multa quidem in sectionibus existunt theoremata obscura, nec facilem
demonstrationem habentia, quae merito quempiam ex his qui in ea re non admodum consummati
sunt, latere possunt: & propterea de his aliqua suborta est dissensio: at maxime illius venae negotium
ita omnibus apertum est, ut illos qui ex anatonie quicquam addiscere potuerint, fallere nequeat.
Immo adeo penes omnes in confesso est, ut etiam poetae id cognoscant. Vnde Homerus ait.

Et venam praecidit inde,

Quae dorso incumbens in collum fertur vtrinque.

Sic igitur vnam, ut vna etiam est, nouit, non quatuor: duas extra spinam, duas item alias quae
eodem sicut illa modo vtrinque secundum spinam porrectae sint: ut tamen nullum sit animal,
quod in quem modum qui hanc descripsit anatonem fingit, quatuor habeat. A vena hac ma-
xima, per vniuersos spinas medullae fines, ut in secundo Epidemiorum libro scripsit Hip-
ocrates, germina oriuntur: superior eius terminus ad clauiculas est, inferior autem ad os sacrum.
Horum alter in venas iugulares scinditur: alter in illas, quae in crura deferuntur. Iam ergo quo
modo is, qui hoc secundum par commentus est, putauit iugulares venas duas permanentes iux-
ta spinam ex internis partibus ad crura deuehi: quo etiam interius ad malleolos peruenire
quum vna in vtrinque & sola vena feratur, & non vna intra, altera verò extra malleolos, sed
vnius & eiusdem sunt rami. His autem praeterea ineptius est tertium id venarum par, quas à
temporibus deducias per ceruicem, sub scapulis transire ad pulmonem dixit: inde verò muta-
to in cessu, à recto in obliquum, dextram ad sinistram latus peruenire, sic quae ad lienem, & si-
nistram renem concedere: sinistram verò ad dextrum renem: & ambas tandem in sede finire,
Sed

1. Epid. sect. 4.

1. Epid. sect. 4.

A Sed dicat quispiam auctori huiusce inuenti, o bone vir, sedes habet sua venarum germina à caua iux-
ta lumbos exorientia, qua sanè parte duae illae quae in vtrinque partē deductae à caua ortae, quasi rami ma-
iores in crura deueniunt. Et quis praeterea est nedum medicus sed nec coquus, qui nesciat sanguinem à
corde, cuius ille qui hoc tertium confinxit par, usquam in suo sermone ne meminit quidem, pulmonem per
venam vnam subministrari: immo is istius sermo id si vllam habeat venam ignorasse videtur, quod
tamen à non nullis sectoriae disciplinae peritis tanquam fons & origo venarum omnium per vniuer-
sum corpus distributarum, habitum est. Quartum enim venarum par à scapulis oculisque suum initium
habere ait, vnde sub ceruicem & clauiculas delatum, brachium ingredi, ad vtrinque manum vnam:
subinde verò ex superioribus partibus in digitos ferri, & mox referri rursus per vniuersam manum
ad alam, indeque per costas progredi, alteram quidem in icur, alteram in lienem, ut tandem à ventre
decurrentes ambae ad genitalia desinant: sicque nec istae vllam cordi partem attribuunt. Qui ergo po-
tuit is horum, veluti nouus quidam Prometheus, confictor, tantum viscus, cor inquam, omnino obli-
uioni mandasse: At nec cerebri usquam meminit: vel forsitan quod malleolis esset in minori hono-
re habendum. Sed quod de renibus tradit omnem videtur caecitatem superare: quippe qui à vena
caua maximas venas habeant, quas iste praetergrediens, sibi quasdam alias eò à pulmone deferri cō-
B fingit. Iam igitur satis ex omnibus istis constat, quod vir iste nequaquam, ut alij quidam sectionibus ope-
ram dantes saepe faciunt, quaedam quasi caecutiens praeterierit, sed potius nihil prorsus viderit. Nam
si quis vel maxima non videat, hunc nihil omnino videre, quam caecutiens verius dicas. At quis qui de
venarum à capite in vniuersum corpus partitione habitus est sermo, quod ebriorum somnijs similis sit,
eorum qui sectionibus vel parum interfuerint, nemo ignorat. Porro paruas aliquas venas viros ana-
tomicos fecerunt, magnum non est: nunquam tamen quisquam aliam alio modo descripsit, neque eas
quae à caecis etiam, modo digitos admouissent, comprehendere poterant, praetermisit. Itaque vna est ve-
na, per quam sanguis ex iecinore in vniuersum corpus influit, à qua multae aliae minores quasi rami
à trunco prodeunt, illum omnibus corporis dispartuntur particulis. Quod si sanguinem in caua
vena fluuio compares, riuulus verò illi qui inde in corporis particulas defluit: minime à vera aber-
rabilis similitudine. Sed siue fluuio, siue trunco similem esse venam magnam quis dicat: omnes peni-
tus medici consentiunt vnicam eam esse, praeter quam ille qui audacissime quatuor haec paria huic
libro interfuerit. Et praeter alia multa, tum cor, tum venam ipsam caua silentio praeteriit: quum tamen
iugularium meminerit, in quas illa in supremo thorace scinditur. Quicquid enim praeterea inter locum
hunc & vltimam spinam partem clauditur, vena caua occupat, à qua venae vtrinque germinant. Ex
C vtroque verò ipsius termino, & ex vtriusque partibus bipartita est. Nam à superiore eius parte duae pro-
deunt venae maxima, quae per collum inuectae iugulares appellantur: ab inferioribus verò in vtrinque
crura vna, ut iam diximus, & ea quidem maxima descendit. Eorum sanè quae per collum feruntur, & iu-
gulares vocantur, in suo illo secundo par meminit nouus hic noster Prometheus: ubi temeritatem
ac ignorantiam maximam ostendit, nulla inquam caua vena, à qua istae ortū habent, facta mentione.
Deuisset quippe, si vnquam vel tantillum secundum corporibus interfuerit, dixisse venas has iugulares in
vnum coire & efficere iecorariam vel cauam venam, vel quomodocumque quis illam in praesentia ve-
lit appellare. Quod si de istis tanquam semper sic duabus permanentibus ab eo sit sermo habitus, qui di-
cat illas per internas prope spinam partes ad interiores malleolos deuehi: quid deinde de alijs venis
post quatuor illa paria descriptis erit dicendum, quas ipse putauit alimentum à caua vena in corpus
vniuersum afferre: ac si quatuor illa commemorata paria alterius cuiuspiam negotij gratia fuerint à na-
tura fabricata, neque vnum idemque & commune sit venarum omnium munus: nempe sanguinem ex he-
pate in ceteras animantis partes aduehere. At verò quae à ventriculo & intestinis succum ciborum
in icur asportant, earum nulla ultra icur progreditur: immo nec in multis secundum icur locis ap-
parent, quamuis numerosae admodum ex ea parte sint, qua ventrem & cetera attingunt intestina: sed
D in vno locum quem portas iecoris vocant, omnes conueniunt: quae locum qui primus portas nomina-
uit, icur vbi aut adibus amplis comparauit: intestina ventremque agris, ex quibus instar vitarum per
venas multas cibi in vrbes adium ve portas vehuntur. Delirat itaque in hoc animante, quem sibi no-
uus iste Prometheus, suo sermone fingit. Nam nemo unquam animal aliquod effectu ipso sic forma-
bit, ut in eo venae à ventriculo & intestinis alimenta in totum corpus deferant: oēs si quidem in vno con-
currunt locum, portas scilicet iecinoris: vnde quae per id viscus dispartitae sunt venae assumptum ali-
mentum in cauam venam ferunt: à qua in totum corpus sanguis (ut paulo ante diximus) distribuitur.

7 Ferunt praeterea à crassioribus venis in cauam & in reliquum etiam corpus, atque ab exterioribus in-
tro, mutuoque impartiuntur: interna extra, & externa intro.

Poterant huic nouo Prometheo quatuor ea venarum paria sufficere: nec tamē satis isti fuere, im-
mo praenexplebili quadam impudentia, has illis insuper addidit, quae corpori à caua vena alimentum
ministrant. Et nunc coronidē sermoni impositurus, de venarum cōiunctione hoc tandem minime verum protulit.
Ex his etenim venis quae à caua oriuntur, quas ille crassas vocat, nulla in alia partita paria intestinis aut
ventriculo inferunt. Porro ut ne verbum quidem is, qui hanc venarum anatonem commentus est, verum attu-
lit: sic Hippocrates epidemiorum libro secundo, in nullo prorsus aberrauit. Quare insanius profecto
Septima Classis, zzzzzzz v qui

1. Epid. sect. 4.

quine per somnium quidē corporū sectiones attingere, & libros Hippocratis exponere aggredītur, & illi quammaxime, qui quū velint Hippocratici appellari, in eundē tñ authorem & has vniuersas de venarū sectione nugas, & exactā eiusdem disquisitionem in secundo epidemiorū traditam referendā arbitrantur. Si. n. in alterutro eorū aliquod præterea accessisset inuentū fieri sanē potuisset vt idē vir tpe peritor factus, illis q̄ ab eo prius pbe dicta fuerant, alia ēt addidisset. At quum videamus Hippocrate nō modo omnia ad amūssim in cōmentarios retulisse quæ cūctis planē conspicua sunt, verū & ea q̄ ad videndū sunt difficiliora, is verō qui hanc anatomen cōposuit, ea ēt non viderit quæ quisq; vel palpano inueniat: Quō potest quispiā affirmare eundē vtraq; hæc scripsisse: quō ēt probabile est, vt absoluto vniuerso qui de hominis elementis institutus erat sermo, de venis subnexuerit: Aut enim tota anatomes ratio explēda erat, aut neq; de venis erat tractandū. Hoc. n. magis ad cōmentationes, quas nobis ipsi memoria gratia describimus, attinet vt eiuscemodī varia theoremata simul explicentur. Iusto autem & legitimo volumini nequaquam conuenit, vt priore doctrina confirmata, subinde illi alterius pars aliqua annexiatur, atq; iterum illa relicta, paulo post alia, & postmodum etiam alia: quod in his euenisse videmus, quæ libro de natura humana subiecta fuere.

8 *Sanguis ergo istis institutis mittendus erit.*

Quæ ipse videlicet præmonstrauerat, quando ad finem primi parisi subiunxit hæc verba. Venā itaq; ad coxarum & dorsi dolores in poplitibus secabis & exterioribus malleolis. Secundo item pari hæc adscripsit. Vnde ad lumborum dolores & testium, venas in tibijs incidere oportet & malleolis interioribus: vt tamen in tertio & quarto pari nihil de vena secanda meminerit: quapropter hæc etiam parte mancam tradidit hanc institutionem, qui multas præterierit corporis partes, quarum venæ tundendæ essent, explicandæ erant. Vt ergo ab vniuersa anatomes ratione particulam quandam auulsam litteris commisit: sic & quod de sanguine mittendo referendum erat.

9 *Procurādū autē ē ut sectiones q̄ maxime pcul ab illis locis faciamus, ubi dolores excitari, sanguinē q̄ colligi nouerimus. Sic. n. nulla magna pmutatio repēte fiat, cōsuetudo q̄, intercipietur ne āplius i eundē locū cōfluat.*

Quod sectiones venarum hic intellexerit, quas phlebotomias composito appellamus nomine: recte ab expolitoribus acceptū est, qui in hoc oēs cōsentiunt. Quod verō minime definierit nū dolentibus iā partibus cōseat procul esse reuellendos humores, vel potius sanitatis tempore: ea ratione forte veniet reprehendendus. Et mihi quidem videtur quod id in his, qui prospera vtantur valetudine, dictum sit: quippe quod voluerit author assuefacere humores redundantes in alias ferri partes.

10 *Qui sine febre multū puris expuunt, quibus etiā absq; dolore plurimum puris in vrina subidet, & qui bus cruenta sunt deiectiones, vt in dysenterijs, & diuturna, quæ iuuenes annos quinq; & triginta natos atq; seniores arripit: in his omnibus spontanei oriuntur morbi. Hos. n. in laboribus versari oportet, & corporeos labores diligere, & in adolescentia in operibus esse: deinde verō reiectis laboribus, carnē reficiant mollē à priori plurimū differentē, corpus q̄, quod prius habebāt, plurimū ab eo dissideat quod refectū est, ut nihil inter hæc cōueniat. Quādo itaq; morbus aliquis eos q̄ ita se habuerint, arripiat, tūc quidē euadūt. de mū atiamē post morbū liquecit corpus, & p venas qua maxime patēt, effluūt saniosa. Quod si i inferiorē aliu feratur: tales erūt deiectiones, quale erat ad qd in corpore inerat: quū. n. via sit dechuis, diuini in in testimo nō pmanet. Quibus verō in pectus delabatur, hi suppurat i sūt: accliuus. n. expurgatio est, & i pectō re longiori tpe cōmorās putrescit, & in pus trāsit. Quibus in vesicā eicitur, ex loci istius calore albescit & excernitur: quod q̄, tenuissimū est, superius delatū consistit: crassissimū verō subidet, & pus appellatur.*

Omnia quæ hac traduntur serie, clara sunt, potiusq; lectorē qui animū aduertat, q̄ expolitorē de siderant qui declarat: q̄ tñ an vera sint, partim experientia, partim rōne examinanda sunt. Experientia quidē obseruandū est, nū aliqui à febre immunes visi vnq; sint aut sputo pus reiecit, aut vrinis aliquid excreuisse: pterea si priorē vitā duxerint laboriosam, moxq; quieuerint, multo tēpore, atq; si ij à morbo detēti incolumes euasere, & subinde si purulentæ excretiones supuenerint. Hæc experientia sunt iudicanda: Ratione verō, si quā is retulit, causa vera sit, vel secus. Iā verō q̄ ista ab ipso authore producta nullā secū habeant necessitatē, facile oibus conspicuū erit, qui demonstratiuis methodis operā nauarūt. An autē probabile saltē habeat, secū quisq; perpendat: videtur. n. pbabile in his esse, q̄ ad aliud referunt. Et equidē quantū ad ea spectat, q̄ in experimētis apparēt: tñ hoc habeo qd tibi afferā, me cruetas vidisse sæpenumero deiectiones p aluū ab his q̄ cōsuetas validasq; exercitationes dimiserint, excretas: purulentas verō nequaq; Vidi pterea ex quibusdā piodis tū ordinatis, tū tñ inordinatis mucosa ab his in vrinis reddi & p aluū deijci: sicut & sputa cocta qdē, purulenta verō minime.

11 *Cognuntur etiam in pueris calculi ob calorem tum loci illius, tum vniuersi corporis: viris p a corporis frigore calculi non nascuntur.*

Loci nimirum vesicæ, de qua in fine prioris orationis sic ipse ait: Quibus in vesicam eicitur à loci istius calore albescit. Inquit ergo quod calculi pueris innascuntur ob calorem tam vesicæ quam corporis totius. Postea de puerorum calore hæc subiungit.

12 A *Nam hoc probe nouisse expedit: hominē primis illis diebus calidissimū esse, postremis verō frigidissimū.*

Qui simpliciter absq; limitatione primis illis diebus hominem aiunt calidissimum esse, eorum sermo non est verus: at cum limitatione, verus, calidissimus liquidem est, si de innato calore loquamur, is enim in pueris plurimum est. Id autem, vt sequens indicabit oratio, ille qui hæc scripsit obaudiuisse videtur, quod tamen in hoc sermone præcipuū erat. Neq; enim, vt Hippocrates dixit, Qui augentur plurimum habent innati calor: ita hunc sensisse offendes, immo natūo prætermisso, simpliciter putasse calida esse quæ crescunt.

1. Aph. 14. Ex. ord. 7. a

13 *Neceffe siquidem est, vt augetur corpus & ad vim progrediens calidum sit.*

Quum Hippocrates dixerit, qui augentur plurimum habent innati calor: videtur hic author existimasse corpora his qui augentur, calida simpliciter esse: qui innati nihil in hoc meminerit sermone. Quod enim ad vim progreditur, calidum fore ait. ad vim autem progredi, vult quid huiusmodi indicare. Videtur ipsi incrementum esse rem violentam, & validam, & vt opera alia vehementiora operarios excaffaciunt: sic & incrementum. At contra debuerat dicere, ex innato calore pueros augeri: non autē ob id eos incalescere, q̄ augeantur. Nam calor ipse innatus non solum mode rate calidus, sed præterea etiam humidus est. Igitur iure merito eiuscemodī augentur corpora, q̄ ppe quæ in tres distendantur dimensiones, & quasi instantur, & propterea omnibus illis fit accessio. Itaq; ea vndiq; natura distendit ad hoc negotium organo vsa calore innato: ex humore. n. habet vt facile protendantur. At qui pleriq; pueri, vt pote qui plurimum voraces sint, humorem non modicum aggregant, quem crudum proprie vocamus: qui calculo gignendo in primis opportunus est. rationem liquidem materiæ habet, accedente calore vt effectrice causa.

14 *At ubi flaccescere corpus cæperit, ac in ocium prolabi, frigidius euadit.*

Et hic rursus, quando non amplius augetur corpus, his qui inclinata ætate sunt, ipsum ab ocio fieri ait frigidius. At fatius erat vt contra ratio causæ assignaretur: ob id enim quia illis innatus calor imminuitur: & incrementum etiam cessat. Clarius tamen horum author suam in sequenti parte sententiam aperuit.

15 *Et hac ratione, quo magis priori die homo augetur, eo calidior redditur, quo etiam postrema die marcescit plurimum, eo frigidior fieri necesse erit.*

C Nos ergo recte partem superiorem, vbi ait: Neceffe siquidem est vt augetur corpus & ad vim progrediens calidum sit, interpretati sumus. Erat enim e contrario dicendum, ob calorem innatum augeri quæ augentur: non autem quia augeantur, ideo esse calida: vt eadem sit ratio in his quæ decrescunt. Putat nāque, quando non amplius crescit, frigidum fieri propter ocium, dum pristinum incrementum quod in opere erat, nunc quiescit.

16 *Qui eo modo se habent, pleriq; eo ipso anni tēpore quo decrescere cæperint sani sua sponte fiunt, diebus quadragintaquinque. Qui verō id tēpus excefferint, anno sua sponte sani fiunt, nisi re alia ledatur homo.*

Quosnam eo se habentes mō nominat: Nimirū quos prius cōmemorauerat. Qui ab exercitatio ne ad ocium translati pus expuunt, & mingūt, dysenterijsq; corripiunt. Vbi equidem dixi me plures vidisse cruentis arreptos dysenterijs, qui laboriosa negotiofaq; vita relicta, ad desidem se cōtulerint. Qui verō pus expuerint aut minxerint, nullos vnquam vidisse. At hic (vt arbitror) crudum quem vocant humorem, vbi concoctus sit, pus esse putat. Qui autem hoc mirum sit: quando & Brasistratus quoque ea quæ in vrinis febricitantium subident pus esse, non hunc humorem censet: neque nouerit in bene valentibus etiam qui voraces sint, id genus plurimum subidere. Nos multos obseruauimus, qui in ocio aliquandiu vitam egere, vrinis magnam copiam rei quæ mucosæ sic appellato similis erat, excreuisse, & in eorum nonnullis vbi hæc tarde permeabant, puri similia excernebantur, quemadmodum & in respiratoriis instrumentis, quando diutius contenta concoquuntur. Huius autem & ipse paulo ante causam retulit: in dysenteria quidem, quum dixit viam decliuem in causā esse celeris excrementorum transitus: quem ad modum tardā decliuem in iis quæ tussu reiciuntur: in vrinis verō loci calorem. Quod si quis concedere nolit in vrinis, aut sputis, aut excrementis à pure crudum humorem differre: is alterutro errori obnoxius est, quia vel vltro, ne suum dogma prodere videatur, dolose agit, Brasistratum imitatus, qui voluit febres omnes habere ab inflammationibus ortum: vel sophistes est, qui in operibus artis nunquam versatus sit, hos antiqui recte λογίατρος appellant. Porrò à crudo humore pus colore, substantia, ac odore distat. Iam & per nares & per os certis quibusdam vel incertis circuitibus fit huiusce crudi humoris excretio, vnde expurgatur cerebrum, cuius nulla nunc ab illo qui hæc scripsit, mentio habita est. Merito tamen dixit prædictos sponte sua fuisse sanatos, id est nullo nostro negotio. Nam ipsa quantum satis sit, natura expurgat. At expurgationis duplicem ipse præscripsit terminum: Alterum eo anni tempore quo dicta iam excretio ipsis coepisse contigit: alterum qui in annum protenditur: vt tamen qui breuior est, ad quinque & quadraginta dies pducatur. Nonnulli verō nō quadraginta quinque, sed quadraginta

* Melius in
manuscriptis
et plus legitur
in ipse. ap. v.

draginta scribunt. Ego sane multos in hunc modum a natura fuisse expurgatos quum observaue-
rim, non eos duos solummodo terminos euacuationis quos iste descripsit animaduerti, sed quam
plures. Alius etenim alio praefixo termino plene purgatus est, alij quidem diebus quadraginta: alij
in menses, & eos non numero pares, progressi sunt: nec defuere, qui per annum integrum ab eo
symptomate derenti sint.

17 Morbi qui celeriter fiunt, & quorum occasiones manifesta sunt: hos quam maxime periculo vacare
denuntiabis. His vero curationem adhibebis, contraria occasione ipsius morbi instituendo. Nam sic illud,
quod morbum in corpore excitat, depellas.

Cum his illud pugnare videtur, quod in aphorismis traditum est, Acutorum morborum non
omnino certae sunt pronuntiationes neque salutis, neque mortis. Sabinus, dum nodum solvere cona-
tur, nugatur plurimum, nihil tamen quod consentaneum esset attulit, ut & aliorum plerique, qui li-
brum hunc exponendum susceperunt. Mihi vero non videntur assequi quid est *ἐπιδημιον* sibi velit. Ipsi
enim arbitrantur de breuibus & acutis morbis sermonem haberi: quum tamen ipse non videatur
id voluisse, sed de his qui a manifestis causis recentem ortum habent, ex breui tempore, non autem
ex multo excitatum. In his siquidem facilis est eius quod euenturum est praedictio, utpote quia iam
& ipsa causa qualis & quanta sit cognoscatur. At, qui paulatim & longo temporis spatio fiunt, nec
sui ortus apertam aliquam causam habent, in his non ita erit praesagium tuta. Recentem vero morbo-
rum causae sunt, aestus, refrigerationes, vigiliae, mœrores, cure, cruditates, durum cubile, lassitudines,
ebrietates, & id genus reliqua. Per ea ergo quae morborum occasionibus contraria sunt, molendam
esse curationem ait. Ut si aestuauerit, refrigerantia adhibeantur: si frixerit, calfacientia: si laboraue-
rit, ut quiescat: si in otio praeter morem degerit, plenius exercitetur: si fuerit repletus, euacuetur: si eua-
cuatus, repleatur: in quem modum superius etiam ea parte dixit, cuius principium est, Quos mor-
bos repletio gignit, euacuatio sanat.

Supra textu.
18 r. e

18 Quibus in urina arena subsident, vel pori, his inter initia tubercula ad crassam venam exoriantur,
ac ad suppurationem ducuntur. Postea vero si ea tardius erumpant tubercula, ex pure coguntur Pori,
qui cum urina extruduntur per venam in vesicam.

Potest quidem esse, ut ea de causa quam ipse attulit, eiusmodi vrinae fiant: potest & pariter esse,
ut fiant absque vena ex affectu renis. Frequenter tamen huiusmodi excretiones in vrinis proueniunt
etiam sine tuberculis: nempe quando crassus & satis viscosus humor tarde egrediens, ab illius loci
calore exiccatus cogitur.

19 Quibus vrina sunt sanguinolenta, his vena laborarunt.

Obscurum est quae de re laborarunt dixerit. Nam significare potest eas imbecilles factas, ut solu-
tis viribus semicoctum sanguinem generet: qui vel per earum imbecillitate facile profluat, vel quasi
res aliena ab illis excernatur. Potest praeterea coiter laborarunt significare affectas sunt, quod scilicet to-
ta affectio citra renem incommodum ad solas venas pertineat. Quae tamen illa sit, haud ex hac ex-
positione indicatur. At vero perquam manifestum est quod neque Hippocrates, neque Polybus, vn-
quam *ἐρημια* dixissent, quum ita dicere potuerint, quibus sanguinolenta sunt *τὰ δακρυα*. Alioquin
enim Hippocrates frequentissime *δερμα* scripsit: *δερμα* vero nullibi in eius scriptis inuenias. Sunt
& alia multa adscripta in hoc libro, quae manifeste indicant ea neque Polybi neque Hippocratis fuisse.

Hæc particula
in manuscri-
ptis non habet.
4.aph. 76. Ex.
or. 36. b.

20 Quibus vna cum urina, & ea crassa caruncula forma pilos referentes egrediuntur, eas a renibus
prodire cognoscas, & ab Arthriticis.

Aphorismum illum in hoc loco interpretatus est, Quibus cum vrina crassa carunculae paruae, H,
aut capillis similes egrediuntur, his a renibus fit excretio.

21 Quibus vrina nunc pura est, nunc autem veluti surfures innatae, his vesica scabie tenetur.

4.aph. 77. Ex.
ord. 36. c.

Hoc item loco eum aphorismum descripsit, Quibus in vrina crassa surfuraceum quid excerni-
tur, his vesica scabie laborat.


22 Plurimae febres ex bile gignuntur, quarum forma, praeter eas quae ab occultis doloribus proueniunt, sunt
quatuor. Earum nomina sunt continua, quotidiana, tertiana, & quartana. Quae continua vocatur, ea a
bile plurima fit & sincerissima: indicationes quoque sincerissimas, & tempore brevissimo facit: corpus etenim
quod nunquam refrigeratur, citissime colliquefit, quippe quod ex multo calore feruet. Quotidianam post
continuum copiosior bilis parit, & alij velocius depellitur: est tamen quam continua longior, quia a mi-
nore bilis copia gignitur: quiescit quoque interim corpus, quod in continua requiem nullo habet tempore. Ter-
tiana vero longior est quam quotidiana, utpote quae ex pauciore bile nascatur: Vt autem diutius in ter-
tiana quam in quotidiana corpus requiescit, ita etiam haec quotidiana prolixior est. Quartanarum in alijs
eadem ratio, nisi quod tertianis sunt longiores: quo minus bilis participes sunt, quae calor praestat, eo magis
habent

A habent ut corpus refrigeretur. Ab atra autem bile prouenit is excessus, atque etiam quae egre depellatur: nam
bilis atra omnium quae corpori insunt maxime lenta est, sedemque diuturniorem habet. Quod quartana fe-
bres experies non sunt bilis atrae, sic cognosces: Autumno siquidem homines a quartana corripiuntur, et a
quinto & vigesimo suae aetatis anno, ad quintum & quadragimum. Haec autem aetate praeter omnibus alijs aetati-
bus atra bilis est particeps, & autumnus praeter alijs omnibus temporibus. Quos vero extra id anni tempus,
eamque aetatem quartana inuadit, nouisse oportet, eam febre, nisi homini aliquid obsuerit, minime fore legu.

Plerique expositores, in quibus posuerim Sabinum, illum mihi imitari videntur, qui quum aqua
inter cutem laboraret, medicum exposcebat ut sua diligentem reduci curaret: alter utrum sane erat,
aut is se vniuerso corpore laborare non animaduvertebat, aut putabat curationem non requirere.
Pari modo & expositores, aut animi oculis caecutiunt, aut arbitratur leuioribus quidem erroribus
esse consulendum, maioribus vero nullum esse remedium adhibendum. Hi quasi ex profundo ex-
citati somno sentiunt tandem, quae ea quae in hac parte tradita sunt, nempe quotidianam esse tertianam bre-
uiorem, cum Hippocratis sententia pugnant, qui in primo epidemiorum libro necnon in apho-
rismis aperte protulerit tertianam celerrime iudicari: & proinde aiunt librum hunc non esse Hippo-
craticum, quum & falsa contineat, & quae ab his, quae alibi scripta ab Hippocrate sunt, discrepent. Quip-
pe si in hac tantummodo re putant hunc qui ista, quae libro huic inserta sunt, adscriptum tum mentitum
fuisse, tum etiam Hippocrati refragari, similes illi sunt qui reduci aetate, corpus vero vniuersum esse
pestime affectum non aduertit. Quem n. latet quotidianam esse longiorē tertianam, is se in operibus
medicinae parum esse exercitatum prodit. Porro ille non tam ex impudenti stupiditate mendacium
id effinxit, quam probabilis ratione motus: eo magis quod inter antiquos non nulli fuerint, in quibus est Pla-
to, qui sentere continuas febres ex ignis excessu gigni, quotidianas aeris, tertianas aquae, quartanas
terrae. Platonis vero haec sunt verba: Itaque corpus quod ex ignis abundantia laborauit, continuos fer-
uores & febres efficit: quod vero ex aeris, quotidianas: at ex aquae, tertianas, ut quae igne & aere sit
tardior: quartanum autem quum ex terra sit, omnium lentissimum est, & quadruplicibus temporis circuitibus
purgatur, quartana efficiens egre remouetur. Igitur quum Plato elementum pigerrimum, quod & fir-
missimum est & ad motum difficillimum, quadruplicibus purgari dicat circuitibus, verisimile ipsi
est alia quoque inter se eadem, proportione differre, quae genita sunt, ut quod subinde sequitur terrestre ele-
mentum, utpote aqua, circuitum etiam quaternum proximum producat: ite quod huic consequens est, quae aer
est, quotidianam: quod vero citissime mouetur, id autem plane ignis est, febre parit continuam. Probabi-
lius tamen ea ratio est, quae causam ortus ipsarum in calidum natura refert elementum, id est ignem. Neque enim cōsen-
taneum est affectum calidissimum a frigido dominante elemento in corpore gigni: congruum sane est cal-
dum affectum ex redundantia elementi calidioris excitari. Discrepant autem mutuo febres suis ipsis dif-
ferentibus, quas in quantitate causae ponas. Quod si cōcesserimus, febris quae continentissima iuxtaque &
calidissima est, a plurimo igne proficiscetur: quod huic continens est, secundum sibi vendicabit in
quantitate locum, tertium tertiana, quartum quartana. Solutiones quoque earum erunt causis conse-
quentes: calidissima quidem febris, citissima: ab his vero temporis spatio secundum ordinem habent
quotidianam, tertiam tertianam, quartam quartanam, ita ut si ad probabilitatem respicias, haec sane erunt recte
pronuntiata. Hanc vero rationem rerum ipsarum explanatio conuincit. At in superiori venarum anatome
eius auctor nulli innixus probabilis argumento non semel, aut bis, aut etiam ter, ementius est,
sed sapissime, ut neque vnum quippiam in illis inuenias quod vel casu sit recte expositum: vnde mi-
rabile profecto est, quod in nullo eorum auctorem, qui omnia haec a libro de Natura humana vsque
huc conscripsit, accusauerit vnquam, in praesentia accuset ita, ut ob hoc non amplius illi videatur li-
ber hic fuisse Hippocratis. Porro & id mirandum est, quod Sabinus, & alij plerique expositores, supe-
rioribus omnibus semper applauserint afferentes hoc quidem mirifice fuisse ab homine dictum, il-
lud vero summa cum felicitate, aliud diuine: nunc autem eorum omnium oblitum ex vna tantum contradi-
cendi occasione, statim ceperit illis videri liber hic non esse amplius Hippocratis, ipsumque in Poly-
bi transferunt. Quasi ipsi aphorismos legerint atque etiam primum epidemiorum librum, non legerint autem
Polybus: quem fieri nequit, quum Hippocratis discipulus fuerit, non sapissime ab eo de febrium dif-
ferentibus audiuisset, & non raro etiam eius libros relegisset. His accedit quod viderat & ipse in agris ter-
tiam cito iudicari, quotidianam vero longiori tempore perdurare. Nam neque in eis ponendus est
Polybus, qui Alexandriae diuinae: si nullo vnquam vel viso agrotante, in scholis versabantur, ni-
hil vnquam quod sanum esset dicentes, neque ea etiam quae in agrotis clarissime apparere animadu-
uertunt qui in arte exercitati sunt. Vnde is horum auctor aut sophistes fuit, aut veterator, ut vide-
tur: quippe qui vni notam aliquam seni inureret, falsa libro annexuit. Nam iuniorē illum fuisse qui
haec tradidit literis, nomen *σύνολος* argumento est. Neque enim vnquam Hippocrates vel ex
antiquis alius continuam febre *σύνολος* nuncupauit, sicuti neque vrinas *δερματια*. Sunt
sane vocabula ista medicorum recentiorum, qui linguam antiquorum ignorarunt.
Quare haec missa faciamus quae supposita sunt, & ad librum de victu
salubri, quem Polybi fuisse aiunt, accedamus.

Sec. 1. re. 8. 3.
119. h
4. Aph. 59. Ex.
or. 33. g

Galeno.



GALENO ASCRIP TVS LIBER DE INCANTATIONE.

A DIVRATIONE ET S V S P E N S I O N E .



Quæstio filii charissime de incantatione, adiuratione, & suspensione, si qua possunt prodesse: & si inuenerim in libris Græcorum hoc: & qualiter in libris Indorum est inuenire. Cui quæstioni compendiose in hac epistola correspondere. Omnes inquam antiqui in hoc videntur esse concordati, corporis complexionem animæ sequi virtutem: quæ virtus si sit æqualiter temperata, actio quoque corporis erit perfecta: vnde quia virtutes actionis animæ, in pueris, senibus, & mulieribus, imperfectæ plurimum esse videntur, complexio quoque corporis eorum imperfecta esse probatur. Et hæc imperfectio similiter contingit habitatoribus in temperatæ regionis, utpote caliditatis Æthiopiæ, & frigiditatis Scythiæ. Inde Plato inquit, Quando mens humana rem amat aliquam, licet naturaliter non iuuatiam, sibi eam prodesse certificat. Ex sola autem mentis intentione, corpus resilla iuuat, verbi gratia si quis incantationem sibi prodesse confidat, qualiscunque sit, eum tamen iuuat. Si enim ut diximus, complexio corporis virtutem sequitur animæ, necesse est rem taliter se habere: quod certificatur, quia ex timore, tristitia, latitia, stupore, non solum corpus in colore mutatur, sed etiam in multis alijs rebus, ut venis solutione, siue consipatione, vel nimia defectione. Ego autem vidi ista, sanitate diuturnarum passionum fuisse causas, maxime illarum quæ corruptiones sunt mentium. In sanis autem fuisse infirmitatis causæ hæc eadem. Vnde Socrates, Incantationes, inquit, verba sunt decipientia rationales animas secundum spei inceptiorem, aut secundum timoris incisionem. Indi autem medici tantum confidunt incantationem siue adiurationem iuuare. Græci vero antiqui medici intendunt his in animam erroneam perfectionem suam reuocare, quæ reuocata necesse est ut corpus reuocetur ab ipsa, cum complexionem corporis virtutem animæ constet sequi. Vnde Galenus super libro Hippocratis de Humoribus, Si quis, inquit, dixerit humores corporis mutatos immutare actionem animæ, ut animæ actio mutata mutat eosdem, non mentitur. Quod certificatur, quia quando complexio cholericæ dominatur, fit inde iracundus: & contra in sæpe irascentibus, cholera rubea augmentatur: necesse est enim complexionem animæ corporis complexionem imitari, & corporis animæ. Iterum inquit Galenus, Intellectus & scientia in anima, ex complexione augmentatur cholericæ: continentia & studiositas, ex melancholica: deambulatio vero & delectatio, ex complexione sanguinea: phlegma nihil adiuuat virtutem animæ nisi in prima gustatorum mutatione. Constat ergo, quod si medicus animæ complexionem quoque adiuuerit incantatione siue suspensione, corporis complexionem ad vitam perducit: si autem his conueniens adiungitur medicina, corpus incantatione animæ adiuuatur: quibus coniunctis necesse est sanitatem virtusque citius consequi. Item inquit Galenus, Sunt homines læti naturaliter, & delitiosi, qui quando infirmantur, sanos eos subito futuros confirmet medicus, & eorum diætam cum exercitijs reuocet: quorum spes, sanitatis est causa. Sunt & alij & contrario, natura tristes, & vnde tristentur & angustiantur, eorum animis semper cogitantes: quorum cogitationes oportet fallere medicum, & lætificante intentione mutare animas eorum. Sed neque excedere debet lætificandi modum, ne promissionum magnitudine negligat se medicandus. Memini enim quendam nostræ terræ nobilissimum murmurasse se esse ligatum, ne cum mulieribus cotret: quem adiuui fallificando intentionem suam, & hoc magnis ingenijs, sed tamen nunquam reuocare potuit: propter quod certificare & confirmare incepti quod ipse prius intendebat: deinde adducens sibi librum Cleopatraz, quem fecerat de foeminarum formâda specieiositate, legi locum, ubi dixit taliter, Ligatus fel coruinum accipiat miltum

Astum cum solum oleo, quo vngens totum corpus, adiuuabitur: Iste autem audiens, confusus libri verbis, sic fecit, citoque conualuit, & augmentata est concupiscentia coeundi. Ego quoque, in antiquorum libris multis legi suspensa collo suffragari cum proprietate, non ex natura sui, quod non nego posse fieri propter confortationem mentis, ut dixi: de quibus cum sint multa, pauca tibi tangere disposui. Aristoteles in libro de lapidibus, Suspendens Smaragdum collo, aut portans ipsum in digito, defendit a casu epilepsia suspecto: vnde semper mandamus nobilibus, ut collo filiorum suorum suspendatur: ne in hanc infirmitatem incidant. Item, quodlibet genus Hyacinthorum suspendens collo, siue habens in digito, si intret regionem peliferam, non laeditur, sed potius in mentibus hominum honoratur, & a maioribus petitiones eius complentur. Item, Sardam, xx granorum hordei pondus portans collo, seu in digito, non videbitur terribilis in somno. Item, Corneolam collo portans, siue in digito, mitigat iram in contentione: cuius autem color est sicut lotura carnis, sanguinis fluxum cuiuslibet membri stringit, maxime in foeminis. Onyx suspensus vel digito portatus augmentat in somno terribilia, & tristitiam, & inter homines contentiosa, in pueris autem suspensus saluam oris auget. Galenus ait, Stercora luporum ossa comedentium si in ventribus illa dolentium, vel collo patientium suspensa fuerint, statim dolorem mitigant: aliquando & in coxis suspenduntur & cum fune laneo ligantur, illius, scilicet ouis quæ a lupis comesta est, sicque melius iuuabuntur & fortius, quod si filum non inueniatur, cum corrigia ceruina ligantur. Idem, Galenus in vas argenteum posuit, cuius, quantitas fabæ fuit, & in coxis suspendit, & multum profuit: hoc autem dixit in libro de simplici medicina. In libro autem eodem ait, Si Viperæ suffocatae collum cum filo lineo suffocandi collo suspendentis, absoluitur a suffocatione sua, & multum valet apostematibus faucium. Dioscorides ait, Dentes canini canis rabiosi quando hominem momorderit, in frusto corij ligati, & armo suspensi, defendunt a moribus canis rabiosi. Idem Pullis hirundinis paruis in augmento lunæ acceptis, & primogenitis, si fuerint in ventre scissi, duos lapides inuenies, vnum vnius coloris, & alterum diuersi & oppositi: quos si ligaueris in corio vituli antequam terram tetigerint, & collo siue armo suspendentis, epilepticis valet, & aliquando perferant. Quidam medici suspendunt collo radices herbarum Acetosæ propter serofulas, & valent: Alij suspendunt radices Arnaglossæ propter eadem, & dissoluuntur. Auricularis digitus abortiuus si collo suspendatur, non concipit dum collo habebit. Hyoscyamus cum lacte caballino temperatus & corio ceruino impositus & suspensus collo mulieris, concipere non permittit, dum in collo erit.

Quidam dicunt mulierem ranam accipientem & os eius aperientem, terque ibi inspuentem, non concipere illo anno. Alij oculum hirci ligant radici sampsuchi in horto, & irrigant cum vrina rustici tauri vespere: mane autem extracta radix ligatur cum eodem oculo in armo, libidinem augmentat. Galenus inquit, lapis Coralli multum valet ad passionem stomachi, si suspensus fuerit super stomachum, vel collo patientis. Dioscorides, semen Croci hortensis ad scorpionis mortuum valet in manu tentum, vel collo suspendentis: simile facit radix Lauri: idem etiam Iris agit. Alij dicunt, radices Asparagi siccae super dentes ligatae, trahunt sine dolore. Item pedes Leporis & renes dextro armo ligati canes latrare non permittunt: similiter iecur facit canis, nisi coloris eius generis fuerit, cuius iecur fuit. Indi dicunt stercus Elephantinum cum melle mistum, & in vulua mulieris impositum, nunquam permittit concipere: restatur hoc, quia arbori suspensum non permittit fructificare. Aaron dicit, stercus Elephantis cum lacte caballino mistum & corio ceruino ligatum, & umbilico mulieris suspensum, non permittit concipere. Quidam medici dicunt pedem testudinis dextrum pedi podagrici dextro suspensum iuuare, sinistro sinistro: idem & in manibus. Item radix Præoniae collo suspensa pueris valet epilepticis: similiter pyrethrum: idem facit pilus ex toto nigri canis. Nos autem hæc ex libris antiquorum excerptimus, ut mens tua in incantatione, adiuratione, & suspensione non refragetur amplius. Sed omnia si ex libris antiquorum philosophorum dextrahamus, librum protendemus. At qui voluntatem nostram hactenus exhibuimus. Hæc autem ego non tentavi: Sed nec etiam neganda sunt mihi, quia si non viderimus Magnetem sibi ferrum trahentem: non certificamur, nec credimus: similiter quod Plumbum rum pit adamantem, quod ferrum non facit: & lapis, qui vocatur Nitrum, foco incenditur: Piscis autem quidam marinus se capientis sensum aufert: quæ omnia si a nobis non videantur, non creduntur, sed tentata certificant. Et forsitan itidem se habent dicta ab antiquis. Quorum enim actio ex proprietate est, rationibus vnde sit comprehendi non potest: rationibus autem tantum comprehenduntur quæ sensibus subministrantur. Aliquando ergo quædam substantiæ habent proprietatem ratione incomprehensibilem propter sui subtilitatem, sensibus non subministratam propter magnam sui altitudinem.

Galeni



G A L E N I D E O C V L I S
A D E M E T R I O T R A N S L A T V S
N V P E R A V A R I I S M E N D I S
E X P V R G A T V S

*Quod oculorum, & partium eorum, & operationum notitia est necessaria volenti curare oculos:
& quod crystallinus est pars principalis oculi, cui cetera subseruiunt. CAP. 1.*



Oportet medicum oculorum curam habere volentem, prius eorum naturam optime cognoscere: vnum quodque enim membrum infirmum ideo curatur, vt ad naturam suam propriam sanitatis conuertatur. Sed scientia naturae membri, & vniuscuiusque compositi, non potest comprehendere nisi partes totius noscantur. Qui igitur oculorum naturam scire desiderat, primo omnes partes quibus constructi sunt intelligat: noscatque operationem cuiusque partis, & quae fuerit illius necessitas, & quo modo quaecunque pars illa componatur. vnde de difficultioribus dicamus. Sciamus itaque quod omne membrum compositum habet propriam actionem propter quam factum fuit, quam actionem cum vna suarum partium operatur, ceterae vero illi operanti ministrant. Sic & de oculis est, qui cum e multis partibus diuersis compositi sint: visus tamen proprie fit ab vna suarum partium, id est humore qui dicitur crystallinus. Ceteri vero humores, atque panniculi sunt propter iuuamentum ipsius, quod explanabimus, cum de omnibus disputabimus.

De colore, figura, & situ humoris crystallini, vitrei & albuginei, Et de tribus tunicis quae sunt post vitreum: Et de tribus quae sunt ante albugineum: Et de tela aranea. CAP. 2.

Crystallinus est humor albus, splendidus, lucidus, non omnino rotundus, sed aliquantulum planus, qui locatus est in medio oculorum. Albus est & splendidus, vt cito varios colores recipiat, quia album & splendidum corpus cito & velociter coloribus opponitur, sicut in claro vitro fieri patet. Rotundus, ne cito patiat, quia omnis forma rotunda non cito patitur, quia angulis caret. Parum latus, vt lumen sumere possit: si enim rotundus esset exquisite, lumen non cito sumere posset, quia in loco vno stabilis non esset. In medio locatus, vt ceterae partes sibi ministrarent: quaedam, quibus defenditur: quaedam, quibus adiuuatur: vnde necessario in medio sibi ministrantium fuit. Quod autem in eo sit visus, testatur id quod videmus in cataractis: aqua enim cum inter crystallinum & corneam steterit, vt non possit species praeter aqua ad crystallinum transire, lumen amputat visuale: sed aqua ablata, lumen reparatur. Crystallinus autem in medio duorum locatur humorum, quorum vnus retro est, qui dicitur hyelinos, id est vitreus, quasi vt vitrum lucidus. Alter vero est, qui est quasi albumen oui, & dicitur albugineus. Post vitreum sunt tres panniculi, quorum primus vitreum circumdat, quasi rete, inde, & retina dicitur. Post hunc est alius, similis secundinae, & dicitur secundina. Iuxta quem est tertius, qui ossa contingit, durus & solidus: vnde & scleros vocatur. Ante albugineum sunt tres panniculi, quorum vnus albugineo coniungitur, eumque circumdat, qui est quasi vnea, eiusque color nigredini pertinet, vnde vocant eum rhagoidea, id est vneam. Ante hunc est alter cornu similis, vnde ceratoideis, id est cornea, dicitur. Iuxta hunc est alius, qui penitus non circumdat sicut alij sed eos intra se iungit, vnde coniunctiua dicitur, quia si cornea ab ea operiretur, spiritus eam perforare non posset. Inter crystallinum & albugineum est tela aranea. Sed nunc videamus examen vniuscuiusque ipsorum. Et primo de vitreo tribusque panniculis post eum existentibus.

Quod crystallinus vitreo nutritur, Et quod nervi optici soli concaui & de cerebro veniunt tecti dura & pia matre ad loca oculorum, Et de tribus tunicis quae sunt post vitreum. CAP. 3.

Dicamus igitur ita. Omne membrum necessarium est vt habeat cibum, quo instauretur id quod calore

A calore naturali & accidentali intus & extra dissoluitur. Cibum vero membro conueniens est, quem sibi membrum bene assimilat. Crystallino ergo cibum esse licet necessarius, vt ipse sit albus, & clarissimus: & hoc cum sanguinem in sui naturam sumere non possit, necessario vitreum habuit medianem, qui medius est inter naturam sanguinis & crystallini: albus enim sanguine est, & minus albus quam crystallinus. Hic autem vitreus humor est de sanguine in venis subtilibus & arterijs digesto: vnde mutatus est a suo colore in speciem vitri. Ipsae enim venae & arteriae sunt de retina, quae procedit a subtilibus cerebri panniculis, neruum per quem spiritus ducitur circumdantibus, qui neruus concauus est: quod planius dicemus vt pateat. Natura. n. a cerebro sensum & voluntarium motum omnibus tribuens membris per neruos medianes, duos neruos a cerebro prodeuntes, ad oculos mittit: quorum vnus durus est, vnde fit motus: alter mollis & concauus, neque praeter ipsum in toto corpore concauus alius est: quod ideo fuit, vt animatus spiritus visum facies, per eum duceretur. Cerebrum vero duobus panniculis est operum, vno subtili & molli, altero duro & crasso: subtilis autem secundina assimilatur, quia venas & arterias habet, qui cerebro prodest, quia nutrit & defendit eum cum suis arterijs & venis: crassus vero defendit solummodo ab offibus capitis appropinquantibus ei. Omnes autem nerui a cerebro procedentes, istis panniculis sunt operati, donec a capitibus offibus egrediantur: similiter nerui ad oculos venientes, his duobus panniculis circumdantur. Vnde molli panniculo concauus neruus circumregitur, & extenditur in modum relax cum suis venis: est autem rete vitreum humorem cooperiens. Vitreus autem humor medium crystallinum comprehendit. Retina venis & arterijs ad vitreum porrat cibum, & cum suis neruis sensum & spiritum visibilem ad crystallinum ducit. Subtilis autem panniculus qui secundina dicitur, quo neruus circumregitur, cum alio qui retina dicitur, coniunctus est illi secundo loco crystallino iunctus est, cui secundina praestat auxilium, quia suis venis & arterijs nutrimentum portat ad retinam, & defendit eam ne rumpatur. Durus autem panniculus subtili coniungitur, eumque circumdat: qui ad hoc valet oculis, quod eos ab osse defendit in quo locati sunt, ne eis sua duritie noceat, & est quasi ligamentum oculorum. Sufficiant haec de tribus humoribus, & tribus panniculis post crystallinum existentibus.

De tribus tunicis ante crystallinum iunctis eis, quae sunt post ipsum: Deque iuuamentis earum & albuginei humoris: Et de coniunctiua, & Musculis qui mouent oculos & palpebram, & sustinent neruos opticos. CAP. 4.

Panniculi vero tres ante crystallinum existentes taliter sunt. Diximus enim panniculos cooperire cerebrum, neruosque ad oculos venientes circumdare: sed tamen in oculis existentes diuiduntur, & faciunt duos: vterque tamen ad medium crystallini iungitur in loco qui dicitur iris. Super pupilla est panniculus cornea, qui a duro panno cerebrum cooperiente procedit: & panniculus qui vnea dicitur, & ab illo quem secundinam dicunt procedit, qui, vt diximus, iungitur duro, qui cooperit, vt dictum est, secundinam. Panniculus vero exterior, id est coniunctiua, super corneam procedit. Cornea vero ad haec necessaria est vt crystallinum defendat, ne ab exterioribus, quia durus panniculus est, patiat. Haec autem subtilissima, alba, & dura est: subtilis & alba, vt cito spiritus eam penetrare possit: dura, ne propter subtilitatem cito rumperetur. Vnea tribus de causis necessaria est: vna, vt corneam nutriat, quae venas vnde nutriatur habere nequit: alia vero, vt media sit inter corneam & crystallinum, ne cornea duritie sua noceat crystallino: tertia, vt coadunet lumen suo colore nigredini pertinente: omne enim lucidum, lumen dispergit, nigrum vero coadunat. Vnea ergo multitudinem venarum habuit & arteriarum, vt corneam nutriat: mollis fuit, ne crystallino inferret nocumentum. Proprios habet villos in quibus aqua coadunatur in cataracta. Lenis autem exterius est, ne cornea sibi noceat. Color eius est sicut color caeli, vel lumen sicut diximus coadunet. In medio eius foramen est, per quod lumen ingreditur: & intrinsecus plena est humore qui dicitur albugineus, vt faciat crystallinum a cornea distare. Albugineus alterius iuuamenti est, quia crystallinum defendit, ne ab exteriori aere delicescat: & humectat vneam, ne noceat crystallino. Sed inter crystallinum & albugineum quidam est panniculus tenuissimus, sicut cortex tenuissimus caprae, vel araneae tela, qui medium operit crystallinum, vt eum ab vnea defendat. Ideoque quidam medici dixerunt oculorum panniculos septem esse, dixerunt alij sex, alij quinque, quidam quatuor, quidam tres, non nulli duos, quorum discordia non erat in re. Dicentes enim septem, computabant retinam, secundinam, sclerion, araneam, vneam, corneam, coniunctiuam. Qui autem sex, retinam non esse panniculum dicebant, asserentes defensorium panniculum quoddam esse: retinam potius nutrire, quam custodire. Sed qui quinque autumabant, araneam non panniculum, sed crystallini partem, esse dicebant, neque coniunctiuam. Dicentes autem quatuor, contendebant coniunctiuam non esse panniculum, sed ligamentum oculorum, neque retinam nec araneam telam. Tres esse dicentes, vneam & secundinam vnum esse dicebant panniculum, quia vnea a secundina procedit: retinam quoque & araneam vnum panniculum: item sclerion & corneam vnum panniculum. Qui duos dixerunt, sclerion & corneam vnum intendebant: & secundinam & corneam vnum: retinam vero & araneam & coniunctiuam non esse panniculos. Intentio ergo antiquorum erat vna. Nunc de coniunctiua dicamus, de qua hucusque tacuimus. Sciendum ergo lacertos oculis esse necessarios,

cessarios, quibus possent moueri, & visibilibus rebus opponi. Ideoq; septem habent lacertos, quorum vnus mouet oculos erga nares, alter versus tempora, tertius sursum, quartus deorsum, quintus firmat & corroborat neruum vnde visus procedit: duo alij alligant coniunctiuam ne vsq; ad corneam tendat, & operiunt lacertos ibi existentes in angulis oculorum. Tres iterum superiores palpebras mouent, vnus superius & duo inferius: inferiores vero palpebrae nullum habent motum.

PARTICVLA Secunda est de ortu neruorum sensus à cerebro. Et triplici specie regitiua virtutis: Et de neruis opticis & ipsorum coniunctione, & spiritibus visus. Et de modo quo fit visio. Cuius sex sunt capita. Quod omnes sensus à cerebro procedunt, & ab ipso procedunt septem paria neruorum, ceteri vero nerui à spinali medulla.

CAP. 1.

Necessesse est qui naturam oculorum vult scire, prius cerebri naturam optime cognoscat. Visus enim ab eo procedit, & superior eius actio ad eum conuertitur. Cerebrum autem frigidius & humidius ceteris membris est, quod postea explanabimus. Initium enim est sensus & voluntarij motus ac regitiua virtutis. Nullum. n. aliud membrum hac actione fungitur, sed cerebrum. His. n. modis operatur, vel per se, vel per viam adiuuantis, instrumento adiuuante sensum agit, & motum voluntarium. Instrumenta sunt nerui, qui duobus sunt modis, quidam à cerebro, quidam à spinali medulla procedunt: medulla spinalis tñ de cerebro est, vnde cerebrum fundamentum neruorū est omnium. Sed duris neruis voluntarij motus efficitur: dum nerui cum lacertis componuntur. Lacerti enim de neruis sunt & carne & ligamento compositi, & ligamenta ab ossibus procedunt. Molles nerui quinque sensus faciunt. Quibus omnibus subtilior & acutior est visus, qui sensus igneus est, & igneam habet naturam. i. splendorem & ruborem: lumen igneae est naturae, quia cum coadunatur in us, ignis ex eo succenditur. Post visum est auditus, post quem olfactus, post olfactum, gustus: qui quidem quia sentit quod est aquosum, aquae pertinet. Sapor. n. qui sentit nihil aliud est q̄ aqua alicuius corporis siccitati admixta calore operante: proinde antiqui saporem vocauerunt chymū, i. liquorem. Ceteris sensibus tactus crassior est, qui quidē sentit quod terreum est, & terre pertinet. i. durum, molle, calidum, frigidum, & siccum, & quae ex his procedunt. Omnes autem nerui sensum habent tactus, sed non voluntarium motum, vt diximus: quia duri nerui tantū voluntario motu funguntur: sed molles duris sunt sensibiles: procedunt vero duri plus à spinali medulla. A cerebro autem procedunt septem paria neruorum: quorum primum & secundum par ad oculos veniunt: Vñ est concuuum per quem sensus visus fit. i. per quem animatus spiritus visum dans ad oculos tendit: Secundum par oculi lacertos & palpebras mouet. Tertium ad linguam tendit dans ei sensum saporum. Quartum ad palatum deuenit vbi gustus sensum facit. Quintum ad aures accedit sensum auditus faciens. Sextum ad viscera descendit, & per ea diuiditur, dans eis tactum. Septimum mouet lacertos linguae, ceteri quibus mouentur manus, pedes, dorsum, & caput de spinali medulla procedunt. Sic cerebrum cum instrumento. i. neruis, motum agit, & sensum.

De Trina actione virtutis regitiua & de animali spiritu, & natura cerebri. CAP. 2.

Regitiua vero actio per se solum tribus modis est, phantasia in fronte, ratio in medio, memoria in puppi. Cerebrum habet quatuor concuuitates quae dicuntur ventriculi, duae sunt in prora, tertia in puppi, quarta inter proram & puppim, in quibus semper est animatus spiritus, quo actus, vt diximus, fit. Spiritus autem animatus, de vitali fit: vitalis in corde generatur & nascitur. A corde enim duae venae ad cerebrum ascendunt, quae subtus cerebrum venientes, multis diuiduntur modis, & protelatae faciunt quasi rete, per quas spiritus vitalis à corde ad cerebrum ductus, in illo recti morat, quousq; mundificetur, & subtilietur. purificatus deinde ad medium ventriculum cerebri tendit, ibiq; aliquantulum permanens subtiliatur: postea ad puppis vadit ventriculum. Sed via quae est a medio ad puppim non est aperta: habet enim portam, in qua quoddam obstaculum est, cuius forma est sicut pinea, quam anatomici Vermem vocant: sed ferme semper clauditur. Vnde cum spiritus qui est in puppi, fuerit motus, fit memoria: cum is qui est in medio, fit intellectus & ratio: cum ille qui est in prioribus, fit sensus communis & phantasia. Haec est dispositio cerebri, suaeq; actionis. Cerebri autem natura frigida est & humida. Frigida duabus de causis: Vna propter multitudinem sui motus: quo fiunt memoria, intellectus, & imaginatio. Secunda, propter motionem quae ab eo dirigitur: vnde fiunt sensus & voluntarij motus, ne causa suae motionis calidissimum factum, incenderetur, & incensum consumeretur amplius. Si cerebrum calidum esset, memoria instabilis esset: caput enim calidum, mobile est naturaliter, frigidum contra. Memoriae vero requies & stabilitas est necessaria, quod sic attestantur, quia calidum cerebrum habentes, instabiles, & mobiles sunt. Humiditas autem cerebri duabus de causis est necessaria: Vna, ne ex motu nimio desiccaretur: motus enim calorem facit, calor vero desiccet humiditatem: Alia, vt in eo velociter imaginatio formaretur, & cito sensum qui eam dirigit, suscipere posset, & velociter ad audita discernendum moueretur: rursus vt nerui ab eo procedentes molles essent. Impossibile est enim à duro, molle, vel à molli, durum generari: proinde prora mollior est puppi, quia de prora molles, de puppi, duri nerui procedunt, quibus motus voluntarij fit.

De neruis opticis & eorum differentijs à ceteris neruis. CAP. 3.

Qui in visum optime scire desiderat, primum naturam vtriusque nerui visibilis inuestiget, vt bene

A vt bene cognoscat, quibus cum ceteris neruis cōiicet, & quibus discrepet. Deinde de visibili spiritu perquirat, quatenus sciat eū quibus spiritus conueniat, & in quo discrepet: postremo de ipso visu quo modo fit, quod in hoc capite planè describam. Primum itaq; neruorum par, quod supra diximus cum vtroq; cerebri pannelo descendere, & secum visibilem spiritum ducere, cū ceteris neruis sensum facientibus duobus modis cōuenit: Vno, quia vt alij, à cerebri prora descendit: Alio, quia & ipse nobilis est, discrepat tñ ab eis, sex modis. Primo, quia maior ceteris est à cerebro & à spinali medulla procedentibus: Magnus vero quia concuuis est: si enim esset paruus, necessario subtilis esset, vnde cito frangibilis: Cuius concuuitas necessario fuit larga, vt nullam pateretur obstructionem & ideo magnus fuit. Secundo, quia solus sic concuuis est, vt eius concuuitas sensui ostendatur, quae concuuitas protenditur vsq; ad locum in quo panniculus oculorum qui rete dicitur, se procreare incipit: quod facile sensui patet, si anatomia cernatur. Inchoat quoq; ipsa cōcauitas ab vtroq; cerebri ventriculo, qui est in cerebri prora: in quo tamen loco cōcauitas videri nō potest, quia subtilissima & angustissima est. Hoc foramen qui vult aspicere, quaerat in cerebro magnorum animalium in hora, qua occiduntur. Caueat tamen ne in aestate, calidō ue tempore fiat: & vtroq; cerebri pannelos tangat caute, ne frangantur, & in sine illorum pannelulorum inueniet illud neruorum par ab vtroque ventriculo procedens: poteritq; videre qualiter ipsa concuuitas ab ipsis ventriculis inchoet. Tertio, quia vterq; visibilis neruus, intrinsecus est mollissimus, vt facile sentire possit, extra aliquantulum durus, vt à passione sit illaesus. Quarto, quia per hoc par neruorum multo maior spiritus quantitas, q̄ per omnes neruos sensum & motum voluntarium facientes ducitur: in illis tamen non substantialiter, sed sola virtus eius per eos vehitur. per illud autem par, multa spiritus essentiae quantitas defertur. Oculi enim cum sint nobilissimae actionis, vadit ad eos multum de substantia spiritus, vsq; ad panniculum qui dicitur vrea: hoc enim fuit necessarium ad adiuuandum visum. Quinto, quia ceteri nerui quanto sunt à cerebro remotiores, tanto sunt duriores, & à propria natura mutantur: iste intrinsecus mollissimus est, extrinsecus vero solidior, vt mollities interior exteriori duritie tueatur, nequando desiccetur. Cuius mollitiem & si aliquantulum inuenies indurari, tamen ad oculos veniens, in naturam, quam in cerebro existens habuerat, conuertitur: in panniculo enim qui rete dicitur, mollis efficitur, ita vt in naturam cerebri procedat, fitq; quasi rete. Sexto, quae & laudabilior eius proprietates est: quia hoc par neruorum cum è prora vtriusq; ventriculi separatum egrediatur, non recto itinere sicut exierat, vadit: sed per interiora capitis torquetur, & ad ossa narium veniens commiscetur: sic vt ipsorum vtraq; foramina fiat vnum ibidem. Iterum Chi nerui separantur, & recto itinere, vt egressi fuerant, vadunt, vnusq; è dextro ventriculo exiens, ad dextrum oculum tendit: alter de sinistro prodiens ad sinistram peruenit, de quorum coniunctione & separatione plures antiquorum diuerse sententiae sunt.

De Opinionibus circa causam coniunctionis neruorum Opticorum, & de causa ob quam non vnus exiit crassus à medio primi ventriculi cerebri. CAP. 4.

Quidam haec ideo fieri dicebant, vt si vnus lederetur, alius subueniret, alij eos ideo esse coniunctos, quia omnis sensus ab vno fundamento procedit, quorum sententia prorsus vana est. Natura. n. tam optime, tam fortiter, membra compleuit, vt nullam timeant passionis occasionem, nec solum nerui visum ferentes ab vno loco exeunt, sed oēs ab eodem loco egrediuntur, neq; tñ postea cōiunguntur. Nonnulli ob hoc eos dicunt cōiungi, vt vnus ab alio confortetur: si. n. separati essent, propter itineris longitudinem rumperentur, quod quidem non impossibile est, sed tñ non est via tam longa, vt in ea rumpi debeant. Alij sic aiunt, quorū intentio vera est: spiritu visibili veniente ad oculos, necesse est, vt vno oculo clauso totus spiritus ad aliū veniat, quod fieri non posset, nisi nerui prius separati coniungerentur, & iterum separarent: quod huiusmodi experimentum testatur. Si aliquod corpus super nasum ponatur, vtroq; oculo ad videndum directo, fit visus debilior & obscurior, sed vno clauso, fit visus in altero fortior, q̄ in vtroq; fuerat, & quod vtriq; cernere nequiuerant, vnus solus clarissime aspicit. hoc ideo, quia spiritus qui in vtroq; fuerat, ad vnum conuertitur: altero. n. clauso, alterius pupilla clarior efficitur. Alij alio modo sentiunt, quorum sententia est necessaria, nisi nerui ad oculos directi primum coniungerentur, & postea separarentur, necessario res vna, dupla visui appareret. cum enim res visibilis videri non possit, nisi visu oculorum pupillas exeunte: ipse autem visus per lineas rectas egrediatur, & rem recto tramite ante se percipiat, sicut videmus radios solis per angustā cavitatem pomū ingredi, & lineae ipsae, angustae sunt in exordio sui: deinde vero paulatim dilatant: fiatq; in vtroq; oculo quasi quaedam pineae forma necesse est, vt vterq; visus lineatum directus, & in loco vbi est res videnda coniunctus, eam aequaliter percutiat: deinde quousq; ad pupillā perueniat, conuertatur necesse est, vt exordium vtriusq; à pupilla aequaliter egrediatur, & per vnā superficiē ambo ambulent. Duorum exordia sunt in loco, vbi vtriq; nerui coniunguntur, ibi vnus idemq; factus, & sic ex vtraq; pupilla à suo loco egressus, videndam rem videt, eamq; sicut est, comprehendit: qm̄ si vna pupilla à suo loco inferius vel superius mutaretur, res superiori pupilla visa, superius videretur, sicq; dupla appareret: propter quod oculis tria fuerant necessaria. s. pupilla funditiua visus, locus vbi vterq; coniungitur neruus, & recta linea, vt visus recte per eas transeat. Haec est causa quare nerui ad oculos venientes prius coniunguntur. Sed tamen quidam sic obiciunt.

Cum

Cum illos duos nervos necessarium sit coniungi, quare non statim vnus facti sunt, sed duo. Quibus E. est respondendum: vnus ideo nervus non fuit, quia a cerebri medio exire non potuit, maxime quia magnus est vterq; item, magna quadam concavitas illic est, vbi palati foramina cerebro coniungunt, p. qua, cerebri sua supfluitate expellit: via etiam qua ad nares ducit, ibi constat: illa autem concavitas, & hec via, ibi esse non possent, si nervus vnus ibi locaret. Nares, n. sunt in media facie, vñ nisi earum foramina cerebro opposita essent, olfactus non esset. Quia ergo cerebri loca rebus hisce comprehensa sunt, necesse fuit, vt nervi visum ferentes non ab vno loco egrederentur: quos natura in vno loco coniunxit, vt idem foramen eos habere faceret: deinde, vt separatim ad vtrunq; oculum irent, se iunxit.

De Animato Spiritu, & Visibili, & q. visibilis spiritus substantialiter ad oculos pervenit, & aliorum sensuum organa solum perveniunt eorum spiritus irradiantur. CAP. 5.

Visibilis, vt diximus, spūs de spiritu nascitur aīato, a ventriculis prae cerebri procedens: ibiq; mundificat: vt diximus, cū de cerebri natura disputavimus: qui spūs, spiritualiter est sensibilis, quia visus vnus ē sensibus, ceteris dignior & nobilior. Porro ipse habet proprietatem, quā nullus aliorū sensuum habet. Animalis siquidem spiritus in cerebri ventriculis existens, sensum & voluntarium mandat motum: virtus enim ipsius per nervos penetrat ad cetera membra, essentia verò in proprio permanet loco: sicut Sol totū aerem illuminat, ipse tamen in vno loco stat. Sed ad oculos non solum F virtus visibilis spiritus, sed ipse spiritus essentialiter dirigitur: & tanta eius quantitas, quanta est necessaria, illuc adducitur: quod vtriusq; nervi concavitas attestatur. Id etiā hoc testat, quia vno oculo clauso, ad pupillā alterius tota virtus conuertitur causa nervorum coniunctorum: inde foramen panniculi, qui dicitur vnea, prae multitudine spiritus necessario dilatatur: aperto verò oculo cū spiritus ad eū reuertatur, foramen vneae ad propriam redigitur mensuram. Hoc signo et, si obseruari possit, cognoscitur, si vno oculo aqua clauso pupilla alterius dilatetur: spūs enim visibilis in eo esse demonstratur, vnde aqua quae tranlitum eius obstruit, ablata, visus redditur. Si verò non dilatetur, hoc ideo est, quia nervus per quem spiritus ducit, obstructus est. Vnde etiam cū ceteri nervi nullam habeant concavitatem, quia virtus aīalis spūs, non ipsemet essentialiter per eos ducit, oculorū nervi necessario concavi fuerunt, vt spūs substantialiter per ipsos transire possit. Ceteri autē non sunt concavi, ne per corpus diuisi, & a suo fundamento remoti, leuiter ruperent: vel quia tanta spiritus quantitas sensui & motui voluntario non est necessaria, quanta visui. Nullus enim sensus, pter visum, sentit sentendam rem, nisi ei coniungatur: visus autem pupillam egrediens longe remota sentit: vnde multa spiritus quantitas necessaria est: & ideo nervi necessario concavi facti sunt.

De Modo quo fit Visio.

CAP. 6. G

Videndū est etiā, quō fiat visus. Diximus ergo, cū aliqua res videtur necessario: vel aliquid ex ea dirigitur visui, per quod quid ipsa sit, cognoscitur: vel virtus visus ad eam mandatur, vel aliquid medium est inter visum & rem visam, per quod ipsa cognoscitur. Sic potest ergo inuestigari quod horum certum sit. Oēs philosophi concordati sunt, q. res non possit videri nisi per foramē pupillae. Si ergo ad visum a re videnda aliquid dirigitur, siue sit virtus, siue sit forma, siue qualitas, siue quantitas mensurata, quō illud angustū foramen intrare poterit: quae etiā virtus esse potest, quae ad oculos diuersorum in momento re videndā deducatur: quod quā impossibile est, spernā. Quod autem visibilis spiritus pupillam exiens solus ad re videndā vadat, eiusq; quantitas magnitudinem cōprehendat, falsum est. Ipse enim spiritus non tantae est quantitatis, vt adeo dilatari possit, vt tot & tantas rerum ambiat quantitates, cum in vno momento multa & diuersa & maxima indiuidua comprehendimus. Ad tertium ergo membrum cōuertamur. Quippe aer corpora circūdans, si clarus & lucidus fuerit, supplemētū visui facit, quod nervi cerebro: quia sicut splendor Solis, sic spūs recipit virtutē. Sicut, n. Solis splendor superiorem aeris extremitatē percuciens, totum aerem penetrat, cumq; clarificat: sic & visibilis spūs pupillam egressus, mox totum aerem penetrat, & extensus per loca remotiora, mutat ea in suam naturā, quod fit cum aer in toto iunctus est, quod in Sole palam fieri videtur. Si enim aliquid corpus in aere ponatur, cum Solis splendor illud nequeat penetrare, forma illius corporis post se obscura apparet. Causa, quia non suscipit aer lumē nisi sit cōtinuus, nec Solis splendor, separatim a se aerem mutat, qm si actio splendoris fortiter in aere operata fuisset, posset in eadem actione permanere, splendore Solis absente. Sed vtriq; hac caret proprietate, q. neq; Solis neq; spiritus splendor suam actionem aeri, ipso absente, potest dimittere. Recte ergo causa dans lumen ablata, ipso momento, lumē ab aere aufertur. Eodem modo de nervis intelligitur: quia si nervus fuerit incisus & a cerebro diuisus, illico membrum cui sensum dabat, fit insensibile. Propterea hac duo sic debet esse coniuncta, i. aer & spiritus, sicuti nervi & cerebrum. Et quāuis aer in altera mutetur actione, sicut cū calefit vel infrigidatur, & in qualitate rei calefacientis vel infrigidantis permanet, lumen tamen nō idem in aere operatur: ipso, n. absente & lux ab aere amputatur. Deinde necesse est semper vt aer cōtinuatim illuminet: hoc, n. nisi fuerit, nullo modo lucidus fieret: sic & nervi cerebro faciunt supplementum, quia licet de substantia sint cerebri, duriores tñ sunt, quō lucidioribus passionibus subiacent, vnde aliquātulū a natura cerebri sunt mutati. Sed nervi duobus modis sunt: qdam, n. motū faciūt, qdā sensum: & facientes sensum, molles sunt: opantes motū, sunt duri. Et quibus nervi duri sensum habeant tēgēdi, molles tñ nervi nō inveniunt illā cū duris nervis habere societatem, sed ipsi duri hoc faciunt:

A ciunt, quia tactus ceteris sensibus est crassior. Sensus aut visibilis, quia ceteris sensibus est acutior et subtilior, ideo nervus spiritū visibilem seruans, ceteris sensibilibus nervis cerebro est propinquior. Quia igitur oculi in aere agunt, sicut cerebrum in nervis, ideo multā quantitātē spiritus habuerunt, vt in aere rem suam faciant, sicut in nervis proprias res cerebrum. Visus autē primo calores sentit, quod ei propriū est: deinde corpus in quo fundati sunt, sicut gustus prius sentit sapores, postea fundamenta eorum. Gustus tñ & ceteri sensus rem sentiendam ad se venturā expectant: Visus verò ab oculis elongatur, & per aerē extenditur quousq; ad corpus perveniat coloratum. Hac de causa solus visus sentit formam corporis, ac quantitatem, & cum eius colore motum rationabiliter, nō tñ essentialiter, sentit: quod nullus habet ceterorum nisi tactus accidentaliter. Verbi gratia: Siquis per tenebras ambulans fustem in manu duxerit, eo amplius nō potente penetrare, cognoscit q. motū per corpus solidum fieri, impossibile est. Visus autē habet alteram proprietatem, quia incidens supra leue, solidū, & lucidum: rectus ad pupillam conuertitur, vnde exierat: vnde in speculo vel in alijs splendidis corporibus prope nos stantibus, videmus formam nostrā. & si quis studiose in oculū alterius spectet, videt in eo suā faciē: causa, quia visus ad pupillam conuertitur propter luciditatē panniculi, qui araneae tela dicitur: est, n. supra crystallinum, sicut adeps superne coagulatus: & quasi rutilans, clara B est. Veruntamen quāuis prae ceteris solus per aerem motum rei sentiendae sentiat, non tñ arbitrat, sicut cæcus se confuse sentit: quia aer, mox vt rem sentit, eā visui ministrat: quae proprietates soli inest visui, aerē videlicet in sui mutare naturā. Alterius etiam dignioris est proprietatis, q. non solū recte, ex transverso conspicit necessario, cum multus spiritus a cerebro ad oculos dirigitur, rursus spiritus pupillam exiens, & aerem percuciens, mutat eum in suam naturā. Recte ergo visus, igneus dicitur: auditus, aereus: gustus, aquosus: tactus, terreus: olfactus, fumosus: quatuor, n. elementa sensus quatuor constitunt, vt vnusquisq; eorum vnum ex his comprehendat, & ea, cum in natura sua sunt, vel in aliud mutantur, vel aliqua accidentia patiuntur, discernat: praeter hos quatuor sensus, fuit alius qui fumosa comprehendere: fumus, n. in sua natura mediocris est, cum elementa non nisi quatuor sint. Sed visus qui ad hoc est, vt colores comprehendat, necessario luminosus fuit: solum, n. quod lucidum est, cōvertitur in colores. Testatur hoc aer, qui cum clarus & lucidus sit, facile in colores mutatur: nam palam est, quia si quis candidis indutus iaceat sub arbore, color vestimentorum in fronditū colore mutatur: vnde patet aerem in illum colorem fuisse mutatum. Videmus etiam saepe aerem in colorem lucidi parietis mutari, illumq; colorem per aerem ad illud corpus mutari, maxime si paries viridis, vel rubeus fuerit vel citrini coloris: & sicut Solis splendor eum ad suam mutat naturam, C sic & colores in suas eum qualitates conuertunt. Similiter & lumen visibilis spiritus mox vt aerem percucit, ipsum immutat. Haec tria sunt, quae aerem sine vilo temporis spatio immutant, lumen Solis, fulgidus color, & lumen visibilis spiritus. Palam est ergo, visum non fieri nisi aeris mediocritate, quod sensus attestatur. Antiqui etiam concordant dicentes aerem esse visui veluti ramus, & conueniens est instrumentum cum fuerit lucidus, vel aliorum corporum lucidorum lumine illuminatus: & sic seruire aerem visui, sicut cerebro nervi. Sicut enim cerebrum non sentit quod oculi comprehendunt, nisi nervis medianibus: sic & oculi nihil sentiunt, nisi lucido aere mediante.

PARTICVLA tertia est de prima & vniuersali medicina intentione, & de rebus naturalibus, non naturalibus, & praeter naturam, & de generibus & speciebus, & causis & accidentibus morborum. Cuius sunt quinq; capita.

De prima medicinae intentione, & de necessarijs ad eam.

CAP. 1.

Oportet medicum praeter oibus primam & vniuersalem medicinae intentionē praevidere, & eam particulariter diuidendo ad indiuiduum ducere. Prima autem medicinae intentio est, quae bifariam diuiditur: aut, n. in sanis, cum similibus sanitas custoditur: aut in aegris per contrariū sanitas red dicitur. Quorum primae necessaria est rerum naturalium scientia: naturalibus, n. agnitis, patefiunt ea D quae sunt similia sanitati: & sic etiam cognoscuntur quae sunt contraria: similibus ergo seruatis, contrarijs prohibitis sanitas custoditur. Secundae autem intentioni duo sunt necessaria: non naturalium, i. & contra naturam rerū scientia. Sanitas, n. infirmo cū quadam mutatione restituitur: quā mutationem qui facere vult, necesse est sciat ad quid mutare decet. Nisi, n. sciat de quo, & ad quid mutandum decet mutare, nō securus est quin vnde cōuenit nō immutari, mutet: & nisi nouerit ad quid decet mutare, ad id quod non oportet, conuertere poterit. Sanitas infirmo redditur cōmutatione rerū contra naturā ad naturalia: vnde & ista sciri debent ad quae illa trāsmutantur, & illa etiā quae ad illa conuertantur.

De rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam.

CAP. 2.

Res autem naturalis duobus est modis, generalis & specialis. Generalis dicitur esse humani corporis complexio, & vniuersaliusq; corporis compositio. Complexio quidem multipliciter est: tum aetas, & consuetudo. Naturalis complexio est secundum differentiam sexus, vt in mare & foemina: vel secundum euentum, vt est complexio spermaturum, vel spirituum de quibus fit. Consuetudo sex modis est: Primo, ex aere & eius mutatione, quae mutatio vel localis est, vel temporalis, cum aliquid in tempore contingit: Secundo, ex motu vel quiete: Tertio, ex repletionem vel inanitione: Quarto, ex somno vel vigilia: Quinto, ex cibo & potu: Sexto, ex animae accidentibus. Specialis est, vt virtus, quae triplex est, naturalis, vitalis, animalis. Superius animalem tetigimus, Septima Classis. AAAAAAA cum

cum de cerebro disputauimus. Vitalis est, quæ cor & arterias facit pulsare. Naturalis triplex est, generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Nutritiua quadruplex est, attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua. Res autem extra naturam duplex est, aut est nocumentum actionis, aut quod ex eo generatur. Nocumentum actionis, aut quod ex eo generatur, duplex est: aut est sine mediatore, & morbus dicitur: aut cum mediatore, & causa vocatur. Quod autem actionis nocumento generatur, accidens nominatur: quod iterum duplex est, sicut ex diuersis corporis qualitatibus, aut à qualitatibus diuersis à corpore egredientibus. Corporis qualitatis diuersitas quinque modis est. Sunt enim qualitates quæ sentiuntur. Qui ergo agro sanitatem vult restituere, decenter debet inuestigare septem res naturales, quæ sunt, elementa, complexiones, humores, membra, virtutes, spiritus, & operationes, & quæ sequuntur eas, vt ætates, colores, figuras, distantia inter masculum & foeminam. Et res non naturales, quæ sunt sex, aer, cibus & potus, inanitio & repletio, motus & quies, somnus & vigilia, & accidentia animæ: Et res extra naturam, quæ tres sunt, morbus, causa morbi, & accidentia morbum concomitantia.

De Generibus & Speciebus Morborum.

CAP. 3.

Morbus generaliter triplex est, quia corporis compositio trina est. Prima corporis compositio est in membris simplicibus, ex elementis compositis: in quibus quedam morbi species generantur, quæ duobus modis sunt, vel simplices, vel compositæ. Simples quidem sunt calida, humida, frigida, & frigida: compositæ vero sunt, calida & licca, calida & humida, frigida & humida, frigida & licca.

Secunda corporis compositio est in membris quæ composita vocantur, ex simplicibus compositis: in qua sunt morbi quatuor modis, aut secundum formam membrorum, aut secundum compositiõem, aut secundum magnitudinem, aut secundum numerum. Secundum formam quinque modis, in figura, foramine, concauitate, lenitate, aut asperitate. Secundum compositiõem dicitur cum à loco mutatur, vel in loco malo ponuntur. Secundum magnitudinem bifariam, vel ultra modum, vel infra. Secundum numerum similiter, vel ultra modum, vel infra: ultra modum, naturaliter, vel extra naturam. Tertia corporis compositio est corporis totius ex unitate simplicium & compositorum membrorum facta, in qua morbus generatur, qui separatio iuncturæ vocatur. Hæc sunt genera morborum & species.

De Causis Morborum.

CAP. 4.

Causa autem morbi est generaliter sicut genus, sed specialiter est triplex. Causa enim morbi simplicis, aut calidum facit morbum, & est septupla, in nimio motu animæ, corporis passio, calor exterior, angustia pororum, putredo, rerum acutarum acceptio, cibi paruitas. Aut frigidum facit morbum, & est octo modis, tactus rerum frigidarum, acceptio earum, multitudo cibi et paruitas, obstruatio pororum & largitas, nimio motus & quies. Aut facit morbum siccum, & est quadruplex, siccitas rei obuiatio, cibi licci, cibi paruitas, nimio motus. Aut facit morbum humidum, & est contraria proxima dicta. Sed simplicibus morbis quos diximus cum materia existentibus, committuntur causæ intrinsecæ: quæ sunt, virtus membri impellentis, debilitas recipientis, materiam multitudo, pororum largitas, defectio nutritiue virtutis. Causa morbi compositi vel est secundum figuram, vel foramen, vel concauitatem, vel asperitatem, vel lenitatem. Secundum figuram, aut propter quantitatem spermatis, vel qualitatem: vel propter aliquod accidens quod insans patitur quæ nascitur, vel cuius lac fugit: vel propter alia. Secundum foramen, vel propter obstruccionem, vel propter coniunctionem. Obstruccionem fit à fortitudine retentiue, vel defectiõne expulsiue, vel propter frigiditatem & siccitatem, vel ligaturam stricturnam. Secundum concauitatem, aliquid innascens vel in membro incidens, vt est chymus, lapis, verruca. Largitas foraminis coniunctioni contraria est. Asperitas de genere separatiõis est iuncturæ, cum non est à caliditate: quod post planius dicemus. Lenitas est asperitatis contraria. Corruptio loci fit cum membra à naturalibus suis locis mutantur, vel separatione, vel mollitie concatenationis membrorum. Magnitudinis causa est multitudo materiam, vel fortitudo naturæ: paruitas membrorum cum contrario est, aut propter incisionem. Magnitudo in numero, aut naturalis est, ex spermatis abundantia, aut accidentalis vt lapis in vesica: paucitas autem est Hæc contrario. Separatiõis iuncturæ triplex causa est, incisione exteriori facta, vt igne vel ense: vel interiori, vt ex acutis chymis: Aut extensione, vel exteriori, vt cum fune: vel interiori, vt ex crassa ventositate: Aut de fractura, vel exteriori, vt à lapide: vel interiori, vt ex crassis chymis.

De Accidentibus Morborum.

CAP. 5.

Accidentia sunt tria, sicut nocumentum actionis, diuersitas egredientium à corpore, diuersitas qualitatum corporis sensibilium, quorum duorum causa est nocumentum actionis. Actiones tres sunt, animalis, naturalis, vitalis. Nocumentum actionis triplex est: nam omnis actio tria patitur, vel enim ex toto aufertur, vel minuitur, vel mutatur: verbi gratia, tactus aut amputatur, & dicitur stupidus: aut minuitur, & titillatio vocatur: aut à sua natura mutatur, & tunc corrupta vocatur: causa horum duorum est frigiditas tertij gradus, & iuncturæ separatio. Palam ergo est quod causa nocumentum actionis morbus fit. Morbus tantum nocet actioni sine mediatore: ideo nocumentum actionis est significatio morbi. Nec est differentia inter accidens & significatiõem, nisi in nostra intentione. quia nostra intentio est in nocumento actionis, & id ad quod sequitur nocumentum, morbum vocamus: & illum insequentiã, accidentia dicimus: morbum autem dicimus causam accidentium: vnde morbo cognito, cum accidentia scire volumus, dicimus accidentia significatiões.

PARTICVLA

A PARTICVLA quarta de accidentibus, & morbis oculorum, & nervorum suorum, & musculo- rum, & palpebrarum. Cuius sunt quatuordecim capita.

De accidentibus morborum oculorum in generali.

CAP. 1.

Sed quia intentio huius libri est patefacere significatiões morborum oculorum, prius oportet scire eorum accidentia: vt via, quæ ad morbi notitiã veniamus, sit nota. Accidentia ergo oculorum sunt triplicia: nocumenta actionis, & quæ ex illis sequuntur: diuersitas in oculis, sicut sensibilis qualitas, & diuersitas ab eis exeuntium. Nocumentum autem actionis oculorum, est secundum quantitatem actionis, id est eorum quæ sunt actionis, vel animalis, vel naturalis. Nocumentum naturalis actionis, est quod accidit quatuor virtutibus naturalibus: animalium vero actionum, quod sensui & voluntario motui accidit. Actiones animales tantum duas species sensus habent. Nocumentum naturalis actionis in hoc loco non oportet notari: quoniam in hoc non differunt oculi à corpore toto: sequitur enim nocumenta tactus, vt sunt mollities, titillatio, & dolor: ita oculis vt toti corpori accidit. Accidentia vero visus & voluntarij motus, quæ oculi patiuntur, hic oportet dici.

De diuisione accidentium oculi, & declaratione membrorum diuidentium.

CAP. 2.

Sciendum itaque quod accidentia quæ oculis contingunt, aut in eius instrumento sunt, aut in sua virtute, aut in ministris. Instrumentum visus est humor crystallinus qui patitur, vel vnum ex octo similibus morbis, vel ex compositis morbis, cum à suo loco mouetur, vel iuncturæ separationem. Si mutatur à loco sursum vel deorsum in vtroque oculo, videntur rem duplam: si mutatur dextrorsum vel sinistrorsum, non apparet res dupla. Virtus visus à cerebro per concauum nervum descendit: vnde eius passio vel de nervi, vel de cerebri fit infirmitate. Quorum infirmitas triplex est, simplex: quæ est vna de octo: vel officialis, vt apostema, & obstruccionem: vel iuncturæ separatio. Ministri visus sunt humores, & spiritus, & panniculi, qui in oculis septem habentur: quorum illi qui sunt ante crystallinum, sunt foramen vuae, id est pupilla, albugo oui, spiritus qui est in pupilla, & quantitas pupillæ, quæ corona dicitur.

De accidentibus pupillæ.

CAP. 3.

Coræ, i. pupillæ contingunt quatuor, largitas, angustia, mutatio de loco, & tortuositas. Largitas vel naturalis est, vel accidentalis. Accidentalitatis est, vel de extensione panniculi quo tegitur: cuius extensio de passione est vuae, vel de multitudine humoris albuginei. Passio vuae aut simplex est, vt siccitas: aut composita, vt apostema. Angustia pupillæ, vel naturalis est, vel accidentalitatis: de mollitie, quæ mollities de nimia sit humiditate dominante, & lubricum faciente, aut de albuginei paruitate. C. Largitas pupillæ siue naturalis, siue accidentalitatis, semper est mala, quia spiritum spargit. Sed angustia, si propter rem de qua facta est striccta, naturalis est, bona est, quia spiritum coadunat: accidentalitatis tamen molesta est, non ideo, quia angustia, sed propter causam de qua facta est striccta: maxime si fuerit propter albuginei paruitatem. Duplex enim malum est: vnum, quia crystallinus est discooperus ad lumen: aliud, quia ex paruitate albuginei desiccatur. Mutatio pupillæ de loco, vel naturalis est, vel accidentalitatis. Accidentalitatis confideretur. Panniculi qui sunt iuxta pupillam contumescunt, vulnerantur, & consolidantur. Hæc tamen mutatio non multum est mala. Separatio iuncturæ, si sit in vuae, & non sit perforata, non multum nocet visui: quod si perforaretur, currit humor albugineus, & vuae tunicam coniungit araneæ. Vnde quinque accidentia generat. Vnum, quod vuae crystalli no propinquatur, nec habet vnde cooperiatur: atque spiritus visibilis de cerebro procedens, non coadunatur in pupilla, sed egreditur ab ea, & dispergitur.

De accidentibus albuginei humoris.

CAP. 4.

Albugineus humor in quantitate & qualitate patitur: In quantitate, si augmentatur, vnde visus obscuretur, vel minuitur: vnde nequit crystallinum cooperire, in qualitate, liquore & colore: liquore si parum crassus fuerit, longinqua videre non sinit, & propinqua bene discernit. Si sit crassissimus Dominio, visum occupat, & amputat, & cataracta dicitur: quæ vel in parte vna, vel in multis locis dispersita est, in vuae, vel in pupillæ medio, vel circa eam. Si sit in medio, omnia perforata videntur infirmo. Partem enim quam videre nequit, putat concauam esse. Si circa pupillam, multa in vna hora vuae non permittit videre, propter paruitatem pineæ visus. Si crassitudo dispersita sit, & particula riter sit diuisa, quæ videt putat esse quasi striccta: vnde patiens cernit quasi muscas & similia, quod pueri & febricitantes plurimum patiuntur. Color si mutetur, omnia coloris istius esse putantur: vt pote si fuerit plumbeus, omnia fumosa apparebunt & tenebrosa: sic et si fuerit alterius coloris, idem ipse color in visis omnibus apparebit: eis tamen ad cataractam preparati sunt oculi, de quorum stomacho fumus ad caput ascendit, & patientibus fluit de naribus rheuma.

De accidentibus visibilis spiritus.

CAP. 5.

Spiritus visibilis in qualitate & quantitate patitur: In qualitate, vt pote si fuerit subtilis, vnde bene discernit, ac res optime comprehendit: vel crassus, vnde ad remota loca penetrat: et longinqua videt: vel paucus, ad remota se elongare non valens, sed solum propinqua cernens.

De accidentibus corneæ.

CAP. 6.

Panniculus corneæ, quo pupilla tegitur: si quo modo patitur, visui nocet: cuius nocumentum propter se, vel propter aliud fit. Propter se, tria morborum genera patitur: videlicet simplicem, compositam, & stricctam. Septima Classis. AAAAAA ij positionem

positionem, & separationem iuncturæ: Simplex, vt humiditas, & siccitas: humiditas visui nocet propter quantitatem: vt si fuerit multa, omnia sicut fumus & nebula apparebunt: vel propter qualitatem: vt pote si rubea fuerit, omnia videri rubea facit, veluti qui patiuntur sebel contingit: si autem citrina fuerit, citrina apparebunt omnia, sicut ictericis fit. Siccitas spasmus generat, vnde visui nocet: si multa, multum visus ergo quandoq; ex toto amputatur. Separatio iuncturæ, si fuerit perforata cornea, duobus modis visui nocet: vno modo propter putredinem in illo vulnere congregatam: secundo, quia crystallinus secundo lumini fit vicinus. Passio corneæ, quæ propter aliud fit, vel propter coniunctiuam, vel propter palpebram est. Propter coniunctiuam, si vngula nascatur in ea, vel fiat apostema corneam operiens: Sed passio corneæ & coniunctiuæ & aliarum partium oculorum non nocet visui, nisi accidentaliter.

De accidentibus motus voluntarij oculorum.

CAP. 7.

Passio verò motus voluntarij oculorum est triplex. Vel enim amputatur, & mollities vocatur: vel minuitur, & tremor & titillatio dicitur: vel propter lacertos, cum non vt oportet, mouentur, & spasmus nuncupatur. Quorum trium vnum quodq; fit: aut propter cerebrum, aut propter nervos, aut propter lacertos. Sed diuersitas mollitiei ac spasmii lacertorum oculos mouentium est secundum diuersitatem motionis eorū. Quod q̄to videat, vel vnde procedat, in fine sexti cap. planius dicitur. F

De diuisione morborum oculorum in apparentes & occultos. Et primo de apparentibus. CAP. 8.

Morbi oculorum vel sensui apparent, & facillime cognoscuntur: vel latent, & eorum notitia est obscura, quorum significationes intellectu inuestigatione comprehenduntur. Incipiendum igitur à morbis sensui apparentibus, & ostendendum in quo loco oculorum appareant, & nascantur. Morbi ergo qui sensui apparent, vel sunt in coniunctiuâ, vel palpebra, vel in angulo oculorum, vel in cornea, vel in vœa, vel inter vœam & crystallinum. In coniunctiuâ septem sunt, videlicet petiâ, vngula, ophthalmia, tumor, duritiâ, & cætera. Petiâ est sanguis fluens de aliqua arteria, vel vena incisa, quam patitur ex ic̄tu. Vngula est superfluitas neruosa aut carnosa, extendens se ab angulo ad pupillam, & prohibens visum. Ophthalmia triplex est, quæ visum turbat: cuius causa vel exterior est, sicut fumus, sol, puluis, & similia: vel interior, sicut humores ad coniunctiuam fluentes. Sed prima ophthalmia mala non est: causa enim quàm primum ablata, morbus amputatur. Secunda verò, postquam causa amputatur, habet & signa quæ habent cætera membra, cum patiuntur apostema: quæ sunt, tumor, inflammatio, durities, lachrymæ, rubor, plenitudo venarum oculi. Tertia cæteris est fortior, quia & alias habet significationes. Acumen enim palpebræ in uersatur extrinsecus: eiusq; motio vix fit, & albugineus ascendit super nigredinem. Tumor est quadruplex: Vnus fit ex crassa & ventositate: Secundus, ex phlegmatico humore non crasso: Tertius, ex phlegmate crasso. Quartus, ex melancholia, qui dicitur scirros. Qui omnes sic adinuicem discernuntur. Primus euenit subito, sicut videmus seniores in ætate pati propter muscarum morsus. Secundus & tertius paulatim fiunt, sine magno dolore & mollitiâ, minor in secundo quàm in tertio: quorum color est sicut color totius corporis. Quartus vt plurimum fit in angulis oculorum, & aliquando dilatatur & ascendit ad supercilia durus, multum habens dolorem. Eius color plumbeus est, qui multoties sequitur varias & diurnas ophthalmias, & maxime quæ mulieribus contingunt. Duritiâ nascitur in oculo toto, nascitur & in palpebris, quæ motum grauem facit cum dolore & rubore: nec patiens valet oculos aperire cum à somno surrexerit, attamen sunt lachrymæ salis & nitrosæ. Dolor & rubor in toto corpore palpebris sunt ex humiditatibus salis aut acutis: si coniunctiuâ est plena crassi sanguinis, quæ cum inflatur, rubei fit coloris: est & proflua, quæ dolorem & tumorem facit.

De passionibus palpebrarum & angulorum suorum.

CAP. 9.

Passiones palpebræ quædam sunt communes morbis totius corporis, sicut verrucæ, scrofulæ, & similia. Nascunturq; vel extrinsecus vel intrinsecus. Extrinsecus, sicut est crassities, quæ est quasi pinguedo viscosa relata neruis & panniculis. Nasciturq; in palpebra superiori intrinsecus. Hæc scabies, grandio, petrositas, & viscolitas. Scabies quatuor modis est, vna dicitur p̄sophthalmia, alia trachoma, tertia scycolis, quarta telosis: prima, secunda leuior est: quæ magis aspera, dolorem & grauitatem facit: vtraq; tamen in oculis humiditatem generat: tertia dura est & asperior, quia palpebræ interioris quasi scissura est: quarta cæteris deterior est & durior ad sanandum. Grandio est tumor crassus in interioribus coagulatus, vt quasi grandio videatur. Inuiscatio est quædam viscolitas palpebram cum pupilla iungens siue in eius albedine, siue in eius nigredine: vel vtraque palpebras simul iungens, qualis fit propter vulnera in oculis. Item nocumentum palpebræ triplex est: Vnum, erectio palpebræ superioris, ne oculi albedo possit cooperiri: quod aut est naturaliter, aut cum palpebræ tortura mala fit: Aliud est, palpebræ breuitas: Tertium est, palpebræ inuersione ad partem inferiorem, quando nascitur, aut propter aliquod vulnus, vel propter carnem superfluam in carnibus natam. Rasura & vulnus nascuntur in eis sicut & in corpore toto in extremitate palpebræ. Pili superflui ad interiora conuersi nocent: Et pili aliquando à palpebris cadunt: Nascuntur ibi pediculi & hordeoli. Pili superflui in interioribus palpebræ nascuntur, qui pungunt & ad oculos humorem adducunt: Pili cadunt aut propter humorem ad eos fluentem, aut propter alopeciam: & aliquando cum duritiâ, crassitie palpebræ, & rubore. Hordeolus est apostema

Apostema nascens in extremitate palpebræ. Agilops est vicus inter oculos & nares: quod si fuerit neglectum, fiet ex eo fistula putrefaciens os, & quandoq; putredo fluit per foramen ad nares: aliquando ad palpebram, eiusq; charilaginem putrefacit: & si palpebra digito tacta fuerit, putredo ab ea effluit. Grandio & lachrymæ noxiæ sunt oculis. Lachrymæ sunt vel apostemate in foramine inter oculos & nares exillente: qui hoc habent semper lachrymas patiuntur: vel fiunt lachrymæ ex conamine medicorum acutas medicinas in scabie ponentium.

De passionibus corneæ.

CAP. 10.

Passio in cornea nascens, vel propter oculos, vel propter totum corpus causatur: in qua tamen infirmus magnum dolorem sentit in nervo, & patitur extensionem in panniculis oculorum, qui panniculi ruborem & extensionem sentiunt ascendere: & maxime, si ambulat, aut mouetur, capitis dolorem patitur, & ab oculis subriles & acuti humores fluunt: neq; potest acuta collyria sustinere, neq; valent oculis imposita. Passio corneæ propria est vulnus, macula, obscuritas, sanies, et talia multa, septem nominibus dicta: quarum quatuor intrinsecus, tres verò sunt superficietenus. Intrinsecus hæc sunt: Prima est vulnus, cuius color est quasi fumus, quandam partem nigredinis operiens: Secunda, vulnus plus primo concuum, sed tamen albidius: Tertia, vulnus partem albedinis & nigredinis operiens: pars tamē qua tegitur albedo, rubei coloris est: quæ verò super nigredinem stat, alba est: Quarta est vulnus quoddam in modum faucule putrefactum. Passiones verò exteriores hæc sunt: Prima, est quoddam vulnus concuum & angustum: Secunda, est vulnus concuum, sed largius: Tertia, vulnus plus cæteris putrefactum: hoc obliuioni tradito, oculorum panniculi putrescent. Quare autem omnes corneæ passiones aliquando curabiles, aliquando incurabiles sint, causa duplex est: aut propter diuersitatem vulnerum, aut propter diuersitatem materierum in vulnere existentium: & cornea de multis corticibus composita est, vno super alium locato. Aliquando vulnus in primo, aliquando in secundo, non nunquam in tertio cortice nascitur, propter materiam quæ in quantitate multa est, aut pauca: aliquando alba, aliquando nigra, modo subtilis, modo crassa, calida solâ, vel acuta, vel nitrosa, vel dulcis. Quod post tertium corticem est, molestius est, quàm quod post secundum: & post secundum, quàm post primū, salubrius quod fit in superficie: deterius quod est post omnes cortices. Materia si fuerit multa calida, patiens magnum in oculo sentit dolorem: Multitudo enim materiei facit extensionem & calidum dolorem. Item salubrius est quod non est in loco pupillæ, deterius quod in loco pupillæ: quia si scindatur vulnus, non sumus securi, quin per vœam pupilla egrediatur, & fluat humiditas oculorum. Quod si vulnus super pupillam sit, vulnere sanato visus offenditur.

Al. 1. 1. 2. 3. 4. d

C De egressione vœæ, & passionibus eius.

CAP. 11.

Egressio vœæ quatuor modis fit. Aliquando enim egreditur parum, vt videntes pustulam esse putent: sed si discrete inspicatur vœa sani oculi, & vœa infirmi oculi: & si earum colores sint dissimiles, scias pupillam egredi: si verò similes, apostema ibi ortum esse. Aliquando plus exit: & tunc satis apparet eam esse egressam. Tertius modus est, cum tantum egreditur vt palpebræ minus præua leant, & pili palpebram pungentes iungendo dolorem inferant: & hunc modum melon dicunt. Quartus modus, gomphos graece, latine dicitur clauus: quia egrediens pelliculas vœæ superficie tenus operit: vnde eius forma fit quasi clauus. Passiones vœæ sunt, dilatatio, aut contractio. Dilatatio autem fit quatuor modis, aut ex nulla causa patenti, vel propter percussionem, vel propter apostema, vel propter aliam passionem.

De suffusione, seu cataracta.

CAP. 12.

Inter vœam & crystallinum humorem aqua nascitur coagulata, prohibens spiritum visibilem à pupilla exire: quæ passio si est incipiens, obscura est: perfecta verò, facillime cognoscitur. Sed qui ad hanc venturi sunt passionem, eis ante oculos cimices volant: quibusdam autem quasi flammæ apparent: incidentibus autem visus amputatur, & color pupillæ amputatur. Huius aquæ color est diuersus: quædam enim aeri, quædam vitro assimilatur, alia est quasi album habens colorem, alia quasi cœli colorem, alia quasi viridem, alia quasi venetum: vnde antiqui cataractas, veneticos oculos appellauerunt: sed differentia est, quia venetici oculi duobus modis fiunt, vel propter aquam, si nimium fuerit coagulata: vel propter siccitatem, quam patitur crystallinus. Species aquæ, quæ aeri assimilatur, facile potest curari: licet eius accidentia sint, quæ supra diximus. Secunda verò species quandoque curabilis est, quandoq; non: quod sic dignoscitur. Si vno oculo clauso pupilla alterius dilatatur, possibile est sanari: sin autem, minime: causa, quia neruus concuus quo visibilis spiritus ad pupillam ducitur, oppilatus est. Hæc cataracta ex passione stomachi procedit, vel cerebri: sed sic discernitur: Si apparitio in vno oculo fuerit, vel in vtroque, sed diuersè, cataracta ex cerebro esse intelligitur: si in vtroq; æqualiter, stomachi esse cognoscitur. Item si modo plus, modo minus apparuerint, ita quod stomacho minus digerente maior fit: Item si patiens, de stomachi arsurâ, vel ardore murmurauerit. Item si ex picra exhibitâ, ista imaginatio decreuit: cum enim non fuerit huius mali cataracta, picra videtur nihil esse proficua. Si fuerit propter cerebrum, plurima ex phrenetica nascitur passione: quia phrenesis est apostema calidum nascens in cerebri proa: fitq; quasi fuligo, calore secundum humorem de quo nascitur, desiccante: & per venas circa cerebrum & oculos ad oculorum substantiam penetrante: talia enim appa-

Septima Classis.

AAAAAAA ij

rere

rere facit. Sufficit de passionibus oculorum visui apparentibus. Oportet de his dicere quæ difficile E
intelliguntur, quia intrinsecus nascuntur.

De passionibus oculi natis intus, & occultis.

CAP. 13.

Passiones intrinsecus nascentes, sunt mollities quæ dicitur paralysis: & desiccatio, quæ spasmus vocatur. Paralysis autem triplex est: vel enim motum amputat, vel visum, vel vtrunq; Sed visum amputato absq; causa manifesta, vel etiam minorato notabiliter: propter nervi concavi passionem, vel propter visibilis spiritus parvitatem fit. Nervus patitur constrictionem, vel iuncturæ separationem, & tunc necessario visus corrumpitur: nec enim manifestatur, nisi rationabili investigatione comprehendatur. Verbi gratia, si visus absq; manifesta causa, vel minuitur, vel aufertur: interrogetur patiens an gravitatem sentiat in prora capitis, aut circa frontem: quo id patiente, scias humores humidissimos ad concavum nervum fluxisse, eumq; obstruxisse, vel apostema ibi generasse. Potest etiam aliter investigari: si vno oculo clauso pupilla alterius non dilatatur, nervum obstruendum esse non dubitatur. Item patiens interrogetur si in capite fuerit percussus, vel propter casum aliquem vulneratus: quod si fuerit, nec pupilla exierit post, nec magis subito virtus conuersa fuerit: scias nervum esse contractum. Si autem propinqua videat, & non longinqua, & non parua: scias spiritum visibilem esse defectum. Quod si longinqua & minime propinqua viderit: & si meridie, vespere F
verò non, sicut accidit senibus: scias causam esse crassitatem spiritus, vel suam commisionem cum turbidis humoribus. Hæc sunt accidentia in substantia oculorum latentia. Sed passiones oculorum in mobilibus locis nascentes, aut sunt propter cerebrum, aut propter lacertos. Si propter cerebrum, necessario in vtroque oculo corrumpitur motus: si propter nervum, illa pars oculorum offenditur, quæ ab illo nervo regitur: quod si nervus non in toto patitur, sed in parte, motus lacerti, qui nervo illi pertinet, corrumpitur, non nunquam passio non in nervo, sed in essentia la certum nascitur.

De musculis q; movent oculos & palpebras, & de vijs per quas fluunt humores ad oculos. CAP. 14.

Lacerti autem oculorum sunt, vt diximus, duodecim: quorum quinque oculi ipsi moventur: tribus vtriusque nervi fundamentum corroboratur, & per eos oculi seorsum moventur: reliqui quatuor palpebras movent. Passio verò lacertorum est duplex, mollities & spasmus. Quod si lacerti motus oculorum, molles fiant: oculi suæ gravitatis causa descendunt inferius, & cum palpebris se infigunt. Si autem spasmantur, versus oculos torquent: & sic cum nervi spasmantur, in eadem parte: qua ipsi patiuntur, oculi torquentur. Tres verò lacerti vtriusq; nervi fundamentum corroborantes, oculos superius eleuant, si spasmantur, oculi non patiuntur, immo inde confortantur: si autem mollificantur, oculis nocent, quia extra egrediuntur. Oculis ergo absq; vlla percussione existentibus, visusq; permanente, scias nervos esse mollificatos: quod si fuerit ex percussione nervorum, fracturam esse cognoscas: si nervus qui palpebras sursum movet, mollificetur, palpebra deorsum cadet: si spasmatur, non valet oculum claudere: lacertis quibus interius moventur palpebræ mollificatis, oculi non clauduntur: si spasmantur, palpebræ superius non eleuantur. Quod si lacerti in parte: patiente non patiuntur, nec palpebræ in loco eius attingente patiuntur. Humores autem ad oculos fluunt, vel per venas supra craneum existentes, vel per venas sub craneo existentes. Si per venam supra craneum manuerint, frontis & temporum venæ crassæ sunt & extensæ: vnde valet si incidantur, vel desiccatiua emplastra vel cataplasmata apponantur. Si autem hæc non apparuerint: scias humores per venas, quæ sub craneo sunt manare.

PARTICVLA quinta est de virtutibus medicinarum sanantium morbos oculorum. Cuius sunt capita sex.

De distinctione medicinarum oculorum penes sapes.

CAP. 1.

Qui oculorum passionem volunt curare, eorum medicinas, & virtutes earum oportet cognoscere, quæ maxime saporibus ostenduntur. Sapor enim virtutes innuit. Vnde sciendum quod quæ ad linguam veniunt, & nihil in eam faciunt, insipida vocantur. Insipida autem vel sunt simplicia, sicut aqua, vel composita: nulla tamen qualitate prævalente. Quod si aliqua prævaluerit, erit aliquantum frigiditati attingens, sicut medicina quæ dicitur obstruens, quæ duobus modis est: aut terrestris & sicca, sicut hæmatites, & tutia, & cadmia, & his similia: vel viscosa, vt oui albugo, oleum omphacinum. Quibus aer dominatur, linguam pati faciunt, vel cum delectatione, vel cum nocimento. Quæ delectationem inferunt, necessario patet quod quibus ea faciunt, eis similia sunt. Linguam ergo delectantia, humanæ complexionis sunt similia. Humana autem complexio, temperate calida est & humida: Hinc ergo & omnia linguam delectantia, & humana corpora, sicut aqua tepida, delectant. Delectationem ergo facientibus si aqua dominetur, dulcia sunt: si aer, vinctuosa erunt. Ideoq; omne nutrimentum vel dulce, vel vinctuosum, vel compositum ex vtroque. Quibus verò præter istos sapor alius dominatur, non nutriunt, sed sunt propter medicinam. Quæ verò nocent, faciunt linguæ punctiorem: quæ punctio species est separationis iuncturæ. Separatio enim iuncturæ aut nimia constrictione fit, aut incisione. Quæ incisionem faciunt, calida sunt: quæ nimiam constrictionem, frigida sunt. Item linguam separantia, aut multum, aut parum separant. Multum separantia, crassa sunt, terrestris, dura, & amara. Quæ non multum separant, salia vocantur. Quæ verò subtilia & ignea, dicuntur acuta. Quæ autem constringunt,

A stringunt, vel sunt crassa, terrestris, vel subtiliatiua, & aquosa. Terrestris, & crassa, multum constringunt & pontica sunt. Quæ verò minus constringunt, & styptica, subtilia dicuntur acetosa.

De speciebus saporum, & impressionibus quas in lingua faciunt.

CAP. 2.

Sapores autem sunt isti, dulcis, vinctuosus, amarus, salus, acutus, ponticus, stypticus, acetosus. Ponticus coadunat linguam & premit, non solum superficietenus: verum etiam intrinsecus, vnde obstruit & asperat: Stypticus similiter: Sed salus lavat & mundificat. Amarus magis salo mundificat, exasperat, & excoriat. Acutus verò mordet, pungit, & calefacit: Acetosus verò sine calefactione. Dulcis humectat & lenit asperitatem linguæ, & delectationem tribuit: Vinctuosus similiter, sed debilius. Sapidus de genere dulcedinis aquositate non habet sibi dominantem, etiam in sapido dulcedo tantilla sentitur: Vnde fructus à terra sublimes sunt dulces, & propinqui sapido, quia humiditas eorum vicina est humiditati sapidi. Ponticus ergo terrestris est & frigidus: Acetosus, aquosus: Amarus, terrestris, calidus, & igneus: Dulcis, calidus & terrestris: Vinctuosus, aeris. Ponticum quoque pororum scimus coadunatum, contractum, in crassatum, refrigeratum, & delicatuum. Acetosus incidit, subtiliat, aperit, mundificat, repercutit, dissolvit, refrigerat. Amarus mundificat, lavat, attenuat, & calefacit. Salus coadunat, obstruit, desiccatur, non multum calefacit. Dulcis mollificat, maturat, & moderate calefacit. Vinctuosus humectat, & mollit sine manifesta delectatione. Et sciendum quod ponticus & acetosus sunt in infrigidatione æquales: sed ponticus, terrestris: acetosus, aquosus est: quod & sensu patet & intellectu. Videmus enim in initio fructus ponticos esse suæ arbori similes, sicut oliuam, yuam, coctana, granara, & similia: quorum quidem quanto sunt pluris temporis, humefiunt: & cum sua humiditate & ponticitate acetositatem recipiant: deinde sapor paulatim mutatur, quousque dulcis fiat. Sed non nulli ad dulcedinem veniunt nulla mediante acetositate. Sed maturatio fructuum fit calore, quæ duobus est modis: Vna naturaliter fit in fructuum essentia ex proprio ipsorum calore: alia ex calore solis. Item sensu patet, quod videmus ponticum linguam contringere & desiccare, quod est eminentis frigiditatis actio. Palam igitur est ponticum frigidæ complexionis esse. Item acetosum subtile est, etiam penetrabile: cuius causa est calor in eo ebulliens. Vnde patet ponticum crassum esse & terrestre: acetosum verò, subtile, & aquosum: quod sic certificatur. Inuenimus fructus in initio ponticos esse & frigidus, quorum ponticitatis minoratio, aut est propter solis calorem, aut propter humiditatem, aut propter vtrunq; Si propter solis calorem, maturati dulcorantur, sicut castanea: Si autem propter humiditatem crassam, fiunt fructus pontici. Si autem propter humiditatem aquosam & quasi aeream mutantur, fiunt acetosi. Si causa calor & aquosæ humiditatis mutantur, dulces fiunt. Si verò humiditas aerea fuerit, fiunt vinctuosi. Item dulcia & amara sunt calida: sed dulcia sunt in caliditate & humiditate temperata: sic vinctuosa: vnde vtraque natura humanæ cõueniunt, quæ in humiditate & calore temperata sunt. Amara verò sunt calidiora dulcibus, & siciora: quod arbitratiõne probatur. Omnis liquor, si naturali vel extraneo calore coquatur, in primis dulcoratur, sed augmentato calore fit amari saporis: sicut mel cum inueteratur, & etiam super prunas excoquitur. Idcirco dulcia & amara mundificant & lavant: Sed dulcia, cum moderamine & delectatione: Amara verò, non moderate, quia & iuncturam separant: Acuta, & salia, calida & sicca sunt: Acuta tamen calidiora & siciora quasi ignea: vnde incendunt & elidunt: Ideoq; exteriora posita mundificant, & superfluam carnem in vulneribus natam corrodunt. Salia verò potui data crassos humores de pectore & capite educunt, epilepsia repugnant: neq; enim velociter vt acuta penetrant, neq; in eis est tanta crassitudo, vt diu morentur ingredi, sicut pontica. Salia verò terrestris & calida sunt, sed minus, quam amara. Et hac ratione sapes inuestigantur.

De virtutibus Medicinarum primis, secundis, & tertijs, & suis effectibus.

CAP. 3.

Virtus autem medicinae diuersa intelligitur. Est enim prima, secunda, tertia. Prima quidem quadruplex est, calida, frigida, humida, & sicca: quarum vnaquæque quatuor gradus habet, & vnicuique graduum est initium, medium, atque finis. Quæ igitur primo gradu est, corpus immutat à suo temperamento, sed hæc mutatio sensu non apparet. Quæ autem in secundo, corpus à temperamento mutat, sed non multum apparet. In tertio gradu consistens, manifeste mutat, sed non corrumpit. Quæ verò in quarto gradu est, mutat & corrumpit: sed calida cum intentione destruit, frigida cum dormitatione. quæ verò in quarto gradu sicca sunt, necessario separant iuncturas. Hæc primam habent virtutem. Secundam virtutem habentia, vocantur, maturatiua, mollitiua, obstruentia, aperitiua, mundificatiua, in crassatiua, incisiua, incensiuua, putrefactiua, carnis depalcitiua, carnis generatiua, solidatiua, doloris mitigatiua. Maturatiua & mollitiua calida sunt. Maturatiua etiã necesse est vt tantum habeant calorem, quantum membro curando necessarium sit, ne minuant vel augmentent suam naturalem humiditatem. Mollitiua calidiora & humidiora esse oportet: quia membra mollitiuis egentia duritiem habent, cuius causa est humor crassus frigidus & viscosus: vnde calida necessaria sunt, quæ crassitatem & coagulationem illius chymi dissoluant. Oportet ergo ne ille calor sit nimius, ne illius chymi subtilitate resoluta, quod crassum est, indurescat, atque putrefcat. Item necesse est vt calor eius sit in fine primi gradus, sicut bdellium, ligia, id est styrax liquidus, galbanum, ammoniacum: tum cum medulla vitulina, caprina, bouina, & similia. Maturatiua, si sint

si sint calida & humida, obstructionem tamen quandam oportet ea habere, qua pori claudantur: E quia illis obseratis calor interius adunatur & corroboratur: vnde & digestiua & ceteræ actiones naturales vigent, sicut facit oleum cum aqua calida, farina frumenti cum aqua mica panis, seuum porcinum, vel camelinum, pix, resina, gummi cypressi, cera cum oleo, thus, & similia. Hæc ergo obstructionem faciunt, sed non tantam, vt dissolutioni repugnet. Si igitur mollitiua huiusmodi esse oportet, induratiua necessario erunt frigida, sicut portulaca, psyllium, lens, aqua, solanum, & similia. Obstruentia adeo poros obliant, vt facile aperti non possint: vnde necesse est ea esse terreftria, viscosa, nullam punctiōnem facientia: quæ si pungunt, membra ferre non possunt, & attenuant, pori que aperiantur: & sic oportet ea esse absq; calore nimio & frigore. Aperitiua dicuntur esse contraria, vt crassam materiam attenuent: quæ virtus in amaris & nitrosis inuenitur, sicut sunt iris, amygdala amara, nitrum, orobus, lupinus, dictamus. Sed aperitiua, quæ stypticitatem & ponticitatem habent, extra posita non aperiunt: sed potata viscerum aperiunt obstructionem. Mundificatiua sunt necessario quasi aperitiua, tamen debiliora, vt lauent & mundificent, vt viola, fabæ dulces amygdala, & similia. Medicina corpus mundificans temperate calefacit, nec desiccet, nec crassitatem habet, sicut chamæmelum, malua, sambucelæon, radix elenij, & similia. Incrassatiua est quasi obstruens, contractiua oris venarum crassa est & frigida, styptica, omni carens resolutione. Incensiuua multum calida est, sicut allium, capra, fel tauri, & similia. Putrefactiua subtilissima est, vastans primo superficiem. Carnis minutiua, est quasi putrefactiua, debilior tamen. Cicatrizatiua est sicca & styptica, sed incensiuua, aliquando carnem generat, si modice vulneribus apponitur. Attractiua dicitur naturaliter & accidentaliter: naturaliter, cuius attractio est cum calore, & subtilitate, sicut sagapenum: accidentaliter, cui propter putredinem virtus innascitur, sicut fermento. Doloris mitigatiua debet habere calorem similem calori corporis. Huiusmodi secundam habent virtutem. Tertiã habent virtutem, quæ lapidem frangunt, pectus & pulmonem ad screandum iuuant, lac & sperma generant, vrinam & menstrua prouocant. Medicina attenuans & incidens nimietate calor lapidem frangit, vt radix capparidis, radix calamentij, vterque elleborus, acetum scilliticum. Si enim multum habent calorem, lapidem frangere videntur: Si nimium calorem non habuerint, & cum aliquo humido accipiuntur, ad screandum vtiliora sunt: Sed si aliquantulo sint calidiora, & tamen in statu temperamenti permaneant, siccitatemq; non habeant, lac & sperma generant: Si autem multo plus calida fiant, sed non sicciōra in vltimitate, menstrua prouocant, vt acorus, petroselinum, fefeli, & similia, quæ sunt calida, nec nimis sicca.

De diuisione medicinarum sumptarum à plantis, & metallis, & animalibus, exemplisq; earum.

CAP. 4.

Medicinam oculorum scire volentem, virtutes medicinarum suarum oportet prius cognoscere. Sciendum, itaq; qd oculorum medicatiua quædam de nascentibus terræ, quædam de metallis, quædam de animalibus sunt. De nascentibus est, vt gummi, assa, sagapenum, euphorbium, myrrha, opium, thus, tragacanthum, galbanum, sarcocolla, oculi lyciorum, ammoniacum, aut hypocythidis, acacia, marathrum, foenugracum, rosa, glaucium, aloes, amygdala, vel sicut galla, aut flos rosæ & frondes, aut folium, aut lignum, vt calia, & cinnamomum: vel vt cortex thuris, vel mandragora, vel spica nardi. De metallis sicut hæmatites, sal ammoniacum, flos æris, ærugo, arsenicum, cadmia, nitrum, calcanthum, plumbum, antimonium, ferrum, ferrugo. De animalibus aliquando sunt humores, sicut fel, lac, albumen oui, & vrina: aliquando membra eorum, vt cornua, castoreum: quarum omnium virtutes singulariter ostendam.

De prædictis medicinis & earum affectibus specialiter.

CAP. 5.

Assa cæteris gummis calidior est, incendit & dissoluit. Sagapenum calidum est & subtile: mundificat & attenuat maculas oculorum: valet quoque suffusioni & obscuritati, quæ fit ex turbiditate. Euphorbium subtile incensiuum est. Myrrha calida & sicca: pustulas oculorum absq; dolore mundificat. Thus calidum in secundo gradu, siccum in primo. Gummi arabicum frigidum est & siccum: obstruit: Tragacanthum similiter. Sarcocolla desiccet & consolidat sine nocimento oculi. Lycium temperatum est in calore, vnde mundificat & attenuat crassitudinem super pupillam nascentem. Ammoniacum apostemata oculorum mundificat & dissoluit. Rosa refrigerat: Glaucium, similiter. Succus hypocythidis confortat & refrigerat: Acacia similiter. Mandragora refrigerat, dolorem placat, quia dormitionem prouocat. Marathrum valet cataractæ, maculas mundificat. Malum coctanum oppilat & refrigerat. Gallia repugnat humoribus ad oculos fluentibus, & membra confortat. Crocus maturat. Balauftia refrigerat, repugnat, desiccet, & confortat. Spica dissoluit & attenuat. Cinnamomum calefacit, maturat, atque desiccet, & confortat. Hæmatites desiccet, & valet asperitati palpebrarum, carnem superflua manducat: Sal mundificat, & desiccet: Similiter sal ammoniacum. Arsenicum rodit & incendit, carnem dissoluit & minuit. Cadmia desiccet atq; constringit & mundificat: quæ incensa & lota, superiora agit sine punctiōne: adiuvat etiam oculorum vulnera, maxime si humida, quia desiccet ea. Plumbum desiccet. Antimonium desiccet, & constringit, & calefacit. Es vsum vulnera consolidat. Cerusa desiccet & infrigidat. Flos æris desiccet, constringit, & calefacit. Tutia desiccet & infrigidat sine dolore, maxime si lota est: valet etiam, vulneribus

A vulneribus, pustulis, & lachrymis oculorum. Ferrugo desiccet & constringit: valet quoque contra pustulas spinosas. Ferrugo carnem minuit & attenuat. Sciendum est, quod omne fel est siccum & attenuatiuum, quod mistum oculi medicinis visum acuit. Albumen oui confortat & oppilat. Lac lauat & mundificat. Castoreum scindit atq; maturat.

De nouem potentis medicinarum oculorum, & suis effectibus.

CAP. 6.

Hæc est diuersitas specierum medicinarum oculis pertinentium. Oppilatiua, Colatiua, Mundificatiua, Aperitiua, Putrefactiua, Contractiua, Contractiua, Maturatiua, Dormitiua. Oppilatiua duobus modis est, terreftris & sicca, vel humida & viscosa: Terreftris desiccet humores calidos & subtiles ad oculos fluentes, maxime si ibi sint vulnera, quibus oportet adhiberi mûdato capite, prout necesse est, & toto corpore fluxuq; humorum cessante. hæc enim medicina leuiter & subtiliter mediocriter desiccet humores, qui in oculorum venis latitant, & ad oculorum panniculos prohibet penetrare: transectoq; humorum cursu, causaq; fluxionis eorum præterita, hæc medicina non amplius debet dari, quam ne dolor oculorum augmentetur, quia panniculi oculorum nimia humorum multitudine extenduntur, vnde & quandoque finduntur. huius tamen medicinarum posteritas non in paucis declaratur tempore, quoniam aliquando operatur, & si ratio non expostulat, scilicet B vulneribus in oculis apparentibus, vel corrosione in cornea existente, vel vicia egrediente: a cutis tamen humoribus ad eos fluentibus, non audemus desiccatiua ponere. stypticis enim illis positus humores fluere prohibentur, vnde dolor augmentatur. qd si medicina apponatur, materia ad oculos fluentis acumen augmentatur. Mollitiua verò seu dissolutiua seu maturatiua, si dentur, humores quidem maturantur: sed tamen in vulneribus caro non generatur, neque vulnus sanatur. Acetosis frigidis applicatis, punctura, & morsura, & tumor in oculis generantur. Nulla igitur medicina conuenit huic passioni, nisi quæ inter calidum & frigidum temperata est, vel temperamento vicina, quod facit tutia lota, cadmia vsta & lota, similiter cerusa lota. Alia autem medicina oppilatiua, scilicet humida, viscosa, quam diximus, valet in hoc loco modis duobus: vno, quia non pungit, sed dolorem mitigat: alio, quia lædit asperitatem ex humorum fluxu factam: vulnera enim lauat, vnde dolor mitigatur, quia crassi humores acuti mundificantur. Sed oculorum medicina sapissime metallina est: quia verò oculi sensum habent acutum, cum metallina, viscosa & humida misceatur, ne asperitatem faciant, sicut albumen oui, foenugracum, lac, gummi arabicum, tragacanthum, & similia. Medicina aperitiua dissolutiua, necesse est, vt sit acuta, quam nõ expedit ponere in pustulis corneæ, nisi res maturatiua propter sui duritiem non valeat. Similiter cum apostema tunicarum panniculorum & pellicularum, maturatiuis non curatur, acuta imponatur: quibus tamen maturatiua misceantur, sicut assa, sagapenum, euphorbium, cinnamomum, amomum, calia, assarum, achorus, folium, spica. Mundificatiuarum & Colatiuarum quædam mundificant, & colant modicum: & valent contra paruas pustulas & vulnera: sicut cadmia, thus, cornu ceruinum, & caprinum, & vt dicit Galenus, antimonium. Quædam verò nimium mundificant, quæ valent ad vngulas, scabies palpebrarum, pruritus, & crassas pustulas: vt ærugo, tragacanthum, sal ammoniacum: quæ omnia pungunt: sed cum lauantur, eorum punctio minoratur. Putrefactiua valent vetuste scabiei & asperitati: vngulam vetustam purgant: & pruriginem, si longi temporis est, curant: vt arsenicum, flos æris, & similia. Contractiua medicina etiam temperatæ actionis est, & optime prohibet humorem fluentem, pustulas & vulnera, vt rosa, folium, crocus, glaucium, thus fortiter stringit & fluxum humorum amputat. Contractiua magnum generat dolorem, quæ etiam valet commissa cum medicina visum acuate, quia oculos coadunat: & est optima contra asperitatem palpebrarum, sicut est balauftia, cortex thuris, ferrugo, flos æris, succus hypocythidis, succus vixæ agrellis, acacia, glaucium. Hæc enim lauant & leniunt asperitatem. Maturatiua conuenit apostematibus oculorum & doloribus propter humores clauos in interioribus corneæ: sicut myrrha, crocus, castorium, foenugracum, lycium, sarcocolla, mellicratum, & similia. Soporifera dolorem magnum patientibus valent: tunc, si cum doloris magnitudine perire videntur. Cautè tamen adhibeantur, quia visum minuunt, & nonnumquam amputant. Idcirco non sæpe apponantur, vel appositis calefactiua misceantur. Talia sunt opium, mandragora, & similia.

ARTICVLA sexta de Apostematibus, & doloribus, & ipsorum curis in generali postea de ipsis vt insunt oculis, petia, pruritu, carbone: & pilis, vulneribus, fissuris, pustulis corneæ, panno, scabie, Nyctalope, suffusionibus, oculorum exitu, & collyrys multis contra morbos oculi. Cuius sunt capita duodecim.

De Apostematibus & causis ipsorum in generali.

CAP. 7.

Maximo studio curationes passionum, quas quarta particula scripsimus, necesse est ostendere. Ac primo de ophthalmia, quoniam quod proposuimus, tractabimus. Sed quia ophthalmia de genere est apostematum magnorum, quæ faciunt dolorem, decet nos de apostematibus generaliter tractare, deinde ad ea, quæ in oculis fiunt, peruenire. Diximus secundo, quod causa omnium apostematum sunt humores ad membra fluentes, cuius causa vel interior est vel exterior:

rior: interior, vt superabundantia materia: Exterior, vt percussio, casus, fractura, vulnus, & similia. **E** Præterea in membri præparatio ad recipienda superflua quatuor modis est, aut propter membri defectiōnem: aut raritatem, vāq; largitatem membra tendentem: aut propter suæ virtutis attractiua fortitudinem, vel sui locationem naturalem. Defectio membri aut naturalis est, aut accidentalis: naturalis, vt cutis quam constituit natura defectiuam, vt superflua ab interioribus ad exteriora, à nobilibus ad ignobilia expulsa, facilius suscipere possit: accidentalis, vt ex infirmitate præterita. Raritas membri, vt teneritas maxillarum & inguinum. Attractiua membri fortitudo fit in membris fortibus propter nimium calorem: qui calor aut naturalis est, aut accidentalis. Propter sitiualem positionem, sicut si inferius locatum fuerit: humores enim ad corporis inferiora maxime descendunt. Sed materia, quæ defluit, aut est humor, aut est ventositas: Si humor, aut sanguineus, aut aquosus, aut phlegmaticus, aut melancholicus: Ventositas autem, cum non sit subtilis, non generat tumorem. Sanguis autem si temperati caloris est, phlegmonem generat: si calidior & subtilior, erysypelas generat: sed calidissimus sacrum ignem facit, & variolas. Aquosus tumor est, qui hydropilis dicitur, phlegmaticus: si fuerit subtilis, tumorem: si crassus, apostema generat, quod interius est quasi pingue seuum. Melancholicus autem cancrum generat. Ventositas autem, si fuerit, tumet. Hæc est diuersitas apostematum, quæ diuersa exigunt medicamina. **F**

De Cūris apostematum.

CAP. 2.

Apostemata ergo, quæ fiunt ex sanguine calidissimo, si eorum causa extrinseca fuerit, nec corporis extiterit plenitudo, medicamine dissolutiuo & percussiuo curetur: ex calpellatio quoq; vel incilio adhibebitur opportune. Quod si causa sit intrinseca, ab initio non dentur mollitiua vel dissolutiua, cum plus quam necesse est dissolutiua à locis remotis ad apostema attrahant. Sed neque repugnantiã audemus apponere, ne materia ad membra principalia conuertatur. In initio ergo curationis phlebotomia corpus purgetur: deinde apponantur repugnantiã & desiccatiua, temperiem facientia, vt sua siccitate resistent humoribus, ne ad tumorem perueniant locum, & temperiem complexionis confortent & locum, vt superflua materiam deuincant. Sciendum quoque omnia apostemata quatuor temporibus habere, initium, augmentum, statum, & declinationem. In initio ergo conuenit repugnantiã opponi calori. Repugnantiã, tenui materia dissoluta in parte & crassa remanente, mollitiua & dissolutiua ponuntur: non nunquam in augmento, magno dolore existente, stypticam medicinam & refrigeratiua ponimus: nimio dolore coacti saporiferam adhibemus. Medicina sanguinolenti apostematis, id est erysipelatis, quæ cum nimio est dolore & calore, si causa eius fuerit extrinseca, ab initio mollitiua & dissolutiua sit: Si autem intrinseca fuerit, primo detur **G** choleram rubeam pharmacum purgans, deinde si opportunum est, phlebotomemur, postea medicina in frigidans & humectans apponatur: calore transacto dissolutiua aptetur. Apostema, cuius materia fuerit sanguis crassus, si cum vulnere, punctiōne, & putredine sit, in initio phlebotomia ei subuenias: deinde vulnera medicina corrosiua & mundificatiua curantur. Sed tamen considera apostematis magnitudinem ex calore: quia si magnum fuerit, repugnantiã pones: si calidissimum, fortem caue medicinam. Aquosum apostema vel solutione, vel incisione curetur. Prima autem species phlegmatis, quæ est, vt mel, curatur constrictiuis vel confortatiuis & solidatiuis, sicut est vinum mistum cum lycio & nitro: oportet autem à leuioribus incipere, & sic ad fortiora procedere. Quod si fuerit in ueteratum apostema, incisiuis & dissolutiuis: & superius ligentur fortiter & inferius leuiter. Secundum genus phlegmatis taliter curatur, dissolutiuis putrefactiuis & incisiuis. Tertium vero, putrefactiuis & incidentibus, dissolutiua verò non valent. Quartum genus stylo incensiuo curatur. Melancholicum apostema, i. cancer, difficile curatur. Non incidatur, incilio multis inconueniens est modis: primo, quia syncopam generat, si locus multas venas habuerit: secundo, quia membra principalia non patiuntur membrum ligari neque sanguinem constringi nisi cum cauterio: & in loco aliquando nascitur, in quo non audemus cauterium apponere. In huiusmodi initio **H** corpus ad temperamentum oportet reuocari: & ad bonum, cum phlebotomia, & pharmacia, & diætā, & similibus immutari. Apostema de ventositate factum dissolutiuo curatur.

De Causis & cura Doloris in generali.

CAP. 3.

Dolor duobus est modis, subita qualitatis immutatione, & iuncturæ separatione. Mutatio vel est de frigore vel de calore, vnde causam eius non oportet inuestigare. Separatio iuncturæ tribus modis fit, incisione, fractura, crepatura. Incilio vel extrinseca est cum gladio: vel intrinseca, vt cum acuta humorum qualitate. Fractura autem fit de exterioribus, sicut solidis & crassis corporibus ponderantibus: aut de interioribus, vt de apostematibus. De exterioribus, si sit lapis, locum in quo scindit conculcat propter vtranque loci extremitatem, qui depressus necessario extenditur. Iunctura, quæ separatur de interioribus taliter fit, augmentata materia concavitates replet membrorum, doloreq; generat. Materia verò humorum est, vel ventositas vel acuta qualitas. Ideoq; sex sunt causæ doloris, chymus nimius, ventositas non habens exitum, magnum apostema, vel durum, humorum acuitas, vel vulnerum siccitas vel caliditas vel frigiditas. Si dolor propter nimium chymum fuerit, ipso purgato cessabit: Si propter crassam ventositatem, cibo subtili & potu calidisq; **I** fomentis

A fomentis & cataplasmatibus curatur: Si ex apostematibus, ipsorum curatio est dolorum amputatio: Si ab humorum qualitate processerit incelsiua, necesse est chymum purgari, siue in bonum mutari cum medicina doloris mitigatiua, quod si non sufficiat, saporifera imponamus, vt dolor mitigetur. Quod si de frigidis crassis & viscolis humoribus processerit, saporiferam caueamus, quia non est tantus dolor qui de his nascitur: Si crassa ventositas exitum non habens causa fuit doloris, res attenuatiua & dissolutiua adhibenda erit, vt ventositas dissoluatur, & humores desiccentur. Sic etiam de cæteris contraria contrarijs appone.

De causis & cura dolorum Oculorum.

CAP. 4.

Oculi verò patiuntur ex apostemate vel propter acutos humores ad ipsos fluentes, vel propter pellicularum suarum extensionem ab humorum plenitudine, aut inclusione crassorum humorum & viscosorum, vel crassæ ventositatis in loco illo. Si sit propter acutos humores, pharmacia detur, materia deorsum ducatur, & oculi cum albumine oui lauentur. Purgato corpore & apostemate maturari incipiente, balneum diligenter aptetur. Quod si dolor fuerit propter humores interius clausos, totum corpus maxime purgetur, deinde calefactiuis vtatur, & oculi cum decoctione foenugreci lauentur: & ante purgationem totius corporis dissolutiua & calefactiua caueatur, quia ad apostema plus attrahunt quam dissolunt. Sciendum qd humores ad oculos veniunt, vel de omnibus partibus, vel de solo capite: si de solo capite, solum caput expedit purgari, postea confortari, & ad temperiem duci, ne vltra malos humores generet, plurimumq; digerat humores, decet etiam confortare cor, & corroborare, & temperare, quando arteriæ in causa sunt, quare humores ad ipsos defluunt: quæ si supra carneum fuerint, desiccatiuum cataplasma & emplastrum apponatur: his non proficiētibz incidantur. Nonnunquam dolor fit in oculis propter sanguinis coagulationem in venis oculorum clausi, vnde plenæ videntur, & oculorum essentia sanguinolenta: Quæ passio curatur vini **B** potatione, tamen balneo præcedente.

De Ophthalmia & eius cura.

CAP. 5.

Diximus qd ophthalmia est apostema calidum nascens in consuetiua, & ostendimus curam apostematum solis oculis pertinentium. Vnde quia oculi sensum habent acutissimum, & dolorem ferre nequeunt: non temere curentur forti medicamine, sed cum rebus dolores mitigantibus temperentur. Et fiat, quod apponendum est, humidum: & viscosum in loco in quo congruit, immisceatur. & palpebra suauiter eleuata, medicina guttatim iniciatur: & ab initio non nimio existente dolore, medicina aliquid stypticitatis habens, sicut collyrium in quo est acacia ponatur: etiam dissolutiuum & maturatiuum medicamen sicut crocus & lycium: similiter & styptica, vt myrrha & castorium, thus masculinum. Collyrium quoq; si multum stypticum fuerit, humefiat cum albumine oui, lacte, & decoctione foenugreci. Hæc si fecerimus, in vno die dolor remittetur, & passio declinabit: quæ declinante balneum succedat, deinde collyrium priore fortius imponatur sicut nechium, vt constringat & confortet oculos: tamen parum acuti collyrij cum eo misceatur & parum à medio ad multum ascendatur. Quod si ophthalmia cum nimio dolore fuerit, ponatur ab initio collyrij, quod dicitur diarhodon asperon. Apostemate verò decrescente diarhodon erimōni imponatur. & calefiat sepiissime, si nimio pungetur dolore: & si dolor non sit multus, sufficit semel aut bis: & hæc calefactio fiat de meliloto, foenugreco, & similibus. Cataplasmentur quoq; croco, meliloto, coriandro, oui vitello, pane loto in vino. Sed si dolor nimius fuerit, misceatur illi cataplasmati decoctio papaueris: vnguentum factum de croco, glaucio, lycio, gummi, & aloë, ponatur supra frontem. Si calidi sunt humores, ramus portulacæ, citonij, vel succus portulacæ, plilij, strigni, & similia. Si calidus non fuerit multum, puluis molendini, myrrha, thus, albumen oui. Humoribus verò frigidis existentibus, sulfur, pix liquida, colophonias, & similia apponantur.

De Cūris petiæ, tumoris, & Pruritus Oculorum.

CAP. 6.

Ad petiam sanguis columbæ, pauonis, & omnia talia profunt, si cum thure modico misceantur: & calefactio decoctionis hordei & hyssopi prodest. Oculorum tumores habentibus fiat cataplasma ex vuis passis sine acinis ex melicrato vel aceto. Si tamen apostema non dissoluatur, radix trita admisceatur: tumore nondum dissoluto, succus columbæ apponatur. Pruritus sicut apostema curetur purgatione corporis: & dissolutione materiae intus clausæ, & collyrij, & cataplasmatibus, & fomentatione aquæ calidæ in nocte oculis appolita: quæ mista cum oleo rosato, aut in ouo anatis pruritus amputat, & oleum rosatum temperate calidum. Sæpe tamen oculis cholicam imponimus medicinam, vt lachrymas in eis prouocet, quibus lauentur, & mollificentur. Pruritus cum nimio fluxu humorum, medicina Erasistrati curatur.

De Carne addita in Oculis, & Carbone, & Cura.

CAP. 7.

Si carnes additæ propter vulnera fuerint, non curantur, nisi chirurgia. Excrecentia superflua carnis acuta medicina curetur, sicut ærugine aris, sulfure, & similibus. Si autem caro oculorum excreuerit superflua, non curabit nisi chirurgia. Quod si locus ille tumidus fuerit, valet allium gummi cum glaucio & vino. Nascitur etiam quoddam in oculis, quod dicitur carbo: & sicut apostema curatur: cumq; saniem habuerit, sicut vulnus curatur saniem habens. Quidam medici ponunt in hac passione glaucium, tragacanthum, rutam, succum maligranati, lanam vsiam, vel myrrham & **K** aloen,

aloen. Huic passioni valent ammoniacum cum aceto: & aliquando admiscemus cum eis de hordeo **E** & zedoario: & capita muscarum e cera cataplasmata.

De Pilorum ablatione & Remedio contra Casum pilorum.

CAP. 8.

Pilis ablati lauentur loca ipsorum aquis salis, & aluminosis, & vngantur loca pilorum palpebrae cum albumine oui, & alumine, staphisagria, & farfima i. stercore columbino. **C** Collyrium Sabor, valet ad Pilos Cadentes de Palpebris. Recipe ossium dactylorum drach. iiii, cadmia drach. ij.

C Aliud Sabor. Recipe antimonij, chalcanti, tragacanthi, pondus aequale: quae omnia cum melle temperata terantur, deinde collyrium fiat. Si autem pilis cadentibus palpebrae appareant crassae, stercore muris cum melle temperatum valet: superflui pili de palpebris sunt amputandi. Quidam dicunt pilos non vltra nasci, si radicibus pilorum extractis, sanguine testudinis vel dentibus caninis locus vngatur.

De Curis V ulnerum, & Fissurarum in generali.

CAP. 9.

Oportet primo vniuersaliter dicere de vulneribus, postea vero de iis, quae propria sint oculis. Omne vulnus vel concauum est tantum, vel fissum. Si multum fuerit fissum, trina intentione curatur. Lungamus vtranque partem, & suamus studiose, & curemus ne incidat pulvis vel pilus. Quod si magnum vulnus fuerit, nec pars parti possit coniungi, nec sanies permaneat in concauitate, necesse est vti desiccatio medicamine, vt finita sanie vulnus impleatur carne. Cuius compositio est cum causa vel morbo vel accidenti. Si cum causa sunt humores ad illud fluentes, corpus purgetur pharmacia, & phlebotomia: diata quoque temperetur: deinde desiccatio siccat. Quod si fuerit cum morbo, vel est simplex vel compositus. Si morbus simplex est, ad temperiem membrorum reducat. Quod si compositus, vel vt naturam suam membrum egrediatur, vel vulnus multum concauit sit, duplex medicina necessaria est: vna, qua membrum ad temperamentum redeat: altera, qua concauitas carne repleatur. Impleatur ergo medicamine desiccatio mundificatio, quod humores coadunatos destruat, vulnusque a putredine mundificet. Sed vt per poros possint egredi superflua (vnus subtile & continuum, quod latet sensum: aliud crassum, quod vt lutum in corpore coadunatur: & haec duo superflua plus in vulneribus, quam alicubi sunt propter loci defectum atque dolorem) necessaria est desiccatio & mundificatio medicina, qua mundificetur & desiccetur superfluitatis sordities. Omne etiam vulnus vel concauum est, vel fissum. Et si fuerit cum accidente sicut cum dolore, mitigatio conueniunt. Fissura si parua sit, non est necessaria nisi coniunctio partium: & parum medico eget, nisi locus vulneris partem amiserit, quae pars vel caro est, vel cutis, vel vtrunq. Si sit cutis, apponantur styptica vel desiccatio, vt locus induratus cuti assimiletur: non nunquam acuta medicina facit hoc accidentaliter: calida medicina paulatim apposita facit hoc accidentaliter, & locum sua siccitate indurat: multa vero quantitas ex ea, loco apposita resoluit causam, & minuit fissuram. Quod si caro a vulnere sit amota, in initio carnis generatio expediat: deinde locus mundeat, & cuti assimiletur. Sed omnem medicinam, quae vulneribus pertinet, necesse est siccam esse, quae tamen propter causam quandoque cauenda est. Parum sicca erit, ne multum siccans, carnem prohibeat generari. Mundificatio quoque siccata esse oportet, vt putredinem mundeat vulnera consolidans. Desiccatio esse debet ea, quae generat carnem, quae nec mordicatio sit, nec abrodens, sed styptica, vt caro induretur, cutique assimiletur. Haec est disputatio vniuersalis vulnerum, & medicina.

De V ulneribus Oculorum, Pusulis in cornea, Panno, Vngula, Nyctalope, Scabie. CAP. 10.

Sed vulneribus oculorum, si sint simplicia, mundans & colans congruit medicina, quia humores cito vndique fluunt ad oculos propter acumen sensus eorum. Quod si vulnus cum tumore sit, vel nimio dolore, apponuntur collyria, quae thus & metalla vltra recipiunt: & cataplasmata: nec pungitua cataplasmentur. Aliquando tamen, si putredo vulnere insit, colatio tunc apponatur. Sed intueri oportet an vulnus carnem rodant: inuestigandum quoque, vnde humores ad oculos fluxerint: quo perfectio, caput, & corpus expedit purgari: Deinde apponenda sunt collyria desiccatio nullamque facientia punctioem: sicut ea, quae respiciunt casum, cum dantur cum lacte vel cum decoctione foenugraeci. Si dolor est nimius, aliquando soporifera medicamina apponuntur: fluxu humorum cessante, eis styptica apponuntur. Prauidendum tamen ne vena egrediatur, cui egredienti stypticum conuenit adiutorium. Collectio & pustula in cornea nascentes curantur cum medicina maturatio mediocriter colatio, sicut collyrio recipiente crocum, thus, myrrham, castorium, decoctionem foenugraeci. Quod si non inuenierint, & tumor non dissoluatur, calidum & aperitiuum appone, sicut sagapenum, euphorbium, & similia. Pannus in oculorum albedine natus colatio & mundificatio curetur. Quod si fuerit subtilis, sufficit succus rubei papaueris, vel decoctum minoris centaureae cum melle: si grossus, fortiora dari necesse est, sicut picem liquidam, aes vstum, nitrum, stercore muris, myrrham, sal ammoniacum, & similia. Si aliquid ex eo remanserit, gallam, acaciam, & chalcanthum appone. Vngula & scabies, si durae sint etiam & veteres, incidere eas vel excoriare optimum est: sin autem subtiles, appone aes vstum, florem aris, fel porcinum, sal ammoniacum. His non dum proficientibus, appone medicinam putrefacientem atque rodentem. Scabies non stypticis est curanda, quae si sit cum vulnere magnoque pruritu, conuertatur palpebra

A bra & cum hoc excorietur. Est quaedam passio oculorum, quam qui habuerint, vespere non vident: quos phlebotomari conuenit de cephalica brachij: & vrantur pharmacia, & dysteribus, & caput purgantibus, & gargarisate, & lternutatione mundificantur: vena auris incidatur. Oculis mel cum alumine & sale ammoniaco apponatur, & cum hepate caprino fumigetur: haec omnia profunt.

De Suffusione, Egressu Oculorum, & Petia.

CAP. 11.

Suffusio, id est visus defectio, sic curatur. Caput, & totum purgetur, vt diximus: diata sit tenuis: deinde vtatur collyrijs scenum graecum, mel, sagapenum, asarum, thus recipientibus, & opobalsamum, & ammoniacum. Valet quoque si vena hepatica incidatur, & sanguisugae temporibus apponantur. Oculis extra exeuntibus, ventosa in collo apponatur: oculi ligentur, & aqua salsa suffumigentur. Petia curatur sanguine oculis instillato: deinde cum albumine oui oleoque rosarum ligentur.

De Collyrijs multis ad Oculorum egritudines.

CAP. 12.

Collyrium quod dicitur Diarodon in modum piperis, valens in Augmento Doloris Ophthalmiae. Recipe cadmia, cerussa, ana drach. xiiii: rosarum drach. duodecim: gummi, amyli, ana drach. j: tragacanthi drach. iiii & f, aloes drach. vj: tempera cum aqua pluuiali, & informa. **C** Aliud in initio Ophthalmiae, quod etiam vetuste valet. Recipe acaciae drach. iiii, gummi 3 xliii, cadmia drach. xxxvj: tempera cum vino pontico ana drach. xij: tempera cum aqua pluuiali. Haec omnia a Paulo sunt ordinata. Ista vero Galenus dicit. **C** Collyrium valens ad Dissolendum Apostema die vno, & ad Ophthalmiam. Recipe antimonij, acaciae, ana 3 lxx: cadmia drach. ix, aris vsti loti 3 xxxj, cerussa drach. xij 5, myrrhae 3 vj, sulfuris drach. vj: castorei, opij, chalcanti vsti, ana drach. vj: gummi drach. ix: tempera cum albumine oui: in vno die est validissimum. **C** Aliud Pauli. Recipe cadmia, croci, gummi, ana 3 iiii: aris vsti drach. xxij: cerussa, rosarum, ana drach. xxij: polij, croci, chalcanti, opij, ana drach. vj: aloes, spica, castorei, ana drach. j & f: tempera cum aqua: curat vero ophthalmiam, & humores vel propter dolorem, vel vetus vulnus fluentes. **C** Aliud. Recipe cadmia, acaciae, gummi, ana drach. ix: antimonij triti drach. xx: castorei, opij, ana drach. vj: lycij drach. iiii & f: myrrhae drach. xij: spicae, aloes, ana drach. iiii: gummi, tragacanthi, chalcanti, ana drach. j & f: tempera cum vino & aqua myrtina. **C** Aliud ad Superiora. Recipe acaciae, gummi, ana 3 lx: plumbi loti 3 xxx, spicae, caliae, ana 3 vij: rosarum, cadmia, ana 3 xxx: cerussa, aloes, opij, croci, ana 3 ix: castorei, lycij, ana 3 iiii & f: tempera cum albumine oui. Valet vulneribus & omnibus passionibus oculorum vetustis & putrefactis. **C** Aliud in Statu conueniens cum albumine oui, in Declinatione cum aqua. Recipe cadmia vetusta & lota, cerussa, ana drach. vj: amyli, tragacanthi, ana drach. iij: hyoscyami drach. j & f, croci drach. vj: glauci, sarcocollae, ana drach. vj: opij drach. iiii, tragacanthi drach. vj, croci drachmas tres: gummi, opij, drach. j & f: tempera cum aqua. **C** Aliud valens in Augmento Ophthalmiae. Recipe cadmia, cerussa, ana drach. xxiiij. rosarum 3 xij: gummi, amyli, ana drachmas quatuor: tragacanthi drachmas quatuor & f, aloes drach. iiii: tempera cum aqua. Valet in vulneribus, & humoribus vulnerolis, & lachrymis ex oculis fluentibus. **C** Aliud valens ad Ophthalmiam, & Vulnera, & Adustiones, & ad Mundificandum vulnere putredinem. Recipe antimonij vsti, cadmia, rosarum, ana drach. xxiiij: cerussa trita 3 xxxj, opij drach. vj: tempera cum aqua. **C** Aliud nimio Dolori conueniens, & liquidissimos Humores ad Oculos fluentes reprimens. Recipe rosarum drach. vj & f: opij, spicae, ana drach. j. **C** Aliud. Rosarum drach. xxij, croci vj, aris vsti & loti drach. j & f: tempera cum aqua pluuiali. **C** Aliud. Recipe rosarum drach. xvij: cineris locorum, vbi aes funditur, drach. vj: croci, opij, gummi, ana 3 vij: tempera cum aqua pluuiali. **C** Aliud. Recipe gummi drach. iij, tragacanthi drach. j & f: tempera cum aqua pluuiali. **C** Aliud. Recipe myrrhae drachmas lxxv, rosarum xl, croci vj & f: tempera cum vino. **C** Aliud valet nimio Dolori, Pusulis concauis, putridis V ulneribus Cornea: Oculosque exeuntes comprimit, Omnemque oculorum passionem ad sanandum difficillimam curat. Recipe rosarum drachmas centum octo, gummi xxxvj, cadmia vsta & lota drach. xxj, croci vndecim: opij, antimonij, drach. ij & f: iar dri spicae drachmas tres, myrrhae iij: tempera cum aqua pluuiali. **C** Collyrium Pauli. Recipe aris vsti, tragacanthi vsti, ana drach. viij: croci ij, nitri drach. j: coquantur ad mellis spissitudinem. **C** Aliud eiusdem, valet Scabiei palpebrarum, veterisq. Ophthalmiae. Saniem, & vulnera Aurium, & Os rodentia sanat. Recipe aris vsti drach. quatuor, myrrhae drachmam vnam & f: piperis, croci, vini, ana drach. ix. **C** Collyrium Pauli. Recipe cadmia auri & argenti drachmas tres: tempera cum aqua pluuiali. **C** Collyrium Oribasii valens in initio Ophthalmiae, & V ulneribus. Recipe cadmia, cerussa, tragacanthi, ana drach. viginti quatuor: antimonij, gummi vsti, ana drach. xxj: plumbi incensi, tutiae, ana drach. viginti quatuor. **C** Aliud. Amyli xvi, gummi ix: aris vsti, tragacanthi, ana 3 vj: myrrhae, opij, ana 3 v. **C** Aliud valens V sitioni, Venam egredi prohibens, subueniens V ulneribus. Recipe antimonij vsti, cerussa, ana 3 viginti quatuor: myrrhae drachmas tres, amyli xix, tragacanthi xij, gummi vj: tempera cum aqua pluuiali. **C** Aliud valens Pusulis, V ulneribus sanigis, & nimio Dolori, durisq. Ophthalmiae. Recipe cadmia vsta & lota drachmas viginti quatuor, antimonij loti & vsti xviiij, amyli iij, plumbi incensi & loti xij: tutiae, myrrhae, ana drachmas xij: tempera cum aqua. **C** Aliud. Recipe tutiae drachmas duodecim: cadmia lota, cerussa, ana drachmas cxxiiij: antimonij incensi & loti xviiij: myrrhae, opij, ana drachmas quinquaginta & 5: tragacanthi drachmas duodecim: tempera cum aqua. **C** Aliud vtilissimum Aperiendi Palpebrarum & Scabiei. Recipe chalcanti

Septima Classis.

BBBBBB

drachmas

drachmas duas, cadmiæ drachmam vnam: ad Solem cum vino sufficienter agita. *Aliud.* Recipe cadmiæ drachmas vj, chalcanti grana triginta, piperis grana xxxviij: spicæ drachmam vnam & 5; aliter drachmas tres & 5; cadmiam & chalcantum tritura sufficienter & agita, deinde cum pipere spicam commisce & tempera. *Aliud valens Scabiei, & Humoribus ad Oculos fluentibus, Veterig, passioni, & Pusulis.* Recipe cadmiæ, gallæ rosarum, gummi, croci, ana drachmas tres: opij, drachmam vnam: omnia puluerizata cum vino ad Solem sufficienter agita. *Ad Oculos Caliginosos & sanguinolentos.* Aloe trita cum albumine oui misce prodest. Si aloe non habueris, canabis trita idem facit. *Ad Oculos Dolentes, & Lachrymas stringendas, & Prurium tollendum.* Collige mel despumatum, & ex eo vnge folia hederæ, & superasperge puluerem facis vini, & oculis superpone per noctem: expertum est. Item chelidonia cocta in aqua, si ex ea oculi fomententur, doloribus prodest. Item coriandrum viride tritum admisto lacte mulieris oculis superpone: dolorem & tumorem tollit. Idem facit radix cucurbitæ agrestis trita & imposita. Fel caprinum cum melle antiquo mistum & inunctum oculorum caliginem destruit. *Ad Pannum ab Oculis abstergendum.* Facem vini, album oui, rasuram ossis sepiæ: facto puluere mitte, donec corrodat. Vitellus oui tritus succo que apij mistus & inunctus sanguinem spargit. Absinthium viride cum albumine oui tritum, & nocte suppositum, sanat. *Ad Tumorē calidum & sanguinem Oculorum.* F. Anagallis cum albumine oui trita & imposita prodest. *Ad Tumorē calidi dolorem.* Herbam violariam cum oleo rosaceo tere, & superpone: mire iuuat. Valet etiam mali granati succus: in vase æneo vel stanneo ipsum coque & cola, & cum opus fuerit vttere. Item Recipe plantaginis, centaureæ, vngulæ caballinæ, pulegij, betonice, chamædryos, apij, fœniculi radicum, partes æquales: pone in olla noua, & intra sparge fœnugræcum. Item lycium in rhodostomate guttatim impositum valet. Item auripigmentum, pannum subtile laneum, & fimum hominis, combure in olla bene argillata.



GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE RENVM AFFECTVVM
DIGNOTIONE ET MEDICATIONE

Chrystoporo Heyl Vuifsbadensi interprete

Nunc primum ad græcorum codicum fidem accuratissime recognitus.

De Substantia, Figura, Situ, Partibus, & Vsu Renum.

CAP. I.



Renibus peculiare quoddam corpus est ex fibris & carne constitutum, quod cum alia parte nulla commune habent: & caro hæc densa est, ne sanguis qui ad ipsos deferretur, facili momento diffluat, effundatur, & abeat cum vrina. Carnea hæc substantia non paucas habet inuolutiones, in quibus quoniam singulatim per substantiam lapides plerumque generantur, sicut in renibus grauissimi dolores. Ac de substantia quidem hæc tenus. Figuram autem renes habent græcæ literæ **Ϟ**: & in medio cavitatem quandam, qua ex venis & arteriis seorsum excrementum excipiunt: nam ad eos non maiores solum venæ, quarum alia in cavitatem hanc inferuntur, alia in membranam, quæ renes circumtegit: sed meatus etiam capillis modo exiles deferuntur. Dexter autem sinistro sublimior est: ne inter operandum, alter trahat, alter retrahat. Iacent ad spinam renes, paulo altius quam illa:

Alia: & ex se, vrinarios meatus duos emittunt, quibus ad vesicam vrina deducitur. Sed habent istius quoque meatus propriam corporis sui substantiam, quam in alia particula nusquam reperias. Duos autem natura renes produxit, non vnum: quoniam alias excrementorum species serosa hæc superfluitas non parum superat, quam attrahere, renum officium est: ignorare enim non debemus alteram cauæ venæ partem ad corporis nostri inferiores partes deferri: quæ bifariam diuisa est, altera parte sursum, altera deorsum porrigitur. Pars quæ descendit, rursus tripliciter finditur, & pars vna ad crura porrigitur, altera ad testiculos, & tertia ad renes. Procedunt verò & de corde arteriæ, quæ rososum excrementum & vnâ caliditatem immittant: vt ab eis renes calefiant: nam renes ita ex seroso isto excremento frigent, vt ex atræ bilis succo lien: Quamobrem à dictis iam arterijs calor renibus suppeditatur, quò nauiam suam frigiditatem possint euincere. Postquam verò serosum id excrementum renes attraxerunt, vtilem qui in eo est sanguinem ipsi retinent, & ex eo nutriuntur: excrementum verò ipsum serosum à facultate segregatrice ceu inutile expellitur. Sed quandiu in venis et arterijs hoc cum sanguine currit, excrementum serosum: cum segregatum est, lotium nominatur. Proinde quod in sanguine vtile est, id sibi renes in nutrimentum seruant: quod autem inutile, id abigunt. Atque vt bilis vesica, bile delectatur: & lien, atræ bilis succo: ita renes seroso isto excremento gaudent. Renum autem operatio est fecernere & percolare serosum excrementum à sanguine. Atque hic renum vsus est. Non solum autem renum, sed & singularum partium operatio medico est inuestiganda: quòd ex operatione labefacta cognoscatur, quæ particula morbo sit affecta: & ex modo do ruina operationis, quantum sit quæque affecta.

Quibus ex causis Calculi oriuntur: & quæ ratione Pueris in vesica, Adultis in renibus frequentius oriri soleant.

CAP. 2.

Omnis affectus, quo ren laborat, quamquam Nephritis dicitur, siue is similis sit, siue instrumentalis, siue communis: proprie tamen Lithiasis, id est calculi morbus, Nephritis appellatur. Sunt autem lapidis huius quatuor causæ. Efficiens, materialis, instrumentalis, & finalis. Nec operosum fuerit discere à rebus externis, lapidis concretionem, aut à frigore, aut à calore fieri: velut in riualis & canalibus, cum caliditas, materia non expirante & venulata, exoritur, cum aqua in aliquo canali substat, calor quidam præter naturam accenditur, quo dispergente id quod in aqua sic cœnosa partium erat tenuium, quod crassarum est partium in terram durefcit: manens que eo in loco substantiæ lapideæ ex qua factus canalus est, adhærescit: & in lapidem sic colligitur. Subactam aliud de eadem re notum exemplum. In lebetē generari lapides sæpe compertum est aquæ parte, quæ tenuis fuerat, dissoluta, manente alia, quæ crassa & terrena est: ea enim lebetis vel alius aris corpori affigitur, & lapidescit. Verum in nobis lapidem frigus non parit: neque enim fieri potest, vt viuo corpori tantum frigus accidat, quo concrefcere valeat in homine lapis, quemadmodum fieri in externis videmus: quo fit, vt à calore lapis in homine generetur, eoq; vel vehemēti, vel tepido. Nam si crassa materia est, sufficere potest tepida & moderata caliditas, & quæ naturalis est, ad firmandam & indurandam terræ modo crassam hanc materiam: est enim crassities ad generandum lapidem singulariter accommodata: Sin tenuior est, vehementiori tum planè indigebit caliditate, siue naturali, siue præter naturam, qua durefcit in terram: siquidem calor tenuis materiæ partes euaporare facit: atque ita, vbi valuerit, lapidem conformat. Ideoq; simpliciter à calore fit in nobis calculus. Materialis causa est crassus aut glutinosus succus, vel vtroque modo vitiat. Instrumentalis causa est ren, aut vesica, vel pars alia quæ generando lapidi sit opportuna. Finalem causam haud aliam dicas, quam lapidem ipsum. Sanguis qui in renes fertur, aut crassior seipso est, aut pituitosior, aut magis ad bilem datam, aut rutam demutatus: fertur que ad eos per venas & arterias, vel in cavitatem, vel substantiam: eò delatus, si quantitate, vel qualitate, vel consistentiâ excedat, altringitur, detentusq; concipit caliditatem præter naturam: hæc caliditas præter naturam amplius eum densat, agglutinat, & assat, assatumq; ipsum in terram & lapidem commutat. Qui itaq; arbitrantur in renum concavitate lapides consistere solum, cum per vrinæ meatus transeunt, dolere laborantes dicunt: Qui verò in ipso renum corpore gigni lapides arbitrantur, quo modo & in arthriticis nodi gignuntur: non solum cum pertranseunt, sed & quando generantur, & quando renum concavitatem subeunt, dolere laborantes afferunt. Sed fieri vtroque modo lapides posse nobis satis persuasum est, cum succus tenax & crassus tempore aliquo assatur in r̄s atque exiccatur. Demonstratum est enim in commentarijs de facultatibus naturalibus renem trahere ad se quicquid in venis serosi & tenuis cum sanguine permixtum reperitur. Si quando igitur meatus, qui in renis ventriculum illud transmittunt, latius aperiantur, crassius vnâ aliquid colatur: quo calefacto & exiccato in renis cavitatem, lapidosam consistentiam assequitur. Quamobrem si virtus segregatrix ipsius renis id omne in vrinis expulerit, arenosum in ipsis sedimentum proueniet: Si intarctum id & solutum difficile sit quod renis cavitatem suscepit, ad eum aliud adhuc non ab simile ex caua vena immixtum deinceps colligitur, & augetur (circumlinitur enim semper quod affluit ei quod iam adest) itaque

Septima Classis.

BBBBBB ij lapis

lapis non adeo contemnenda magnitudinis exurgit. Quod certe vt facilius fiat, renum temperaturam in uare potest haud mediocriter, si calore naturali haec ceu feruens & acris fuerit. Atqui si foramen & meatus, qui ex vena cava in renem peruenit, fuerit rarefactus, & sanguis humens, neque crassus neque glutinosus: tum vrina fiet cruenta. Cum itaque ex sola pituita tenaci & crassa porosorum & lapidosorum corporum, quae in renibus coguntur, substantia coierit: color ineffe solet, quem cineritum nominamus: non ab similem lapidi, quem fieri in aquis sponte natis, quae *avropuēis* graece dicuntur, videmus. Haec nanque, si tepidiores sint quam pro temperatione, iophos videntur producere: neque alij causa acceptum feremus, quod pueris in vesica lapides generentur. etate vero florentibus in renibus. Quippe cum actiones naturales in pueris sint omnes fortes, fusa est in eis & dissoluta succorum crassities. Contrario modo se habent qui etate procefferunt: nam actionibus in hisce debilibus coacta est crassities succorum. Apparet vero in externis id quoque, cum videlicet quae crassam naturam habent, per tenuia foramina transire inhiutum sit: quae nanque fusa calore sunt & colligata, transire ocyus videmus: quae vero liquata non sunt, traiectioni resistunt: harum materiarum exempla nobis sunt pix, resina, adeps, cera, & mel. Cum itaque in pueris calidum innatum abundet, & fortes sint actiones: crassitudo materiae diluta in renes delabatur, indeque facilius in vesicam transit, non parum etiam adiuuante ad transitionis celeritatem ipso actionum robore: in vesica autem existente frigida (membranosa est enim paucique sanguinis, & ampla intus capacitate) rursum consistit, densaturque ad eam crassitudinem, quam paulo ante monstrauimus: consistentiaque principium sumit, si diutius in vesica commoretur. Ipsa siquidem glutinosa credibilis est ab innato puerorum calore facilius subigi, atque ideo magis vniri, consistere, & condensari. Adijciamus si libet, puerilium vrinarum crassitudinis causam: quae certe alia non est, quam puerorum voracitas, & mouendi excessus mox ab alimento assumpto, dum scilicet pueri ferocunt & ludunt. In laetentibus autem ipsa etiam materia plurimum facit: in adultis enim qui caeco & limilium rerum esse delectantur, lapides in vesica & renibus fieri cognouimus. Idcirco lithialis vesicae, puerorum est morbus. Haud enim potest vesicae collum tam angustum in maioribus corporibus esse, vt humorem crassum remoretur. Attamen ne putemus solum hoc sufficiens esse ad lapidis generationem, nisi calida intemperies eodem accedat: quae calorem ignitum habeat, non temperatum aut modicum. In puellis ceruix vesicae dehiscit in membrum genitale, & breuis simul est & lata, vt nullo labore crassa per eam ipsa meiant, quae in vrina feruntur: quae dum pueri retinent, quod saepe fit, & propter longitudinem & angustiam ceruicis vesicae, materiam vesicae aestuanti praebent ad calculi generationem.

Indicia quibus Calculi, & reliqui Renum Affectus deprehenduntur. CAP. 3.

Ignorum alia sunt, vt ita dicam, scientialia, alia artificialia, alia propria. Proprium signum est, quod certe, nulloque medio morbum ostendit, in renibus nempe lapidem: vt cum arena in matula subsident, tunc plane ostenditur lapidem in renibus esse: signumque hoc constans & proprium. Quoniam vero affectus quidam complicantur, dicemus quoque de signis communibus. Cum lotium quod excernitur, sanguinolentum est, signum id esse commune poterit, vel quod vasorum apertio sit, vel ruptio, vel erosio, vel imbecillitas, vel dilatio, vel aliud quicquam eiusmodi. Quoniam ruptionem exquisiti & confertim egesti sanguinis vacuatio sequitur. In apertione paulatim fertur, & sanguis tenuissimus emanans cruentam vrinam efficit. Si quocumque tempore & momento sanguis egeritur, imbecillitas vasorum est: Sin vna cum sanguine, alia quoque crassitudines excernuntur, dilatio. Sin sanguis sit aquosus, manifestum est certumque lapidem consistere. Sin sanguis qui excernitur sit crassus, manifestum est ipsius crassitudinem violenta coactione in lapidem esse abituram: si (vt sit) in ea sanguinis vacuatione frigidam exhibeamus, vt vena atque arteria coarctetur & conuiceat, nec amplius sanguinem vllum in renes ingerat, qui cogi istuc possit. Fit enim proculdubio in hisce sanandis error: nam venam coarctant frigida, vt alium sanguinem inferre non sinat: verum ea ratione fit, vt sanguis in renibus commoretur. Proinde si frigidam exhibeas, venam comprimis quidem, ne sanguis deferatur: sed qui renibus illatus iam est, mox indurabis. Ex stupore cruris quod a rene secundum lumbum porrigitur, cognoscere poteris quis ren labore: nam si dextrum cruris stupor occupabit, dexter ren aegrotat: sin laeuum, sinister. Est vero stupor, sentiendi & mouendi in particula difficultas: qui fit in crure, quia vena quae ad inferiora demissa est, triplici ramo dividitur, quorum vnus cum arterijs ad testiculos vadit, & vasa seminalia: alius renes ingreditur: tertius ad crura porrigitur. Cum igitur in renibus lapis generatur, vna tum afficitur vena quae ad crura descendit: sunt enim ambae ab vna sobole cauae venae, quam inferis partibus natura distribuit: igitur vena quae ad crura porrigitur, repletur: qua repleta, stringuntur nervus quandoque aut musculus: cum stringitur nervus, animale spiritum ad crura non transmittit, vnde sensu cruris priuatur, & prouenit stupor. Porro ex testiculo, quoque secundum lumbos retrahit, scire possumus renem esse affectum. Si nanque dexter testiculus retrahatur, dextrum

† In impressis est *uot* *is* *iv* *im* *pressione*, vel *crassitudinē*

A. 1. 3. f. 18. r. 2. c. 17. fol. 361. b

A dextrum pati renem argumento est: si sinister, sinisterum. Nam a iecore & corde vena & arteria ad renes procedit, quae in eorum cauitatem inseritur: vasa autem seminalia ad testiculos feruntur. Quando igitur lapis in renibus generatur, vena illa & arteria distenduntur, & seminalia vasa quae ad testes perungunt, atque ita per compassionem testes retrahuntur. Tradunt aliqui, vehementis doloris ratione vigilias vomitum excitare: debebant itaque podagrisci, lippientes, & qui vehementi dolore, & vigilijs exercebant, vomere. Sed ea de causa hi non vomunt, immo propter posituram renum: namque positi sunt secundum spinam post intestina & ventriculum: quapropter facta in renibus violenta quadam distensione, per copulas affectio ad intestina & ventriculum digreditur, indeque affectione ascendente, sequitur subuersio. Quoniam vero cum lapis subest, quaedam veluti titillatio oritur, naturaque ad eius quod molestat expulsionem stimulat, ideo spiritus occurrunt: quibus irruentibus in fistulosam pendendorum partem, ipsam immaniter contendunt: nam in omni motione naturali sanguis & spiritus concurrunt, qui sunt naturae vehicula. Cum vero demonstratum sit cor, iecur, & renes in concauitate non sentire, in superficie autem sentire (quoniam in superficie nervi sentientes feruntur, in concauitate vero nulli sunt) quomodo haec dolorem perentiscunt? An quia grauatur cauitas, ideo dolor exurgit: extenditur namque membrana quae foris est, vndique, quod cauitas interna sit repleta, & sic extensa membrana dolorem facit. In renem itaque substantia dolor itidem generatur, quando concauitas ex lapide grauata est, & circumdeditur, profertque consensione dolorem in superficiem: quippe quae nervos sentientes habeat & membranam. In meatibus autem vrinae, vt qui nervosi sunt & sensibiles, dolor fit saeuissimus. Dolor praeterea vehementissimus fit in renibus, propterea quod eorum caeuulae non sunt latae, sed angustae, & renes ob firmitatem substantiae non diducantur vt vesica. Eadem causa, renum lapides magna ex parte minores sunt, aquales, & molliores, vt pote qui diuturni non sunt. Qui calculo laborant, his primo vrinae sunt aquosae: cum enim sit obstructio, ceu per cribrum effluunt, post arenosae: demum calculi excernuntur, cum dolor cessauerit. Sicut in mulieribus parientibus ad foetus egressum partes dilatantur: ita hic violentia, renem substantia fatiscit, & egreditur lapis: cum ad renem cauitatem subit, in membrana, quae istuc substat, quoniam facili sensu est, dolorem mouet vehementem: & multo magis cum meatus vrinae ingreditur, propter angustiam & sensum eorum: quantisper enim in renem corpore sistitur, non multum sollicitat, quoniam, vt diximus, eorum substantia sensibilis non est. Saepe nanque praemagnitudine in collo vesicae detenti lapides in extremum periculum doloris acumine patientes agunt, nec vrinas sinunt excerni. Vidi ego quendam, cui per alias vias elapsus in virilium extremitate lapis haererat, minimumque abfuit quin vrinae difficultate, & dolore acutissimo homo interiret, nisi angusto tandem forcipe eximere potuissemus, sectionem per longum superne molitum: nam vrinae meatum, nisi virgeat magna necessitas, incidere non oportet, ne fiat fistulosa pars ea, & vrina profluat. Inuenias tamen qui dolorem non habent, nec sanguinem mingunt, quibus meatus in renibus congesti non sunt. At tenues arenulae haud magno negotio quidem excernuntur: quod qui faciunt, nec aegrotare se putant, quando dolorem nullum sentiant. Verum nihil est hac in re contemnendum, cum tempore omnia grauiora reddantur. Lapides & arenulae colore differunt, tum ob caliditatem, tum ob materiam: nam vt quidque illorum longiori tempore retinetur, ita rufum, flauum, rubeum, aut nigrum efficitur. Haud aliter & a succis fiunt lapides & arenae, colore vel sandarachae simili, vel nigro, vel pallido, vel alio aliquo colore pro succorum varietate. Fiant autem lapides in concauitate renum, in eorum substantia, & vbiunque fieri commode possunt, aut parui, aut maiusculi: interdum pauciores, interdum plures. Differuntque magnitudine, figura, colore, asperitate, & multitudine. Nigros siquidem inuenias, & subalbos, & pallidos. Ac rotundi, lenes, & parui, facile excernuntur: maiores, vel aliter figurati, & maxime oblongi & asperi, difficulter. Arenulae vero prodeunt & egeruntur dum fiunt lapides: cum facti sunt, haud fieri potest vt efferantur, quia in lapidem sunt coacti, nisi natura ipsa vltro conterat & excernat, vel ars per medicamentum tritorum naturae auxiliata, conterat & euacuet ipsas. Nemo vero ignorabit colicum & renem affectum vna plerunque incidere. Deprehenduntur tamen proprijs signis: nam alius exonerata colicis medetur: nephriticos quoque ad principio mitiget. Et iam aliqui dederunt medicamentum quo alius subducta est, & dolor cessauit primo, secundo, & tertio die, quarto prodijt lapis. Cum autem simul inciderint renem & coli dispositiones, mutuo particulas communicant intentione & remissione: tenduntur enim ob continuitatem partes haud aliter quam funiculus: & neque superne ructus vllus, neque infra flatus quispian exit.

A. 1. 3. f. 19. r. 1. c. 18. 363. g

Calculi, & reliquorum Renum Affectuum Curatio. CAP. 4.

Si renem affectus subito inuadat, & qui laborat cibo nuper refectus sit, cibi quae adhuc sint incocti sicut aegrotus eos ingessit, aut semicocti, vel succorum multitudine corpus grauatum habeat: oportet ante aliam curationem, vel potius mitigationem, nisi quicquam impedimento est, vomitum prouocare. Mox si in intestinis excrementorum superfluitates fuerint, per idoneos clysteres extrahere, modo nihil obstat. Postea si totum corpus plenum fuerit, considerare quis

Septima Classis. BBBBBBB iij nam

nam humor sit, qui ipsum repleuerit. Atque si sanguis is est, euacuationem instituere oportet, cum E nihil impedit: minorem tamen multo quam plenitudo desiderabat. Quid ita: quoniam lapidem non plane statim eximere possumus, potissimum cum magnus est: ideoque oportet pleniorum sanguinis euacuationem cauere, propter consumptionem, quae tempore adhuc aliquo in corpore futura est. Sin quatuor humores abundauerint, potius vena incidenda est ante purgationem, quam purgandum ante venae sectionem. Quoniam si per sanguinis missionem corpus prius vacuatum fuerit, purgans medicamentum exhibitum, venas & arterias, & inanes corporis regiones inuenit non oppletas: quo fit, ut absque villo impedimento in totum corpus dimanet ad attrahendum succos, facillime que fiat eorum euacuatio per vasorum spatia & fulionem tenuitatem que succorum. Nam si vasa sanguine repleta sint, & purgatiuum dederis: non poterit propter plenitudinem in corpus differrivnde fit, ut substet, & nihil efficiat: aut si quicquam facit, male faciat. Ex medico quidem purgans medicamentum: Ex natura vero totum negotium pendet: haec etenim a purgante medicamento excitata, facultatem segregatricem aduocat, qua segreget inutilia ab vtilibus: ac vtilia quidem retentrix facultas detinet: inutilia vero expultrix facultas expellit. Non oportet autem simul venam secare & purgare: verum prius sanguinem detrahere, deinde virtutem pulchre refocillare: quoniam ipsa nos gubernat, & medicamentis auxiliatur: medicamenta enim per se ipsa nihil efficiunt: ideoque corroboranda virtus est, ut possit natura vti purgatiuis exhibitis ceu instrumētis, atque quod decens est, perficere. Huc praeterea accedit, quod vna cum sanguine multum est vitali spiritu excernitur: quo excreto refrigerat totum corpus, & opera naturalia deterius obcurtur. Ea propter virtutem prius refocillare oportet, deinde medicamentum purgans exhibere. Sed quia affectus renalis est, & materia, ex qua lapis generatur, crassa, materiam que crassam sursum reuellere promptum non est, magis vero ad ipsius lationem spectantibus deorsum vacuare expeditum: ob id si valida sit virtus, venam quae in poplite est, aperiemus, vel quae ad malleolos: sin imbecillis, venam quae est in cubito: nam si virtute debili infra euacuabimus, retentrix facultas, quae est imbecillis, non retinebit: sed vniuersa in praecipua rapitur, & partem assiduo defluxu impetet, succis videlicet in locum imbecillum perpetuo procumbentibus. Quapropter cum firma virtus est, conuenit ex vena, quae in poplite est, sanguinem mittere: cum debilis ea est, reuellere ad superiora. Quam vero ob rem: Ne materia plus in renes deriuetur. Hinc est quod cum cibaria, pituita, & succum vomitu euacuauimus, tranquillitas quaedam fiat & leuatio. Eijcitur namque cibibus & pituita, quae ventriculum grauant: a ventriculo autem renes stringuntur & vrinae meatus, quo fit, ut grauior sit oblatio. Sunt itaque primum ista diluenda, quae stomachus excipiens ceu de G bilior distendebatur & premebatur: quibus euacuatis leuatio sequitur, nondum tamen perfecta liberatio. Vacuamus etiam per clysterem excrementa: ne colo & reliquis intestinis constrictis atque grauatis, vna quoque ren laborans stringatur prematur que, atque sic amplius doleat. Quod manifestum est, quia stercoreis obstructione renes plerumque exasperari compertum sit, enematis iniectione renalem dolorem esse mitigatum: vel quod ab ea vacuatione ren aliquis non sit amplius compressus: vel quod ex stercore nulli postea status prodierint: qui in renes impingentes, ipsos ut imbecilles comprimunt & extendunt. Sed neque sanguinem, neque alium succum plus a quo resiliunt in corpore par est, ne multa hinc renis vasa distenta plus doloris concitent. Quaecumque enim vel dolent, vel calent, vel extenduntur, per vehementes & acutos dolores, ad se materiam accersunt. Proinde doloribus siue repente, siue pedetentim in renem incurstantibus ex commemoratis iam causis, illico, nisi quid prohibeat, aluum decocto aliquo eluimus, caricarum, foenograeci, aristolochiae, & similitum: ac, si vacuum satis est, bene vertit: sin minus, bis, ter, aut amplius vacuandum enemate est, sed ex eorum decocto quae conducibilia sunt, & familiaria naturae agrotantis, ne angantur grauentur que renes & viae vrinales. Posteaquam autem aluus satis excreuit, iniicienda sunt, quae vrinam vias dilatant, renes laxant, calculum deprimere, & morsus mitigare queant: vtilis ad H haec materia est oleum anethinum, in quo eliquatus sit gallinaceus adeps quam recens: maximopere vero phasianj adeps, vel butyrum recens, aut similitum aliquid. Quae si in promptu non sint, foenogracum, & althea vel radicem vel semen, aut similitum aliquid decoquentes oleo iniiciemus. Nam haec omnia vias dilatant, & lapides deprimunt, nec non doloris vehementiam mitigant. Sed horum vsu frequentius assequitur is, qui exploratum habet naturalium facultatum firmitatem: immoderata namque emollitio & laxatio virium robur exoluit: quod solatur, & perfecte curat vniuersum dolorem. Post vomitum autem & enemata, conteret locum qui affectus est, fomentis humectantibus & relaxantibus delinire, quantisper lapis in rene haeret: ut interim tamen curemus, ne, ut dictum iam est, is abutatur. Huc faciunt etiam cucurbitulae, quae saepe lapidem celeriter adeo transferrunt, ut subitam eius mali leuationem possint comparare, lapide nimirum in locum ampliore translati: quapropter supra a renibus initium faciendum est, procedendumque ad inguina per obliquam illius positionem, quo loco frequenter dolores incedunt: quod cum institueris, nihil est vtilius quam partes eas in laborantibus prius calfacere, postea cucurbitulas ad mouere: alioqui lapis si cubi maior fuerit inuentus, arctius figitur: cumque violentius vrgeatur, nonnunquam periculi haud mediocre doloribus accersit: quare fomentare iam nominatis inflectionibus proderit, si mali communicatio

A municatio ad pudenda usque processit, atque id cum foenograeco, althea, semine lini, anetho, gummi, & similibus, aqua diligenter incoctis & dulci oleo infusis. Conducat etiam emplastrum ex triticea farina, aut hordeacea cum lini semine, & foenograeco, & melle, & oleo anethino, & glaucino: quae cum decoctione praedicta elixabimus, inspergentes in ipsa cataplasmae ebullitione, radicem altheae pulcherrime tusam, & cribro discretam, terebinthinamque relinam cum delinit ferere decoctum, aliquibus adiectis seminibus, quae flatus discutiunt, siquam subesse inflationem intelleximus, ut sunt anethi & apij semina, foeniculum, ligusticum, & alia id genus, pro laborantis temperamento. Fiet autem cataplasma optimum ex lupini farina decocta cum musio, si a decoctione peucedani radicem minutissime leuigatam admisceamus & chamaemelum. Bonum etiam fuerit panem musto incoquere, & cataplasma inde lumbis imponere & ilibus. Nec minus proderit vesicam & partem sub umbilico cataplasmate confirmare ita, ut crebra permutatione alia atque alia subinde ad moueamus, priusquam refrigeratum sit primum quodque. Sin illud non liceat, tepidario possumus alio, ne refrigeret, quod impositum est, fouere: quod fiet si pro fomento cataplasmati aquam calidam in vase testaceo vel aeneo imponamus. Post alui vero & supra & infra, sicut diximus, euacuationem, phlebotomiam, purgationes, fomenta, inflectiones, si dolores adhuc perseuerent, vti lotionibus conuenit dulcium aquarum. Aliqui enim vel ante venae sectionem & reliquam curationem, balnea admiserunt, propter doloris immanitatem: Aliqui, si nihil esset, quod vrgeret, post sanguinis missionem & curationem reliquam, balnea sane humectant & calefaciunt euestigio: calida si quidem aqua lenitionem affert cum calefactione: In quam tamen qui frequentius se dimittit, inescatus lenimento doloris, quod lotio praestat, corporis vires exoluit: quarum est, quicquid corpus infestat, propulsare. Eam ob rem cum cessauerit dolor, auferenda balnea sunt, & fomenta adhibenda: sed ex medicamentis, quae patientis naturae sint accommodatissima. Caeterum si excessu doloris homo periclitetur, comodus erit stupefacientibus succurrere: nam aliter ea nunquam vsurpes, quippe cum dolorem non sedent, sed sua temperatura sensum auferant, ipsumque fallant: quae dispositio postea multam curam requirit. Quod si spiritus aliquis crassus, qui vna cum calculo morbum exasperet, suspectus nobis fuerit: praedictis fomentis & cataplasmae admiscebimus, quae digerendae inflationis naturam habent, licurutam, anethum, nigellam, & hoc genus alia, diligenter attrita, post perfectam ebullitionem. Sed eadem ad fomenta & enemata aqua incoquimus absque contusione. Verum si omnibus his peractis adhuc lapides fixi permancant, a multis cibis atque potionibus laborantem abstinebimus, & is, quae ipsius naturae sunt minus conuenientia: ne venter repletus, grauat, inflatusque ciborum succorumque aut flatuum copia, repletionem hac renes premat, & violentia profequatur. Sini vero quibus vtiur, omnia modica, & laborantis naturae tum qualitate, tum quantitate accommodata. Veruntamen si laborantis natura calidior esset, & sitis vehementior, vacuato prius toto corpore & ab excrementis repurgato, si qui frigidam bibere essent consueti, & phlegmone nullum viscus laboraret, nec esset imbecille, frigidam saepe copiose exhibuimus, renibus ita corroboratis, euestigio lapidem in partum expulserunt. In corporibus autem plethoricis, id est quae succorum quatuor multitudine equaliter redundant, & excrementosis, & in quibus viscus aliquod debilitate affectum est, & ea forte alia, frigidam potionem cauere conuenit. Caeterum si & post haec omnia, quae diximus, lapis adhuc firmiter resistat, vtendum est medicamentis quibus coneratur, quae tepidam facultatem habeant. Nam calida vrinam prouocantia induunt lapidem: quae vero tepidam virtutem habent, paulatim comminunt lapidem, nec eum durior: em reddunt: eiusmodi sunt damafonium, petroselinum, polytrichon, & his similia. Sed forsitan dubitaret aliquis, quomodo lapidem possint comminere, quae tepidam facultatem habent. Cui nos respondemus. Lapis ille cum ab intemperie & valido calore sit factus, ob id merito exhibemus, quae virtutem tepidam obtinent, ut quae contraria is sint, a quibus lapis est effectus. Sic enim multo tempore attenuamus, conterimus, & superamus ipsum. Quippe tepida, ceu minus calida, sunt valde calidis contraria. Diureticis ergo & valde calidis vti non poteris, ne crassam materiam eo pacto indures, & in lapidem celerime commutes. Cum vero lapis nondum constitit, neque magnus est, sed tantum obstructio fit ab arenis, vel crassis & tenacibus succis: tunc calida secure porrigas, & quae obstructions aperiant, haud veritus ut lapidescat materia. Cum namque arene sint, quae obstruunt, si porrigas, quae aperiant, & calida, qualia sunt medicamentum ex aniso, ex pipere, apium, phu, & similitum aliquid: euacuabis & dissolues eas.

De ratione Praecauendi ab Affectibus Renum.

C A P. 5.

A D praedicta vero breuiter delibandum est, quomodo quis se a lapide praeruet, ne qui iam curati sunt, eos noua lapidis generatio rursus perturbet. Quoniam autem eorum qui calculo infestantur, sanabiles sunt alij, alij minime: In praeruando maximi sunt momenti ciborum moderatio, & bonae coctiones. Satiates enim & cruditates hunc morbum non exacerbant modo, sed etiam pariunt, vbi nullus erat. Quapropter nihil est feruens ingerendum, quod renes possit & vesicam calcifacere. Nec minus cauendum a cibis est, qui duram substantiam habent, & qui egre diuiduntur: quique substantiam habent pleniorum, & qui multum nutriunt, tum qui celeriter in corpus distribuuntur ante perfectam concoctionem: item qui innatant, difficulterque descendunt, & inflant,

& inflant, ac vias obliant, aut aliter corporibus adhaerescunt pertinacius. Nam ventriculus tali-
 bus alimentis grauat, cruda haec ad iecur & renes detrudit: incoctum autem alimentum a ventri-
 culo confertim illuc expulsum prae excolatur, atque cum tumultu, semel atque iterum per renes
 transiens, in lapides concrevit ob renis diuturnam percussione. Sed ad victus rationem: transeam-
 mus. Vinum itaque sit tenue admodum & album, non valde vetus: dulcia vero & nigra vina calu-
 losis sunt inepta. Aqua vero in vniuersa victus ratione sit purissima & purgata: nam fluuiales, pa-
 lulitres, & omnes aquae stagnantes, quaeque segniter fluunt, & non commouentur, omnes genera-
 re lapidem possunt. Atque, ut paucis de omni victus ratione praecipiam, in frigidis & carnolis, dia-
 ta sit plane extenuans: in calidis & gracilibus media sit inter extenuantia & crassefacientia. Ab
 aliorum omnium saturitate cauere conuenit, & praecipue dulcium, & caseaceorum nutrimento-
 rum, & crassorum, & tenacium, & pinguium. Cruditatemque ideo aduersissimam esse putandum
 est: in quam si calculosorum aliquis incidat, somno diutius aut quieti prorsus indulgeat: praecor-
 diaque proprijs manibus calfaciat, donec concocta rite omnia sint, & infra sublidant. Locis tempe-
 ratis & in aere puro fiant exercitia ab his quibus liberum tempus est. Irascantur interdum. Deam-
 bulatione & exercitia laborantis naturae conueniant, est enim desidia in primis noxia. Sit alius
 soluta assidue, modo ne inflet aliud quippiam. cum nanque haec probe excernit, vrinae profluent
 libere. Vnctionibus si oportet vti, quando oportet vti, sint quae contra locorum iniuriam queant
 corpus commutare: ut sunt rubrificantes, dropaces, & quae ex linapi sunt. Aquarum etiam spon-
 te natarum, vsus prodest, cum nihil prohibet. Considerare etiam accurate debes de sanguine mit-
 tendo cum tempus adest, si corpus sanguine plenum videatur. Exundans enim nisi euacues, con-
 fluet in partem imbecilliorum. Sed purgatione vti praestiterit in his qui malis succis sunt repleti,
 nam eos qui inordinate degunt, & succum crudum in superiori ventriculo multum colligunt, a
 coena frequenter vomere facito, nisi sit quamobrem praetermittant. Post prouidentiam, quae toti
 corpori adhibetur, offerre conuenit medicamenta, quae renes purgant: sicut quae obstructions
 aperunt, quae vrinas crassissimas, viscosas, fetidas, & multas, a venis, renibus, vrinae meatibus, atque
 vesica educunt: quo numero sunt radicis cardui decoctum, & alia praedicta. Sepe etiam magno vsui
 sunt, quae vrinam mouent. Haec ut omnes homines communiter moneremus, non ut exquisitam
 disciplinam traderemus, sunt a nobis exposita. Quamobrem tibi gratia est habenda, quoniam per
 te sunt omnia tradita. Porro constat ab vniuersae dispositionis indicatione parari perfectam & ex-
 quisitam curationem non posse: sed indigere nos alijs adhuc, quae ab eogenera non sint aliena:
 hinc est, quod commonefacere de illis etiam aliquid operae pretium putemus. Variatur enim me-
 dicatio pro diuersis causis, aetatibus, locis, anni temporibus, habitibusque, & dispositionibus, mo-
 ribus & consuetudinibus, temperamentis, sensus facilitate & difficultate, partium differentis, po-
 sitionibus, alijsque id genus compluribus, quamobrem opus est optimum medicum diligenter id
 nosse, quod secundum naturam est. Quinamque id quod secundum naturam est, exquiritur perse-
 xit: celerius cognoscet id quod est praeter naturam. Neque enim praedictae causae solummodo me-
 dicationem variant, sed proprii quoque naturarum modi, propter quos medicamenta, vel plurimum
 probata saepe nihil conducunt atque fallunt, quapropter obseruare conuenit. Et nisi curationi ob-
 temperent, vel ob naturae proprietatem, vel affectus apparatus, vel aliud quippiam: his relictis,
 ad alia quae vtilia plane sunt, transire necessarium est. Ad quod faciendum non tantum in medica-
 mentis est, sed & alijs omnibus tum auxilijs, tum viuendi institutis. Verum memoratas hic pro-
 prietates, aliaque complura, quae dicta non sunt, non omnes qui ad medicinae sacra accesserunt
 (licet sint alioqui argutissimi) sed qui semper aegris assistent, & explorabunt naturae motus, affe-
 quentur. Proinde si ob latentem aliquam & propriam causam, artificiali cuiusquam coniecturae,
 medicamenta non respondeant, oportebit propter vrgentem vehementiae necessitatem, ad ea quae
 veteres obseruatione tradiderunt, & quae a tota substantia operantur, descendere: Ea dico, quae
 experimento, & exercitatione irrationali sunt reperta: quod genus sunt passer troglodytes, lep-
 orina pellis combusta, sanguis hircinus, & alia infinita tam simplicia, quam composita medica-
 menta. Quorum multa abominanda sunt, quae exercitatio irrationalis inuenit: vel natura, vel for-
 tuna quadam, vel obiter non data opera, vel imitatione, vel insomnio, vel oraculis, vel traditione,
 vel alijs quibusdam, ex quibus empirice constat. Quae omnia cum ratione indiscussa nostro tem-
 pore sint, non ponemus magnam in eis fiduciam, quia modum vtilitatis illorum ignoramus. Quod
 si aliquando cogente aliqua necessitate adhibeamus, non debemus his abuti, ne quemadmodum
 absque comperta & manifesta causa iuuant, ita vicissim offendant. Qui nanque vult esse praec-
 larius medicus, & ratione quaeque, non temere agere: circa qualitates effectrices, & operationes de-
 bet versari, & in eis fiduciam ponere: quippe qui sic methodo compertum habeat calidi & frigi-
 di, humidi & siccis effectus, item acerborum, austerorum, acidorum, dulcium, salorum, amarorum,
 acrim, & omni qualitate carentium: nec ignoret, quem effectum praestent, quae crassarum
 sunt partium, quae tenuium, quae obstructions aperiant, quae attrahunt, quae emplastica sunt, &
 alia quoque sigillatim. Enimvero ut plurimum ratio constat lapides contereatis materiae, hac vti
 magis decens est, quam quorum ratio cognita non est, veluti damasonio, petroselino, polytricho,
 & sim ili-

A. I. 3. f. 18. r. 1.
c. 19. fo. 361. h.

A& similibus his virtute, quae probatiora etiam eo sunt, quod tepida facultate consistunt. Verum si
 tandem casibus ita deploratis, & haec frustra admoeris, non absurdum erit nos Christianos (sic
 Deo rem committas) ad maxima nostra & vere arcana confugere quibus ego quidem & credo &
 confiteor, non corporis solum affectus, & a quibus omnes medici desperant perferant, sed omnes
 etiam animi passiones funditus extirpari. Reliquum sermonem ad te peculiariter, tanquam hypo-
 thesim conuertam.

De Alimentis quae Calculorum morbis conueniunt.

CAP. 6.

Cum multa sint, quae restaurare sanitatem possunt, mihi ab alimento necessario incipiendum
 videtur: nam alijs auxilijs non semper vrimur, sed alimeto carere nullum animal plane potest,
 siue valeat, siue aegrotet. Quoniam vero tutior est & compendiosissima via ad affectus leuationem
 vnica victus ratio: quandoquidem aliorum medicamentorum abusus & permutatio, sicut compe-
 ri, multis saepe non leues morbos pepererunt: tu anima mea Sol, qui calidius es & humidius tem-
 peramentum sortitus, & aetatem puerilem, viresque non ita robustas, habitum gracilem & rarum, &
 faciem insuper ad percipienda incommoda sentionem: Ob temperaturam, aetatem, habitum, & ra-
 ritatem, assumere debes horum qualitati similia in nutrimentis ciborum & potuum, & quae valeas
 concoquere: Ob debilitatem autem virtutis pauca, & eo sapius: pauca quidem, debilitatis virium
 gratia, nam onus ferenti conueniat oportet: sapius vero, quia necessitas vrget. Athleta enim, viato-
 res, milites, & omnes qui valida exercitia obeunt, modo valeant inculcate, abstinerre a nullis debet,
 vel cibis, vel potibus, quae ad manum sunt, vel quae occasio praestitit, quia vti iis oportet, quae est ne-
 cessitas elargita. Quibus non solum viuere ita licet, sed & his qui negocijs vrbanis plurimum di-
 strahuntur, & patroni aut vindices propugnandis clientibus negociosis degunt. Tu vero, qui
 nunc tui iuris es, hyeme comedes plurima: plurima dico non ad tuas vires, sed aliorum anni tempo-
 rum respectu. Quemadmodum & Hippocrates artis nostrae princeps inquit, Aestate & autumno
 cibos difficillime ferunt, hyeme facillime, ver secundo loco est. Idem rursus alibi ait, Ventres hye-
 me & vere calidissimi sunt natura, & somni longissimi. In his itaque temporibus alimeta plura tri-
 buenda sunt: si quidem calor innatus multus est, ideo pleniori alimento indigent. Indicio sunt aeta-
 tes & athletae. Bibes autem aliorum anni temporum comparatione minimum: debetque potus esse
 album & tenue vinum, quod admodum vetus non sit. Sed & obsonia hoc tempore assa debent esse
 ut plurimum. Vtendumque oleribus & leguminibus tum parca sume est. Et haec omnia magna ex
 parte calida & sicca non propter temperiem aetatemque tuam assumes, sed propter intemperiem,
 quae ex anni tempore frigida & humida est. Post vbi ver aduenerit, potus vberior, dilutiorque parum
 conducet, & esculenta molliora paucioraque. Quin & obsonia ex assis ad elixa commutabis, oleraque
 non nunquam assumes. Verum ad haec ab illis non subito, sed paulatim tibi transeundum est, ne
 vniuersa illa & subita mutatio comparet offensam: sicut traditum ab Hippocrate est, Plurimum
 atque repente euacuare, vel replere, vel calfacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mo-
 uere, periculosum, quonia omne nimium est natura inimicum: quod vero paulatim fit, tutum est,
 cum alijs, tum vero cum ab alio ad aliud transitur. Vberiorum vero & aquosiorum potum praecipio,
 non plurimum, neque aquosissimum. Plurimum enim & aquosissimum aestate bibitur, quod tem-
 pus hiemi plane contrarium est. Ver autem sicut medio loco est inter haec duo extrema, ita mediam
 quoque rationem viuendi requirit. Haec autem viuendi ratio tibi conducit non ob anni tempus so-
 lum, sed ob tuam etiam temperaturam atque aetatem. Et hunc in modum, verno tempore te geres.
 Alijs autem anni temporibus paulo diueris, non propter aetatem tuam & temperaturam solum
 sed & anni temporum intemperiem. Sicut vero anni temporum differentiae non eandem victus
 rationem demonstrant, ita & corporis habitus. Carnosus siquidem & molles, frigidusque & humi-
 dos, ut plurimum siccius alimentum confirmat: qui contrario modo se habent, contrarium. Tibi
 itaque, quia medio es & temperato habitu, maiori tempore victus ratio temperata conueniet. Que
 nanque secundum naturam sunt, ut plurimum similibus indigent: quae praeter naturam, contrarijs.
Puerorum temperamentum calidum est & humidum, cum non possit auctio & conformatio
 temperatura fieri, quam puerili. Ob hoc igitur similia te oportet & multa nutrimenta vsurpare, ut
 multa & varia concoquere assuescas: quippe hac ratione natura ventrem & iecur ampla & capacia
 formabit, & alias vna omnes partes. Quod si quando tibi plus humiditatis, quam pro sanitate conueniat,
 aderit, liccari tamen non ut alijs debes, propterea, quod auctiori nihil aequae aduersetur ac siccatas. Haec
 de causa vitanda tibi sunt quaecumque exiccant, calefaciunt, & extenuant. Atque hic modus est, quo vi-
 tam instituas, ut tua natura valeat inculpatius. Senes autem propter membrorum quidem duriti-
 em, frigidum sunt & sicci: propter excrementa vero, frigidum & humidum. Itaque ipsi partium quidem
 solidarum frigiditate, contrariorum contraria postulabunt (nempe frigiditatis calefactionem) in ci-
 barijs, poculentis & reliqua viuendi ratione: euacuationem vero illis ipsis accommodam, propter
 eadem excrementa. In his paucum nutrimentum desideratur, ob virtutis imbecillitatem. id quod est
 ab Hippocrate traditum: Qui crescunt, plurimum habent innati calidi: plurimo igitur egent alimen-
 to, alioqui corpus absumit. Senibus vero parum innati caloris inest, paucis propterea fomētis indigent.
 Et rursus: Senes facillime ieiunium ferunt. Panes differunt materia, fermentatione, & ratione co-
 quendi.

ἡ καὶ τὸ καλὸν
 μέτρον ἀνασ-
 τίνει τὸ σίμα.
 Vid. cl. 2. 39. h
 1. Aph. 18. Ex.
 or. 9. c
 1. Aph. 15. Ex.
 ord. 8. a

2. Aph. 51. Ex.
 or. 19. c

1. Aph. 14. Ex
 or. 7. a
 1. Aph. 13. Ex
 or. 6. g

quendi. Materiae differentiae sunt quatuor: ac primus quidem *σιλιγινης* graece, id est siliginus, no E minatur. secundus *σειμδαλτης*, latine similagineus dicitur. tertius *αυτοσπερος*, quem *συγκομιση* quoque Graeci nominauerunt, quod ex farina vniuersa composita, non disculsiis furfuribus, conficitur. quartus *πιτυριας*, ac si furfuraceum diceret latine. Horum nos incommoda atque effectus edocebimus. Plurimi est alimentum siliginus, qui & diutissime in corpore moratur, & efficacissimus est. secundum locum obtinet similagineus. inferior his est syncomistos, ita ut haberi medius possit. omnibus infirmior est furfuraceus. Tibi vero, vnicum mihi caput, cum vales, commodissimus siliginus est: cum renum morbus infestat, quod nolim, dum laboras ab hoc abstinere: & si te moueat edendi desiderium, furfuraceis uti mediisque tuto poteris. Nam conducibilis tibi esse genus hoc potest, nisi prohibeat aliquid, quia pauci nutrimenti est, & in ventre facit excrementa, quibus ad excretionem descendit expeditus: attingitque non nihil ex furfuris natura, quam obrem ocyus deicitur, intestinis ad expulsionem irritatis. Quando in hoc affectu nihil perinde conducit, atque ventrem semper lenem & solubilem habere: cum enim probe is subducitur, vrinae possunt puriores proferri. Panes reliqui, maximeque siliginus & similagineus, contrario modo alium retinent, quia difficulter secernuntur. Et hinc est, quod iecoris & renum obstructions pariant: tamen si alibiores sint & magis corroborant. Et volucris laudantur, quae mediam quandam materiam praestant extenuantium & crassefacientium: ut sunt perdices, attagines, galli, gallinae, columbae, phasiani, passeris, & ante alias, quae turritae nominantur. haec namque habent naturalem efficaciam. Et terrestribus optimi succi est caro suilla, & hominibus maxime familiare, maximeque tum nutritibilis, tum corroborans: sed glutinosum quiddam habet & crassum: ob id qui diutius ea vicant, iecoris & renum obstructione corripiuntur: eoque longiori ab ea intervallo abstinendum. Paruorum autem percellorum carnibus si parum, & assidue utaris, nihil offendit. Ceruinam carnem vitabis, quippe, quae dura sit, concoctu difficilis, & melancholica. Ouilla carne vitulus est: ex intervallo uti, quod excrementosa sit & mali succi. Agnorum vero haedorumque carnibus quoties libitum fuerit, veris. Ex aquatilibus animalibus, pisces, qui saxatiles nominantur, erunt tibi comesti vtilis: erunt etiam gobi, muli, chartilagineorum genus, alijque qui generare bonum succum possunt. Ad haec marinorum aliqui, & qui mollem testam habent: Astaci, paguri, cancri, carabi, & carabides, & quibus dura testa est. De fructibus autem quid dicam: neque enim nobis ceu alimentum idonei sunt plerique ipsorum: sed ceu medicamenta, quae stomachum & ventriculum corroborant, assumuntur. De cibariis haec tenus. De potu autem dicendum nunc est, & vino potissimum: nam alij liquores vel ad nutritionem nihil conferunt, vel aduersantur etiam nutritioni plerumque. Vinum vero solum nutrit, quo Geniam plus habet ad nostra corpora familiaritatis, quam alij humores omnes, nam oleum & mel habent quidem & ipsa aliquid conuenientiae nobiscum, sed non tantum, quantum vinum. Sunt tamen vini differentiae quibus discernatur: inter quas prima est, quam color exhibet: Secunda praebet degustata qualitas: Tertia consistentia debetur: Quarta in odore est: Quintam viribus metimur. De quibus omnibus singulatim differere superuacuum erat: dicendumque est, quodnam tibi vinum peculiariter conducatur. Aliud etenim alij vinum confert, idemque rursus alij minus. Tibi vero conducit renue & album vinum, quodque parum aquae sustineat. Nam eiusmodi vinum facile descendit, & succos qui sunt in nobis attenuat, & excernit per vrinas, virtutemque corroborat. Alia vina tibi non conferunt, sicut in alijs vtilia sunt.

De Aqua, Exercitatione, & Lotione.

CAP. 7.

Non videtur ab re, de aqua paucis hic sermonem facere. Aqua tam sanis, quam egrotantibus commune solatium est, & maxime necessaria, quod mundanorum & singularium elementorum hoc vnum sit, ex quibus vniuersis tota nostri corporis constitutio est conflata. Quam obrem de ea fuero haud ociose diciturus. Aqua purissima tribus sensibus iudicatur, gustu, visu, olfactu: Gustu, si nullam plane qualitatem praeseferat, sed videatur ab omni qualitate immunis: Visu, si pura, sincera, & exquisita clara: Olfactu si eorum nihil inest, quae in aquis vitiosis esse olfactus testatur: ut sunt aciditas, putredo, acredo, falsedo, aliquodue aliud vitium, quod nomine careat. Quae tu autem commode quouis & tempore & modo uti possis aqua, sit purissima, defaecata, leuis, & fontana, cuius natura est frigida, quod si etiam cito a praecordijs descendit, potiore non desiderabis. Haud vero sicut vino, cibis, exercitijs, vigilijs, & somno, secundum aetatem & temperaturarum diuersitatem alijs atque alijs uti commodum est: sic etiam aqua non eadem semper uti est ex visu: Immo quam vtilem esse modo diximus, ea uti audacter poteris, & puer, & adolescens, & senex, quacunque naturae differentia sis praeditus. Quoniam vero aqua vna plus alia frigida reperitur, hac de causa non omnibus prodest aquae frigidae potu indifferentes uti: verum supra modum calidis, pinguibus, & carnosis siue naturali habitu siue acquisito, & his qui se vehementer exercent, quique consueuerunt frigidam potare, innocua est si frigidam bibant. Quod si aliter aliqui se habeant, minus bibant ex ea, qui vero iuuenili sunt aetate, & in rebus civilibus versantur negotiosius, quam ut exerceri ordinate & vicitare queant, fontanam sument, relicta niuali aqua. Haec namque tamen si iuuenilia corpora mox offendere non videtur, noxa videlicet, quae paulatim increfcit, non percepta: tempore tamen procedenti, cum aetas declinat, difficulter sanabiles aut incurabiles plane morbos

Abos inducere nata est, in neruis, articulis, & visceribus. Quam offensionem pars aliqua corporis percipit, quacunque debilissima est natura. Quam ob rem uti debes fontana, & ea defaecata, de qua plus assumas, quam de vino. Ac de aqua quidem breuibus haec tenus. Tempus nunc est, ut de exercitationibus verba faciam. In quibus corpus contentiosius mouendum non est, donec videlicet vires succumbant: nec imperfecte exercitandum, ut membra perspiratione non satis distrahantur: sed ut viribus cuiusque proportione respondeat. Quippe vehementia relatione ad aliquid est: quo fit, ut dimotio eadem alij sit exercitatio, alij minime. Vtile est igitur quaeque id exercitationis genus eligere, cui est potissimum assuefactus: nec pugilum, cursorum, & ludicatorum exercitationem subire. Ab exercitatione vero tria in primis commoda proueniunt: nam instrumentorum duritiā, dum inuicem conflantur, & innati caloris incrementum, concitatioemque spiritus motum efficit: Quae tria vniuersae commoditates aliae singillatim sequuntur: Instrumentorum namque duritiam sequitur firmitas, atque immunitas ab iniurijs, quae vndeque in corpore expectantur: Augmentum caloris sequitur fortis alimenti distribuendi attractio, & promptior alteratio, & commodior nutritio, & excrementorum fusio, per quam dura quidem membra molliuntur, humentia vero extenuantur & digeruntur, meatusque totius corporis dilatantur & patescunt: Ex valido autem spiritus motu eodem meatu purgari necesse est, & euacuari superflua excrementa. Cum vero nobis ab exercitatione commoditates tantae accedant, commodum earum vtendarum tempus inuenire difficile non est. Nam cum alimentorum distributionem adiuuent, nullam oportet multitudinem crudorum, neque ciborum, neque humorum, vel circa ventrem, vel mesaraicas, vel iecur, vel reliqua vasa contineri, quia periculum esset, ne effunderentur ad omnes corporis partes, priusquam concocta fierent nutritioni vtilia. Et quia meatus expurgant, euacuantque superfluitates, melius est ante cibum eas instituire. Corpora enim non pura (inquit Hippocrates) quanto magis laedentur, tanto magis laedes. Quare ex praedictis clarum est, hoc tempus exercitationibus admodum conuenire. Illud praecipue curandum in quocunque exercitationis genere, ut fiat in loco salubri & aere puro. Sed haec de exercitationibus dicta sufficiant. Crebris autem lotionibus utere, temperatis & breuibus, non propter aegritudinem, sed quod ad auctorem tuam, nutritionem, conformationemque faciant. Cui rei optimum erit tempus, cum nutrimentum hesternum perfecte concoctum est & subsedit, aliaque iam nutrimenti necessitas impendit: item cum & in iecore, & venis celebrata concoctio fuerit. Id quod sciet medicus qui tibi assidet, & tui perpetuo curam gerit. Nempe ventris exquilita concoctionem ex deiectionibus: iecoris & venosi generis ex naturalibus vrinis. Vnde constat tibi a cibo lauandum non esse, ne obstructio circa iecur & renes eueniat. Cauebis etiam vini assumptionem ne proinus a balneis, nam vino caput tentatur: ut conducibilis sit primo temperatam aquam asumere: igitur non frigida aquae, non vini, non zythi, vel sicerae potus mox cum laueris, damno carebit: quippe quae & ipsa ventriculum, iecur, & neruos offendant si non temperie, contactu saltem. Profuerit insuper tibi non statim ubi a somno surrexeris lauare, sed aliqua dimotione interposita: nonnunquam etiam mediocri exercitio. Nam exercitia moderata atque idonea, tuae naturae sunt vtilia, quod concoctionem, sanguificationem, & nutritionem meliorem operentur: & ob id ad bonum habitum, id est eutrophian, & ad virium robur, & ad perfectam tertiae concoctionis actionem conferunt. Sed de his haec quoque sufficiant.

Ordo vniuersae Curationis ante tradita.

CAP. 8.

Proinde si te calculorum passio repente inuasit, si cibum nuper assumpseris, & nauicam praesentifcas: totum euomito, siue id naturaliter facias, siue arte adiutus, utrocunque modo visum tuo medico fuerit: postea somno te committes. Cumque aliqua in aluo indurata iam excrementa harere suspicatus fueris, clystere haec nisi quid prohibeat, vacuentur. Quod si dolor intolerabiliter affligit, in aquam calidam te dimitte. Veruntamen ne ipsa, sicut paulo ante ostendimus, abutere: nam calida perfusio dolorem mitigat quidem, sed vires etiam exoluit, quae morbi causam, & quicquid in corpore inutile est, discutiunt. Post vomitus & enemata, fomentis & emplastris laborantem particulam delinias: atque id ex medicamentis, quae naturae agrotantis conueniant. At si lapis defixus in rene subsisteret, acetum, saccharum, acetum scilliticum, & quae lapidem simpliciter conterunt, assumere oportet, sicut est decoctum radices graminis, damalonij, adiantij, polytrichij, & similitum. Quae si inefficaces videantur, is quae lapidem frangunt uti poteris, quales sunt regalium asparagorum radices, bdellium ex Arabia aduectum, semen altheae, militum solis, betonicae, saxifragia, pulegium, capparidis aegyptiae radix, domesticarum ficum semina, & quae istorum viribus sunt propinqua. Quod si aliquo pacto ne haec quidem proficiant, vtendum putarim medicamentis, quae lapidem potenter frangendi virtutem habeant. Potenter vero diuidunt lapidem, lapis iudaicus (& si calculum in renibus fixum est masculo: sin in vesica haeat, & ob magnitudinem excerni haud possit, foemineo lapide utaris. Nam masculus, lapidem qui in renibus est frangit: foemineus, qui in vesica vitrum combustum, lapis cappadox, & paliuri semen. Haec sunt, quae calculum violentius frangunt. Si vero crassus succus in corpore subest, & vrinarum crassarum euacuatione sit opus: crassam vrinam agunt cardui radix, rubia, & similia. Quod si frequentes vrinas

nas ducere opus fuerit, frequentes vrinas ducent acorus, pastinaca, assarum, ammi, & similia. Quod E si natura in deponenda vrina pigra fuerit, ipsam excitabunt, scordium, chamaedaphne, bryonię cau liculi, & quę viribus sunt ad hanc rem paribus. Quę verò mouendę vrinę naturam habent, ea pe riculosius lapidem pellunt: temperatura nanque sunt acri, & ob id calida & sicca, insuperq; naturę colligentis & segregantis collectam ferolitatē. Sed quę ignitas constitutiones in se non habent, rumpendo lapidi sunt magis idonea, quia incidunt opportune, & minimam caliditatem obtinent. Caliditas autem exiccando porrum colligit, non incidit aut diuidit. Quapropter quę minus calida, cum hoc, quod incidendi facultatem habent, sunt mellora. Quę verò vrinam mouent, calida sunt & sicca, atq; acra, quamobrem secernunt quidem serosum sanguinem: sed quicquid in se crassius ille habet, id cogunt & compingunt. Propterea is qui calculorum morbo sunt affecti, apponi non de bent. Hęc tamen, si veluti ductoribus & vectoribus ad locum affectum vsi quandoque fuerimus, proderunt. Ceterum post lapidis excretionem, {medicamentis} vtendum est opportunis {ad efficiendum & colligendum,} quę morsu, asperitate, & seruore descendens calculus exulcerauit: præsertim, si magnus atq; angulosus is fuit. Postea vbi corpus ex colligentium {medicamentorum} beneficio, satis collectum agnoueris, tum & foris & intus præseruantia admoueabis. Sed ne in hoc rei summam esse putemus. Immo quantisper ad prouidentiam hanc opera datur, tantisper confe rentibus tam cibis quàm potibus, & quę concoquere valeas, vtaris. Ex nutrimentis enim & poti bus, quę naturę tuę conueniunt, balneisq; & exercitiis atq; similibus, virtutes singulariter corro borantur: sicut inuicem ex illorum contrarijs debilitantur & deiciuntur. Hinc est quod propter virium erectionem & vigorem, vsus similitum maxime desideretur. Viribus etenim roboratis & confirmatis, tantum momentum ad morbi generationem habere nihil potest, quin ab is illico profligetur. Quod adeo verum est, vt nihil subesse in vniuerso corpore inutile eadem patiantur. Hęc sunt pauca, quę non equidem in iustam hac de re institutionem, sed breuem submonitionem sedulo tuus minister tibi offero. Quod ad perfectam de his omnibus traditionem attinet, id nobis vetustissimi sapientię professores diligenter profecuti exhibuerunt. Quod restat, medicus qui tibi à latere est, & curam tuę perpetuò gerit, meus conseruus & hęc, & veterum scripta, & tuę naturę conuenientia me magis & alijs omnibus, quantum homini permissum est, prospexit, ex is, quę e doctus iam est, & ex naturę tuę exprompta cognitione perspiciet. Et te ergo solum committas, nã ita te ille (quod Deo teste affirmare ausim) sedulo curat, vt quisquam alius curare omnino possit. Quandoquidem is, cui natura hominis alicuius perspecta sic est, vt quid secundum naturam in ea sit exploratum habeat: expeditius alijs omnibus cognoscat, quid præter naturam eidem acci derit. At quanquam animus erat disceptationem logicam de paucis quibusdam in me dium afferre, id tamen reseruandum in aliud tempus videtur, nam in præsentia lo cum habere non possunt. Cuiusmodi est, quinam ab hoc affectu liberari pos sint, qui liberari non possint, & an lapis hic causã sit, an morbus, an mor bi symptoma. Et, si est causã, præicipiens ne sit, an antecedens, an coniuncta: Idq; similitudine, an instrumentorum, an vtrorũq;.

† κατὰ τὴν φύσιν.

Iam si morbus est, an similis sit, an instrumentalis, an communis. Si symptoma, actiõne sit læsa, an ex cernatur quod retinendum erat, vel retinea tur quod excernendum. An affectus sit quidam, an vtrunq; illi sic acciderit, vt & causã sit & morbus, & sym ptoma.



G A L E N I I N H I P P O C R A T E M
D E O F F I C I N A M E D I C I
C O M M E N T A R I V S P R I M V S

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGUMENTVM PRIMI LIBRI

Communi vniscuiusque artis Dignotione constituta, docet, ex quibus constet: quibus que munus eius Medicinę compleatur, quę manuum opera exercetur. Liber autem hic de is quę in Medicatrina fiunt, aut Hippocratis, aut Thessali eius filij, Galeno teste est, ad memoriam magis, quàm ad editionem compositus.

D



Pus hoc ad medicum pertinens inscripsit / de officina medici / : satis autem fuerat / de is, quę in officina medici / , sicut non nulli Dioclis, Philotimi, & Mantia opera inscribunt. Nam, cum singuli horum de eadem, re libros confecerint, legitur quidem in plerisque inscriptio sine præpositione atque pronomine / officina medici / : in paucis autem præpositis illis / de is, quę in officina medici / . Sed eorum volumina præceptis plena sunt: Hippocrates verò, vbi in suo libro ea recensuit, quę medicinam manu curantem perficiunt, fasciandi rationem exequitur, cui uoluit medicum primò assue fieri: quę res in ligno, quod in hominis speciem exculptum sit, vel certè in puerili corpore fieri potest. Hęc liber ipse priusquam singularum partium explicationem aggrederer, præfari me cogit: iam venio ad ea, quę me impellit non liber, sed quicunque maiorum scripturam prompè imuta,

Septima Classis, CCCCCC mutar,

† Melius hinc
in modum, par-
tim i. continua-
tis, partim in
diversis mem-
bris, sicut

mutat, ad quamcunque sententiam voluerit, ipsam traducens. Quidam igitur conati sunt veterum
stiffima volumina invenire, trecentos abhinc annos scripta, quae partim habent in chartis, partim
in libris, partim in membranis, sicut Pergami apud nos videre licet. Constitui ego omnia aesti-
mare, quae tradita à primis expositoribus fuerunt, ut de plurimis ac maxime fide dignis, germa-
nam scripturam comperirem: quod mihi longe melius cessit, atque putaveram: nam omnibus fe-
re tum exemplis, tum expositorum commentariis, animadverti inter se convenire, ita, ut admira-
tus fuerim audaciam eorum, qui vel nuper exponunt, vel suo iure omnia Hippocratis volumina
edunt, quemadmodum Dioscorides, & Artemidorus, qui Capito cognominatus est, qui complu-
ra in vetustissimis scripturis innovarunt. Sed longius labi mihi videor explicando, si scripturae
cuiuslibet fecero mentionem: melius igitur duxi antiquas solum adscribere, paucis quibusdam,
quae immutatae paulum fuerunt, adiectis, de quibus praesertim conveniat inter eos, qui ante libros
enodaverunt, qui, cum quatuor sint, duo, Zeuxis, & Heraclides omnia Hippocratis opera expli-
carunt: at non omnia, sed obscura tantum, Bacchius, & Aesclepiades. Ac de his quidem haec tenus,
quo tamen clarius exordium sit, à principio repetentes brevissime agemus, quasi nihil praefati.

Liber Hippocratis, qui de officina medici/inscribitur, primò totius artis commune proœmium
habet, ut mox indicabo: atque ea de causa non nulli ante omnes libros iure legendum esse existi-
marunt, quippe, qui talem docendi viam polliceantur, qualem in suis libris, quos primas institu-
tiones appellant, recentiores aliqui tradiderunt, proxime à communi proœmio subijci, quae me-
dicinalem artem nunc primum addiscendis vtilissima sint, ex ijs, quae in officina medici fieri
possunt. Quam rem ita esse liquidò constabit, si ad verborum ipsorum enodationem animum
adiunxeris.

1. An similia, an dissimilia, principio à maximis, à facillimis, à quibuscunque, quomodocunque co-
gnitis.

Siue quis bene valere, siue bonam valetudinem, siue aliud quid tale, medicinalis artis finem
constituat, hunc ipsum propter se student, qui in hac arte versantur. Neque vlli dubium est, quin
contemplatio quaedam sit, cui operam dare oporteat eum, qui restituere velit (vbi corruptatur)
naturalem nostrum siue habitum, siue administrationem, seu structuram, seu quod est aliud ver-
bum, quo placeat nominare: at non propter se caetera omnia, quae ad artem spectant, addiscimus,
docemus, aut denique audimus, sed quòd ad finem singula eorum conducant. Quemadmo-
dum in proposito sermone eam partem, quae ad indicia pertinet (recentiores Graeci σημειωτικὴν
dicunt) tractari necesse est, quibus recte mederi propositum est, antequam eam, quae curat, aggre-
diantur, ut quum simile quid nacti fuerint, morborum discrimina ad vnguem in agrotantibus
teneant. Nihil autem in frequentibus intererit, habitum nostrorum corporum naturali admini-
strationi contrarium, morbi vel affectus vocabulo nuncupare, sicut Graeci omnes consueverunt,
interdum νόσημα, interdum πᾶθος, genus hoc vniuersum appellantes. Nunc igitur docet, par-
tis, quae ad indicia spectat, maxime generale propositum, quemadmodum fit in parte, quae mede-
tur, nam sicut in hac curationis cuiusque commune consilium est contrariis per contraria subue-
nire: ita in illa posse cognoscere, quatenus ea, quae in affectu corpore conspiciuntur, bene admo-
dum valentis sunt similia. Quod Hippocrates ipse in prognosticis indicavit, cum inquit, || Maxi-
mè ad rem pertinet intueri, an sibi quis ipse aliqua ex parte similis sit. Idem in libro quoque de arti-
culis proposuit, quum vitiatam corporis partem ad eam, quae integra est, conferri iussit: vbi similiter
voluit non simpliciter comparari, sed affecti hominis dextram partem cum sinistra conferri, nihil
alienis articulis, hoc est aliorum hominum inspectis. Quod etiam nunc faciendum duxit, cum ait/
an similia, an dissimilia, principio à maximis, à facillimis/ ac si ita dixisset, laborantium corpora ab
initio protinus inspicere debent, quatenus similia sint sanis, quatenus dissimilia. quam rem, quum
agemus, ex ijs, quae maximi momenti sunt, & in quibus expedita à modòdum cognitio est, morbo-
rum notas intelligemus, quandoquidem nos ignorare non oportet, non esse alia maxima, alia facil-
lima: sed si idem signis contingere potètia maximis esse, & cognitu facillimis. huiusmodi sunt, quae
in prognosticis statim à principio traduntur his verbis, || Nares acutae, oculi concaui, collapsa tem-
pora, & quae sequuntur/. Namque haec maximi esse momenti in praenotione eorum qui mediocri-
ter in medicinali arte fuerint exercitati, nemo est, qui nesciat: esse verò cognitu facillima, oēs sanè vel
artis et expertes intelligunt, quum nullam corporis partem prius facie protinus videat, qui ad cuban-
tem accedit. Ergo ipse cubans, si cum seipso cōferatur (ut praecipit) certiore quoque nota exhibet,
atque hac ratione ab ijs, quae facillima & maxima sunt, initio sumpto, iam poterit, quod ad artem attinet
aestimari. Fortè autem interdum fieri, ut decipiatur quis homine, qui natura habet nares acutas, oculos
concauos, collapsa tempora: sed, si laborantis corpus plerique hominibus simile comperimus,
nullo pernicioso morbo, aut affectu, detineri hominem facile intelligemus. vbi, quod ab Hippocrate
scribitur,

1. Progn. 5. 4.
190. 8

1. Progn. 6. 4.
191. a

Ascribitur, notabimus, si reliquae totius corporis notae salutem denuncient, confisi eam esse natura-
lem hominis faciem, ut rem magis perfectam habeamus, de ijs, qui ante ipsum nouerunt, percon-
tabimur: qui vbi idem asserent, nostram praenotionem confirmabunt, non perinde tamen sciemus,
ac si ipsi hominem nouissemus, atque adeò, si vli familiariter essemus. eo enim quòd bene valentem
saepenumero viderimus, in signis, quae in ipso apparent, nunc, vbi aduersa valetudo est, discrimi-
nis modum certius deprehendimus. Ut enim audierimus, coniecerimusque hominem acutis na-
ribus esse, concauis oculis, familiaris duntaxat modum intelligit, quae res medico in primis neces-
saria est. non enim id solum nouisse operae praecium nobis est, quòd corpus à naturali habitu recessit,
sed quatenus nares acutiores sint, oculi magis concaui, tempora collapsa, & alia singula, quae de-
inceps exequitur: è quibus, quod simili maxime contrarium est, non simpliciter graue dixit, sed gra-
uissimum, est autem maxime contrarium, quod à naturali habitu distat longissime. ergo, quemad-
modum, quod maxime contrarium est, non simpliciter graue, sed grauissimum posuit, sic graue
magis minus ue dixit, quatenus plus minus ue contrarium se ostendit. Notae igitur, quae in facie
sunt, nullo negotio percipiuntur, & plurimum potèdis habent, tum quas à principio protinus re-
centuit, tum quas de oculis subiecit. Complura autem ex ijs, quae in prognosticorum libris tra-
B clauit, si mentem adhibeas, intelliges partim non maxima esse, partim non facillima, partim qui-
bus vtrunque abest, vis scilicet & facilitas. quae in eorum librorum expositione latius persequuti
sumus persequemur & nunc exempli causa non nulla. Nam, quòd ager supinus cubet brachijs
cruribus/que similiter iacentibus, ut resolutis, non modò ob grauem affectum euenire potest, sed
ob mollitiem quoque hominis, delicias/que vltra modum. quare nisi mores aegri cognitos habea-
mus, facile decipiemur. At fieri minime potest, ut quos curamus, omnium nobis mores inno-
tescant, quamobrem percontari hos oportet, praeterquam in paucis. Comperimus quidem aliquan-
do non magni momenti rem denunciari, ut in ijs, quae ad cubandum pertinent: interdum maximi,
ut in viro ornato, vbi truncem vultum habeat, vel flatum per uentrem reddat cum crepitu, dolorem,
aut mentis alienationem significat, si in eo sit, quem id facere audiente aliquo puderet: sed si nullam
praesentium rationem haberet, nihil is prorsus ostenderet. Quocirca hic etiam nouisse hominis
mores conuenit, non secus atque consuetudinem in ventrem cubantium, eorum/que naturam, qui
per somnum dentibus strident, vel quorum palpebrae non committuntur, namque haec, vbi cu-
bantis consuetudinem, vel naturam medicus nouerit, aut ab altero quaesierit, qui eos cognoscat, in-
dicium faciunt, id/que modò bonum, modò malum. In vrina verò nigra, nigro item iuto, tum
C in atra bile, morbi initio apparentibus maxima vis inest, & expedita cognitio: sicut è contrario in
acutis morbis summam securitatem pollicetur facile spirare, subsidere in vrina album leue &
aequale. Haec de ijs, quae ad cognitionem pertinent, posuisse volumus, ut sint exempla eorum, quae
maximam vim habent, & cognitu facillima sunt, tum quorumcunque, quomodocunque nobis
innotescant, seu experimento, seu ratione. quanquam non tantam vim habet, nec aequae facile
percipiuntur, nisi aegri vsus, natura, mores, vel sciuntur, vel quaerantur. Deinceps mihi sermo erit de
ijs, quae attinent ad chirurgiam. Ut autem res magis in aperto sit, quoddam exemplum appone-
mus, quod habetur in libro de articulis inter initia protinus, vbi de prolapsio humero agitur. in
quo, idem quod maximum est, nullo negotio comprehenditur, nam, si quod turgidum, rotundum,
ac durum in ala se ostendat, id ibi esse nulla ratione potest, nisi humeri caput suo loco motum in
alam exciderit. Sed sinus in ea parte, quae humeri iuncturae superiecta est, commune indicium
est, & humeri prolapsi, & lati scapularum ossis, quatenus summum à iugulo recedens, attollitur:
atque idcirco debemus affectam partem integræ comparare, quae vbi non suae naturae deprehen-
datur, existimare licebit humerum excidisse. In hoc igitur signo, non aequae magna vis inest, & ex-
pedita cognitio, atque in tumore sub ala, imbecillius adhuc est, quod ex motu colligitur, humerus
D enim sursum non porrigitur, & vbi huius partis musculi atteruntur, tenduntur, inflammantur: &
vbi aliqua ipsorum fibrae altius abrumpuntur. Ego autem huiusmodi casum aliquando nactus
sum, latum scapularum os summum ante à iugulo recessit, deinde alterius brachij humerus loco
suo motus est, quod accidit in palaestra, intuitus autem medicus sedem iuncturae humeri superie-
ctam ab vtraque parte aequalem, inconsideratè dixit eum ipsum locum plagam accepisse, & iure
hominem dolere, iuncturam verò illaeram esse. quocirca praecipit, ut in balneum iret quam ce-
lerissime, & multo vsus oleo in solio moraretur: atque ubi exiret lana tincta in oleo, cui paulum cerae
adiectum esset, iectam partem obtegens, se contineret in lectulo, quiesceret/que. His factis homo,
quum totam noctem dolore vrgeretur, mane eundem medicum, & quosdam alios accersit ex
ijs, quos non ratio, sed sola sustinent experimenta. Qui pridie ob temeritatem deceptus, articulum
bene se habere protulerat, vbi ad agrotantem accessit, videns duos alios medicos se ignobiliores, ut
qui parui penderetur, iniquo animo tulit, id tamen dissimulans promptius adhuc ob indignatio-
nem dixit articulum nullo modo laesum esse, quum vtramque partem iuncturae humeri superie-
ctam similem inueniret, cum/que inflammatio iam iectum humerum occuparet. Perfundens igitur
hominem multa aqua calida, subinde oleum copiose immiscens, iussit, ut lana rursus circumda-
Septima Classis. CCCCCC ij tus

Sec. 1. t. 3. 7.
251. g

tus eadem ratione conuinceret. At, quum per hæc nihil proficeret, ego tertio die adhibeo: con-
 spiciens que partem iuncturæ superiectam magis cauam esse ab eo humero, qui dolore vacabat,
 quam ab eo, qui dolebat, nimirum inflammatione acta, humerum, qui integer videbatur, diligen-
 ter inspexi, visum que est mihi ab ea parte summum lati ossis scapularum in superieorem partem
 recessisse. Hoc igitur adductus, & eo quod per idoneam curationem homo nihil leuaretur, sub in-
 flammatione humeri alam digitum demittens, ibi humeri caput inueni. quo tamen res certior esset,
 animaduerti alterius humeri alam, in qua, ubi nullum huiusmodi tumorem repperi, pronunciaui
 humerum quidem luxatum esse, medicos verò id latuisse, eo quod ignorarent latum os scapularum
 in altero brachio summum à iugulo recessisse, compararent que percussum locum ad illud perin-
 de, ac si in statu esset naturali. Nobis inquam discere licet ex homine percontantibus, num ab al-
 tero brachio, quàm cum iugulo latum os scapularum iungitur, aliquando plagam acceperit, ille prin-
 cipio non habet, quod dicat de in, quum sibi in mentem veniret, se quondam ex vehiculo deciden-
 tem percussum fuisse fatetur, sed paruo negotio liberatum lana oleo tineta tribus aut quatuor die-
 bus superiectam partem imposita. Sed quorsum hæc? vt ostendam, quantum dignitate inter se
 distent indicia, per quæ innotescunt morbi manus curationem requirentes. Non posse enim affe-
 ctum brachium sursum porrigi multis quoque alijs commune, quum & chordæ musculorum, F
 qui ea parte sunt, & sæpe numero ipsi quoque muscoli, ubi indurati, aut inflammati sunt, tum con-
 tusi, aut alie abrupti, vel ubi aliqua ipsorum fibræ perumpuntur, sursum ferre brachium non sus-
 tineant, neque solum sub hoc, sed sub omni etiam motu indolescant. Sinus verò ea parte, quæ
 iuncturæ humeri superiecta est, & ipse communiter recedentis quoque ossis facit opinionem.
 At rotundus, durus que in ala præter naturam tumor abundè humerum loco suo motum testatur,
 quare is minime decipietur, qui ei tantum confidet. quum, quod & ipsum cognitu facillimum est,
 solum que oportet tumorem contingere digitis in alam coniectis, quàm humeri caput euidenter se
 ostendet. Sed musculorum affectus, sub quibus neque sursum porrigere humerum possunt, ne-
 que citra dolorem mouere, exercitatem rationem, summam que animaduersionem exigunt. Has
 igitur notas illis annueramus, quæ plurimum valent, & facillime comprehenduntur, siue quis
 rationalem, siue in experimentis positam medicinam profiteatur. Empiricus enim inspicens
 quas *συνδρομὰς* appellat, quæ nihil aliud sunt, quàm concursus eorum, quæ morbis superueniunt,
 ubi sapius eadem notauerit, æque omnium simul in tempore meminit: dein, quum ex hac obser-
 uatione multorum concursuum usum habet, tunc ex ijs, quæ morbis superueniunt, quæ nam in
 multis concursibus viderit, & quæ in vno duntaxat, dignoscit: atque hoc pacto communia intelli-
 git, & propria, quam rem sequitur rursus notitia signorum, quatenus inter se viribus distent, nam,
 quod in multis, vel omnibus concursibus fuerit animaduersum, longe ijs cedit, quæ notantur in
 vno tantum: quod autem in paucis, minus vincitur, ac præcipue, quod in duobus, medicus autem,
 qui spectat experimenta communia, perinde ac propria intuetur, & in memoria habet, cum hæc,
 quæcunque sint, & quocunque modo cognoscantur, vnà cum proprijs venientia obseruauerit.
 Qui ratione nititur, multo magis celerius que singulorum morborum indicia comperit, & ubi
 communia sint, & ubi propria, nec Empirici modo diu moratur, sed ne diem quidem aut ho-
 ram. Concipiens enim humeri caput in alam excidisse, id simul intelligit, primò quidem quod
 tumor ea parte non naturalis apparebit: deinde quod sinus erit super humeri commissura, cum
 humeri caput, vt quod in alam venerit, inde ablit, ubi esse consueuerat: tum quod ceruix lati scapu-
 larum ossis humero superimposita sursum porrigi brachium non ita sinet, & quod muscoli ad-
 modum dolebunt, quum vehementer extendantur, ubi atollere humerum conentur, quod que
 non ab simile tormentum sentient, cum ad latus tentant affectum membrum adducere. Atque ita
 quæcunque, & quomodocunque cognita, nec, quæ magnam vim habent solum, sed cætera etiam H
 intelliget. quoniam hac vna via cuncta inueniuntur, quum altera in obscuro sint, quæ non sunt fa-
 cillima, sed indicatione comprehenduntur. Humeri quidem caput in ala magnam vim habet, &
 nullo negotio cognoscitur: at musculorum affectus maiori egent cogitatione, sed & à tumore
 qui in ala conspicitur, vtroque viribus scilicet & facilitate superati, eadem contemplatione artifi-
 cioso medico innotescunt. Merito igitur Hippocrates ante alia artis opera, id est ante præno-
 tionem, & curationem, eam partem, quæ ad morborum indicia pertinet (iuniores *σημείωσιν* nun-
 cupant) intelligi ex similibus ac dissimilibus notatione voluit: merito etiam ex valentissimis, &
 cognitu facillimis: item tertio ex quibuscunque, cum his quomodocunque cognitis, dignitate ve-
 rò & cognoscendi facilitate inferioribus. Hactenus itaque præfatus, à quibus vitia indicentur,
 nempe ab ijs, quæ recte habentibus similia sunt, aut dissimilia, deinceps cuiusmodi illa sint, ea nunc
 persequitur his verbis.

2 *Quæ & videre, contingere, atque audire licet.*

Quum voluerit eam medicinæ partem, quæ de morborum notis est, per ea exerceri, quæ in affecto
 corpore

A corpore ad exemplum sanorum similia sunt, aut dissimilia: item quadam maxima esse & facili-
 ma, quadam cum ipsis necessario percipiuntur: nam (quod supra commemorauimus) quæ nam illa sint,
 exequitur inquit, quæ & videre, contingere, atque audire licet. Videre quidem licet, quæ con-
 spectui subiiciuntur: contingere, quæ tactu, audire, quæ auribus comprehendere possunt. Ergo, quæ
 inter prognosticorum initia de facie proponuntur. Nares acutæ, oculi concaui, collapsa tempora/
 sentitur visu: tactu, frigida aures: tactu simul & visu, cutis faciei dura, arida, atque extensa: quæ
 eodem libro sequuntur, auditu subiecta sunt, nempe sternutamentum, tussis, crepitus, strepitusque
 hominis præter naturam loquentis, vel quæ mens non constet, vel quæ vox sit stridula, rauca, aut huius-
 modi quopiam vitio affecta. In morbis autem, quæ manum possulant, oculis exposita sunt, quæ ni-
 grescunt, rubent, tum quæ quavis ratione suum colorem variant aut retinent, adde exempli causa
 in humero, quæ sinus in parte eius articulo superiecta, & extremitas lati scapularum ossis elata, visu
 percipitur, caput in ala contingitur, auribus accipitur strepitus in corpore agrotantis, quemadmo-
 dum ubi thorace perforato è plaga fertur spiritus cum sono.

3 *Quæ item oculis, tactu, auribus, odoratu, gustatu, mente sentiuntur.*

B Subiecit hic omnibus sensibus mentem, quam dixit *νοῦν* (græci communiter *νῦν* & *φρένα* vo-
 cant, & λόγος, hoc est rationem) sed quoniam & in voce quadam ratio est, philosophi illam dixe-
 runt *ἐνδὲ τῆς καρδίας*, hoc est interiore, vt ab hac ipsam se iungerent. Comprehenditur interiori,
 quid cuique consequens sit, quid que contrarium, ad hæc diuisio, compositio, resolutio, demon-
 stratio, & si quid est generis eiusdem. Requiritur autem non immerito, cur olfaciendi & gustan-
 di sensus ante seorsum mentionem non fecerit, quum dixit, quæ & videre, contingere, atque audi-
 re licet, postea verò omnes quinque proponens, mentem quoque adiunxerit. Multi sanè dixe-
 runt non nulla absurda, & quæ scribi non merentur: alij verò probabilia, ac memoratu digna. hinc
 autem ordiuntur. Hippocratem dicunt præcepisse, vt ex eorum, quæ sub sensibus cadunt, similitu-
 dine ac dissimilitudine, morborum notas intelligeremus. Proprie autem sub sensibus cadere vo-
 lunt ea, quæ, vt comprehendantur, non aliam potentiam requirunt, sed vna sensuum comprehen-
 sio sufficit: sub sensibus cadere similiter, sed non proprie, quæ pluribus sensibus simul, & tum me-
 moria, tum ratione, quam vocant componentem, & colligentem, accipiuntur. Colorem verò ex
 eorum numero esse existimant, quæ proprie sub sensibus cadunt, itidem succum, vaporem, vocem,
 C præterea duritiem, mollitudinem, calorem, frigus, & vno nomine qualitatem omnem, quæ tactu
 comprehenditur: at mali, mali punici, piri, aut cuiusuis alterius rei totam naturam sensu minime
 percipi, sed (vt Plato dixit) opinione cum sensu rationis experite, omnia que esse opinabilia arbi-
 trantur: & propterea quosdam sapius in ipsorum cognitione decipi, cum vel colorem tantum, vel
 figuram, vel vtrumque naturali non ab similem intuentur, mala enim, mala punica, pira, vnam, nu-
 cem iuglandem, & plura alia ex ijs, quæ edendo sunt, ubi ex cera componuntur, priusquam vel ad
 nares admoueantur, vel gustentur, tangantur que, à veris abhorrentia non vident: cum verò falli
 non posse, qui ipsorum usum singulis sensibus asstinet: omnibus autem rem discutere sine memo-
 ria & enumeratione non licere, & hanc non ad sensum aut memoriam pertinere, sed ad mentem.
 nominant autem enumerationem, non solum *συναριθμησιν*, sed etiam *συναριθμησιν*. Hippo-
 cratem ergo, quum inquit, quæ & videre, contingere, aut audire licet / volunt eorum, quæ sensi-
 bus subiiciuntur, meminisse, vt exemplum aliquod in medium afferret: atque ubi ab ijs, quæ sen-
 sibus simpliciter, & proprie subiecta sunt, ad totam naturam transtijt, iure tunc sensus omnes, &
 mentem quoque commemorasse, ita, vt vniuersa oratio sit huiusmodi. Aggredi medicus debet
 ad vitiorum notas, orsus à similibus ac dissimilibus inspectione, interdum solam qualitatem, in-
 D terdum tota conferens corpora, quæ quidem expositio ratione non caret. Est & altera hunc in
 modum, Hippocratem, quum inquit, quæ & videre, contingere, atque audire licet / de medico lo-
 quutum esse: quod verò addit, quæ item oculis, tactu, auribus, odoratu, gustatu, mente sentiuntur /
 ad agrotantem ipsum referri, ita, vt medicus non modo indicia colligat ex ijs, quæ ipsemet, sed
 ex ijs, quæ æger videt, tangit, olfacit, gustat, tum ex eius mente, quatenus labat, aut consistit, quod
 autem medico ad cognitionem expediat, nouisse mente ne homo labatur, an sui compos sit, in
 aperto est. Placet alijs, quod scribitur, quæ item oculis, tactu, auribus, odoratu, gustatu / ad agro-
 rantem, quod adiungitur / mente / ad medicum pertinere, si quidem ex ijs, quæ cubans videt, audit,
 contingit, gustat, medicus mens aliquid ratiocinatur, conijcit enim de laborantis gustatu aliquid ad
 ipsum pertinens, non secus ac de morbo, nam, si gustanti amara omnia videantur, quemadmo-
 dum ijs, quos morbus regius male habet, redundat indigna bilis: si falsa, pituita, falsa: si acida, aci-
 da similiter pituita plurima in ea est, sic que hominem dicunt qualitatem sui sudoris interdum
 in os destillantem percipere. Hoc pacto enodantibus aduersari videtur, quod olfactum medici
 præterierit, quamuis eo sapius viatur, cum indicia ex deiectione, vrina, sputo, vlceribus, spiri-
 tu agrotantis, collecta, olfactu à medico asstinentur. Porro autem à ratione non abhorret, fuisse
 Septima Classis, CCCCCC iij hunc

hunc à librario prætermiffum, ficut alia multa in plurimis Hippocratis aliorum que volumini-
bus partim omiffa inueniuntur, partim euidenter deprauata. Nec abfiterunt, qui locum hunc ita
explanaerent, non idem fcilicet significari his verbis/ quæ videre, contingere, & audire licet / atque
illis/ oculis, auditu, tactu sentiuntur / potest enim videre quis, contingere, aut audire, nullo modo re-
comprehensa: sentire verò sine comprehensione non potest. Refertur huiusmodi explicatio
verbi/ sentire/ ad Semium Stoicum, cui propterea fubfcripsit Iphicianus Quinti discipulus, qui
Stoicam philosophiam fequutus est. Quod censent igitur huiusmodi est. Priora verba solum-
modo in rerum genere, ex quibus notæ sumuntur, accipi debent: fequentia in eodem ad vnguenti
habito atque comprehenso, quasi ita fcripferit. Colligendæ notæ sunt ab ijs, quæ in corpore agro-
tantis suæ naturæ similia & difsimilia se ostendunt. Sunt autem hæc ea, quæ fubiecta sunt fen-
fibus, atque ex ijs ipsis, non quæ non bene videntur, aut audiuntur, vel quouis denique fenfu non
bene sentiuntur, sed quæ singulorum fenfuum comprehensione & mente percipiuntur. ab-
fium verò Hippocratem dicunt vocabulo/ sentiuntur/ de mente verba facientem. Ita, vt in priori-
bus verbis fenfum vnum, vel alterum prætermiferit, vniuerfum enim eorum genus sub exem-
plo demonftrauit: in fequentibus omnium meminerit, & mentem adiecerit, magis exquisitam fir-
miorem/ que enunciationem reddens. nam commune est omnibus comprehenfi obiecti fpeciem
imprimere. Sed, quum, quod polliciti sumus, præstiterimus, referentes, quæ non nulli probabi-
lia attulerunt, ne videretur Hippocrates eadem fæpius repetere, proximum est, vt ad ea, quæ fe-
quuntur, veniamus: tu verò superiores sententias scrutatus optimam eligas. Vfurpat autem γνώ-
μης vocabulum more prifcorum, quod idem fignificat, atque mens, siue intelligentia. quam rem,
& si possem multorum testimonio confirmare, pauculos tamen adducam, qui mentem γνώμης
dixerunt. Critias igitur in primo aphorismo hæc fcribit / Nec quæ reliquo corpore fenfit, nec,
quæ mente intelligit. & iterum / Intelligunt homines mente an fanus aliquis fit. Et in primo
libro, qui de colloquijs infcribitur / Si ipse excitatus ita fuiffes, vt mente valeres, non sic ab ipso
tibi iniuria fieret. & in eodem fæpenumero, & in fecundo colloquiorum, γνώμης fæpius men-
tionem fecit, fenfibus ipsam in diuifione opponens. Ad hæc Antipho in primo de veritate / Qui
hæc intelligit, nec oculis longitudinem comprehendit: nec qui longitudinem intelligit, sine men-
te eam intelligit. præterea / Omnes enim homines, tam in fecunda, quam in aduerfa valetudine,
atque in alijs omnibus mente vtuntur. Et Plato, ficut prius fæpe, ita in quinto de repu. / Huius-
modi igitur cogitationem, vt cognofcentis mentem, ita opinantis opinionem recte dicere possumus.
Et Lylas in Polyuchum / Ille enim, in omnibus rebus, quas fua vfu mente, pro nostro po-
nulo gessit, multorum bonorum in noftra ciuitate caufa fuiffe videbitur, & multa hostibus attu-
li. Ite in commoda. / Aeschines item Socraticus in Miltiade, & Hyperides in Dioclem, & alij retho-
res, medici, atque poetæ, quorum omnium meminiffe fuperuacuum est, eodem modo id vocabu-
lum vfurpant.

4 Quæ item omnibus, quibus cognofcimus, intelligi poffunt.

Iure etiam hic quaeritur, quas præter fenfum, & mentem, natura nobis potentias dederit ad per-
cipiendum obiecta exteriora. Adiungit enim / quæ item omnibus, quibus cognofcimus, intel-
ligi poffunt / perinde quasi non enumerauerit omnes. Explicabo igitur, quam obrem hæc ad-
fcribi ab ipso existimem, illud præfatus, quod & fequentibus necessarium est, & memoriæ pro-
ditum fuit à multis veterum: quibus placet ex opinionibus, quas videntur feftarum auctores in-
ueniffe, nullam esse nouam, sed, quæ priori fæculo tradita fuerunt, vnâ cum aliorum mente inte-
riffes. Siquis in opinione ad res ipsas animum aduertat, neque Pyrrhonis fectam, neque Acade-
micam, Stoicam, Peripateticam, nec quamuis aliam, post Hippocratem fimpliffes initium iudi-
cabit, quum ipsi Pyrrhonei ad vetuffiffimos auctores suam referant fectam. Quocirca veriffimile
est, vel adeo non veriffimile, sed necessarium Hippocratis fæculo de naturalibus iudicandi poten-
tijs difceptatum esse, & quosdam nullam talem pofuiffe, quemadmodum postea Pyrrhonei: quos-
dam fenfum duntaxat: alios nihil huic tribuentes id verum putaffe, quod vulgatum est / Mens
videt, mens audit, cætera furda sunt & cæca / : alios vtamque dediffe iudicandi potentiam, fenfum
in ijs, quæ fenfibus fubijciuntur, mentem in ijs, quæ comprehenduntur, intelligentia: quosdam
alias animi noftri potentias concepiffe. Itaque Hippocrates, vt eorum vitaret importunitatem,
generatim duarum potentiarum meminit, fenfus & mentis, quas folas in nobis (vt fcitis) vbique
docui cognofcendi ac iudicandi vim habere: propter cauillatores autem orationi adiecit / quæ
item omnibus, quibus cognofcimus, intelligi poffunt. Iam verò aliqui censent aliam esse na-
turam intelligentiæ, aliam mentis, aliam illius rationis, quam ἐνδίαθετον vocant, atque harum
plures adhuc potentias introducunt. Nos autem in libris, qui de communi ratione sunt, tres ho-
minibus in vniuerfum inefse potentias demonftrauimus, quibus ad artes conftituendas, libros que
confciciendos vtuntur, fenfum, mentem, memoriæ: atque in memoria quidem hæere feruari que
quicquid

A quicquid fenfu ac mente conciperetur, quum singularum rerum naturam nõ inueniat, sed eorum,
quæ inuenta sunt, receptaculum quoddam fit: ad ea verò, quæ inquiruntur inuenienda, iudicandaque
naturam nobis mentem dediffe ac fenfum. Sed, vbi de his verba fiant, demus, si qui ita fentiant,
aliam vim esse intelligentiæ, rationis aliam: rursum que, si velint, aliam mentis, aliam confilij, quum
aduerfus eos id nobis fufficiat, quod omnes homines euidenter cognofcunt malum, mepilum, vuam,
& alios fructus, siue vna animi potentia, siue altera, siue tertia, siue pluribus comprehenduntur.
Omnes autem homines æquè sibi perfuafum habent fenfum, mentem, memoriæ, & voluntatem
efse, quæ Afelepiades, quasi nulla lint, præter alia multa conatus est funditus euellere. His igitur
propofitis fatis planam esse caufam existimo, quæ ijs, quæ postremò perfectè docuerat, adiunxerit
/ quæ item omnibus, quibus cognofcimus, intelligi poffunt. Inire medicus debet artis opera, initio
ab affectuum cognitione accepto, comparans ea, quæ in agrotante apparent, ad ea, quæ in fanis cõ-
fpiciuntur, intuitus, quæ similia, quæ item difsimilia, & hæc atque alia omnia fenfu ac mente com-
prehendere: tum, si qua lit præter has potentias, quæ communiter poffit fecundum naturam de om-
nibus iudicare, hæc etiam perinde, atque illis de inuentis iudicare. ficut etiam cognofcere omnes
homines poffunt, quemadmodum nos in medicinæ operibus, principio habentes pro materia, que
B fenfu comprehenfibilia sunt, his verbis / quæ contingere atque audire licet / potentiam verò hæc ita
dicantem duplicem, fenfum fcilicet & mentem, quam ostendit, cum inquit / quæ item auribus, odo-
ratu, gustatu sentiuntur. vtrique autem euidenter memoriæ fubferuit, si quis aliam quamuis po-
tentiam introduxerit, nihil pugnabimus, modo fubiectæ materiæ vtilis videatur. His enim verbis
/ quæ item omnibus, quibus cognofcimus, intelligi poffunt / & mentem complectitur, & permit-
tit, vt si quis aliam iudicandi potentiam esse arbitretur, illam quoque nobis declaret. Hactenus
igitur, quæ in hoc libro tradita sunt ab Hippocrate communiter ad vniuerfam medicinæ artem
pertinent, atque idcirco ea esse proccemium totius artis propofui. Proximè autem tranfit ad medi-
cinæ partem, quæ manu medetur, & ex ijs, quæ huius partis sunt, ad ea, quæ in officina medici di-
fcere poffunt, aut tractare, qui in arte primùm exercentur. Nemo autem existimet expofitionem
me longiorem præter meum morem feciffe, siquidem, quæ totius artis communia sunt, pluribus
verbis explicari debent, quam quæ propriè ad fingula pertinent, vt quum maximè, vbi quis in ali-
quo opere ipsa pertractet, nunquam alias commemoranda: id quod ego conftitui in horum li-
brorum Hippocratis expofitione, vbi de mente ac fenfu omnia persequutus, eorum, quæ proxime
retuli, nullam amplius faciã mentionem. Quin hæc dixi paucioribus fortasse, quam res pe-
tebat, quia quum proponere possem agitatam de numero potentiarum animi controuerfiam, ac
de ea pronunciare, magis opera precium duxi eum, qui harum abfolutam notitiam requirit, ad li-
brum de communi ratione reijcere. Aliud etiam vertitur in dubium, vbi præcipit, vt ab inspe-
ctione illius, quod simile est, & difsimile, inchoemus, propterea, quod non ita diftinctè omnibus no-
tum fit, quo simile & idem inter fe diftent, quod ipsum de industria omiffi alibi explicatum. At-
tinent ad eandem contemplationem, & alia multa, quæ fimiliter præterij: & hoc vtrum, qui medi-
cinam in vfu pofitam profitentur, eorundem vel fimilium obferuatione vtantur, ex ijs enim qui-
dam similia censent animaduertenda, alij cautiores ea, quæ suæ fectæ vniuerfæ confentanea sunt,
tenentes, omnia eadem obferuari volunt, seu ad morbos fignificandos, seu ad prognoftica, seu ad
curationem pertinent: & Dionem phreneticum eundem esse, atque Theonem phreneticum,
quatenus ambo febricitantium infania opprimuntur, alij neque simile vno modo vfurpari di-
cunt atque intelligi, sed duobus, vno quidem simile fignificat, quod nulla conditione differt, vt Ca-
stor, & Pollux: altero non huiusmodi, sed id, in quo maius & minus confpicitur. Quin & apud
vetuffiffimos medicos ac philosophos, quorum fcripta adhuc extant, videre licet simile ita vfurpa-
tum, vt, qui confusè ipfo citra omnem diftinctionem vtantur, & modo eandem formam haben-
D tia nulla ratione diftantia similia dicant, vt dextrum oculus & finiftrum, quum vterque in eodem
homine confideratur: modo, vbi vnus glaucus, cælius alter est, aut niger, vel quatenus oculi sunt
in diuerfis quoque hominibus, fimiles vocent. Magis tamen confuetum est apud ipfos glaucum
glaucum, & cælium cælio, non fecus ac nafum aduncum adunco, fimum limo, rectum recto, simi-
lem appellare.

4 Quæ autem ad Chirurgiam, in Officina medici.

Huiusmodi breuitate confat eos de industria vti, qui volunt obscure quid enunciare. nam, vbi
interdum vno nomine aut verbo adiecto, interdum altero, aut summum tertio, lucida reddi ora-
tio poterat, cur neget quis eius auctorem operam dediffe obfcuritati? Equidem verborum for-
mam adiungam, qua quis claram feciffet orationem: ea est. Medicinæ ars vniuerfa in affectuum
cognitione ad ea commune confilium dirigit, quæ fanis similia sunt, aut difsimilia, ex illis, quæ
mente ac fenfu aperit comprehenduntur, inueniens, atque diiudicans, e quibus, quæ chirurgi tan-

tummodò sunt, exequar, atque ex his ipsis, quæ in officina medici ostendi addiscentibus, aut præstari agrotantibus possunt: Sic igitur diceret, qui clarè loqui vellet. Officinam medici *ἡγεῖται* appellat, cuius non nulli postremam syllabam per *η* scribunt: quo modo si scribatur, significabit, in arte medicinali, non in loco, quem *ιατρείον* appellamus, quasi ita dixerit: Quæ in medicinali arte eius partis sunt, quæ manu curat, talia sunt. In sequentibus autem patet eum, qui librum composuit, seu Hippocratem ipsum, seu Thessalum eius filium, non explicasse omnia chirurgi munera, sed neque omnia, quæ in medici officina aguntur, sed ex his ipsis, quæcunque addiscere debent, qui primas institutiones aggrediuntur. Quin & inde originem traxit inscriptio libri, quam postea sequuti sunt Diocles, Philotimus, & Mantias. Satis autem fuit sic inscribi, *περὶ τῶν ἡγεῖται ἰατρείων*, hoc est, de ijs, quæ in officina medici fiunt. Miror autem Asclepiadem, qui *ἡγεῖται ἰατρείων* scripturam feruans, putauerit significare artem medicinalem, quam *ἡγεῖται ἰατρικῆς* significat, at non *ἡγεῖται ἰατρείων*: sic, ut *ιατρείον* pro officina accipiatur, *ιατρικῆς* ad morbos curandos pertineat. Sed huiusmodi contemplationes attinent ad nomina, quibus parum insistere debent, qui in rerum veritatem incumbunt. Ea verò, quæ propòsita sunt, proximis verbis docere incipit.

6 *Agrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen. Vbi, quomodo, quot, quibus, quomodo, quando, corpus, instrumenta, tempus, modus, locus.*

Omnia hæc percurrat à quibus, per quæ, quibus cum, & circa quæ chirurgia exerceatur: deinde narrat quale esse prædictorum vnumquodque debeat, & quomodo, aut quo tempore adhiberi. Ex his pleraque in aperto sunt, sicut agrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen: sed & in sequentibus ab ipso quoque auctore exponuntur, quum referat, quomodo ager se medico exhibeat, qua ratione medicus agere circa ipsum debeat, & assistentes subseruire. Non secus etiam quæcunque de machinamentis, & lumine, nouisse nobis necessarium est, in sequentibus persequitur. Post hæc vberius de faciendi ratione pertractat, non quò multa verba faciat, in toto enim libro studet breuitati: sed quo nihil, quod vtile sit, voluerit præterire. Ergo quæcunque propòsitis verbis continentur, præterquam agrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen / examinanda sunt. Atque ante omnia / vbi / quod primò propòsitum est, *ὅπου* dixit, cuius dictionis posteriore syllabam Iones per *η*, nos per *η* scribimus. hæc significat locum, in quo quis situs est. quo circa non absurdè dicit aliquis ad omnia, quæ dicta sunt, eam referri. Siquidem agrotanti idoneo loco opus est: vocantur autem agrotantia, quibus manus curatio adhibetur. ijs non minus idoneum locum requirunt, medicus & instrumenta. ex luminibus verò, quod artificiosum est, sicut vbi volumus collocare. Quod deinceps adiungitur / quomodo / *ὅπως* dixit, nos per *η* scribimus *ὅπως*. notat autem non modò apud nos, sed apud Iones quoque rerum, quæ traduntur, veluti qualitatem. eos enim qui artem addiscunt, non solum scire locum conuenit, vbi ager, iacens, aut sedens, manu curandus est, sed quomodo figurandus, quomodo item, qui agit, & qui agentis subseruiunt. Machinamenta item non solum debent loco idoneo collocari, sed in ordinem quoque disponi. singula enim & medico & eius ministro, sic erunt maximè ad manum. Videtur autem hic omisisse instrumenta, ut quæ intelligi ex machinamentis possint: sed quamobrem inordinatè eorum meminerit, mox considerabimus. nunc autem explanare conuenit, quæ proxime subiiciuntur / quot, quibus, quomodo / Singula hæc ad ea referuntur, quæ superius dicta sunt, quæ ad chirurgiam præparata scire debent addiscentes, quot sint, & quibus ex ipsis, quomodo vtendum: sic, ut particula / quomodo / quum paulo superius particula / vbi / subiiciebatur, situm: nunc vtendi rationem significet. Ibi ergo ponitur / quomodo / iuxta aduerbium loci / vbi / hic autem iuxta relatiuum ad exponendum, quibus instrumentis, machinamentis / que agendum sit. Quod adijcit / quando / occasionem aperte demonstrat: per quam vt singulis conueniat. Quæ subiiciuntur his verbis / corpus, instrumenta, tempus, modus, locus / non immeritò requiritur, quid sibi velint. nam, quum / agrotans / dixit, agrotantis corporis, similiter verbo / quando / temporis, verbo / quomodo / modi, verbo / vbi / loci vim notauit. cur igitur hæc repetit, & turbato ordine instrumenta inserit, cum proximè à machinamentis ordine poni magis potuissent: quantum, & si nullus eorum meminisset, intelligi ex machinamentis poterant. Sed his occurrere possumus affirmantes instrumenta nunc intelligi scalpellum, terebram, hamum, scalprium, laminam membranæ custodem, & quæ similia sunt, quæ possumus etiam ex machinamentis comprehendere, quum sint eiusdem generis. Huiusmodi instrumenta, quia proprie parata sunt curationis gratia, idcirco *ἀρμύρα* nuncupauit. quod vocabulum in opere de ratione victus in morbis acutis, quæ de balneo, vsurpauit, quum inquit / quippe in paucis domibus, vel instrumenta (quæ *ἀρμύρα* dixit,) vel ministri inueniuntur. scaphia igitur, rotas, peluim, labra, & quæcunque accommodantur agrotantibus, sub eo nomine comprehendisse credibile est. Restat adhuc absurdum in reliquis, quorum vnà fit mentio cum instrumentis. Forasse autem corpus nunc

Anunc dixit affectam partem: tempus verò id, quod ipsi adiungitur: nam, vbi manus curatio ad-mouetur, scire conuenit, quàm diu inceperit affectus, qui curandus est. Ipse enim cauit, ne tertio aut quarto die membra extenderentur, aut articuli reponerentur. Potest item / tempus / nunc dixisse, dum manu curatio fit. quandoquidem conari in quibusdam debemus manu quàm celerrimè vti, quum periculum maximum ex frigore iam sequatur, sicut in ijs, qui suuntur: celerrimè enim intolerabili doloreprehenduntur, qui manu curantur: in alijs autem, vt suffusionibus longiori tempore agenda res est, quum demissa acus diu contineri ea parte debeat qua non fluere, sed vehementer inlidere suffusionem volumus. At modus vitiorum originem nunc significare potest, quum ipse censeat cognoscendum esse medico, quomodo os fractum est, aut suo loco motum, sicut ipse etiam in libro de vulneribus capitis indicauit, quibus modis illata plaga fuerit, vbi ait / Vulneratur autem caluariæ os tot modis. & rursus / sunt que vnus cuiusque modi species fracturæ plures. / addit præterea / collidi etiam os potest, quamuis in suo statu seruetur, & colliso rima non accedat, atque hic est secundus modus. tum alium adijciens, inquit / tertius hic modus est. & rursus / quarus hic modus. Illud insuper à ratione videtur alienum, quòd locum iterum adscribat, quum supra dixerit / vbi / quo aduerbio locus significatur. Quare non nulli eam dictionem aliter exposuerunt, B simul que scripturam immutarunt, sic, ut pro / locus / iterum / vbi / legatur, hæc tamen scriptura libri expositores non latet, quam non ignorant plurimi eorum, quos experientia sustinent. Sed, vt res magis perspicua sit, eam repetam. habet autem sic / Agrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen, vbi, quomodo, quot, quibus, quomodo, quando, corpus, instrumenta, tempus, modus, locus. Volunt igitur, quando inquit primum / vbi / id simpliciter intelligendum, quum liceat id verbum referre ad agrotantis corpus & instrumenta, vocari que hic instrumenta credunt ea, quæ supra machinamenta dixerat: at quum secundo repetit / vbi / definisse laborantis corpus, & instrumenta idoneo loco collocanda. Sed, si prior scriptura, & superior expositio maneat, locus in fine totius orationis affectam corporis partem significabit. Consueuerunt enim medici tam locos dicere, quàm corporis partes: & à quibusdam confecta sunt integra volumina de locis affectis. Hactenus percussa sunt sola capita rerum, quæ tractari debent: docere verò proximis verbis ingreditur. quapropter ad ea adiungendum animum existimo. nam, si quid eorum non rectè intelligatur, in arte exercenda detrimento erit: ex ijs, quæ adhuc propòsita sunt, si quid non bene acceptum fuerit, non admodum officiet.

7C *Agens, siue sedeat, siue stet, commode, tum sui habita ratione, tum illius, qui curatur, ac luminis.*

Antea exposui illa ab Hippocrate recenseri, à quibus, per quæ, quibuscum, circa quæ chirurgia exerceatur. / A quibus ergo / intelligere debemus medicum & ministros: / per quæ / instrumenta: / quibuscum / lumen & locum: / circa quæ / corpus totum laborantis, & vitiatam partem: quæ & propòsitis verbis & sequentibus singula exequitur, qualia esse oporteat, non tamen eo ordine, quo enumerauerat, quandoquidem orsus fuerat ab agrotante, quod ab antiquis omnibus fieri solet, atque, vbi velis, sexcenta legas exempla apud omnes, quod autem pertinet ad hunc locum, satis erit, quod à Poeta secundo Iliados in enumeratione profertur:

Dic mihi Musa, virum quis maximus est, vel equorum,
Atridas pariter qui sunt in bella sequuti?
Primò enim propòsui viros, deinde equos, non tamen primò de viris respondit, sed inquit,
Prima Pheretidae debetur gloria equarum,
Quas auium in morem celeres Eumelus agebat
Æquales ætate, pares tergo que pilo que.
Monte in Pierio, quas enutritur Apollo.
D Insignes ambæ, & Martis terrore carentes.
Maximus at longè fuit Atax ille virorum.
Indignatus adhuc, dum nulla subibat Achilles
Prælia, nam pugnans omnes virtute præibat. Alibi rursus, cum dixisset,
Tristis erat gemitus toruo & iactantia vultu.
Subiecit prius satisfaciens illi, quod secundo loco propòsitum fuerat.
Cædentum, & dura miseri, qui morte peribant.

In septimo autem Iliados volens quasi de industria indicare, non esse habendam huiusmodi ordinis rationem, quum perpetua quinque tradidisset, primum de secundo tractauit, tum de quinto, post hæc de quarto, deinde de tertio, qui locus ab his versibus incipit:

Beotij hic, Iones, proluxa veste decori
Et Locrij & Phthij, & qui resplendebat Epeus.
Hæc de ordine orationis nunc semel dixisse sufficiat, ne quis alibi de huiusmodi re cupiat audire. Quæ igitur ad agentem attinent, id est ad chirurgum, clara sunt omnibus, qui ad ea volent animum

animum aduertere. Ostendit enim agentem, siue sedeat, siue stet, dum manum adhibet, commodè figurandum esse, tum quod ad se ipsum pertinet, tum quod ad ægotantem & lumen. Quod consilium quum perpetuum statuerit in singulis, quæ dicta sunt, commodam deinceps collocandi rationem demonstrat orfus à lumine, quod postremum positum fuerat.

8 *Luminis quidem duæ species, una communis, altera artificiosa. Communis non est in nostra potestate. Quæ arte comparatur, sita est in nobis.*

Speciem dixit εἶδος, quod uocabulum nunc semel intelligens ubique in memoria habeto. Maiores enim græcè soliti sunt appellare, & διαφορὰς, & εἶδη, & πρόπαις, partes, quæ generi subijciuntur. Dixit igitur nunc Hippocrates luminis esse duas species, quasi differentias duas & modos dixerit. Est autem commune lumen, quo omnes homines utuntur, sub dio potissimum, deinde in amplissimis ædibus, quibus patientiores fores sunt, ac luminis plenæ, quales nunc habitant in multis ciuitatibus, qui medicinalem artem exercent, quas à medico ducto uocabulo medicinas appellant: artificiosum lumen maxime fit, ubi lucernas, faces, lampadas, aut tale quid accendimus, deinde, quum totas fenestras, aut earum partem patefacimus, seu alias claudimus, alias aperimus, quod æquè in foribus accipiendum est.

9 *Quarum utriusque duplex usus lumine aduerso, aut auerso.*

Duplicem proponit usum utriusque speciei luminis, & communis, & eius quod arte comparatur, aduersi scilicet, aut auersi. aduersum nominans πρὸς ἀντὶ, ubi scilicet id, quod à chirurgo curatur, aut inspicitur, ad lumen spectat: auersum uero ὑπὲρ ἀντὶ, ubi à lumine paulum declinat, quod in suffusione fit, & uno nomine in omnibus utriusque oculorum, quorum affectus neque bene cognosci, nec curari queunt, ubi homo ex aduerso luminis collocetur, atque idcirco fugiendum est aduersum lumen: auersum autem ita, si oportet, ut is, cuius oculi à chirurgo tractantur, uel à lumine auertatur, uel ad ipsum spectet obliquus. Loquor autem nunc de ipsius oculis, non de palpebris, si quidem hæc tractari possunt, & si homo aduerso lumine collocetur, sicuti quando aquosa uelica extrahitur, uel pili laqueo excipiuntur, aut futura palpebris iniicitur, aut denique ubi medicus diductis palpebris non eget. Igitur, si lippiens aliquis uehementer exulceretur, uel id morbi experiatur, sub quo figura in oculo fit acino similis, auerti ex toto à lumine debet per omne tempus, nisi quando medicus oculis remedia adhibet, cum eorum pars, quæ læsa est, sine lumine subijci curantis conspectui non possit. id quod etiam accidet, si in oculo excidere uinguem uelit, suffusionem deducere, uel manu tale quid præstare, sed obliquus ad lumen spectare debet, cui manus iniicitur, ita, ut nec lumen pupillam feriat, nec medicus prohibeatur arte, hoc est aspectu earum partium, quibus medetur. Græcè autem aperte dicitur, qui auersus à lumine est, non πρὸς ἀντὶ, non ὑπὲρ ἀντὶ, sed potius ἀπὸ τῆς ἀντὶ, aut λόγος πρὸς ἀντὶ: Hippocrates tamen usurpare ὑπὲρ ἀντὶ, ma-
luit, quam ἀπὸ ἀντὶ.

10 *Auersi quidem luminis exiguus usus, & euidentis moderatio.*

Hoc supra demonstratum est, nulla enim pars exceptis oculis in eiusmodi lumine manus curationem desiderat. sed quoniam (sicut diximus) nullo pacto adiuuari manus potest, ubi æger ex toto auersus est à lumine, præcipit, ut inter aduersum lumen, & auersum figuretur. at non propterea æquè in omnibus morbis à lumine auertendus est, sed quatenus res ipsa cogit. nam, si exulceratio est, aut pus subest, aut in oculo figura similis acino fit, aut ingens inflammatio, seu acris materiae cursus oculum exercet, lumen uel modicum infestissimum est, sic, ut momento, materiae cursum excitet, & dolorem moueat: leuiorem offensam sub lumine sentiunt, quibus curatur suffusio, uinguis, H uel tuberculum in angulo, quod parum palpebras diduci patitur. iam uero qua moderatione auertendus homo sit à lumine, facile comperies, si in hæc duo incumbas, ut & chirurgus id, quod agit, in oculo aperte uideat, & ægotans non magno pere affligatur. quod si uirumque contrarie figurari hominem hortetur, ei, quod magis uiget, insistito: si neutrum superare iudicaueris, hominem prorsus medium collocato inter lumen aduersum, atque auersum. Nos sanè tibi uiam indicauimus: hac usus inuenies, qua moderatione æger à lumine sit, auertendus. Hippocrates uero ita loquitur existimans omnibus euidentem futuram, si qui inuenire ipsam studeant. nō enim rudès docuit, quemadmodum nos inuenire, sed admodum in disciplinis affuectos, sic, ut ex eorum, quæ supra ostensa sunt, consequutione, talia per se nullo negotio assequantur.

11 *Quod uero ad aduersum attinet, ex luminibus, quæ dantur, conferunt que, conuertit ad illustrissimum oportet, cui manus adhibetur.*

Ut planè conspicari chirurgus possit, quicquid in corpore ægotantis molitur, in omni corporis

Ac corporis parte, oculis exceptis, eligere locum debet maxime lucidum. Est autem maxime lucidum sub dio in Sole, ubi nihil officit eius luci. sed talis locus interdum nullus est in ædibus ægotantis: sapius est quidem, collocare tamen ibi hominem nō expedit, hyeme propter frigus, estate propter ardorem. utriusque enim sua noxa est. adde, quod cauere perflatum oportet, cuius causa sæpe non modo idoneo aeri hominem non committimus, sed cauemus, ne prope portas & fenestras ducatur, si uehementior perflatus accedat. Vitamus autem ut quum maxime perflatum, ubi ueremur, ne quid neruosum patiat, sicuti rursus Solem in ijs, quæ putrescunt, ut potè quibus periculis subest, ne sanguis erumpat. Rectè igitur adiecit / ex luminibus, quæ dantur, conferunt que. / non enim simpliciter ex luminibus, quæ dantur, eligendum est maxime lucidum: sed intueri etiam oportet an illustrissimum sit, ex ijs, quæ conferunt.

12 *Nisi ubi quidpiam, aut latere oportet, aut conspici non decet.*

Sententiam suam his uerbis auctor minus euidenter expressit, ita, ut partes, quæ tractantur, non videantur in aduerso lumine collocandæ, quando cunque aut latere quidpiam oportet, aut conspici non decet: at longè aliter sentit, idcirco subijcit.

13 *In quo casu id, quod manu curatur, ad lumen conuertendum: Chirurgus autem ad id, quod curatur, cum eo ne lumini officiat.*

Debit enim ipse totam sententiam aperire hoc modo, quod uero ad aduersum attinet ex luminibus, quæ dantur, conferunt que, conuertit ad illustrissimum oportet, cui manus admouetur, non tamen purum ac sine ullis tenebris lumen seruare: sed, ubi latere quidpiam oportet, uel conspici nō decet, se ipsum ita collocare, ut partes, quæ curantur, sibi conspicuæ sint, cum cæteros omnes lateat. Vniuersa igitur orationis sententia sic habet. Roget fortasse quis causam, quam obrem medicus uelit assistentes celare. an quia docere magisterium chirurgiæ aliquos ex præsentibus nolet, tanquam indignos, qui id percipiant: quin & ab ægotantium necessarijs est etiam cauendum, quod non ferant id incidi, quod necessarium est corporibus, quæ eiusmodi manus operam requirunt. indignantur enim, & chirurgo quasi carnifici succensent. Quid quod res sæpe numero cogit, uel putrem testem abscindi ex toto, uel neruum transuersum secari, ne homo neruorum distentione prechenderetur? Quidam uero idioræ, nec uidere multitudinem puris sustinent: alij ne suppurantem quidem locum planè aperiri à medico permittunt, in quo casu medici propositum est, ut his minime aduertentibus abunde affectum locum fecerit, & pus uniuersum effundat. id quod & ob laborantis timorem nobis interdum accidit: non nulli siquidem ita manus curationem pertimescunt, ut exanimantur metu ipso tormenti, priusquam incidantur. in quo casu medicus dicere probabiliter debet, quantum spectat ad manum adhibendam, postero die se consideraturum, nunc se nolle manum iniicere, sed perfundere aqua, uel spongijs fouere, ut locum cataplasmati aut medicamento idoneum reddat, atque interim tumidum hominem nec opinantem secare. Hæc quidem medicus assistentes celat, ut ipsos aspectu prohibeat: Alia uero ob laborantis pudorem, ubi graui animo fert uideri à multis, quo uitio in ano uel obscœnis partibus affligatur. has enim partes inuitissimus quisque alteri ostendit: scœminæ uero clunes, pectus, uentrem, atque adeo magis pubem. Porro autem quiddam Hippocratem reprehendens, hæc ait ab ipso ridiculè apposita, nam, qui has partes celari uolunt, quæ manu curantur, his in procliu est omnes eijcere foras, & medico duntaxat, aut uni cuiuspiam, uel alteri ex ijs, qui adsumt maxima familiaritate coniuncti, rem committere. Verum qui hæc profert, ignorare uidetur complures, quos æquè pudet prohibere præsentem aspectu, & missos facere, atque suos affectus conspici. Fit etiam sæpe, ut, & si iussi fuerint discedere, curiosi quidam aut non nulli ex familiaribus atque amicis solliciti studio cognoscendi quæ ad ægrum spectant, remaneant impudenter. Per huiusmodi ergo occasionem, inecat medicus gratiam apud ægros, quæ nihil obest, polliceatur que ipsis seorsum nullo audiente, se manum ita adhibiturum, ut multos lateat. potest enim (ut dixi) dum uel aquam perfundit, uel spongijs fouet, quasi non dum sit manum admoturus, momento effectum perficere, ijs, qui uidere cupiunt, aliam rem agentibus. Verum huiusmodi quæstiones præter medicinæ præcepta sunt, quæ nos eorum, quæ dicta sunt, consequutione impulsæ, & contradicentium importunitate, commemorauimus. Sed proximum est, ut ad sequentia transeamus.

14 *Hæc enim uia, qui agit, uidet quod tractatur, conspectui non subijcitur.*

Hic quoque, perfecta oratio huiusmodi est: / Hæc enim oratione, qui agit, partem cernit, quæ manu curatur, ea que ipsa cerni ab alijs non potest. / neque enim, quod parti accidit, quæ curatur, utrumque

utrumque ad medicum refertur, nempe, ut oculis exposita sit, & lateat.

- 15 *Verum sui habita ratione, dum sedet, Pedes habeat à regione genuum deorsum ad rectam lineam, quod ad intervallum spectat, non magnopere inter se coniunctos: Genua vero, paulo supra inguinum regionem, diducta sic, ut cubiti insidere illis possint, & utrinque dari ad latera.*

Postquam modum expressit, quo Chirurgus respectu luminis debeat figurari, ad habitum venit, quo sui ipsius habita ratione commodè collocetur, supra enim inquiens / Agens, siue sedeat, siue stet, commodè, tum sui habita ratione, tum illius, qui curatur ac luminis: deinde primò exequutus, quod postremum positum fuerat, & necessariò simul mentione facta moderationis, quæ collocari debeat, ratione eius, qui manu curatur: iam docet, quo pacto se ipsum intuitus debeat commodè figurari. commodè autem respectu habito ad se ipsum collocari nihil potest, quod simplex sit, & quasi articulis distinctum: sed, si partes consideres, variè potest aliàs alio modo figurari, sic que interdum etiam commodè collocari. Ergo, si quis seu consistat, seu stet, crura plurimum inter se diducat, erit eorum habitus à moderatione alienus, perinde, ac si ex toto hæc committat, efficiat quæ ut se contingant, vel alterum alteri superimponat, atque adeò, si in longitudinem crus totum extenderit, vel si pedem non statuat à regione genu, sed versus partem posteriorem, multum à recta linea declinantem. Meritò igitur Hippocrates docens quæ moderatione, sedens chirurgus sui habita ratione, utatur in singulis partibus collocandis, præcipit, ut pedes à regione genuum contineat. Sed, cum à regione accipi bifariam possit, modò in his, qui membrum in longitudinem extendunt, modò in his, qui ipsum recta deorsum continent, sicut, ubi stamus, iure deorsum ad rectam lineam addidit, ut semper autem consuevit, situm à regione appellat. Labet igitur pedes modicè inter se diduci, genua quæ paulo inguinum altitudinem excedere, eo consilio ubique, ut decorè figuretur, ut paratus ad opera sit, ut sic stabilis sedeat, ne labet. quare genua & femora tota usque ad inguina, eatenus inter se diduci iussit, ut decore, ut tuto sine curationis impedimento, cubitis & aliqua brachiorum parte modò femoribus insidat, modò utrinque porrectis utatur, quam rem his verbis expressit: *ἵσται* significavit femoribus insidere: verbo *παραθεσσει* dari utrinque ad latera.

- 16 *Vestis succincta, distincta, aequè, similiter, in cubitis atque humeris.*

Succinctam dixit pro collecta, ut neque fluat, neque medicum strangulet: verbum / distincta / ad vestem refertur, cuius nullam partem voluit duplicari: Quod postremis verbis adiungitur / aequè, similiter in cubitis atque humeris / ambiguum est: aut enim / aequè / & / similiter / utriusque brachij & cubitum & humerum veste velandum existimat, ita, ut brachia inter se conferantur, quod Græcorum plerique *συνπνεύου* dicunt: aut cubitos cum humeris comparat, volens cubitos aequè & similiter, ut humeros, in utroque brachio circumdari. Constat autem noluisse vestem supra cubitos terminari, cum eos nudari turpe sit, non solum medico, qui artem adeò honestam exercet, sed & forentes causas publicè agentibus, quos pudere manifestum est athletarum more supra cubitos vestem rejicere: sed & huiusmodi genus amictus expelli alioquin debet, ut potè sub quo non modò ad cubitum, sed ad totum brachium, frigus aspires, non tamen ostendit, quatenus ultra cubitum velari brachium debeat, an id omisit, quia manifestum erat, & inueniri à nobis omnibus facile poterat: quum in qualibet opera, non magno negotio conjiciatur, quatenus ultra cubitum tegendum veste brachium sit, si in decus & propolite manus curationis vsu hic quoque incumbamus. Verum, quod paulo supra, ubi latere quid oportet, contraria consilia esse proposui, nempe obscuro aere opus esse, ne quod curatur, oculis patere possit: clarò lumine, ut id chirurgico còspicuum sit: illud autem sequendum esse, quod superat, ac si utrinque idem posse videatur, medium prorsus accipiendum: idem hic faciendum est, & ubique consilia contrarias res hortantur, medium siquidem inter utrinque semper est eligendum: si alterum superabit, ad illud vergendum. Quod igitur ad manus curationem pertinet, ipsa per se nudari totum brachium exigit: contra, decus velari totum, quamobrem deligi semper utriusque medium conuenit, atque in id, quod vrget, inclinari.

- 17 *At ratione habita partis, quæ tractatur, quod pertinet ad longe vel prope, ad supra vel infra, ad hinc vel hinc, ad medium. Quod quidem ad prope vel longe, termini sunt cubiti, qui in priorem partem ultra genu, in posteriorem ultra latera ferri minime debent. Quod ad supra & infra, non superius quam usque manus ad mammas perueniant: non inferius quam ut pectore super genua incumbente, manus cum humeris ad rectum angulum figurentur. Quo quidem in medio sunt, ita se habent: sed, quod ad hinc vel hinc, porrigatur corpus, & huius illa pars, quæ agit, quatenus inclinari conuenit, modò sede non excedat.*

Cum medico imperauerit, ut tum sui habita ratione, tum illius qui curatur, ac luminis, commodè

A commodè vel sederet, vel staret, & primò commodam pro vnoquoque horum trium sessionem aggressus fuerit, orsus à lumine, deinde ad sessionem medico idoneam transiens, hanc ipsam expoluerit, venit ad tertium, quod restat, sedendi moderationem ostendens, quantum spectat ad eum, qui manu curatur. neque enim sedere chirurgum maximè prope hominem conuenit, ne loci angustia manus ab agendo prohibeantur, neque ita recedere, ut vix ad illum perueniant. hic igitur terminos quosdam constituit, quos chirurgus in priorem aut posteriorem partem excedere non debet. illud autem obliuisci non oportet, quod primò sedentis mentionem facit. Chirurgum igitur iubet adeò recedere ab ægotante, ut cubiti nec in priorem partem quam genua, nec in posteriorem quam latera porrigantur. hos itaque fines statuit intervalli, quod ad priorem & posteriorem partem refertur, id quod in longitudinem appellatur: in reliquis verò duobus, vno in latitudinem, altero in altitudinem, siue profunditatem (vtrouque enim vocabulo dicitur) altitudinis eum finem chirurgus posuit, ne superius quam sit mammarum situs, manus porrigat, nec inferius quam ut pectore super genua incumbente ad rectum angulum cum humeris figuretur, quem habitum *ἕγχιον* appellat: hic autem medius est, inter vltimum cubiti flexum ultra quem flecti, & vltimam porrectionem ultra quam extendi brachium non potest: latitudinem, quæ ad utrumque latus pertinet

B dextrum scilicet & sinistrum, eo finit, ut eatenus inclinari vtile sit, dum sedes non moueatur, hoc est illa partes corporis, quibus sedemus, sedili que innituntur. Scripsit quidem terminos perpetuos non eodem tempore, quia non licuit, quando egit de longitudinis intervallò, latitudinem aut altitudinem docere, sicut nec ubi de altera, reliquas duas, vult autem (ut arbitror) medicum ipsum animo hæc, quæ commemorauit, omnia quocunque tempore persequi. quum, quicquid agatur, omnia simul vsui sint. Sed, quum medius quidam sit sessionis habitus, ubi medicus nihil intuetur, nihil agit, in eo figurari decorum magis atque honestum est, quasi pingi debeat eius imago, aut fingi. At, quum ad chirurgiam venit, mouere manus debet interdum in priorem & superiorem partem simul, tum in sinistram priorem ac superiorem: rursus ab eo habitu in posteriorem partem, vel vtramque manum, vel alteram tantum adducere: sic & in inferiorem interdum & rursus in superiorem, aut in dextram vel sinistram, intervallis enim inter se coniunctis, variè status mutantur. commune est omnium sessionem tueri, quam non nulli relinquunt ex intervallorum termino excedentes. nam, si pars, quæ tractatur, adeò sublimis sit, ut medicus manus ferat super mammas, cogetur interdum sublimior à sede leuari, ut quasi confurgens, neque sedeat, neque stet, sed litus sit in medio utriusque, neque hæreat. at si plurimum in dextram vel sinistram partem inclinat, ob id sedili mouebitur, C ita, ut periculum sit, ne de eo cadat. quid attinet dicere, si & in priorem vel posteriorem partem conuertatur idem ipsi in vtrâque euenturum esse? Tantum, ubi in inferiorem partem inclinat, præterquam quod indecorè sedebit, lumini etiam officiet.

- 18 *Stantem verò oportet pariter ambobus pedibus bene insistere, sed agere altero insistentem, at non eius parvis cuius manus agit: Tum genu inguinis altitudinem æquare, perinde atque ubi sedet: In cæteris seruare eosdem fines.*

Quum sessionem absoluerit, ad standi rationem venit, eadem prorsus iubens obseruare stantem, quæ sedenti supra imperauit, excepto quòd id, cui pedes insistant, non debet aequalem utrumque pedem sustinere. alterum enim vult sublimiorem haberi, qui tamen non sit à regione manus agentis: in quo statu perseverandum esse, quoad manus opera vitur, modò pars, quæ curatur, neque erectior sit, neque multum in longitudinem aut latitudinem recedat, nulli dubium est, qui eorum, quæ dicta sunt, meminerit. pars enim, quæ adeò sublimis sit, ut medicus cogatur super suarum mammarum regionem manus admouere, illum plus iusto sursum trahendo, loco dimouebit: eundem loco excedere similiter coget, si longè rursus adeo distet, ut in priorem partem ferri necessè sit. Quoniã verò alterum pedem voluit rei cuius inharere, hic quoque altitudinis modum declarauit, præcipiens genu eodem modo ad inguinis altitudinem figurari, quo in sedentibus dixit. ibi enim ait genua habenda esse paulo supra inguinum regionem, quando quidem huiusmodi sessio stabilis maximè est, & ad agendum honestissima, atque expeditissima. Sed nunc alterum genu tantum vult haberi sublimius ad inguen spectando: ibi multitudinis numero genua posuit, quum vitrumque crus aequè altum contineretur.

- 19 *Ægotans autem cæteris corporis partibus Chirurgico subseruiat, stans, sedens, aut cubans, sic, ut in eo habitu facillimè perseueret, obseruans fluxum, statum, inclinationem ad latera, inclinationem deorsum, ita, ut conuenientem habitum, spectent que affecta partis tueatur, in porrectione, in tractatione, in habitu, quo contineri postea debet.*

Non immeritò expositores huius libri variè hunc locum explanarunt, nam & quatuor vocabulorum

bulorum obscuritas ὑπορρύσεως (inquam) quo ipse fluxum indicauit; ὑπορρύσεως, quo statum, & ἐκτρέψεως, quo inclinationem ad latera, & καταντίως, quo inclinationem deorsum: & quod pauca significare multa voluerit, in causa fuerunt, ut de propositis diffiderent: quippe qui auctoris sententiam ut pote obscuram opinione & coniectura magis, quam scientia persequunt in varias diffensiones incurrerunt. Equidem, quod in huius generis omnibus facere consueui, nunc quoque conabor, omissis enim, quae minime sunt probabilia, referam, quae mihi non sine ratione excogitata esse videbuntur, simulque, quid ipse in hac sententia, explicabo, initium verò faciam ab obscurorum nominum enodatione. siquidem simplex composito prius est, & saepe simplicium compositio facit obscuritatem, quamuis ipsa plana sint: id quod videre licet in propositis verbis. Namque ὑπορρύσειν quidam in humoribus acceperunt, atque hi bipertiti sunt: non nulli referunt ad eos, qui extrinsecus infunduntur: alij ad eos, qui ex corpore fluunt. Sed & horum quidam loqui Hippocratem aiunt de ijs, qui educuntur, dum manus curatio adhibetur: quidam postquam adhibita est, Eadem dissensio est de vocabulo ὑπορρύσεως. nam, cum status humorum fluxui aduersetur, iure de hoc quoque controuersia est. Alter expositorum grex non de humoribus, sed de solidis corporis partibus vocabulum ὑπορρύσεως & ὑπορρύσεως dictum existimat, volens ὑπορρύσειν significare erectiorem situm, vel partis, quae tractatur, vel corporis vniuersi: ὑπορρύσειν verò inclinationem deorsum, perinde quasi καταντίσειν dixisset. vtriusque enim in hanc sententiam vocabulum καταρρύσειν in prognosticis, vbi inquit, || Id verò grauius est, si se ipsum aeger continere non valens in lecto, subinde ad pedes delabitur, vbi delabitur dixit καταρρύσειν. Cum hac expositione faciunt vocabula, ἐκτρέψεως & καταντίως, quae superioribus proxime subiecit. namque inclinationem ad latera ἐκτρέψειν appellauit, siue totius corporis sit, siue partis quae curatur. καταντίων verò dicunt accipi proprie in membris, non secus atque ὑπορρύσειν in toto corpore. vbi enim corpus vniuersum in eadem sede continetur crure aut brachio immobili, & deorsum delabitur, eiusmodi situm aiunt καταρρύσειν appellari. quae ipsa per se vera dicitur, quamuis sibi non satis in vniuersa oratione consistat. Aliter enim omnes iterum inter se discrepant, quod eum habitum, qui quatuor verbis, nempe statu, fluxu, inclinatione ad latera, inclinatione ad inferiora significatur, alij seruandum esse, alij cauendum agris, velle Hippocratem arbitrantur. Nihil autem interest, quod attinet ad totius orationis sententiam, triplicem scripturam esse vocabuli ἐκτρέψεως, cum non nulli secundam eius syllabam per τρι scribant, non nulli σ quoque primo adiciant ἐκτρέψειν scribentes, alij & ἐκτρέψειν per τρι, nos enim supra vnam duntaxat adscripsimus. Proposita igitur vocabula manifesta sunt, a verbo enim ἐκτρέψειν ducitur ἐκτρέψει, a verbo ἐκτρέψειν σ δει ἐκτρέψει, quum scriptura nihil aliud velit, quam ut hac ab aegrotantibus obseruentur, videtur autem omnes, qui hunc locum explanarunt, auctoris sententiam perspexisse ex parte: totam tamen ad vnguem comprehendere minime potuisse. si quis enim animaduertat, quod postremo additur, in porrectione, in tractatione, in habitu, quo contineri postea debet, / omnes verum dixisse videbuntur. quum tribus temporibus aliter alia sint aegrotantibus profutura, scilicet in porrigendo, in manu adhibenda, in continendo post curationem. non tamen poterunt omnia coniungere, quod liquido constabit, si haec tria tempora discernantur. Primum est, cum aegri se ipsos medicis tradunt, ut vitium bene cognoscatur, quod ἐκτρέψει, id est, in porrectione dixit: alterum deinde, quum medicus circa vitiatam partem aliquid agit, quod vocauit χερρριμον, id est tractationem: tertium, quod dixit ἐκτρέψει, id est, in habitu, quo contineri postea debet: tunc enim ad id consilium dirigitur, ut homo affectam partem eodem modo contineat figuratam. Deduxit ergo vocabulum habitus, eo quod se habeat in eodem. In omnibus autem tribus temporibus, quoddam commune est omnium, quoddam proprium singulorum, commune est seruare vitiatam partem immobilem in sua figura, quod requiritur dictum est, nisi medicus aliquo modo mouere ipsam tentauerit: inde ad perfectam curationem singulorum proprius est usus, in porrectione, ut medicus exquisitè, quid curaturus sit, intelligat, in manu ad mouenda, ut, vbi ossa fracta sunt in diuersa extendat, rectè componat, atque deuinciat: vbi prolapsa, in diuersa extendat, reponat, vitiatam partem idoneo vinculo complectatur: vbi scalpellum adhibet, ut pus vel saniem effundat, vel quod putre alicubi est, excidat, aut candenti ferramento adurat. His igitur utilis est humorum fluxus, ac status, ille, si excitetur; excerni si quidem oportet humores a natura alienos: hic, si euiteatur, quum subsistere intus noxium humorem non expediat, sed interdum subsistere commodum est, sicut vbi in magna suppuratione subito excerni pus, aut humorem aquosum volumus. Multo autem magis in membris, quae tractantur, dum manus adhibetur (ut diximus) obseruari statum ac fluxum conuenit: similiter & in solidis partibus animalis obseruari, quae dicta sunt, a laborantibus debent, ut eadem ratione fiant per tria tempora, nimirum porrectionis, tractationis, & eius habitus, quo contineri postea conuenit. Pars enim, si dum inciditur, nimis porrigatur, chirurgum coget alieno loco secare, ac nec modum aliquando, nec quae seruanda sunt, tueri, propterea quod aeger anteueniat

1. Prog. 15. 4.
193. f

Anteueniat scalpellum atque anteuertat: si retrahatur, efficiet, ut curatio minus absolatur, & a medico interdum dimidia, interdum quoque minor, relinquatur: quod accidet aegrotantibus, interdum etiā deligatis, ut, vbi, dum ad ventrem manu curant, aut se attollunt ad spinam, aut conuertuntur in latus: quod significauit, quum dixit / in latera inclinationem / . alij autem nihil tale moluntur, sed musculos vehementer intendunt: atque hanc ipsam mutationem mihi videtur indicasse, quum ait, ἐ δει, id est conuenientem, vbi inquit, / ita, ut conuenientem figuram, speciemque affectae partis tueatur. Cuiuslibet autem in aperto est, quod malum afferat aeger, vbi oculus perforatur, si habitum speciemque non seruet, aut transturet vel intenda, ita, ut facies sanguine suffundatur, aequè etiam exquisitam manus curatione corrumpit, si medico caluariae os excidente, paulum caput attollat, aut demittat, vel in latus inclinet: id quod et euenit, si se vehementer extendat, moto enim habitu mouetur quoque situs partis, quae curatur. Efficiunt autem intentiones in alijs quidem partibus, ut sanguis erumpat: in musculis non solum haec ratione nocent, sed & partem interdum sublimiorem praestant, interdum humiliorem. vbi enim subiectum os est, musculus attollitur: vbi inane spacium, contrahitur ac deprimatur, sicut euenit in sede, quae inter costas est, & in ea, quae iuxta ventrem.

20 B Vngues, neque longiores, neque breuiores sint, digitorum summitatibus. In exercendo vtendum digitis quidem summis, plerumque indice cum pollice: tota autem manu prona, ambabus verò aduersis.

Quum de aegrotante egerit, quatenus illi cum caeteris communitas est, iterum his verbis ad chirurgum reuertitur, indicans quanti esse vngues debeant, & quales digiti, tum qua ratione illis vti oporteat. Vngues igitur ad summorum digitorum opera, quae propria digitorum sunt, neque ipsos exuperare, neque exuperari, optimum esse vberius in primo de vsu partium explicauimus, vbi totam manus naturam ostendimus: quod ad hunc locum attinet, satis erit verba duntaxat exponere. Duplex autem scriptura, quum sit, vtramque explanabo. Altera huiusmodi est, / vngues neque longiores neque breuiores sint digitorum summitatibus / : exigua siquidem corpuscula, quae summis digitis capiuntur, & ad quae summorum digitorum opera egemus, hac ratione facillius legentur. deinde ab altero capite exorditur / in exercendo vtendum digitis quidem summis, plerumque indice cum pollice / sic, ut prioribus verbis magnitudinem vnguium digitorum complectatur, sed his digitorum usum. Altera verò sic habet, / vngues, neque longiores, neque breuiores sint / . dehinc alterum principium est, / digitorum summitatibus in exercendo vtendum / vocabulo / summitatibus / sexti casus posito, ut vniuersa sententia sit huiusmodi: Vngues neque excedant oportet digitorum longitudinem, neque exuperentur ab hac, sed prorsus ipsam aequent, si quidem eorum summitatibus vtimur. Videbitur hoc falsum, nisi, ut congruum est, accipiatur. Nonnulla quidem opera totis manibus praestamus: brachium, femur, crus, aut aliud quid huiusmodi vtraque manu prehendentem, in diuersa ducimus, intendimusque, in quibus operibus digiti agunt tanquam particulae manuum, perinde atque prominentiores palmae partes, & alia particulae: at vbi in oculum demittimus acum, vel superiorem inferioremve palpebram, aut oculi vnguem incidimus, tunc digitis vtimur, ut digitis, non ut particulis manus: similiter, vbi scalpello, vel quoquam alio tali quid agimus, in omnibus igitur digitorum actionibus summis ipsis vtimur, ac propterea dixi rectè scriptum esse digitorum summitatibus vtendum. Deinde ab altero capite incipit, / digitis quidem summis plerumque indice cum pollice / vna oratione declarans plerasque musculorum actiones fieri, vbi index pollicis (quem ἀν τριχειρα vocant) e regione occurrit, sic videlicet, ut quod comprehendendum est, summis ipsis vtrisque capiatur: tunc enim duntaxat propositis digitis vtimur, quum, & si tribus digitis aliquid comprehendatur, ut, vbi specillo illinimus, aut acum demittimus in oculum, maximam partem operae duo illi praestant, aliquid etiam confert & medius. Sed tota manu prona vtitur chirurgicus, eius linu id prehensens, quod curatur. Digiti quidem affecti abunde altera manu extenduntur, componunturque: at non abunde brachium, femur & crus, sed exigunt huiusmodi partes ambas manus ex aduerso concurrentes, ut membrum vniuersum in orbem complectantur. Insuper manu prona opus est, vbi cucurbitulam defigimus, & vbi paruum, quo adurimus, ferramentum comprimimus, & spongia imponimus: sed & in multis medicinae operibus, quae fortasse euidentiora sunt, quam ut necessaria sint, quae proposuimus: cuiuslibet enim per se venire in mentem potest omnium actionum, & digitorum, & manuum, quas partim vtraque manu, partim altera tantum, partim solis digitis molimur.

21 Optima autem digitorum structura est, vbi ipsis magnum spacium interiectum est, & e regione pollex cum indice concurrat.

Non enim fieri aliter posset, ut in agendo e regione pollex cum indice concurreret, nisi spacium esset inter eos latius, quod & in alijs digitis commodissimum est, ut, vbi vastius quidpiam oporteat vndique in orbem comprehendere, plurimum inter se distantes id praestare valeant.

22 Nervus, quo & laduntur, quibus a primo natali die, vel in educatione, affuenit pollex sub alijs contineri, patet.

Cum

Cum eadem sit vtriusque scripturae sententia, duae enim reperiuntur ad eam, quae dilucidior est, E primò aggregat. Arbitrantur non nulli, qui rationem ignorant, referendum hoc esse ad consuetudinem eorum, qui solent pollicem sub alijs digitis tenere: quo fit, vt laboris expers paruus sit, & interuallum inter ipsum & indicem minimè augeatur: quae res in morbum manus, quod perinde est, ac si noxam dixerit, terminatur. Placet alijs referri rem ad morbum, oriri verò hunc, vel pollice sua sede excedente, vel loco, qui inter pollicem & indicem est, exulcerato, & in curatione dura cicatrice inducta, ita vt musculus, qui inter eos est, induratus, vel quopiam vitio tabescens alimento incremento q̄ prohibeatur, interdum etiam carne inter digitos, q̄ valde putruerit, absumpta, ac dura postmodum cicatrice inducta, interuallum angustum inter pollicem & indicem redditur, & ipsi inter se, quasi vincuntur, ac praecipue, vbi locus (vt dixi) duram accepit cicatricem. Quin & huiusmodi vitia in pueris negligi plerunq̄ verisimile fit: eos verò, qui firma aetate sunt, iussos à medicis mollire pollicem, mouere que, interuallum, quod inter ipsos est, alimento idoneum reddere. adde, quod ipsi totum corpus increuit, & si quid laedatur, ali duntaxat desinit: at infantibus, vbi primò crescunt, cum morbo ipso opprimuntur, praeter id vitium, q̄ digitos non moueant, affectae partes non augentur, & propterea, quod inter digitos est, interuallum contrahitur. Quibusdam hoc inquit euenire: alijs verò ob cicatricem duram, & aliquod eius loci, quod in medio est, vitium durum. quare quasi aliquo vinculo continetur, hoc est, prohibetur pollex ab alijs diduci: sic enim accipiunt aliqui verbum / contineri / & si his illud maxime aduersetur, quod iuxta hanc expositionem non debuit Hippocrates / sub alijs / dicere ὑπὸ τῶν ἄλλων, quod causam, sed ἀπὸ τῶν ἄλλων, quod loci interuallum significat, cum mala, quae inter ipsos incidunt, interuallum contrahant, atque alligent. De his igitur, vt tibi videbitur, iudicabis, eligens, quod maxime probabile sit: verba enim ita obscura diuinationem magis exigunt, quam sapientiam: nos autem ad antiquam scripturam reuertemur, quam Aesclepiades fortasse vitiatam suspicatus integram hoc modo habere conficit. / Morbus, quo & laeduntur, quibus à primo natali die, vel in educatione affuevit / & quae sequuntur, fortasse autem haec fuit germana Hippocratis scriptura. Putaui Heraclides Tarentinus intelligendos esse affectus, vt perfecta oratio tota sic scribatur / morbus à quo, & laedens affectus, quibus à primo natali die, vel in educatione /, & quae sequuntur.

23 *Agens vti vtraque manu ad omne opus debet, & ambabus simul, siquidem ambae similes sunt, id spectans, vt rectè, vt decorè, vt celeriter, vt iocundè, vt eleganter, vt promptè.*

Præstari quoduis iubet vtriusque manus auxilio: id enim ad celeriter ac decorè agendum maxime accommodatur. Posset quidem medicus tentare dextra, vbi dexter hominis oculus curatur, acum dimittere, vel excidere vnguem, vel aliud quid tale, & idcirco adducit / id spectans vt rectè, vt decorè, vt celeriter, vt iocundè, vt eleganter, vt promptè / quoniam hac consequemur, si, qua ratione proposuit, exerceamur. quale autem vnumquodque esse debeat, mox indicat. Quod verò ad hunc locum attinet, illud meminisse conuenit, quod omnium, quae hic habentur, caput est / quomodo / : id vnum ex illis est, quae prima diuisione comprehenduntur. Illud etiam obliuisci non oportet, quod manus similes appellauit, quanquam specie non distant.

24 *Machinamenta autem, quando, et quomodo, exponentur: vbi oportet, ne operam impediunt, ne ue longius distent, quam vt prehendi possint, sed collocentur iuxta eam corporis partem, qua tractatur: quod si ab altero praebentur, is paulo ante paratus sit, exequatur autem, vbi imperaueris.*

Non solum spatham habentem in summo capitulum rotundum, cauumque, & scamnum, cui ab utraque parte axes sunt, & alia, quae machinationum structura continentur, sed & quae communi nomine ἄρμια id est instrumenta, vocantur, venire sub ὀργάνων, id est machinamentorum, appellationem plane hic ostendit, quum inquit / quam vt prehendi possint /, deinde / quod si ab altero praebentur / : namque haec, dum manum adhibemus, & nos ipsi prehendemus, & ab alijs accipimus.

25 *Iam verò assistentes, id, quod curatur, eo modo praebere debet, quo traditum fuerit: reliquum verò corpus continere sic, vt immobile praesent: item habere silentium, & ei, qui praest, auscultare.*

Clariora haec verba sunt, quam vt explanationem desiderent.

ARGUMENTVM SECVNDI LIBRI

Ab affectarum Partium ac ipsarum affectionum natura communia Praecepta de recta Deligandi ratione traduntur.

Galeni

GALENI IN HIPPOCRATEM DE OFFICINA MEDICI COMMENTARIVS SECVNDVS.

Vido Vido Florentino interprete.




Incul ratio duplex, altera illius, quod iniicitur, altera illius, quod iniectum est. Quod iniicitur, vt celeriter, iocundè, promptè, eleganter: celeriter quidè, vt opus expediatur: iocundè, vt facile praestetur: promptè, vt ubique sit in promptu: eleganter, vt oculos deleat. Qua verò exercitatione hac assequamur, dictum est.

Quaedam communia sunt vtriusque rationis vinculi: quaedam propria alterius. promptè, & celeriter proprie ad vinculum pertinent, quod iniicitur: rectè, & decorè, ad id, quod iam iniectum est, ipse autem id quod iniicitur, vocat ἑργασίον, quod iniectum est, ἑργασίον: iocundè, & eleganter vtriusque sunt communia, iocundè quidem, tam voce, quam significatione: at eleganter, quod ad vocem spectat, commune est vtriusque, quod ad significationem non ita. nam elegatia vinculi, quum adhibetur, in manuum motu consistit: quum iam adhibitum est, in ambitu linteorum. Possimus autem dicere fascias eleganter circumdari, loquentes de vinculo, quod iniicitur. At iocunditas num magis etiā attenditur, cum adhibetur, quam quum iam adhibitum est: siquidem hoc solo fasciarum pressu dolorem affert: at quod adhibetur, & eo nomine, quod membrum incommodè continetur, interdum enim ea de causa comprimitur, licet fascia rectè circumdetur. Neque alienum est etiam censere communem vtriusque esse compressum eorum, quibus tanguntur, quae vel comprimunt, vel non comprimunt, eius quidem, quod iniicitur, quatenus pars, quae curatur, premitur, vel non premitur, sub continentibus: at eius, quod iniectum est, quatenus suspenditur, vt quum brachium mitella excipitur, vel quatenus continetur: vt quum ea cruri subiiciuntur, quibus fulciatur. Non mediocriter autem confert ad vincendi iocunditatem, agendi celeritas: celeritati verò maxime promptitudo conducit: quin & haec sunt perfectiones vinculi quod iniicitur, potissimum propriae, vt & line pressu contineat, & promptum sit, atque paratum. namque error in collocando ad partem quoque alligatam spectat, sed nunc agit de membro vinciendo, quod commodè figuratur. Statui verò suae sunt perfectiones & vitia, non secus ac fascijs, quarum, omisso statu, in praesentia mentionem facit. Ergo, vbi paratum vinculum adhibeatur, opus maturè perficitur. ipse enim, quid sibi vellet promptitudo, expressit, cum inquit / promptè, vt ubique sit paratum / quod euenit, vbi, qui deligat, promptus est, vt nihil ambigere nihil scrutari debeat in agendo, hoc ne, an illo modo circumagere fasciam conueniat. Promptitudo igitur, quae idem est, atque praeparatio, operam facillime absoluit: iocunditatem ipse docuit sitam esse in facile agendo: sed celeritatem constat cum praeparatione & agendi velocitate coniungi. Iocunditas igitur illis annumeratur, quae magnopere ei conducunt, qui manu curatur, atque ob eam celeritas, quam promptitudine, dum agimus, facile consequimur: elegantiam verò aspectu gratam (sicut ipse deinceps adscripsit) praeter ea, quae necessaria erant, in chirurgico posuit, vt quae ipsius gloriam augeat apud vulgus, cui obnoxius est ambitiosus, perinde quali amore captus, hac quanquam non capitur, qui humanus est, non tamen laudem aspernatur, eò incumbens, vt magis apud agros valeat auctoritate, quandoquidem sibi magis obsequuntur, quae res illis vtilissima est. Huius ergo auctoritatis apud vulgus gratia non modo medicus illam non aspernatur, sed ne philosophus quidem, magis enim homines iuuat, vbi apud eos in honore & admiratione est, vt qui magis ipsius facta, imitentur, & iussis eius obediant, non secus ac numinis cuiusdam. / Qua verò exercitatione hac assequamur, dictum est / . qua exercitatione celeriter, iocundè, facile, promptè agamus (inquit) dictum est, id potissimum docuit, vbi ait / agens vti vtraque manu ad omne opus debet, & ambabus simul, siquidem ambae similes sunt / : tum vbi ostendit in exercendis digitis pleraque agenda esse pollice atque indice, tota verò manu prona, & ambabus aduersis.

2 *Quod iniectum est, vt rectè, vt decorè. Decorè quidem, vt simpliciter, vt distinctè, aut similibus, & aequalibus, aequaliter, & similiter: aut inaequalibus & dissimilibus, inaequaliter, & dissimiliter. Species autem simplex orbicularis, fascia, sima, oculus, rhombus, dimidiatus. Apletur verò species speciei, ac morbo illius, qui deuincitur.*

Quum duplicem proposuerit vinculi rationem, vocans quod iniicitur ἑργασίον, quod iniectum iam est, ἑργασίον proxime praefatus, qua via, quod iniicitur optime iniiciatur, nunc id Septima Classis. DDDDDDD exequitur


exequitur, quod iniectum est, ubi decore aut iniectum esse, si simplex sit, si distinctum. simplex est, ubi linteum non implicitum est, non duplicatum, non rugosum, sed æque ab omni parte extenditur: distinctum, ubi iterum aut tertio circa idem convenienter datur. ex duobus autem in quibus consistit iniectionis decor, alterum, nempe simpliciter, tanquam clarum, mihi videtur sine expositione prætermittens in enodationem verbi / distincte / sequentia omnia adiecit: ad quæ animus adiungas oportet, non oblitus me dixisse dudum, distincte, idem significare, quod convenienter. Siquidem propositum est, ut alter fasciæ circuitus primo interdum æqualis ad vnguem sit, ac nullo modo impar, interdum inæqualis. fit autem æqualis, ubi extremæ fasciæ partes in latitudinem eodem loco ita finiuntur, ut neque exuperent, neque exuperentur, sed in utroque circuitu desinant non aliter, ac si iniectionis ita fasciæ duplicata: eadem que ratio sit tertij circuitus, & quartij, si hoc quoque opus sit. Ergo & in eo, qui rhombus, & in eo, qui semirhombus dicitur, exactissima hæc observatio adhibenda est.



tertio circumacta alijs insident, sic, ut neque excedant, neque exuperentur.



extrema parte, qua ligna incidunt, modicè incurvum & labrosum in speciem labri.



A fasciæ sincera inæqualis.


dem non eodem modo vocatur simus, quo plenus, ac tenuis, aut albus, aut niger, sed sicut glaucus, cæsius, vel gibbus. nasus igitur, vel via, proprie sumi nominantur: vinculum verò simum ab Hippocrate appellatur eadem ratione, qua *αμβλ. spatula capitulum rotundum & leniter cavum*, &

Sed vinculi fracturis accommodati, quum ad brachium, humerum, aut femur datur, item distincta ratio est, in quo prior fasciam iubet sursum ferri, secundam vero prius deorsum, deinde sursum ductam, quæ prior desinit finiri, quod fieri non potest, nisi, quod spectat ad latitudinem linteij, orarum altera alteram excedat. hæc igitur æqualis erit, si tota æque in ea inclinatione perseveret, quæ à circuitu in orbem recedens orsa est. Vocatur autem orbicularis, quæ affectam partem ex toto in orbem sine inclinatione complectitur, in quo oræ fasciæ secundo &


At in eo, qui declinat, necesse est fasciæ vel ferri ad vitiatæ partis regionem superiorem, vel ad inferiorem dimitti: quod, si ubique similem inclinationem habeat, distinctum vinculum præstabit. Quare, si ea, quæ dicta sunt, diligenter consideraveris, planè intelliges circuitus in orbem vnam duntaxat esse rationem, ubi nihil plus est aut minus: at non vnam eius: qui declinat, quum alter altero declinare plus possit, aut minus. Hic tamen translatione usus illum, qui paulum inclinât, fasciam: qui multum, nuncupavit simum. Fasciam fabri dicunt instrumentum quoddam

Simum græci appellant locum, ubi planities cum colle coniungitur: qua, n. committuntur, simum efficiunt, quum neutrum per se simum sit, cum planities ipsa recta sit, & æqualis: collis, acclivus, & altus: at ubi inter se coeunt simam figuram repræsentant. eadem figura fit, quæ declivis via, cum acclivi committitur: eodem modo in naso sima pars illa dicitur, quæ utriusque sublimioribus partibus terminatur, iamque ab hac parte totus nasus nuncupatur simus. Constat enim plura vocabula in totis vsurpari corporibus, non nullis ducta, quæ partibus accidunt, quo modo simus homo dicitur. si qui-


A & *σύνταρον*, id est fascia, genus quoddam circuitus ipsorum linteorum: namque, ubi præcipit, ut panni in fasciæ figuram imponantur, diducit ab orbiculari circuitu eum, qui fabricorum fasciæ modo declinat. non enim censet pannos ita oblique circumponendos, ut ab orbiculari circuitu nimium absint, sed paulum declinent, sic, ut fideliter comminuta ossa contineant.



Sima sincera inæqualis.



C in parvis, non eo modo accipientes, quo auctor voluit, decipiuntur. sed de his satis est semel dixisse. Præfatus autem Hippocrates decore quidem, ut simpliciter, ut distincte, deinde subiiciens aut similibus, & æqualibus, æqualiter, & similiter: aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter, & dissimiliter: quasi communiter docuit, quo consilio distincte vinculum adhibeatur. æqualia enim, & similia corporis membra fasciam vniuersam æqualiter & similiter per omnes partes circumactam requirunt: inæqualia & dissimilia, inæqualiter & dissimiliter. Hæc autem verba in vetustis exemplaribus, & in libris expositorum, præcise leguntur, non adiectis inæqualiter & dissimiliter: sed, cum solum scriptum sit, aut inæqualibus & dissimilibus, intelligi etiam volunt inæqualiter & dissimiliter, id quæ ab Hippocrate prætermisum fuisse, quod manifestum videretur, eo quod propositis consequens esset. Verum hæc ratio scribendi non brevitatem, sed errorem manifestum, præ se fert. Satis ergo fuerit, si ita scriptum inueniamus, existimare hæc veluti complura primorum exemplarium esse corrupta, idque propterea fieri, quod librarius ea præterierit, atque error hucusque manserit. Ergo super humerum similiter & æqualiter circuire fasciæ potest, minus aut super femur, & brachium, sed paulo magis super cruram: in capite humeri, & in coxa, contrarijs partibus indigemus, quemadmodum & ubi caput à latere vincendum est. frons quidem & nasus similem & æqualem amat orbicularem fasciæ circuitum, non secus ac vertex, qui, etiam in orbem circumdatam fasciam non postulet, æqualiter tamen & similiter, præcedentem requirit. de his autem diligentius in sequentibus tractabitur, nunc ad verba, quæ restant pergamus.




Oculus

Hippocrates positus tribus simplicium vinculorum formis, nempe orbiculari, fasciæ, lima, deinceps trium compositorum meminit, oculi, rhombi, & dimidiati, dimidiatum semirhombum etiam appellans. quibus adiungit aptetur vero species speciei ac morbo illius, qui devincit / comonens, ut accommodetur, & vitiatæ partis forme, & vitio, quo detinetur. species enim vinculi, quam oculum appellamus, ad oculum adhibetur, ubi vel periculum est, ne prociadat, vel contineri quippiam volumus ipsi superimpositum: rhombus verò, ubi vel capitis suturas diductas adducere in vnum

Septima Classis. DDDDDDD ij oportet,

oportet, vel hians vlcus interdum contrahere, & valde resolutam cutem adducere, atque agglutit. Enare, non ablimilem effectum praestat femirhombi vsus.



Verum enimvero hac scripta sunt ab Hippocrate tanquam exempla, ad quorum similitudinem inueniendum nobis est, vel ab his, qui compererunt discendum, quod vinculum ad quamuis corporis partem, atq; valetudinem accommodetur. Expedit autem doctorem non imperare simpliciter, sed viam exponere, qua ipse vinculum inuenerit. eo enim fit, vt discipulus, si quando obliuiscatur, in memoriam redeat, & quae ab altero non didicit, possit cogitare. quo circa non ab re fortasse fuerit, si librum conficiamus, vbi de fascijs, & corporis parti & vi fitio accommodatis pertractemus.

3 Recte iniecti vinculi duae species, firmitas in pressu, & linteorum multitudine consistit.

Dicitur est in superioribus consueffe Hippocratem τὰ ἐκδὴν, id est, species appellare ὀξυφορὰς, id est differentias. praebuit autem maximam quaestionem dissensionis causam inter huius libri expostores, quum duas species nominatim non posuerit, quod ante in alijs fecit. vna quidem in vinculi modo sita est, quam ipse firmitatem dicit: eam explanauit, quum inquit, /firmitas in pressu, vel linteorum multitudine consistit/, est enim moderatio quaedam in vinculi firmitate, quam si partes comprimens excedat, dolorem agrotantibus affert: sed laxius continet, si ad eam non perueniat. Alteram vero speciem recte iniecti vinculi non posuit, sed ijs, quae de robore loquutus est, subiicit.

4 Vinculorum aliud per se remedio est: aliud ijs, quae remedio sunt, subseruit.

Hac profectio non sunt altera species recte iniecti vinculi, vt pote quae communem vsus cuiuslibet vinculi comprehendant. quin & post hac de omni vinculi moderatione agit, qua ratione seruetur, deinceps de nodo. tum quod subiectum est, docens sic incipit /licet quidem bene scientem ad partes decliuas, & quae in extremitate tenuantur, labi fasciam omnem, vt in capite, sursum, in crure, deorsum, & quae sequuntur. Ab ijs transit ad qualitatem vinculi, cuius item, quum partes sint, nosse, vnde incipere fascia in singulis vitijs ac partibus debeat, & qua nouissime finiri, tum qua via, dum circuit, circumagi, & obuolui singulis partibus, hac quoq; indicauit. nam, vbi inquit, /que mouentur, vt articuli, qua curuantur, obuoluenda fascia rationem exequitur, post hac adscribit, quomodo extremae fasciae fideliter in ijs contineantur, inde pergit ad fasciarum vsus exponendos, sic, vt recte iniecti vinculi altera species, quae firmitati opponitur, totius vinculi qualitate contineatur. Fortasse autem qd difficile sit communi vno vocabulo complecti singulares differentias eius speciei, quae regione firmitatis est, eam non tentauit vno verbo notare. Rem autem ita habere verba ipsa testantur, quibus ostendit, quae varietas insit in singulis capitibus a me commemoratis. sed, vt rem clariorem magis ac breuiorem faciamus, vocetur totum ipsum genus qualitas vinculi, /Firmitas in pressu & linteorum multitudine consistit/, quemadmodum potentiae nomen interdum imbecillitati contrarium dicunt: interdum ad id significandum, quod roboris & imbecillitatis commune est, vsurpant: sic & magnitudinis vocabulo vti solent, & alijs quamplurimis, partes & totum communi nomine appellantes: ita nunc quoque vsurpat firmitatis vocabulum, debent enim affectae partes fascijs neque valenter adstringi, neq; ita leuiter, vt homo iniectum vinculum non sentiat: quin & linteorum multitudo pro numero accipienda est: at non ita intelligenda multitudo, quasi e regione sit paucitatis, siquidem moderatio rectum vinculum praestat. rectum appellat, quod confert, iuuat que. At dum comparantur inter se duo vincula, vt ea, quae ex comparatione spectantur, quod adstrictius est, validius, reliquum infirmius dicemus. neque absurdum est, si vinculum habitata ratione subiecti vitij moderatum sit, sed comparatum, cum altero validum dicatur, aut imbecillum. Quando autem soluere, aut arcere vinculum expediat, vel fasciarum numerum augere, aut minuere, ipse in opere de fracturis demonstrauit.

5 De quibus lex quidem est.

Lex in ciuitate ratio est, quae iubet ea, quae faciendae sunt, prohibetq; contraria, his legibus similia dicit, quae nunc proponuntur, cum coniecturale nihil contineant, aut ambiguum, vt quaedam alia

A alia ad medicinam pertinentia. Idem quoque dixit in opere de fracturis, liberam orationem moderatus. non enim scripsit simpliciter /de quibus lex quidem est / sicut nunc, sed oratio haec veluti lex iusta fertur de curatione fracturae.


6 In ijs autem maxime ad vinculum pertinet, vt arctetur quidem, sic, vt quae iniecta sunt, neque recedant, neque comprimant, sed fulciantur, non tamen cogantur, idq; minus quidem in extremis partibus, minimum in medijs.

In his inquit, quae traduntur de ea specie, quae ad firmitatem attinet, potissima vinculi praepcepta sunt, vt quae vitiatas parti iniiciuntur, hoc est lintea, neq; a cute diducantur, neq; ipsam premant, sed fulciantur, hoc est firmiter insidant, at non cogant. dicitur autem vinculum cogere, qd ita arcte affectis partibus circumdatur, vt dolorem afferat. Haec autem praepcepta de modo premendi, qua vitium est, minime oium conuenit praeterire. quod & in extremitatibus quoq; prorsus est attendendum, sed minus qd in medio. siquidem optimum est artem culpa vacare: si quid tamen peccet, id in illis partibus ac vitijs euenire, vbi detrimenti minus affertur: minime vero errare, vbi noxa ingens est.


7 Nodus & filum non ferantur deorsum, sed sursum, in porrectione, in preparatione, in vinciendo, in habitu, quo postea continetur.

Cur hac sine ordine adijciat ijs, quae de vinciendo ratione pertractat, paulo post persequemur: nunc id primum studendum, vt quod propositum est, intelligamus. Dissentiunt expostores inter se, cum deorsum & sursum /alij simpliciter ad longitudinis spacium referant, alij ad affectum: sed neutri dictionem /ferantur/, nec quod ad nodum, nec quod ad filum spectat, explanant.

Quod extrinsecus iniectum est coprehensamentum. Nodus ex vno capite in duo crura difisso. Nodus ex duobus capitibus fascia.



Nodus aciae in fascijs. Nodus in suturis cutis.




Constat autem omnibus id appellari ἀμμη, id est nodum, quod fit in fascijs, cum ambo capita implicata inter se vinciuntur, vel alterum scinditur, vel tertio quum extrinsecus ad continendum adijcitur id, quod graece κατάλημμα vocatur: ῥαμμα vero id est filum id vocari, quod in acum conijcitur, vel vt incisae corporis partes inter se coniungantur, vel vt extrema pars fasciae inferioribus affluatur. quin & nunc loquitur de filo ad hunc vsus parato. iubet quidem sursum hoc ferri, quod ipse dixit τὸ πρὸς ὀρθῶς. quid autem appellet ὀρθῶς ab ipso discere oportet, qui eo verbo saepius vtitur ad fascias, quum a principio ad finem feruntur. Itaq; in fracturis iussit, vt vtriusq; fasciae caput super fracturam iniiceretur, sed prior fascia sursum ferretur, altera vero ante deorsum, postea sursum, ὀρθῶς vocans quali iter quod fasciae tunc faciunt, cum a principio ad extremum laborantis corporis obuoluuntur. Simile est id, quod ὀρθῶς significat in filo, nam, cum liceat acum a superiori parte deorsum, & contra ab inferiori sursum transmittere, & praeterea in neutram partem inclinatum, sed sine inclinatione, aut a dextra in sinistram, aut a sinistra in dextram demittere, praecipit omnino, vt sursum feratur. Quod si extrema pars fasciae duntaxat inferioribus affluenda sit, in eo quidem vinculo, vbi contrarijs partibus non indigemus, vt in brachio, humero, femore, crure, in quibus etiam necesse est, vel a sinistra parte in dextram acum immittere, vel contra, vtriusq; nobis enitendum est, vt sursum tendentes extremam fasciam hac ratione cum inferioribus partibus suamus: vbi contraria parte opus est, vt in capite humeri, & in coxa, danda opera est, vt fascia, dum sursum fertur, finiatur, ibiq; acu ab inferiori parte sursum traiecta hoc modo affluatur: neque debet superior vinculi pars deorsum attrahi, sed inferior sursum, vtrumque enim fieri potest, dum fascia sinitur. Ergo transmissa acu filum ducente, inferior pars filii sursum adducenda, non tamen superior deorsum, consilio ad id directo, vt inferiores vinculi partes a superioribus trahantur: quod facere ab ipso iubemur, & quo tempore homo affectam partem videndam in medicis porrigit, & quo manus curatio paratur, ac tertio quo vinculum iniicitur, quod & ipsum ad manus curationem pertinet, & quarto quo postea membrum continetur, vocauit primum ἐν παραρτήξει, id est in porrectione, alterum ἐν ὀρθώσει, id est in preparatione, tertium ἐν ἐπιδύσει, id est in vinciendo, quartum ἐν τῇ ἐπιτάξει, id est in habitu, quo contineri postea debet. quanquam alij ἐν τῇ ἐξεί, id est in compressione scribant, sed priorem scripturam magis probo. nam in superioribus

ribus dixit id temporis *ἐν ἑσπέρῃ*, id est in habitu. Neque dubium est, quin, sicut eandem figuram partium, quæ vincuntur, his omnibus temporibus seruari iubet, sic & filum & nodum, quum ferunt, semper sursum attrahi velit, in primis quidem extremitate fasciæ sursum firmiter attracta, & contenta, atque ob ipsam fasciæ tota. Illud vero animaduersione dignum ab expolitoribus Hippocratis intactum relinquitur, quod nodum & filum ad superiora affectæ partis ferri voluit, dum ægrotares se ipsos medicis tradit, non secus atque in alijs temporibus, pro suo enim arbitratu, quidam ad medicum pedibus eunt, quidam gestantur, modo affecta parte suspensa, aut deuincta, modo utroque facta. Nodus igitur & filum in eorum potestate est, non medicorum à quibus inspiciendi sunt, aut curandi, censet fortasse tunc quoque interdum laborantes medicis uti, nam in itinere & ruri non nunquam tenuioris fortunæ homines, plagas accipiunt, vulneranturque, vel ossa ipsis suo loco mouent, in quo casu ad curationem plurimum medicorum conuentu opus est, tum diligentia inspectione, machinantibus quibusdam, aut instrumentis, aut linteis, aut etiam laqueis, quæ ruri vel in itinere nulla sunt, quare si eo tempore medicus adlit, læsam partem suspendet, & deligabit linteis illis, quorum copia erit, constansque, siue nodo, siue futura opus erit, medico hæc apte efficienda esse. Quo facto in ciuitate rursus æger consuetos medicos adhibebit, primum ut diligenter vitium cognoscant: deinde, ut prolapsum articulum restituant, vel fractum os componant, aut plagam suant, aut collisus recte opem ferant: post hæc medici idoneum vinculum admouent: postremo, quod deuinxerunt, prouident, ut eodem modo figuratum contineatur.

8 Principia & nodus injicienda sunt, non quæ vlcus, sed hinc, vel hinc.

Quid nunc vocet *ἀμμο*, id est nodum injicere, ostensum est: in prioribus enim verbis *ἐν ἑσπέρῃ*, id est fili ponebatur, nunc alterius tantum meminit, quod debeat & filum delinere in nodum, nam in quavis futura in hunc finitur, cum acu non sola, sed sequente filo traiciantur, quæ suuntur, & nodo inter se astringantur. Sæpe quidem euenit, ut inter se proxima sint fili capita, & nodus, sicut, ubi cutem suimus: interdum distant, quod sæpe in vinculis accidit, ubi fili partes longe adducuntur, ut communem nodum accipiant.

Nodus affigit in fascijs. Nodus in suturis cutis.



Verisimile ergo est nunc ipsum edicere, ne fili principia, quæ vlcus est, injiciantur. quo præcepto illud quoque intelligitur, quod neque nodus super vlcus collocetur, vrgeretur enim non solum nodo, sed fasciæ à nodo fortiter pressa, eo quod vehementius esset coarctandus, ut fasciam contineret. Eodem modo si circa filum fasciæ extremitates inter se complicatæ nodum accipiant, vel aliquid extrinsecus vlceri superdetur, non debet nodus super vlcus imponi, impositus enim ipsi comprimeret, præsertim si fasciæ ante obuoluta tenuis esset, & absque lana circumdata. Nunc sanè mihi videtur Hippocrates agere siue de filis, siue de habenulis, quæ inter se complicatæ in nodum finiuntur: sed censent alij velle ipsum principia fasciarum super vlcus non imponi, ex quibus non nulli variarunt scripturam.

verè quidem, sed propositæ orationi parum conuenienter, cum non de fascijs, sed de filo tractare nunc propositum sit: quam quidem scripturam veram & artificiosam esse non inficior. sic autem habet fasciarum principia injicienda sunt, non quæ vlcus, sed hinc vel hinc/hoc est, ab vtraque parte eius, vel dextra vel sinistra. sic autem fiet, ut id verum sit, quod ab ipso traditur in opere de fractu. Hic, & huic loco minime repugnet. Imperat enim ibi, ut fasciarum capita affectæ parti superimponantur, siue fractura, siue vlcere laborent, non tamen supra, aut infra. in eo enim libro de dimensione in longitudinem loquitur: nunc, quum non ad hanc, sed ad latitudinem respiciat, principia injici dixit, non quæ vlcus, sed hinc vel hinc, hoc est, ab vtraque parte eius. cui non aduersatur, quod neque supra, neque infra injici debent, quod tamen latet expolitores huius libri. Merito igitur dubitant, quum Hippocrates inquit principia & nodus injicienda sunt, non quæ vlcus, sed hinc vel hinc. Placuit etiam quibusdam principia fasciarum intelligi τὰ πέρατα, quamuis πέρατος nomen latius pateat τῆς ἀρχῆς, id est quam principij, quod & Plato nos docuit, asserens τὰ πέρατα principium esse & finem. Ergo, si liceat latiori vocabulo pro eo, quod angustius est, rem appellare, licebit nobis tam principium, quæ finem nominare πέρατος, non tamen finem nuncupare principium. iam verò principia, ad nullum aliud referri possunt, quam ad fascias fila & habenulas, cumque nullo modo fieri possit, ut hic de fascijs loquatur, necesse est principium in filis accipi, & habenulis, & si placet etiam in panniculis, quando quidem hi quoque comprehendere vinculum possunt, non secus atque habenulæ, quarum extrema inter se complicata vinculi vicem exhibent.

Nodus

9 A Nodus non ea parte fit, cui innititur: non ea, qua agimus: non qua inanis esset, ne inanis collocetur.

Quum proxime in præcedentibus iusserit, ut qui futuram adhibet, principia super vlcus non ponat: sed alia parte, qua nodus etiam collocandus est, nunc docet, quibus locis ponere nodum oporteat. Docemur autem res interdum per ea, quæ ipsis non accidunt, sic enim appellantur, quæ, cum accidere possint, non tamen accidunt. Vis autem orationis huiusmodi est. Nodum non conuenit ponere qua parte vlcus est, sed qua ferri possit versus superiorem regionem, cum eo, ut caueatur pars, cui innititur, qua agimus, & tertio, quæ inanis est. Vocata autem qua agimus eam partem, qua vitium, cum extendimus, curuamus, vel ad latera porrigimus. pars verò cui innititur, in ambulando quidè est planta pedis, in cubando totum dorsum, atque eius pars potissimum, quæ in eo extat, præterea capitales partes posteriores, in sedendo, ima pars natiui. si quis autem deligatis brachijs aliquid agere debeat, considera quid nam illud sit, & circa quæ externa, in ea actione poteris partem, cui innititur, inuenire, agunt quidem articuli, quam obrem ubique vitandi sunt, atque illi præcipue, quibus agere vincis ægrotaantibus conuenit. Constat autem recte ipsum edicere, ne nodus, qui continere totum vinculum debet, super eam partem ponatur, quæ in motu figuram mutat. necesse enim erit nodum, ubi super articulos collocetur, modo iusto laxiorem fieri, modo coarctari. Quod in fine orationis dixit *ἐν ἑσπέρῃ*, id est inanis, omnes accipiunt pro superuacuo, perinde ac si dixisset, nullum ad usum, *græci. n. ἐνεὲς* dicunt eos, qui à primo natali die surdi sunt, & voce citra verborum, conformationem obstrepunt, quemadmodum igitur hi ad vitæ actiones profusus inutiles sunt, sic aiunt ab Hippocrate appellari *ἐνεὲς*, quod nihil ad vinculum conducit. Potuit id verbi ab ipso scribi per *κ. νεὲς*, corrupti verò ab initio protinus atque ita seruari, sed, quod ad sententiam pertinet, idem hæc scriptura significat, si quidem *νεὲς* est, quod à nobis dicitur *νεὲς*, & *μάρτυρον*, hoc est inutile, sed quia multos videmus, vel ob infirmitatem, vel quod velint diligentes videri, nodos adhibere fascijs inutiles, idcirco Hippocrates nunc præcipit, ne ponantur *ἐν τῷ ἐνεὲς*, hoc est inanes, quod videlicet inutiles significat, & superuacuos. Putauit quidam ex ijs, qui hunc librum explanarunt, Hippocratem intellexisse inane, locum inane, ut puta alam, poplitem, inguen, ex aduerso capitis, humeri, genu, coxæ, ea diducens: in hæc enim dixit oportere nodum corpori, at non perinde collocari, quasi suspensus sit, quod eueniret in ala atque inguine. Si quis autem & hoc probabile iudicabit, ipsum poterit accipere: nam in obscuris, vel eo quod mediocriter probabile est, conuenit acquiescere.

10 C Nodus & filum, molle, & non magnum.

Hic rursus, sicut principio duo vocabula proponit, cum & res inter se diductæ sint, quibus illa indita esse videntur. *ἀμμο*, id est filum vocatur, quod unà cum acu traicitur, cuius materia lanam est, siue lana, siue quid aliud eius generis: *ἀμμο*, id est nodus, qui ex habenulis, vel scissis fasciæ extremitatibus implicitis efficitur. Patet autem vtrunque molle conuenire, si futurum est, ut non comprimatur, quod uerò non magnum esse expediat, indicio est celeritas, quam ipse in agendo laudat: eam prohibet longitudo, vel fili, vel separatim etiam habenularum scissæ extremitatis, aut eorum, quæ continendi uinculi causa superinjiciuntur. Pendebunt igitur hæc magna à nodo, frustra, præterquam quod radii afferent, quum non nunquam uulnera contingant, dum complicantur. Exquisitius autem scripsit non magnum, quum potuisset scribere paruum, uerum sicut magnum uitari oportet propter ea, quæ retuli, incommoda, sic & paruum, quum in agendo prehendes digitos estugiat, atque ob id remorans tempus producat: tum in uinculo propter breuitatem sapius ab eo, cum quo deuinctum est, elabatur, atque idcirco nos cogat in eodem iterum uersari, adde quod cum opinionem aliquando faciat rei deligatæ, nodus exiguus postea soluitur, ubi contineri debet. Merito igitur cauendum est, tam quod omnino paruum est, quæ quod magnum: & hic perinde atque in alijs, quod modicum est eligendum, id alterius extremi negatione non nunquam appellant, quemadmodum nunc Hippocrates non magnum: qui si non paruum dixisset, idem utique significasset.

11 Licet quidem bene scientem ad partes decliues, & que in extremitate tenuantur, labi fasciam omnem, ut in capite sursum, in crure deorsum.

Si pro scientem scriberetur scire perfecta foret oratio: at nunc pendere uidetur, & cum alia contungi, eoque fit, ut non nulli copulenter, quæ sequuntur, sic ut tota sit huiusmodi: Licet quidem bene scientem ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuantur, labi fasciam omnem, ut in capite sursum, in crure deorsum, deligare dextram partem ad sinistram, sinistram ad dextram, præterquam in capite: sed nullo modo continuari uidetur, quum non propterea deligare eo modo conueniat, quia nodus consueuerit ad partes labi decliues, & quæ in extremitate tenuantur, alia enim de causa iussit (ut in sequentibus ostendemus) dextram partem ad sinistram, sinistram ad dextram deuinciri, quoniam cum his licet quidem bene scientem ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuantur, labi fasciam omnem/connectuntur ea, quæ sic tradit/ quæ autem adijciuntur ad continendum quidem, quæ circa hæc sunt: ad suspendendum uerò fasciam omnem, quæ corpus quiescit.

Septima Classis.


DDDDDD iij scit,

scit, & magis cauum est, superimponenda, & quæ sequuntur, quod ipsum paulo post exponens Eclarius demonstrabit: nunc quæ interiecta sine ordine sunt, per se consideremus.

12 Deligare dextram partem ad sinistram, sinistram ad dextram, præterquam in capite: hoc. m. e. regione.

Præceptum hoc potissimum ad fracturas spectat. perpetuò enim in contrariam partem inclinandum est: ubi vlcus ab altera fuerit, ut si dextra pars læsa sit, in sinistram: si hæc, in contrariam: sicut ubi totum os tranversum fractum est, vinculum in neutram partem inclinandum, quum panni in orbem superimponuntur. Huiusmodi igitur est, quod proponitur. Quum deligamus, si dextra pars affecta est, in sinistram inclinare debemus: & contra si sinistram, in dextram. quod fit, ubi caput fasciæ super affectam partem ponimus, non exquisite quidem super fracturam, aut vlcus, sed utrobique hinc vel hinc: reliqua verò fasciæ, quod affectum est, in contrariam partem attrahimus, & simul etiam adstringimus. At quum hanc ad contrariam partem adduximus, ibi non amplius æque adstringimus, & multo minus etiam inclinamus, donec in orbem circumacta ad suum principium revertatur. ibi enim id manu prius tenebamus, cui rursus fasciæ partem, quæ ipsam contingat, superpositam valenter continemus sic, ut iterum incipiat circuire super partem prius involutam similiter adstricta, & in contrariam partem inclinata: tum eodem modo circumdata, ubi rursus ad principium redierit, æque fasciam altera manu continemus, altera coarctamus, atque in contraria vitiatæ sedis attrahimus. Non solum autem hoc modo membra deuincimus, sed & latera. nam, si affecta sit pars dextra, orsi ab ipsa fasciam eo modo, quo dictum est, ducimus ad sinistram: si vitium sit in sinistram, ab hac, fasciæ incipientes, quasi iter facimus versus dextram: sed caput non licet ita in orbem comprehendere, quod non patiantur id ceruices, quæ cum ipso committuntur. Quamobrem siue dextram, siue sinistram partem occupet vitium, quod vinculum postulat, fasciam e regione, hoc est, rectam ducimus per summum quidem caput porrectam, inde ad extremam maxillam demissam, post hæc iterum ad affectum locum similiter datam, siue iterum, siue tertio ipsam circuire abunde putamus, & dum finiatur, circumactam. finiatur autem in vertice profusus, is enim locus maxime idoneus est, qui fideliter contineat.


13 Deligatio p. contrarias partes. Deligatio p. processione.



Sed in contrarijs fasciæ in vtranq. partē attrahatur, quod si ab vno capite incipiat, similiter quæ firmiter cõtineatur, ut in medio capite, & in alio eiusmodi loco.

Duplex esse potest huius loci sententia, ut vel ad omnes corporis partes, vel ad caput tantum referatur: quia, quum dixerit, præterquam in capite dextram partem ad sinistram, hoc autem e regione deligandum esse, cæteras eius partes, quæ inter se contrariæ sunt, quarum quidem hæc posterior est & in occipitio, illa verò prior & in fronte, deuinciri iubet, fasciæ in vtranq. partē ducta, ducitur autem in vtranq. partē, ubi media affectæ sedi iniecta, vtrumq. caput æqualiter ad contrariam attrahitur. Ergo fasciarum, quæ sic volutæ sunt, extremitates valentius continentur, si in fronte, quæ si in occipitio collocentur. Verum, si de omnibus corporis partibus loqui Hippocratem statuamus, contrarias dicemus partes, quarum vtriusq. structura est similis, nempe dextram & sinistram, priorem & posteriorem: quæ ubi pariter vitiatæ sunt, sicut in tranversâ fractura euenit, fasciæ in vtramq. partem attrahenda est, quemadmodum faciendum diximus in pannis, qui in figuram fasciæ superdantur. Quod si (inquit) ab vno capite incipiat, perinde ac si in vtranq. partem duceretur, circumagenda est, sicq. quæ firmiter contineatur, adducenda, ut ibi finiatur. pro exemplo autem loci, ubi firmiter cõtineatur, attulit medium caput, contentus nunc eo solo, quum paulo post, perfectè vniuersam orationem sit explanaturus, docens qua parte desinare fasciam conueniat, ut iuncturam totam fideliter tueatur. Particula autem / similiter / in vtroq. accipi potest, & in toto fasciæ circuitu, & in fine.

14



Quæ mouentur, ut articuli, quæ curuantur, minimis, & maxime collectis: veluti poples: quæ extenduntur simplicibus, & latis, veluti patella circumdandi debent.


Minima lintea danda esse docet circa poplitem, cætera que eius generis, & maxime collecta, hoc est contracta in angustum: partem verò popliti contrariam scilicet patellam, contraria via, est autem contraria via, ubi lata sunt, & quantum minime

A minime potest, contracta, quod omnibus articulis conuenit, quæ curuatur, quemadmodum popliti: quæ extenduntur, quemadmodum patellæ, quam non nulli vocant *επιγυμνία*, sicut alij *επιγυμνία*. super hanc igitur dixit latam fasciam extendendam esse, sic, ut ipsam vniuersam complectatur. nam, quæ non sic obuoluatur, sursum vel deorsum facile feretur: ad vtramque enim partem labetur, propterea quod patella gibba est. At poplitem contracta fasciæ, inuolendum censet. nam neque admittere, neque seruare eam potest, quæ in latitudinem explicatur.


15 Quæ autem adijciuntur ad continendum quidem, quæ circa hæc sunt: ad suspendendum verò fasciam omnem: quæ corpus quiescit, & quæ magis cauum est, superimponenda, ut supra vel infra genu.

Laudare eiusmodi breuitatem decet, quæ vno vocabulo aperte id notare potest, quod oratio. Quemadmodum & nunc, ubi / ad continendum / *καταλήψιος* dixit, quo verbo significatur oratio, quam proferre sic possemus, vinculorum, quæ ad articulos adhibentur, extremitas firmiter tenenda est extra articulum aliquo in super vinculo addito: / ad suspendendum / verò *ἀναλήψιος*, quomouemur, ut magnopere prouideamus, ne fasciæ ad partes decliuiores delabatur, ne uel sursum tenentur. B dat ad gibbas, quas ipse supra dixit *επιγυμνία*, id est in extremitate tenuatas, quum inquit / licet quidem bene scientem ad partes decliuas, & quæ in extremitate tenuantur, labi / . Planè autem constat ex verbis ipsius, rectè id à nobis dictum esse, quod quæ nunc proponuntur, continuata illis sunt, quibus ait / licet quidem bene scientem ad partes decliuas, & quæ in extremitate tenuantur, labi / , quin & breuissime sedes commemorauit idoneas, quibus fasciæ finiatur, duobus vocabulis eas comprehendens, quum inquit / quiescit, & cauum est / . Quiescunt, quæcunque extra articulum sunt, in vtroque ossium, quæ inter se committuntur, ut, quod ad genu pertinet, quæ in femore sunt, aut crure, hæc si quidem magis caua sunt. Caua autem, *καταρῶτερα* dixit, partes significans, quarum contrarius habitus est, atque extatium, hoc est, quæ depressæ sunt ac desidunt. omne enim, quod cauum est, desidit. Proprie autem vox *καταρῶν* inane significat, sicut *καταρῶν* exinanire. nam illud *ἰλιον ἐξαναπαύει ἐν αἰόρον πολίσθρον*, exinanire urbem Troiæ frequentem significat. *καταρῶν* item dicunt illas corporis partes, quæ inter costas nothas positæ sunt, & ossa, quæ ad illa pertinent. iam verò omne quod desidit, *καταρῶν* appellant, translato vocabulo ab eo, quod communiter accidit. si quidem omne, quod vacuum est, necessariò desidit.

16 C Consentit autem cum capite humeri, fasciæ ad alteram alam demissa: cum inguine, ad alterum ilium: cum crure, super partem huius posteriorem, quæ carnosâ prominet. Quibus autem sursum labitur, ab inferiori parte suspendenda est: quibus deorsum, à superiori.



D Reprehensio circũ ille aduersum Reprehensio circũ alam



Reprehensio supra sursum

Ubi vinculum non eorum commoditate, quæ laboranti particule superimponuntur, sed propter se adhibetur, eo consilio primum potissimum que iniicitur, ut affectam partem, & quo modo composita est, seruet, & ab inflammatione tueatur, quod plene ostensum est in opere de fracturis. sed quia præstare hæc vinculum nequit, nisi contineatur, ne ad superiora vel inferiora corporis procedat, idcirco necesse est fascias dare ad partes integras: & ubi verisimile est vinculum totum sursum ferendum esse, à contraria parte suspensum deorsum attrahere. In quibusdam igitur partibus à contrarijs suspendimus vtilius, sicut in capite humeri, & in inguine. exquisitiùs verò ait in capite humeri, non ad alterum humeri caput, sed ad alam: in inguine ad alterum ilium, ducendum esse fasciam: cum neq. humeri caput, neque nates fideliter seruare iuncturam queant, sicut ala, atq. illa. Vocatur autem (ut mox retuli) *νευρόν*, quod inter thoracem est, & os quod ad illa pertinet, ita dictum propterea, quod inane sit, hoc est, desidat. iam verò constat consentire, quod *ὁμολογῆν* dixit, positum fuisse pro congruere & conuenire. nam, qui bene factis consentiunt, non mouentur, aut dicunt: sed perficiendi socij sunt: sic ex locis, quæ pposita sunt, alia, quum ad hæc

hæc quoque fascia pertineat, alia adiuvant. Similiter & in crure, cuius partem, quæ carnosam prominet, facile iunctura effugit, ad superiorem partem fascia vtiliter datur, ubi videlicet carnosam ipsius prominentiam vinculo comprehendere necesse est. Locus similiter, qui iuxta talos est, fortiter vinculum continet, quum inter duas eminentias positus sit, nempe suræ tibiæ, quæ extremitates, quas non nulli perperam vocant ἀσπράγλας. idem quoque præstat superior locus per eam cruris partem, quæ posterior carnosam prominet.

17 *Vbi nihil tale est, quemadmodum in capite, quæ maximè æquale est, contineri fascia debet, & duci quam minimè obliqua, ut postremo obuoluta, quæ valentiſſimè hæreat, vagos circuitus contineat.*

Comprehensio

Deligationis in frõte.



Quia ratione partes vinciri debeant, iuxta quas nulla talis sedes est, qualem in crure dixit, quibus ne non est contraria pars altera, quemadmodum humeri capiti, & inguini, ostendit, nominatim capitis mentionem faciens, iubetque quæ maximè æqualitas est, totam iuncturam contineri, nempe extremitatem in neutra parte inclinante, rectam finiri, vel in fronte, vel in medio capite, ubi ea pars est, quæ βρόγμα vocatur. nam, ubi ad mentum fascia ducitur, commodè finitur in medio capite attracta sic, ut nullo modo inclinet; ubi verò in orbe circumdatur, in fronte similiter citra omnem inclinationem.

nam, quæ sic circuit ad posteriorem partem feretur, quæ occipitium est, quod inter collum est, & gibbam à tergo caluarie partem. Dixit autem postremo fasciam quàm minimè obliquam circumdandam esse, idcirco, quia priores ambitus, ut diuersis locis affectam sedem inuoluunt, scilicet necesse est obliquos duci: sed postremus minimè obliquus priores continet, qui morbi causa oblique sunt adhibiti. hosiæque constat hoc modo contentos immobiles permanere. Quemadmodum igitur in capite, & supra vel infra genu, postremus circuitus seruari penitus sine inclinatione debet, sic in vinculis, quæ dantur ad inguen, vel humeri caput, ubi ad contrarias partes porrigere fasciam cogimur, extremi circuitus citra omnem inclinationem in orbem esse debent, in illibus quidem ab vtraque parte, ubi deligare inguen volumus: ab vtraque ala, ubi caput humeri. quod similiter seruandum est in cubiti committura.

18 *Verum, ubi nec contineri, nec suspendi commodè potest, contineri filis debet, vel subiectis, vel ad futuram adhibitis.*

Quod proponitur, huiusmodi est, in quibus vitij, aut partibus difficulter extrema lintea continentur, aut suspenduntur, in his oportet filis, vel in orbem datis, vel futura adhibita ad extremum vinculum, efficere ut contineatur. Vtrum verò fieri possit, ut aliqua pars, qua difficulter extremum lintheum contineatur & suspendatur, filum facile ferat, nihil cum expolitoribus dicere possum. Nescio autem an aliqua sint partes, quæ huiusmodi iuncturam non sustineant, sed quosdam noui, qui, ubi paulum vitiatam pars mora esset, intolerabili dolore premerentur, sicut is multo antè, cui, quum ex alto caderet, regio iuxta spinam icta est, ita, ut ne si paulum quidem moueretur, ferre magnitudinem doloris posset, necesse ergo fuit tunicam illi primùm detrahere, non exuèdo, sed futuras omnes scindendo: deinde tradere hominem plurimis, qui totum corpus continerent, & suspenderent sic, ut in neutram partem inclinaret: tum extendere super lato scamno panniculum, lanæ hapsi superiniecito, quod imperauimus, ut, quum primùm homo ab ijs, qui illum continebant, à cubili attolleretur, celeriter super id imponeretur, subijceretur que in latitudinem spinæ hominis sublati: nos vero alterum lanæ hapsi, calido oleo madentem, ubi dempta tunica fuit, spinæ absque mora subijcientes, super subiectum panniculum, cui alter hapsus lanæ superimpositus erat, hominem collocauimus, post hæc madentis hapsi extremitatum ab vtraque parte vnâ ad priorem corporis partem adduximus, deinde super ipsas attraximus extrema sicci hapsi, tum linthei, quæ futura coniunximus. Quod si non futura, sed filis contineri quis iuncturam voluerit, primùm illa sub panniculo extendat, oportet. hoc si quidem fieri non debet vinculo iam iniecto, quod similiter in coxa conuenit, tum in femore, in humero, & interdum in ceruicibus à posteriori parte.

19 *Fasciæ mundæ, leues, molles, tenues.*

Materiam nunc docet fasciarum, eas adhiberi iubens, mundas, leues, molles, tenues, mundas quidem, ne ob sordes sensum mordentium excitent, ne ue humorum, qui superinfunduntur, vim penetrare vsque cutem prohibeant: leues, ne vitiatum locum oneretur: tenues, ut leuiores sint, & molliores facileque per eas transeat, quod infunditur: molles, ne premant. Constat autem hæc omnia ad id valere, ne inflammatio affectas partes inuadat.

Circumagende

A. H. 4. f. 5. 1. 2
c. 5. fol. 4. 2. 2

20A *Circumagende autem, vel ambabus manibus, vel vtraque in vicem.*

Quod supra dixerat communiter de omnibus operibus chirurgiæ, præstari ea volens vtraque manu, vel ambabus simul, id nunc de sola circumagendi ratione scripsit, huiusmodi enim manuum exercitatio celeritati, quæ in dolore potissimum requiritur, magis est accommodata. Ergo ambabus manibus simul circumagitur fascia, quæ in vtranque partem attrahitur: cætera, altera tantum, sed & in his vtraque in vicem fasciam prehendit, nam, ubi in vtraque partem attrahitur, ambæ eodem tempore similiter agunt: in reliquis in vicem, altera maximam iuncturæ partem efficit circumdandam, cui ministerio vtiliter altera subseruit.

21 *Idoneis verò utendum, partium latitudine, crassitudine que inspecta.*

Imperat, ut idoneam fasciam inueniamus, partium, quas deuincimus, latitudinè, crassitudinemque intuitu. Sed, quum rectè fascia adhibeatur per ea, quæ dicta sunt, in quibus docuit, unde incipere debeat, quæ ratione affectæ sedi circumdari, quas que partes cum ipsa comprehendere, tum quæ finiri, & quomodo adhibere ibi nodum & filum expediat, scire conuenit nihil iudicari ex his. siquidem nihil ex ijs, quæ proposita sunt ex partium, quæ vincuntur, latitudine aut crassitudine colligitur, sed ex ipso morbo, & ex figura partis, quam morbus occupat. Nunc igitur par est ipsum tradere, quis nam sit profectus fasciarum, ubi partium, quæ vincuntur, latitudinè & crassitudinè attendimus. hinc enim ipsorum lintheorum longitudo ac latitudo intelligitur. Paruulo puero exempli causa consentaneum est fascias inficiendas esse, quæ, quod ad longitudinem spectat, breues sint, quod ad latitudinem, angustæ: ut magnæ staturæ iuueni longas, & latas, pro que eorum proportionem cæteris corporibus, quæ inter magna sunt, & parua. si quod enim corpus vincitur, quod penitus mediam inter vtranque latitudinem & crassitudinem habeat, fascias adhibemus, quod ad longitudinem & latitudinem attinet, medias inter eas, quibus ad magnum corpus, & quibus ad exiguum vili sumus: sed si ad alterum extremum magis accedat, augentes vel minuentes pro eo illarum modum variabimus.

22 *Circuituum capita, dura, equalia, distincta sint.*

Vtraque fascia circuitum habet, & quæ laborantis corpori non dum circumdata est, & quæ locum affectum comprehendit. Capita verò fasciarum, quæcunque illa sint, vtrique communia sunt, seu capita nunc intelligantur principia fasciarum, seu fines, siue vtraque, & præter hæc etiam extremitates in latitudinem: hæc omnia attinent ad vtrumque fasciæ circuitum, ubi scilicet per se glomerata est, & ubi laborantis corpori obuoluta. quare hoc explicare nullo pacto difficile est, quamuis de eo huius libri expolitores inter se dissideant, vera enim oratio est, seu referatur ad glomeratam, seu ad eam, quæ corpori superdata est. Quin & omnes extremitates intelligimus, non, ut quidam astimarunt, eas, quæ in latitudinem, vel, ut alij, eas, quæ in latitudinem: illi ad solas fascias, quæ extra corpus sunt referentes: hi arcuatam fasciæ circuitum indicari ab Hippocrate censentes. Constat autem fasciam per se, priusquam corpori iniiciatur, arcuatam esse. sic enim facilius prehendetur, quum & tenuior sit, & circuitus habeat distentos, eo quod in globum intenta coarctetur, quum adstringi aliter nequeat. sola verò capita adstringenda esse aperte falsum est, quum non hæc tantum, sed tota fascia debeat coarctari. Ergo velut in re ambigua id, quod sentio, iam explicabo. Capita intelligenda sunt omnes tam in longitudinem, quam latitudinem, fasciæ extremitates: existimandum que est minus propriè dicta fuisse, dura, atque ea de causa orationem esse obscuram. præfatus enim supra / fasciæ mundæ, leues, molles / qui nunc durus eas duras inquit? Equidem arbitror vsum fuisse σκληραι, id est duræ, vocabulo rei, quæ significatur, accommodato. nam sapius in extremitatibus lintheorum, quæ quaternæ sunt, binæ in longitudinem, totidem in latitudinem, vel solum stamen conspicitur, cui subtegmen vsque ad finem non connectitur, vel solum subtegmen sine stamine. est etiam interdum, ubi alterum eorum laxius extrema parte relidit: vel alia parte relidit, alia extat. In his igitur lintheis circuituum capita molliora sunt, quam in quibus stamen & subtegmen perpetua vsque ad finem procedunt. His, quæ hoc modo molles sunt, duræ aduersantur (ut dixit) conuenienter glomeratæ. fatius autem fuisset dicere non molles, ut supra dixit de nodo / non magnum / : quæcunque enim media sunt inter immodica (ut retuli), proferri negatione alterius exuperantiæ solent. capita igitur dura iure sic accipi potuerunt, tum quod nihil aliud vel mediocriter probabile afferri possit, tum quod Hippocrates de huiusmodi errore circa linthea nullo alio loco pertractet. Aequalia significant ea, quæ tota line vlla varietate similia sunt: id quod fit, ubi nulla pars linthei durior est aut latior, nulla item mollior, aut angustior, tum ubi nihil deest, nihil corrosum est (παρρησασµα græci dicunt), sicuti videmus in telis, quarum textura inæqualis est. Distincta verò fieri accipimus,

accipimus, quum æquæ omnes partes extentæ sunt, neque vna extenta & simplex est; altera duplex atque implicata.

23 *Casura sanè deteriora sunt, quum citò cadunt: hac autem sic, ut neque premant, neque decidant.*

Hæc loquendi ratio perturbata omnino est, quomocunque accipiatur verbum ἀποπεσοντων, quo / cadunt / expressit: siue iuxta anticomum consuetudinem dictum existimemus, qui genitium participij pluralem pro tertia persona pluralis imperatiui ponunt, cuiusmodi illud est. ἵπποι δ' ἐξ ὀδύχου παρίοντων: siue genitium casus, cuius rectus sit ἀποπεσοντες, oratio perturbata est. nam, si prius significatum admittamus, talis erit / casura deteriora citò cadant, vel si maius, cadat / cum dictio, casura, neutri generis sit: hoc autem in numero multitudinis acceptum græcè verbo iungitur tam singulari, quam plurali. iuxta alterum significatum, eiusmodi reddetur oratio / casura deteriora sunt, iplis citò cadentibus / sed fatius fuit sic scripsisse / casura sanè deteriora sunt, quum citò cadunt. Colligitur autem euidenter ex hac oratione, & alijs quibusdam, librum hunc rudem adhuc editum fuisse, propterea quòd partim auctor ipse vnam vel alteram litteram prætermit. F. tendo, addendo, aut variando errauit, quemadmodum plures scribunt: partim peccauit primus librarius, qui quædam ab auctore obscuris literis scripta minus perspicuus, non bene coniecit. adde, quòd littera perierit, vel confusa fuerit abrupta charta, vel alio casu interueniente. fortasse etiam alij errauerunt, litteras præ posterè componentes, & non nulli veterem scripturam immutantes. ex quibus omnibus fit, ut magnus errorum numerus, in multis exemplaribus accumulatur. Hæc profectò vel semel habita, memoria tenenda sunt: in singulis enim erroribus eadem repetere longum est. Dantes autem integra verba sic habere / casura sanè deteriora sunt, quum citò cadunt / inquiremus, de quibus hæc dicantur, num de quibusdam corporis partibus casuris: an de fasciis: an de ijs, quæ affectæ parti ad sanitatem comparandam imponuntur, qualia sunt cataplasmata, medicamina, linamenta, laquei. nanque extra hæc tria genera nihil videtur ab ægrotantium corporibus posse cadere. quin & ab ijs, qui librum hunc explanauerunt, sigillatim vnum quodque dictum est, non tamen omnia tria: quanquam, si cui singula probabilia visa fuerint, poterunt & omnia videri. Equidem non alienum existimo accipere orationem hanc in linamentis, quæ, vel per se sæpius imponuntur ut ad sanguinis eruptionem, vel, ut medicamenta excipiant, vel, ut eadem superdata contineant. expedit enim prorsus ea decidere, at non citò, sicut neque laqueos: sed, ubi suppuratione facta perfectè caro producta fuerit, & circa venas sanguinem fundentes increuerit. At neque crustas etiam candenti ferramento, vel adurentibus medicamentis inductas, conuenit citò cadere. Sed complura medicamenta, quæ partim liquida putrescentibus partibus infunduntur, partim insperguntur arida, partim ad lenos dantur, & ad aquam inter cutem summopere profunt, quum non celeriter decidunt: medicamenta item, quæ quòd bene inhaerescant, ἐχέουλλα dicuntur, ad alias partes atque affectus impolita valde proficiunt, si diutius contineantur: ad fracturas etiam, & ad humeri caput frequenter excidens, tum ad pedum, coxarum, renum, omnium articulorum tormentum, capitis quæ dolorem acutum, experti sumus admodum conferre, nisi citò decidant. e quibus quæcunque dicuntur ἐχέουλλα, cum ita glutinentur, ut vix resoluui possint, & corpori inhaerescant, vinculum non requirunt: alia verò decidunt, nisi fasciis contineantur, de quibus nunc loquitur. Inquit igitur / hæc autem sic, ut neque premant, neque decidant / quasi ita scripserit, quæcunque medicamenta non expedit citò cadere, ita vincienda sunt, ut affecta parte sub vinculo non coacta valenter teneantur, quod idem significat ac non decidant. In his igitur, quæ extrinsecus superdantur, satis verba hæc excussa sunt: consideremus rursus, num de partibus corporis illud verè dicatur / casura sanè deteriora sunt, quum citò cadunt / non nulli si quidem orationem hanc falsam existimant, quos fallunt partes putrescentes, quæ celeriter excidantur necesse est. quod ipsum per se verum est. H. nihil tamen illi repugnat, multum enim interest inter ea, quæ casura sunt, & quæ excidi debent. sæpe enim ossis testa, vel squamula tempore, decidit, quas præstat à natura compulsa tempore paulatim abscedere, quam sub irritantibus prælidij, aut sub instrumentis resoluentibus cadere. quæcunque enim subita vi extrahuntur, sinus fistulis similes relinquunt: vbiunque casura sub crescente calloso quopiam vel carnofo remittuntur, locus quam primum plenus conspicitur, & celeriter ad cicatricem perducitur; si medicina modicè siccans, atque adstringens adhibeatur. At qui non nulla etiam neruosa, & à membranis non abhorrentia, sæpius excidunt, paulatim tuto longo tempore suppurantia: quæ si cogantur vehementibus medicamentis, id est acrioribus, vel si instrumento quopiam, seu digitis nostris euellantur, reliquas partes afficiunt, inflammationem, febrem, delirium, neruorum distentionem concitantia. Iam verò ad reliquum, nempe ad tertium genus eorum, quæ cadere diximus, pergamus, hæc autem sunt (ut non nulli concipiunt) fasciæ, quas aiunt, vbi laxæ sunt, futurum quæ omnino est, ut cadant, vtilius longiori tempore cadere, sed

A sed hoc falsum est, siquidem, quæ malè affectis partibus circumdata sunt, fatius est cadere quam celerrimè, ne dum tempore: atque ad eò expectare non debes, dum illæ cadant, sed citò ipse iuncturam soluens rursus moderatius deligare. quare non nulli ex ijs, qui sic exponunt, fatentur expeditius esse, laxas fascias citò cadere. Sed, quod ab Hippocrate effertur, præcisè dicitur, nisi quiddam aliud intelligatur, ut vniuersa oratio sit huiusmodi / casura, quum diutius manent, deteriora sunt ijs, quæ celeriter cadunt / sed, si hoc detur / cadere / minimè probabiliter refertur ad alias fascias. Equis tam diu expectat in ijs, quæ sponte sunt casura, cum possit celeriter solvere, & rectè deligare: alij verò in contrariam partem inclinantes, veram quidem dixerunt orationem, sed explanando verba contorserunt. nam, qui non contorta est hæc expositio: Casura deteriora sunt, quam non casura, præstat tamen ea citò decidere. ut vna sententia contineatur priori parte orationis hæcenus / casura deteriora sunt / & rursus ab alio principio orsi legamus / ταχέως αποπεσοντων, hoc est citò cadant / At contorta est (ut diximus) hæc expositio iuxta figuram loquutionis σύναρθρον appellatam. adde quòd si illud / casura sanè deteriora / in vniuersum accipitur, falsum est: compluribus enim cadere bono est. Melius est igitur (ut narrauimus) orationem ad ea referre, quæ superimponuntur, & ad partes casuras: fascias verò, & postremam expositionem reijcere.

24 *Ad quæ autem fasciæ spectant, vel quæ super alias dantur, vel quæ prima iniiciuntur, vel utraque.*

Supplendum est / hæc sunt: dein protinus legendum / fasciæ quæ primæ iniiciuntur, efficiunt, ut quæ abscesserunt, propellantur / & quæ sequuntur. / Spectant / dixit ἐχέου, eo significans, quasi desiderant, & sibi vendicant, & spectant, quæ rursus omnia idem sibi volunt, nempe quæ vinculi vires sint, quæ ue opera. Voco autem nunc opera, non operas, sed effecta, quomodo domus opus est edificatoris, fabri lectus, textoris vestimentum. In vinculis itaque, præsertim quæ ad fracturas adhibentur, binæ fasciæ obuoluntur, antequam panni iniiciantur, secundum hos reliquæ. Priores duas Hippocrates proprio nomine dixit ὑποδοσμίδας: iuncturam verò, quæ ex his fit, nuncupauit ὑπόδεση. Audiamus deinceps ipsum dicentem, quæ præstare possint tam illæ fasciæ, quæ primò iniiciuntur, quam fasciæ communiter. debuit autem primum explicare cuius gratia vincula à medicis iniiciantur, quomodo primum partitus est, asserens alia sanare, alia sanandi iocia esse: tum qua via iniectum vnum quodque eorum sanet, ad curationis enim consilium respicientes idoneam iuncturam inueniemus. indicabit autem consilium valetudo, quæ curabitur. Hippocrates tamen non ita scripsit, sed hæcenus præfatus, qualem adhibere iuncturam debeamus, transit ad opera, & vires ipsius.

25 *Fasciæ, quæ prima iniiciuntur, efficiunt, ut quæ abscesserunt, propellantur: hiantia coniungantur: contracta separantur: peruersa dirigantur: aut contraria.*

Abscessisse nunc dicit, quæcunque corpore integro cum alijs partibus iungebantur hæc, cum aduersa valetudo est, vnitatem & contactum non amplius retinent. Vnitas quidem abest omnibus fracturis, vlcibus, fistis, contulis: contactus verò abscissibus, sinibus, inflationibus, tumoribus. Hiantia dicit, quæ plurimum inter se recedunt, quod fit duobus modis, vel vbi ipsa tota, vel vbi ora duntaxat inter se distant. Ergo consilium curationis est, quæ abscesserunt propellere: hiantia coniungere: peruersa dirigere, quod communiter ad omnia superiora pertinet. græci hoc ἐπ' ἀνορθώσαι & διορθώσαι dicunt, significantes, quæcunque aliquo modo excedant, in statum restituere moderatum. Consilia igitur in vinculis adhibendis hæc sunt: quanquam eorum vis non modò hæc præstat, sed interdum etiam contraria: cum rectè iniiciuntur, hæc: quum male, contraria. Merito igitur in extrema oratione adijcit / aut contraria / constituit enim ostendere, quid fasciæ, quæ primò iniiciuntur, efficiant, & non tantum de rectè adhibitis tractare. In principio sanè huius orationis / ad quæ autem fasciæ spectant, vel quæ super alias dantur, vel quæ primæ iniiciuntur / loquitur de omni vinculo, non de optimo tantum: si quis tamen de optimo tantum velit ipsum agere, quod in extrema oratione additur, hanc sententiam habebit. Sicut in habitu præter naturam alia diducta, hiantia alia, non nulla peruersa conspiciuntur, sic videri licet alia vitia his contraria. corpore enim bene valente, quum moderata cuncta sint, omne vitium inde oritur, quòd moderatio corrumpitur. Ergo, sicut quæcunque naturali habitu sunt, vbi cum quibusdam continuantur, vel quædam contingunt, amissa vnitate & contactu agrotant, & habere præter naturam dicimus: ita etiam, quæ neque continuabantur, neque se contingebant, vnitas & contactus morbo implicabit. quare, quum hæc contraria sint, vbi curentur, contraria consilia exigent. Illa verò videbuntur rationi repugnare, quæ contraria sunt peruersis, directis quæ nuncupantur. oportebit enim, & hæc (quantum ex proposita oratione colligitur) peruertere,

tere, qui effectus non amplius est vinculi idonei, sed alieni, verum, si quis meminerit eorum, quae ab Hippocrate de femore, & de humero traduntur, comperiet his rectum habitum praeter naturam esse: quum secundum naturam in exteriorem & priorem partem gibba sint. Sed quendam hoc clatu it, qui femur humerum, ue transversum fractum, primo quidem rectum composuit, tum callo glutinandum in eo habitu deligavit: sed, quum naturalem ossium habitum animaduertiret, eum quod seruandum esse intelligeret, sentiens fractum os non dum callo solidatum, aqua calida perfudit oleo copiose adiecto: dein vehementer extendens, primo quidem perfregit, ut initio fractum fuit, tum naturali figura seruata composuit, post haec ita figuratum naturae commisit callo glutinandum. Quare verum est non solum imprudentes medicos ob alienum vinculum contrariam vilitatem superioribus afferre, sed optimos etiam de industria: quoniam, quae praeter naturam duplicata sunt, ad contrarias partes conuertunt: in ijs, quae coalescunt, coniunctionem soluunt, videmus enim quibusdam exulceratos digitos cohaerere, ita labra, & palpebras. Spectare igitur haec oportet in huiusmodi vitiorum curatione, quorum singulorum propriam iuncturam subiicit, primo proximis verbis agens, qua via parari fasciae debeant.

26 *Iam vero Fasciae parentur leues, tenues, molles, munda, latae, sine futuris, sine eminentijs: ita valentes, & ne extenta rumpantur, & paulo amplius: non siccae, sed eo humore madentes, qui singulis sit idoneus.*

Scriptit iam ante de fascijs, sed mutila quaedam, ex quo colligitur librum hunc, neque ab Hippocrate fuisse adeo politè limatum, ut edi posset, neque à filijs, nemo enim post obitum Hippocratis eadem, vel breuissima etiam oratione attingisset, sed vel haec, vel quae ante proposita sunt, rescuisset. dixit enim superius / fasciae munda, leues, molles, tenues / nunc adiungit opus etiam esse, ut latae sint, sine futuris, sine eminentijs, tum valentes, non solum sic, ut non rumpantur, quum vehementius extenduntur, sed eo etiam amplius, hoc est validae sint, & firmae, quo fidelius teneant. Praecipit autem, ut sine futuris sint inaequaliter prominentibus, & sine eminentijs, quae sunt in ijs, quae textuntur, interdum de industria, interdum inuito textore, oblongis quibusdam extantibus, modo ex ipso subtegmine, modo etiam ex purpura, sed & foeminae in ijs, quas vocant *πυρροφας*, data opera omnino hoc faciunt. quae omnia caueri iubet. At quod inquit / fasciae parentur latae / ijs annumerari potest, quae minus accurate proferuntur, nam, si angustis comparentur, poterit quis redarguere, conferens eas cum ijs, quae iusto latiores sunt: sed si ad moderatas, quod à moderato in vitium partem recedit, siue amplius sit, siue minus, id omne vitiosum est. Quorum sum adhibeantur tenues, leues, molles, munda, superius dictum est. Quod addit / non siccae, sed eo humore madidae, qui singulis sit idoneus / ad fascias quoque refertur, quo autem motus argumento id praecipiat, euidentissimum est, in nullo enim vinculo siccas ad mouendas censet, sed ex eo humore madefactas, qui *σύντροφος*, hoc est idoneus sit singulis vitijs, quae curantur. Siquidem ceratoliquido simplici, & quod picem habeat, & vino nigro austero madefieri has docuit in opere de fracturis, & de articulis. Quod si iniiciantur siccae, praeterquam quod ea ope carent, quam afferunt madefactae, comprimendo ipsas partes, quibus superdantur, carum calorem augent, atque ea de causa proximorum locorum humores euocant ad sedem affectam: quod cum tumores exciter, cuius constat maximo esse detrimento.

27 *Quae abscesserunt quidem, catenus, ut quae sublimia sunt, sedem contingant, at non premant. Incipiendum vero à parte sana, & quae vlcus est finiendum, ut quod subest, effundatur, neque aliud ultra coeat.*

Siue fracti ossis partes praeter naturam inter se recesserint, siue quae coniuncta sunt, inter se dehiscant, siue magnum vulnus sit, coniungenda sunt, dum se tangant, non tamen vrgeant. H quandoquidem partes, quae sic deligarentur, inflammatio & dolor inuaderet. De his autem nunc potissimum loquitur, quae ventriculi nuncupantur, id quae exempli causa, hoc enim ipse explanauit in sequentibus. Illud vero / catenus, ut quae sublimia sunt, sedem contingant, at non premant / communiter refertur ad alia omnia, quorum naturalis contactus, vel coniunctio soluta est, sed, quae proximè subiicit, cum inquit / incipiendum vero à parte sana, & quae vlcus est, finiendum / patet de tumoribus dictum esse, ab ijs enim sanam effundi oportet, & glutinationis tempore nullum succum concurrere ad partem, quod sanè continget, vbi imum sinum adstringamus, dum comprimatur: tum paulatim vinculum laxemus, vsque ad os sinus, quod seruare apertum debet, & de uexum. sinus itaque, vbi pueros reddiderimus, glutinare volentes, ea ratione deligabimus. At vbi latum os scapularum summum à iugulo recesserit, sublimior ipsius pars valenter comprimere, & cogi debet, nullum enim afferet incommodum eiusmodi pressus, quemadmodum, vbi iugulo comminuto altera pars eius sublimior sit: minus tamen comprimemus hanc quam latum scapularum os summum, alias in super fracturas minimum, veri

Averiti ipsam inflammationem. Nos itaque de omnibus, quae abscesserunt, locuti sumus, Hippocrates autem exempli causa de solis sinibus, in quibus deligandis, moderationem aperte docuit, cum ait / quae sublimia sunt / hoc est, quae abscesserunt, / sedem contingant, at non premant, / sedem vide licet id nuncupans, quod abscedenti corpori subiectum est, perpetuo autem debet inhaerescere, insidere quod admouetur. si quidem priusquam partes se contingant, nullo modo possunt inter se glutinari, glutinantur enim, cum se contingunt, & non vrgeant. In aperto sanè est neminem simpliciter imperaturum, ut sinus, qui glutinatione indigent, ita vinciantur, cum primò vindicandi sint ab inflammatione, dein purgandi, aut siccandi: praeterea si quid carnis tabuerit, rescindendum: at nec sicca, nec contusa, quae ad vlcera simul & sinus spectant, per propositum vinculum conuenit curare, quum primò incidunt, sed simul atque inflammatione vacant, & sicca sunt. In vtrisque autem dixit continui solutione carnosas partes afflictiari, cum eo quod aliquid sanguinis inter eas sublit, quod commune est abscessus & sinus, pars enim, quae sic afficitur, quousque aperta non est, abscedere dicitur, id quae vitium nominatur abscessus. Verum, si qua aperiatur, ut humor, qui receptus est, exitum habeat, vitium iam non amplius abscessus, sed sinus vocatur. Omnia igitur haec mala perpetuo iuncturam postulant, ceterum non perpetuo similem, quoniam superueniente inflammatione, iunctura ne per se quidem expeditur: sicut neque vbi suppuratio fit: quum sinus iam est factus, & caro increuit, moderata admodum opus est, ita, ut quae abscedunt, sedem non contingant, per os enim demittenda sunt purgantia, & aperienda medicamenta: vbi glutinandi tempus est, quod Hippocrates nunc agit, necessaria est vincendi ratio, quam tradidit. Sed neminem decipi velim existimantem velle Hippocratem sinus omnes ita deligari. ostensum enim est non omnes, sed quibus nullum aliud accessit malum, nempè quum nec inflammatio est, nec putrescit caro, nec fordes aut succus sublit, quoniam ipsi vnus generis soli per se suam curationem admittunt. Haec autem abundè fuerunt à nobis diffinita in libris de ratione curandi.

28 *At qui obligentur recta rectè, obliqua obliquè, eo modo figurata, & quo minimè ledatur, & quo fasciae non premant, non laxentur: quem habitum non mutabunt, quum suspendendi, aut collocandi causa, mouenda erunt: sed similiter haec omnia se habebunt musculi, vena, nervi, ossa, benè còrta, & benè suspensa.*

Recta & obliqua nunc dicit non partes corporis, sed abscedentia, de quibus agit exemplo dumtaxat sinus adducto, qui ad longitudinem eius, in quo sit, relatus, prorsum vel rectus est, & vel obliquus. Rectum igitur nunc intellige decliuem, obliquum vero eum, qui talis non est. Vocauit autem rectum sinum, cuius os in inferioribus partibus situm est, imum in superioribus: obliquum vero, vbi spectat ad latera. Veruntamen fiunt etiam sinus, quorum situs his contrarius est, quippe quorum imum ab inferiori parte sit, os à superiori, quos, ut detur exitus saniet, imos aperire rursus oportet, quod si os ab inferiori parte penitus non fuerit, sed à latere, necesse est commodum partis habitum & vincendi modum, ut inde sanies excernatur, inuenire. tanta enim in talibus est habitus vis, ut saepenumeros, eo variato, os, quod à superiori parte videbatur, in inferiori collocauerimus. Femur itaque, in quo sinus versabatur, os habens prope inguen, imum prope genu, sanauimus, quum ita figurarem, ut inguen genu superius esset, quod facile cessit, ac sine dolore, popliti subiecto puluino molli: eadem quoque via sinus in posteriori parte cruris, quae carnosà prominere, quorum os popliti finitimum erat, ad sanitatem perduximus, extremum pedem sublimiorem poplite collocantes: brachium praeterea sinu detentum mitella suspendentes, saepe curauimus, manum cubito altiore constituentes: cubiti articulo similiter offenso, sic, ut sinus iuxta ipsum insidens à superiori parte humerum, ab inferiori brachium occupet, maxime accommodatur, qui nunc dictus est habitus, in quo articulus vtroque posse humilior collocatur, cubiti scilicet & humeri, in quo casu, duabus vtriusque fascijs, quarum vtraque à vitio orsa ad os, quod in articulo est, finitur. Ergo, vbi sinus rectus omnino sit, iuncturam adhibebis, quae in neutram partem inclinet, perinde, ac si fractum membrum deuincias, quod rectum debeat contineri: sed, si ad latus conuertatur, vinculum aequè eodem spectet, & is habitus seruetur, quo sanies exitum habeat. Deligare autem debemus affectam partem in eo statu, quod continenda est, scientes ea, quae mutantur, magnopere laedi, ita, ut necesse sit, non nulla ex his, quae atrollebantur, subsidere, quaedam, quae deprimebantur, assurgere: quo necessario fiet, ut quae atrolluntur, vrgeantur à fascijs, quae subsidunt, cum fasciae relaxentur, non contineantur. Dixit autem Hippocrates in fascijs, quae premunt *ἀπόσπριγγεν*: in ijs, quae laxantur, *ἀπόσπριγγεν*: imperauit que, ut propriam sinui iuncturam iniiciamus, eum habitum deligentes, sub quo neque fasciae premant, neque laxentur, nam, vbi laxentur, coguntur affectae partes mutari. Quod si vincendi tempore simpliciter obliquum sinum dumtaxat spectemus, obliquam iuncturam admouebimus in eo habitu, in quo durare vitiatas partes non possunt, vbi contineantur, aut suspendantur. vbi autem alligatae partes moueantur, non nullae adstringentur, non nullae laxabuntur, quae in figurando mutantur, ipse nominatim exposuit, cum inquit / musculi, ve nae

venæ,nerui, ossa / his enim continetur corporis moles. Intelligendæ autem venæ sunt iuxta maiorem consuetudinem, non solum, quæ nunc venæ nuncupantur, sed etiamnum arteriæ. Mens igitur totius orationis hæc est: cuius singula verba non admodum obscura sunt, fortasse tamen non ab re fuerit ea paucis declarare. ἀναλήψιος, hoc est suspendendi vocabulum accipit in brachio, quod, ubi deligatum est, collocatur in mitella, quæ a cubito ad manum excipiens, ipsum sustineat. ἄσπετος, hoc est continendi in crure. Patet autem id, quod suspenditur comprehendit sub genere eorum, quæ continentur. In fine orationis / bene contenta / ἡδὲτα dixit, / bene suspensa / ἕχεται: illud ad crura, hoc ad brachia refertur.

29 Tum eo modo figurata suspendantur, & iaceant, quo minimè lædant, & secundum naturam sint.

Non aliud est, quod minimè lædit, quam quod secundum naturam est: sed vni & eidem contingit secundum naturam esse, & minimè lædere. quid hoc sit in opere de fracturis satis ab ipso expostum est: quod & hic etiam suo loco exponetur.

30 Quæ verò non abscesserunt, contraria ratione.

Quidam adiecta negandi particula / non / scripserunt / quæ verò non abscesserunt / asserunt / quæ, ubi abscesserit aliquid, vtendum esse vincendi ratione superius posita, ubi non abscesserit, contraria. Ratio superius posita, incipiebat a parte sana, & super vlcus delinebat, coarctandi vim remittens. contraria igitur incipiet ab vlcere ac fractura, & superius procedet laxius adstringens. Sed qui verba hæc declarant citra negationem scripta, commonere ipsum aiunt, vt, ubi operam damus, vt quæ præter naturam contracta sunt, aut commissa, abscedant, superiorem vincendi rationem immutemus. Perpicuum autem est, ubi ea, quæ admodum inter se iuncta sunt, quocunque modo non conuenienter inter se concurrerint, deducere volumus, contraria vincendi ratione opus esse. quoniam & in multis magnis vulneribus, in quibus, ima parte non sanescente, cutis agglutinatur, vel ex duplicatis oris altera super alteram excedit, item ad similitudinem orarum cutis, in illis fracturis, ubi fracti ossis extremitates altere sunt diductæ, quæ concurrerunt, abscedere debere, id quoque in aperto est. quod ipsum illis quidem ossibus accidit, quæ intrinsecus multum caua sunt. Hæc quidem per se vitia esse certò scimus, quæ quis nunc reprehendere posset, vt male adducta, eo quod propositis verbis nullo modo accommodentur, ita enim habent / quæ verò abscesserunt contraria ratione, at non idem significatur his verbis / quæ verò abscesserunt / atque illis, quæ verò vt abscedant, operam damus / debuerunt hi sicut priores negationem præponere verbo / abscesserunt / sic que orationem suæ sententiæ consonam reddidissent, scripturam quæ ita mutatam potuissent suo iure exponere: nã, si ita habeat, vt nunc habet, eorum explanatio aliena est. Ne putes igitur hic de ijs tractari, quæ operam damus, vt abscedant, hæc si quidem in sequentibus ostendet: sed de ijs, quæ abscedunt, & nondum perfectè abscesserunt, vel quamuis perfectè abscesserint, non dum tamen versã sunt in sinum. amant enim hæc primò curationem, quæ dolorem leniat, concoquat, & pus moueat: sed postquam ad suppurationem venerunt aperienda sunt, vt exitum habeant: tum si quæ remaneant inflammationis reliquæ, qua parte continetur pus, quod effunditur, soluendæ sunt ex toto: deinde (vt posui) siccare conuenit, & carnem producere: quibus factis, ubi vnus ipse relinquatur sinus nulli vitio iunctus, ac neque inflammatio est, nec sordes, nec superat humor, aut deest caro, ad glutinationem veniendum. Ergo nihil mirum est, si iubet contraria fieri in his, quæ abscedunt. nouit enim quilibet, qui medicinalem artem professus in operibus eius versatus sit, abscissibus, qui maturari possunt, inimicum esse, si quid eius humoris in pus versus effundatur, magis enim ad rem pertinet, expeditius que est intus subsistentem reliquum iuuare. in quo casu affecta pars, quod admorbium attinet, vinculum non requirit, cum hoc adhibeatur, non quod per se curet, sed quod iuuat curantia. Distat ergo abscedentium cura: ratio a totis sinibus, in abscissibus enim expedit prius quæ ad maturitatem peruenerint, nihil effundit: contra in sinibus, excretis omnibus nihil intus relinquit. Præterea abscissibus nullo ore prorsus est opus: sinus os requirunt, id quæ apertum. Itæ quæ abscedunt, sub calido cataplasmate, & madefaciendi vim habente, coqui debent: sinus per vehementer siccantia pueros reddere, siccosque oportet. Ad hæc sinus proposito vinculo curantur: abscissus non alio nomine vinculum postulant, quæ sanantium prælidiorum commoditate. Sed Aesclepiades illud / quæ verò abscesserunt contraria ratione / referens ad vineulum, eius mentem vniuersam esse autumat. Quod si partem sic figuratam deligaueris, vt fascia neque preueniant, neque laxentur, hoc totum secundum naturam est: in ijs verò fasciis, quæ abscesserunt contraria efficitur, hoc est contrario modo figurans deuincito. Scribit autem ad verbum sic / Si quo modo parte figurata vinculum abscedat, contrario figuratam alligato, vt si, ubi extento cubito humerum deuinxeris, fascia non maneat, sed recedat, contra, atque ubi extentus erat figurato, hoc est cubitum inflectens ipsum deuoincitor: quoniam verò secundum naturalem habitum crura extenta sunt, si, quem ijs curuatis deuinxeris, extendere ipsa iusseris, cum musculi locum mutant, diducetur fascia ab illis locis, a quibus musculi recesserunt,

Arecesserunt, quod contrario modo figentur, atque ubi curuata erant, siquidem crura extenta vincienda sunt, eoque modo figurata continenda. Hactenus Aesclepiades, proximum iam est, vt ad alia verba transeamus.

31 Vbi verò hiantia coniungenda sunt, in cæteris eodem modo, tantum ab vltioribus aliquid adducendum erit, et paulatim compressum. Primum quidem minimum, deinde magis, maxima compressio contactu terminetur.

Reducamus in memoriam id, quod summam Hippocrates a fasciis, quæ primæ iniiciuntur, fieri dixit his verbis, quorum principium est / fasciæ, quæ primæ iniiciuntur, efficiunt, vt abscedentia propellantur / tum ea, quæ hactenus ab ipso prodita sunt. supplebimus. n. hac via id, quod proposita orationi videtur deesse, sic, vt eo adiecto talis fiat / ubi verò hiantia coniungere oportet, in cæteris eadem agemus, tantum ab vltioribus aliquid adducemus / & quæ sequuntur. Hiantia verò nunc ab ipso dici existimandum est, quæ præterquam quod vltra debitum inter se recedunt, vtrique etiam oram habent in exteriorem partem conuersam: quod in vulneribus fieri constat, vehementi interdum inflammatione accedente: ubi, cum carne altere admodum vulnerata transuersus musculus incidatur, deinde non glutinetur, iungatur que, sed magna inflammatio sequatur, sub qua extenta cutis vtrique proximam horam attrahat, ab vtraque parte vulnus hiant. Eiusmodi figuram repræsentant labra inflammata, palpebræ, & cutis quæ glandem tegit: in capite etiam cum aperta cutis est, vt locus terebra sit, adiecta inflammatione hiantium speciem videmus, idque sæpius accidit, potissimum, ubi cute coacta spatium, quod in medio est, linamentis implemus. id quod interdum facimus, ubi aut musculorum vulnus transuersum altere infederit, aut sanguis eruperit, lintea carpta (quæ μωρεῖς vocant, id est linamenta) inferentes: atque ubi timemus, ne cutis sanescat, vtrique contracti musculi partibus non glutinatis. Postulant sane cuncta hæc vitia & alia prælidia, quæ inflammationem submoueant: verum ipse nunc non quamlibet cuiusque morbi curationem exequitur, sed eam, quæ proprie vocatur chirurgia. Hiantium igitur vinculum idem est, quod abscedentium, quod ad reliqua spectat, orsum enim a parte sana paulatim ad cutem venit a parte vlceratam: sed eo distat, quod in his ab vltioribus incipit, quæ in abscedentibus, quodque compressionem intendit vsque ad hiantium. In sinibus igitur vinculum ab imo incipiebat: in hiantibus non recte inde orditur, ubi quasi radix est, sed longius a parte sana, præterea cutem paulatim adducit ad vlcus, quam compressionem non remittit, sed paulatim intentum primo ambitu cutem premit, deinde magis. Vocabulum / primo / non nulli accipiunt in vno vinculo, non nulli in pluribus. quod si ad vnum referatur, notabit vinculi principium: si in ad plures, primum vinculum vniuersum ostendet, vtrique autem verè dicitur aliter in alijs affectibus, non genere, sed magnitudine inter se discrepantibus, si quidem oras leuius in exteriorem partem conuersas vno tantum vinculo reducere ad naturalem habitum conabimur: ubi amplius hiant, vt non cogemus, cum primo deligabimus, tunc enim magis ad rem pertinet insistere inflammationi, quæ componere hiantia. Adiciuntur autem postremis verbis / maxima compressio contactu terminetur / quoniam hiantia magis adduci possunt, quæ vt se contingant: sed ubi sic adducta sunt, alterum altero urgetur, & dolet, eoque ipsorum inflammatio augetur, ducenda ergo sunt, quæ hiant, vt se contingant, sed non vltra id. Hæc autem scriptura dupliciter legitur, in quibusdam exemplaribus / maxima compressio contactu terminetur / quam agnouit Aesclepiades: in alijs autem / maior compressio contactu terminetur / quæ / maxima / habet, sicut potior est, ita etiam vetustior.

32 In diducendis ijs, quæ contracta sunt, si inflammatio est, contraria ratione vni oportet: si ea non est, præparatione eadem sed vinculo contrario.

Contraria ratio est contractionis, atque hiatus, siquidem sub hoc labra plurimum inter se in contrarias sedes recedunt, sic, vt alterum in dextram partem, reliquum in sinistram conuertatur: contra ita inter se concurrunt, quæ contracta sunt, vt vel vnum alteri insidat, vel inter se duplicentur quodammodo, vel instar eorum, quæ inuoluta sunt, implicentur: id, quod interdum ob inflammationem accidit, non aliter, quam contrarium malum, sub quo hiantis corporis partes plurimum inter se diductæ in contrarias sedes recedunt. Neque mirum est, si ab eodem morbo inflammatione videlicet, hi contrarij casus oriuntur, cum non iisdem particulis vehementer inflammatis vtrique accidat, vt hiant & contrahantur. in oculis enim, ubi exteriorem palpebrarum cutem ingens inflammatio male habeat, & intentione quadam proximum locum afficiat, palpebra ob inflammationem intenta, in exteriorem partem conuersa aperte deprehenditur: ubi non cutis, sed interior tunica, quæ usque ad nigrum oculi pertinet, ualde inflammetur, palpebra tunc in interiorem partem trahitur, quæ res, cum ambabus accidit palpebris, morbum facit, quem χύμωσις dicunt, sub quo aperire ager oculum non potest, quod vitij genus labris interdum incidit, tum cuti quæ glandem tegit, & ano: quorum causa eadem est: exteriores enim eorum partes inflammationis vi in interiora uertuntur, eadem vitia & in foeminarum naturalibus uersantur. simile quoddam accidit & uulneribus, & ijs, quæ utcumque ulcerantur. Interforibus enim partibus inflammatis peruertitur

Septima Classis, B B B B B B ulcerum

ulcerum labra in interiore partem: sed concidunt etiam intro, in quo casu extenuari & emacrescere ac putrescere eadem labra necesse est. nam qui aliter fieri possent, ut prompte introsum couerterentur: Deficit etiam pars interior, vel quod non subministratur alimentum, quae res ad tabem perducit: vel quod subiectae carnis scalpelli opera plus iusto excisum fuerit, vel quod putrescens absumatur. Ergo huiusmodi affectibus succurrit idoneum vinculum, quod ubi inflammatio accedat, non solum per se non iuuat, sed onere etiam laedit. Adhibetur autem commoditate medicamentorum inflammationem curantium, quod spectans dixit Hippocrates debere nos, quae contracta sunt diducentes, ubi inflammatio quidem est, contraria ratione iuuare, hoc est a vinculo cauentes. quoniam, nisi magna necessitas vrgeat, ut quaedam teneantur inflammatis partibus superiniecia, nullo modo deuincimus: cumque haec confidimus posse sine vinculo manere, fascias ad continendum non iniicimus. Accipimus autem lintea quae tenuissima, & leuissima: ac circuitibus, quantum fieri potest, rarissimis, vel vno tantum etiam contenti sumus: quae res plures medicos latuit inflammatis partibus, quae tumor esset, super cataplasmata imponentes duos & graues panniculos, multam lanam, plures fascias, quae per se omnia sunt inflammationibus aliena, cum onere potissimum offendantur. Iam vero in his, quae citra inflammationem contracta sunt, iubet, ut fasciarum praeparatio eadem sit, quae prius: vinculum vero contrarium, atque in hiantibus. Siquidem in illis fascia longe orsa, a parte sana, euoluta ad ipsum hiatum procedebat, paulatimque compressio eius intendebatur: at in contractis ab affecto loco incipientes fasciam euoluimus super cutem, quae iuxta est. Adiungi vero hic debet, quod ab Hippocrate praetermittitur, ut qui non constituerit ipsorum, quos memorat, affectuum vniuersam curationem docere, sed eam duntaxat, quae manu adhibetur. nos vero ut sermo absoluitur, quod restat adscribemus. Vbi quid eorum, quae contracta sunt (ut dictum est) diduxerimus, subiectum locum, in quem labra inciderunt, implere linamentis debemus, vel idoneo medicamento, donec contractae partes proximae cuti aequentur, tum propositam vincendi rationem admouere.

33 *Dirigere item ubi peruersa oporteat, cetera fieri eadem debent. In his autem, quae recesserunt, adducenda, vincire opus est per fascias, quae primo iniiciuntur: unum glutinare, atque suspendere: in contrariis vero contra.*

Corpus peruertitur, ubi aliquid sua sede, modo in exteriora corporis, modo intro in spacium quodpiam laxius mouetur, quemadmodum in naso: qui, si quid vel ossis, vel cartilaginis in exteriori partem recedat, ab exteriori parte deprauatur: sin in foramen interius, ab interiori, ad cuius exemplum reliquae partes peruertuntur. Constat autem & in his commune cuiusque curationis consilium praesidia ostensurum, est autem commune ubique consilium contrariis contraria curare. quocirca nunc etiam, quae recesserunt, & per alia auxilia (de quibus tractare nunc propositum non est) & per fascias coniungenda sunt, docuit autem ipse deligandi modos huc pertinentes, iuncturam (ut ipse antea scripsit) ad ea quae abscesserunt, quae hiant, & quae contracta sunt: glutinationem, ut in opere de articulis ad nasum & maxillam: suspendendi rationem, quemadmodum, ubi in libro de fracturis inquit, Quod si viroque osse comminuto, vel eo, quod subiectum est tantum, deligatum brachium mitella suspendatur, eaque plurima circa fracturam detur, partes vero hinc atque hinc suspensa sint, homini necesse est os ad superiora perverti: sin ossibus sic fractis, mitella manum duntaxat, & cubitum excipiat, reliquum vero brachium suspensum sit, deprauatum spectabit deorsum. debet ergo brachium suspendi per mitellam latam mollemque multum brachij cum prima palmae parte aequaliter sustentem. Haec igitur verba alienam suspendendi rationem, deprauantemque indicantia, deprauatorum quoque curationem demonstrant. Demus brachium cuiuspiam in inferiora perverti, suspendendum erit mitella angusta ab inferiori parte exceptum: at si sursum intendens deprauetur, ea utendum erit suspendendi ratione, quae in inferiora pervertit, per quam & regione iuxta primam palmae partem, & cubito mitella comprehensio, quod inter haec est, nulla re fulcitur. Consimili modo, ubi prima palmae pars in superiora conuertat, iuncturam adhibebimus, quae deorsum inclineta: hac complexi, quae in vicinia cubiti sunt, alteram extremitatem a prima palmae parte sine fulcra relinquimus. itidem cubitum in superiorem partem intendentem sic suspendemus, ut ipsum sine fulcra relinquamus, quae suspendendi ratio efficiebat, ut cum non dum peruersus esset, in inferiorem partem inclinaretur. Sed (ut summatim dicam) quaecumque deprauare possunt, quae deprauata non sunt, eadem dirigunt, quae in contrariam partem sunt peruersa. Ad horum autem similitudinem deprauantur, dirigunturque, quae in femore, & quae in crure, cum totum crus iacet, quod enim in brachio efficit suspendendi ratio, id iacendi in crure, sed supplere oportet iacere: ubi Hippocrates inquit, suspendere. Illud autem in fine sermonis in contrariis vero contra potest ad praedictos deligandi modos referri: intelligemus enim ipsum velle vitia, quae his contraria sunt, contrario modo vincita curari, hoc est his, quae peruertunt ea, quae praeter naturam recta sunt, quorum in superioribus mentionem feci.

Galeni

Sect. 2. r. 29. & 43. 7. 265. e Et 266. f Sect. 1. r. 51. 7. 231. a

GALENI IN HIPPOCRATEM DE OFFICINA MEDICI COMMENTARIUS TERTIUS.

Vido Vido Florentino interprete.

ARGUMENTVM LIBRI

Quae in communi de Deligationibus dicta sunt, trahuntur ad rationem deligandarum fracturarum, sed pleraque in libris de fracturis & de articulis lauius exponuntur.


1 A. l. 4. f. 5. r. 2. b c. f. fol. 484. b



In fracturis, quod ad pannorum attinet longitudinem, latitudinem, crassitudinem, numerum, longitudo quidem, vinculi longitudinem aequat: latitudo trium sit, vel quatuor digitorum: quod vero attinet ad crassitudinem, triplices dentur aut quadruplices: tot aut numero, ut neque plures sint, neque pauciores, quam ut ambiant.

Scripsit in opere de officina medici, primo de naturalibus iudicandi potentibus, quibus vniuersi homines & ad tractationem omnium artium, & ad totius vitae rationem vtuntur, necessariae siquidem fuerunt, non solum ad propositam medicinae partem, quae manu videtur, sed ad omnes in medicina morborum notas (omnes videlicet graece vocantur) quae sane iudicandi potentibus discernuntur: proxime in proposito opere docuit, quibus constet medicinae pars, quae manu curat: tertio, qualem adhibere vincendi rationem debeamus, tum ab affectae partis natura, tum ab ipso affectu iudicium sumentes. In propositis autem verbis de fracturis agit, quae spectant ad commune vitium continui solutionem. sic enim ego solitus sum hoc morbi genus appellare: sed Hippocrates corpora, quae huiusmodi malo torquentur, abscedentia dicit, quare & malum non iniuria abscessus nuncupabitur, fietque abscessus morbi quaedam species, quam graeci αποσσειν proprie vocant & αποσημα. Haec diximus, ut in memoriam redigeremus, quae in superiori expositione narrauimus: sed iam pergamus ad reliqua. De fracturis verba faciens, pannos ante omnia proponit, iubens, ut horum longitudo sit aequalis vinculo, quod constat ex fascijs, quae primo iniiciuntur, cum eo nomine illi adhibeantur, ut has fulciant, atque immobilis teneant: latitudo trium, aut quatuor digitorum, hominis videlicet qui deligatur: tum quod ad crassitudinem pertinet, triplices sint, aut quadruplices, quoniam, ubi fasciae, quae primo iniiciuntur, fulcra egent firmiori, quadruplices, ubi non tanta opus sit, triplices obijci abunde putat. Illud autem euidentissimum est, quod, quo magis comminuta ossa sunt, eo debent firmius contineri. Numero autem tot, inquit, esse oportet, ut affectum membrum complectantur. at iugulum fractum, & costae, comprehendi in orbem nequeunt, sed magnitudo fracturae in quibusdam pannorum numero indicabit. iugulo ternos pannos, quadruplices plerumque, imponimus. duos quidem primos ad similitudinem literae X, ut medium vtriusque, quae inter se committuntur, fracturae obijciatur, tertium extendimus super reliquos duos in longitudinem iuguli, ut ea, quae subiecta sunt, adstringat, & fracturam ipsam adurget.

2D



A. ibidem.

Plagulae alicuius iniiciende.

At quum hi complendi causa iniiciuntur, longi sint, ut ambiant: latitudinis & crassitudinis coniectura fiat de eo, quod deest, id autem compleatur non conferim.

Miror Hippocratem non docuisse prius vsum pannorum, deinde viam, qua quis eum possit comparare. Vnus quidem duplex est, ut contineantur fasciae, quae primo iniiciuntur, & ut impleantur partes, quae in extremitate tenuantur, quas ipse nominare solet αποσην & αποσημα, cuiusmodi brachium est iuxta primam palmae partem, & crus iuxta pedem, quibus iubet pannos in orbem circumdari, ut postquam iniecta illae fasciae fuerint, quae alijs superdantur, iunctura sit aequae crassa. Ergo, quum panus duplici de causa superdantur, & ad continendum, & (quod αποσσειν dixit) ad complendum, commonet, ut ita longi adhibeantur, ut corpus quod alligatum est, completum in orbem possint latari, vero, & crassi pro eo quod complendum est, nam, si longiores sint, quae ut partis ambitum Septima Classis. BBBBBB ij aquent,

aequent, necesse erit extremitatum alteram alteri insidentem reddere membrum tumidum magis E
ea parte q̄ vtrinq̄ue, sic, ut iunctura inaequalis fiat, atque idcirco laxior; sin breviores fuerint, q̄, vt
extremi se tangant, quum inter ipsos aliquid inanis spaciū relinquatur; iunctura in eadem contraria
ratione inaequalis erit, si quidem locus in ijs necessario reddetur inanis & cauus, perinde atque, ubi
longiores erant, gibbus & eminens. Edicit, ne huiusmodi panni semel subito iniiciantur, sed pau-
latim, tenuiores quidem à superiori parte, crassiores ab inferiori, quòd si vnum subito inieceris, lo-
cus talem habitum acquirat, qualem primò habuit membrum.

3 Ex fascijs, quae primò iniiciuntur, duae sunt, prior ab affectu orsa in superiori parte desinit: altera ab
affectu deorsum procedit, inde sursum finitur.

Sec. 1. t. 23. &
deinceps. 7.
2-7 B.
Supra quoq; ostendi fascias, quae ante pannos affectae parti primò iniiciuntur, v̄ποδερμίδας ab
Hippocrate nominari. Scripsit autem in libro de fracturis quorsum vtraq; imponatur, prior naq;
ex ipsis non modò prohibet, quòd concurrat, sed & eius quòd in affecto loco receptum est, sursum
aliquid expellit: altera non nihil sanguinis in vitata parte superantis ad extremum mēbrum trans-
mittit. Communè est vtriq; compositum os sine deprauatione continere.

4 Adstringenda autem maximè sunt, quòd morbus est, extremis partibus minimè, alibi pro ratione. F

Ibidem. Horum item ratio in commentarijs de fracturis exposita est. In vniuersum autem sub omni vin-
culo, vbi subiecta caro magis adstringitur, humor in ea contentus ad proxima loca propellitur: vbi
verò lenius, admittitur quòd procedit ab ijs, quae vehementius comprimuntur.

5 Comprehdendatq; vinculum integræ partis quam plurimum.

Qua ratione hoc quoq; consiliū dederit, manifestum est, quia cum vinculum integræ partis
multum completitur, firmius continetur, & humor ab affecta parte ad ea, quae iuxta sunt, magis
exprimitur, reprimiturq; valentius, quòd à superiori parte descendit.

6 At quòd ad fasciarum numerum, longitudinem, latitudinem spectat, numero quidem tot accipiantur,
vt à vitio minimè superentur, vt ferulas comprimere non sinant, vt onere non laedant, vt inclinationis
causa non sint, nec effeminent.

Alij ferè omnes sub eodem nomine fascias habent, quae primae iniiciuntur, & quae his superdā-
tur: sed Hippocrates priores appellat v̄ποδερμίδας, quae pannis superdantur επιδερμεις, has igitur
quot, q̄ longas, quam latas adhibere conueniat, nunc persequitur. Imperat itaq; vt tot sint, quot cō-
positum os fideliter contineant. Illud enim vt à vitio minime superentur, id sibi vult, q̄ vbi non su-
perent, in contrarium incident, nempe vt cedant, & à vitio, hoc est vitata parte superentur, quòd si
tunc vincunt, quum compositam partem immobilem conseruant, si quid hæc moueatur, iure dicit
quis eas superari. Quòd autem inquit vt ferulas comprimere non sinant, nihil amplius notat, q̄ q̄
ferula, vbi fasciæ iusto pauciores sint, membrum prement, hoc est, cogent atque vrgebunt, quae no-
xa violatam quoque sedem afficiet; quā si tot adhibueris, ut laborantem oneres, sic quoq; peccare
ris, quum modum excedas, quae duo cauentes fasciarum numerum conijciemus, ea obseruatione
adhibita, vt neq; premant, neq; onerent. Sed ne fasciarum numerus (inquit) causa sit inclinationis,
quam dixit περιπέσει, v̄ne verbo inde ducto, q̄ iunctura tota in alteram partem dextram vel sinistram
περιπέσει, id est inclinatur, id quòd accidit ob exuperantem numerum fasciarum. Vsurpat autem
verbum effeminare, quòd ἐκθινύειν dixit, quidam in partibus vitatis accipiunt, vt quas redditu-
rus sit infirmas & molles superimpositorum linteorum numerus: alij in ipso vinculo, quòd imbe-
cillum fiet, quum ferulae, sub iniectorum linteorum numero laxius contineantur. H

7 Quòd verò ad longitudinem, & latitudinem pertinet, impleant trium, quatuor, quinque, aut sex, lon-
gitudinem quidem cubitorum: latitudinem verò digitorum.

Tot igitur digitorum, & cubitorum, illius scilicet, qui alligatur, superdari vinculum iubet, neq;
vnum statuit longitudinis & latitudinis terminum, eo q̄ nullum sit vinculum, quòd adhiberi om-
nibus aequè longum debeat, sed numerum, longitudinem, & latitudinem fasciarum pro magnitu-
dine fracturae definit, atq; hoc est postremum vinculum, quòd in opere de fracturis iniici voluit,
quò tempore inflammatione à sede affecta sublata ueniendum est ad ferulas.

8 Ambitus itaque panniculorum totidem sint, nec vrgeant.

Imperat, ut panniculi toties fascias cingant, quoties earum vnaquaeque circuerit. Illud autem
nec vrgeant ad modum refertur adstringendi, eatenus enim coarctari panniculi super fascias de-
bent, ut firmiter maneat, sed non vrgeant. At quid magis praestat, quam coniuncti hanc partem
contexere

Acontexere cum priori, vt tota oratio sit huiusmodi: Ambitus itaq; panniculorum totidem sint, vt
ne vrgeant, quandoquidem premunt, vbi sapius circundentur. Expediit fortasse pro τσαύρα,
id est totidem, legere τσαύρα, id est talia, o tertia litera scilicet versa in α, nam ambitus panniculorū
qualitate potius, q̄ numero vinculum exhibent moderatum.

9 Mollia autem adhibeantur, & minimè crassa.

Hæc omnia videlicet præcipit mollia adhiberi, & non crassa, cauens, quemadmodum supra de
linteis diximus, ita etiam nunc, ne subiecta corpora comprimantur.

10 Omniaq; hæc pro longitudine, latitudine, crassitudineq; sedis affectæ.

Idem quoq; iam supra dictum, vbi alia res agebatur, non huic dissimilis. Meminisse autē vbiq;
conuenit ad vitatæ partis longitudinem, latitudinem, & crassitudinem referri, quidquid de longi-
tudine linteorum, tum latitudine, crassitudine, numero ue propositum fuerit.

11 Ceterum Ferulae, leues, aequales sint, ab extremo resimæ, ab vtraque parte vinculo paulo breuiores,
crassissime quæ fractura extat. B

Spectat tam ferulae, q̄ panni, ad stabilitatem vinculi, ac firmitatē, panni quidem, vt fascias tuean-
tur, quae primò iniiciuntur: ferulae verò, vt omnia, quae subiecta sunt, muniant, sic vt in vniuersum
quatuor sint, quae singula suum vsum præstant. In primis, n. fasciæ, quae primò iniiciuntur, compo-
situm os continent, & affectum inflammari non linunt: deinde panni, qui superdantur, delabi ipsas
non patiuntur: tum ferulae firmant, quas circumponi Hippocrates iubet leues, & planas. Est autē
contrarium leui asperum, inaequale aequali, idq; quòd asperum est, oino inaequale est: at non sequi-
tur, si quid inaequale sit, id prorsus asperum esse, quæadmodum nec via idcirco aspera est, quia inae-
qualis, potest, n. cum ascensu, & descensu contineatur nō aspero inaequalis & esse & appellari, quā
& ferulas nihil prohibet leues esse, non tñ aequales, nam vbi in latera, vel sursum, aut deorsum spe-
ctent, aequales vtrique non erunt, poterūt tamen esse leues. Fracturis itaq; saluberrimum est ferulas
nec asperas esse, nec peruersas, vtraq; enim de causa comprimunt, præterquam q̄, quae peruersae
sunt, vinculum quoq; peruertunt, quò deprauiato pars etiam, quae comminuta est, deprauiatur. Mo-
net autem, vt ab extremo resimæ imponantur, resimas intelligere possumus leniter ab inferiori par-
te deorsum, cum, quae ad finem vsq; aequali crassitudine sunt, vinculum ibi aequè atq; in cæteris par-
tibus contineant, quòd minime opus est factio, placuit enim ipsi medium arcitius adstringi, inde ver-
sus extrema laxari, extremisq; partibus omnium esse laxissimum: tum ferulas vinculo ipso breui-
ores superaccommodari, ne vltra ipsum vlla in parte cutem tangant, quae sapius intumescit, eò q̄ hu-
morem admittat sub fascijs depulsum, Crassiores item ferulas imponi voluit, quæ fractura est, quæ-
doquidem ad hanc locum potissimum pertinent.

12 Atque vbi partes gibbae sunt, & natura minimum carnis habent, vereri oportet, quæ eminent, vt in-
iuxta digitos aut talos, vel imponendo, vel breuitate.

Cauere iubet, ne iuxta ossium eminentias ferulae superaccommodent, id qd' duplici rōne fit, vel
vbi nullo modo ab illa parte ipsius vinculi dant: vel vbi adhibent breuiores, q̄ vt ad eminentiā pri-
neant, priusq; delinunt, q̄ illā attingunt, qd' expeditius est. In quibus autē vitamus ferulas, ne quid
laedant, ab illis planè abstinentes, dixit/imponendo: at/breuitate/cū longitudini aliqd' demimus, quasi
ita dixerit: Cauere debemus, ne ferulae tangant, qd' eminet, vel non imponentes, vel breuiores dātes,

13 D Panniculi verò fulcire debent, at non comprimere primò.

Paulò supra proxime à fascijs panniculorum mentionem fecit, non tamen expressit panniculos
illis superiniiciendos esse, sed illud nobis consequutio ordinis indicauit: nunc autem ait/fulcire de-
bent/id est firmare ac stabilire, cum eo vt ne premant: idq; vbi primò vinculum iniicimus, ita, vt si
homo sequentibus diebus rogetur, respondeat se nihil sentire, quòd comprimat, cum liceat nobis
per panniculos ferulas coarctare. Scripserunt quidam/primò/non in fine propositorum verborū,
sed in principio sequentium, ita, vt habeant/primò inuoluere oportet ceratum, molle, leue, purum/
fatius autem fuit cerato molli, leui, puro, in sexto casu accipere, ita, vt oratio reddatur: Primò circa
fractam partem cum ipso circundare fasciam oportet.

14 Ceratum, molle, leue, purum.

Non enim fascijs ipsis aridis infectis solam vitatæ partis cutem cerato inungendam censet, sed
subinde singulos etiam fasciarum ambitus, nam, si cute tantum illita siccas fascias dederis, eo præ-
sidio affectas partes priuabis, quòd per ceratum erant consequuturae, cum linteæ ceratum ipsum,
Septima Classis. EEEEEEE iij quod

quod cutem madefaciât, abforbeant, & eam ob id siccam reddant. Patet autem quam ob causam ce-
ratum esse molle velit, cum eo in vicem perfusionis utatur, quæ perficere quidem hoc ipsum po-
test: sed tutius id ceratum præstat, præsertim ubi tunc assidere vsq; medicus non potest, nec mini-
strum nouit hominem laboriosum, qui ue sedulo det operam ægrotanti. Iubet insuper, ut ceratum
illinatur non solum molle, sed & purum, hoc est, cui nihil sit immixtum propolis, sordium, aut ter-
reni vel arenosi, præter ceram. id autem protinus etiam leue erit, nisi propter eas, quæ vocantur
ἐμπίδες, latius pateat leue, q̄ purum. Leue autem λέειν ab Hippocrate dicitur, quod verbum non
solum inuenitur sic scriptum, sed λιβη etiam, adiecta litera β ante η: tuncq; non leue, sed liquidum
significat. Sic autem magis scribendum putant, quicunq; significatione verbi/purum/cēsent leue
quoque contineri, liquidum verò dicunt e regione aridi esse, quod non est tale.

DE AQUA CALIDA.

15 *Quod ad Aqua calorē pertinet, & copiam, calor uehementior non sit, quam ut infusa ferri possit à ma-
nu: Copiam, ubi relaxandum, extenuandumq; est, esse conuenit maximam: ubi caro producenda est, aut
mollendum, modicam.*

Exigit fracturæ curatio, ut de aqua non nihil etiam dicamus. Vbi cunq; igitur fasciæ resoluunt,
conseruerunt medici omnes fracturas aqua calida perfundere, utpote eius opem euidenter experti.
Verum in duobus peccare solent, qui ea utuntur, in modo & qualitate. in hac quidem, q̄ calidiorē
infundant, vel frigidiorē, q̄ opus sit: in modo q̄ longiori, vel breuiori tempore faciant huiusmodi
medicinam. Temperamentū igitur in qualitate iudicem constituit manū ipsius curantis, qui ma-
nū suam aqua perfundens, quam infusus fracturæ est, potest pro fractura temperationem ius-
tam conijcere. late autem patet, quam dico temperatio: & ad communem hominum speciem, non
ad offensum duntaxat refertur, ea enim interdum & ipsi iusta videbitur. Ergo, ubi primum fascias
solueris, hac perfusa poteris de homine quaerere, nimis ne calida, an gelida tibi videatur: atq; ita ca-
lidiorē vel frigidiorē perfundens pro agrotate appolite temperabis. Temperatum ergo aquæ
calorem iudicari primò nostra manu uoluit, quem quidem proprie admodum perfectissimèq; &
omnium optime iudicat sensus agrotantis. Iam verò quandiu in perfusione aquæ calidæ perseue-
randum sit, ex eisdem colligitur animaduersionibus, quibus frictio, & quoduis prædidum calefa-
ciens, hæc si quidem admota, non modò euocare possunt ad affectam partem, quod iuxta continet,
sed etiam digerere. Quocirca aquæ calidæ, & ob corporis modum, & ob diuturniorem & breuiorē
rem usum, contrarij esse effectus videntur, quoniam toto corpore inani, digerit magis q̄ euocat:
contra repleto, magis euocat q̄ digerit, tum paruo tempore admota implet amplius q̄ detrahat: sed
si longior mora in perfusione sit, digerendo plus potest, q̄ implendo. Iure igitur dixit, ubi relaxan-
dum tenuandumq; est, maximam copiam requiri: modicam, ubi mollendum, & caro producenda.
Extenuantur protinus, quæ exinaniantur: non tamen ita protinus relaxantur, quæ extenta sunt, sed
alijs medijs interiectis, quæcunq; n. multitudine distenduntur, cuiusmodi sunt omnia, quæ inflam-
matione tenentur, ubi exinanita sunt, relaxantur: quæ verò frigore spissante, ubi calefacta sunt: quæ
siccitate distenduntur, ubi madefacta relaxantur. Recte ergo ait aquam calidam laxare, ubi plurima
corpori infunditur, cum hæc præstare valeat. Mirari verò te nolum, si diximus aquam calidam posse
& superantem humorem detrahare, & solidum corpus madefacere, alibi enim utrunq; esse verum
demonstrauimus. Hæc igitur aquæ calidæ vis est, quæ ubi pauca sit, quid præstare possit, proferre
simpliciter non licet. si quis, n. iterum vel tertio infudisse, aut per spongiam fouisse, contentus sit,
operam penitus iusserit: sed, si modice perfusione utatur, Hippocrate auctore carnē producet, mol-
lietq; quibus eiusmodi præsidio opus fuerit. Quorsum verò adiecerim/ quibus opus fuerit/ cogno-
sce. moderata aquæ calidæ perfusio graciliori corpore, ac repleto superanti humore, calefactam par-
tem implebit: sed, si corpus macrum sit, & minime repletum, carnem simul producet, & molliet.
creatur. n. caro in illis partibus, in quibus ali & crescere debet, quum temperatam naturam inter fri-
gus & calorem habent, & sanguis sincerus iusto modo ad illas confluat, utrumq; efficit calidæ aque
moderata perfusio. quandoquidem sanguinem concitat ad sedem perfusam: & ibi prius existentē
carnem temperat, si frigida prius erat, calefaciendo, si calida, refrigerando, quum calorem euocat
ad exteriora, & vtili humore madefacit, atq; idcirco etiam refrigerat, quemadmodum balnea aquæ
dulcis, hæc si quidem eos calefaciunt, qui ex itinere, immodico frigore emoriuntur: exustos verò nō
laxant, videntur enim temperatæ aquæ solio delectari, & vindicari post balneum à siti. Id etiam
num ualet perfusio aquæ calidæ, quæ si moderatè adhibeatur, carne implet, & ob id particulam red-
dit molliorem. caro enim nuper coacta mollis est, utpote, cum sanguis haud ita pridem concreue-
rit, quoniam calei modo, qui recens cogitur, generatur.

16 *In eo quod perfunditur, hac moderatione utendum, ut, dum intumescit, finiatur, priusquam resdat.
Primò enim attollitur, postea extenuatur.*

Modus


A Modus eius perfusionis, quæ carnem producere, & mollire debet, est, ut defissamus, antequam
perfusus locus incipiat residere, primò enim attollitur, hoc est, in tumorem assurgit naturali maio-
rem, tum quia funditur sanguis, qui in ipso continetur, tum quia à superioribus partibus eò descen-
dit: post hæc extenuatur, quia multum sanguinis discutitur, tam eius, qui à superiori parte concu-
rit, quam eius, qui ibi subsistebat.

17 *Contineantur autem molliter, aequaliter, & alijs excitata quæcunq; extant in corpore, cuiusmodi
calx est, & coxa, ita, ut neque curuentur, neque peruertantur.*

Orationem hanc alij legunt, quasi totam coniuncte contextam: alij in duas partes seiungunt, &
vtramq; seorsum explanant. Prior itaq; pars ita circumscripita est, ut suum habere absolutū sensum
per se possit. Ergo, siue contineri partes communiter intelligamus, ut sub continendi verbo com-
prehendantur etiam quæ suspenduntur, veluti brachium: siue ad solum crus referamus, optimum
erit molliter contineri, & aequaliter, & sublimiores, molliter quidem, ne laborans eo loci prematum,
& ob prementium sensum inflammatione periclitetur, ne ue coactus statum mutare, fractum me-
brum peruertat, quod seruari immobile debuit, & ex toto conuiescere: quæ verò inæqualiter con-
tinentur, dolent simul, & deprauantur, cū alia parte sine fulcro sint, alia virgeantur. non iniuria itaq;
censet æqualem habitum esse deligendum, ad hæc, ubi altius excitentur, defenduntur à materiæ cur-
su, cui, quum opportuna sint, quæ in inferiorem partem inclinantur, inflammatione prehendantur.
Cōstat igitur prioris partis orationis sensum vnum esse posse, recteq; ita explanatam esse. Alterius
verò partis, si quidem per se legatur, mens hæc erit. Quæcunq; in corpore extant, ut in calce & co-
xa, recte contineantur, ut neq; curuentur, neq; peruertantur. Sed quia non adiectum est/ recte con-
tineantur/ idcirco non nulli eam præcisam existimant, coguntq; cum priori parte ipsam coniun-
gere. Rursus, si coniuncte ambæ legantur, oratio non amplius manet communis, sed solum ad cōti-
nendum extantia pertinet. Qui in omnibus hæc accipiunt, communem orationem fieri dicunt, eo
q̄ cum extantibus partibus, & reliqua intelligantur, quin, & Hippocratem ostendunt, non in hoc
libro tantum, sed & in alijs multis, ex vnius vel alterius rei exemplo res vniuersas complecti, quum
id, quod proponitur, euidentiā antecellat ea, quæ sunt eiusdem generis, sic, ut ex ipso intelligantur,
quemadmodum nunc ex calce, & coxa. Etenim, cū omnes eiusmodi partes, quando affectæ sunt,
molliter & aequaliter iacere, & sublimiores haberi debeant, in extantibus qualis coxa est & calx, id
maximè seruandum esse perspicuum est. Sæpius autem diximus huiusmodi loquutiones præbere
ansam alijs ad alia traducendi, sic, ut quod cuiq; visum fuerit, probabile credatur, quare de opinio-
ne, quæ vera videatur, non conuenit sententiam proferre. Hoc igitur meminisse nos oportet, illud
etiam non ignorantes in discrepantibus expositionibus, ubi in sententia non peccetur, non diu esse
insistendum, satius enim esse, transire ad id, quod ad artem maximè pertinet, atque in eo immorari,
quod nunc facere præstat. Ergo, quum conueniat partes omnes molliter collocandas esse, tum æqua-
liter & sublimiter, potissimum quæ extant, qualis coxa est & calx, ad ea, quæ restant, veniamus, ubi
inquit/ ita, ut neq; curuentur, neq; peruertantur. Rursus hoc loci ijs, quæ ad artem pertinent, annu-
merari debet extantis partis collocandæ peritia, hæc, si iusto altius excitetur, membrum curuabit:
si humilior erit, peruertetur ac præsertim, cum is error accidit, ubi primò collocatur. Quæ verò
præter medicinalem artem in oratione sunt, longam requirunt explanationem. In commentarijs
autem de fracturis, sicut perfecte tractatum est de alijs omnibus, quæ ibi præcipiuntur, ita etiam
de calce continendo, ubi ait/ danda potissimum opera est, ut imus calx optime contineatur/. Sed
conseruerunt non nulli addere omnia vbiq; totasq; alibi positas orationes, quibus idem præceptum
continetur, adscribere, quod neq; biduo perpetuo fieri posset, quocirca scripta ita exponentium
nemo legit breuiori spacio q̄ annuo. Iam ergo quum in libros de articulis & de fracturis commen-
taria scripserimus, hic tantum monuisse necesse est. Si quis igitur eos libros legerit percurrrens ce-
lerissime, quod nunc proponitur, ad vltiora pergat, doctus à nobis, qui periculum fecimus, perfe-
ctos fieri artifices lata plenaq; docendi ratione, non breui & compendiaria: quam alioqui vtilē esse
non inficior, cum paucis contemplationem vniuersam complectatur.

sect. 2. l. 77. 7^a
241.

18



Canalis cruri subiectus.
Septima Classis.

Canalis verò cruris non dimidium, sed totum
excipiat. Spectetur autem morbus, et cætera, quæ
oriuntur incommoda manifesta.

Agit hic, ut cum ijs, qui commentaria de
articulis & de fracturis legerint, id manifestū
appellans, quod quibus vnus ē populo intelli-
git. Nō nulla siquidem ita conspicua sunt, ut
vniuersis appareat, qualia sunt, quæ proxime
præcedentibus verbis narravit, omnes enim
EEEEEE iij intelli-

sect. 1. t. 64. 7.
239. b
sect. 2. t. 75. 7.
41. f

intelligunt fractum membrum molliter & æqualiter esse collocandum, incommoda tamen, quæ ca E
nalis affert, non vident, nisi qui ab ipso perceperint in opere de fracturis, his verbis: quorum prin-
cipium est, De canali, qui fractura cruri subijciatur, incertus sum quid dem consilij. causam verò, cur
iure incertus sit, subiicit. Ac rursus alibi in eodem opere, ubi incipit, Si quis ipsi femori canalem
subijciat, tum compluribus adiectis in extrema oratione adscribit, Canalis igitur, vel totum excipe
re crus debet, vel nullo modo adhiberi. Voluit autem propositis verbis canalis usum necessarium
non esse, si adhibeatur tamen, subijciendum esse toti cruri in quibus tenuis, non ad genu duntaxat
pertinētem. Ex illis ergo manifestum est, quod proponitur hoc loco, neque ipsum per se ipsum pat-
tet. quoniam quantum spectat ad verba/non/dixit/nil, quæ vox accipi potest, quasi disiungat, sed eā
ab ipso usurpari ad negandum scimus, cenfer enim canalem vniuerso cruri subijciendum innocen-
ter. Eodem modo etiam usurpauit ipsam Homerus in eo carmine.

Tutari incolumem populum non perdere conor. ubi/non/dixit/nil, quin & Thucydides etiā
ita mutuat. Vult autē spectandum esse morbum, cuius gratia canalis admouet, & alia omnia, quæ lædere
possunt. Morbus quidem est fractura grauis ossium cruris, ad cuius curationē opus est crure peni-
tus immobili, canalis. n. pbatur à quibusdam, vt qui vtilissime tunc subijciatur, quum æger è lectu-
lo surgit. id autē accidit, ubi vel delidere cupit, vel cubilis duriciē non ferens, ad alterū transferri iam
tunc strati, quod in opere de fracturis exposuit: ubi illud etiā ostendit, quod canalis, si non sit longior;
quæ vt ultra genu pertineat, non phibet crus, quum mouetur: infestus quæ est, & sapius comprimit. Im-
perat autē, vt morbum intuitu, cuius gratia canalis vtmur, & ea, quæ canalis affert incommoda, ipsum
modò accipiamus, modò repudiamus, nam quæ, ubi molestia, quæ canalis exhibet, exuperet, vitandus
erit: contra, si vincat vtilitas, præstabit crus, non vsq; ad genu tantum, sed totum canali excepisse.

sect. 1. t. 64. 7.
239. b

19 Præter hæc porrectio, ab inferiori parte intentio, in diuersas partes ductio, compositio, aliaque, secundum naturam sint.

In prioribus dictum est porrectionem, quam *πρὸς ἑξῆς* dixit vocari, quum linguēs se ipsum præ-
bet medico curandum. quo tpe medicus primum cognoscit affectum ipsum. in festantem: deinde
ad curationem ipsam accingitur. At quum necesse omnino sit affectā partem aliquo modo conti-
neri, iure videtur fm naturam esse continenda: nam, si præter naturam iaceret, non mediocriter læ-
deretur. Postquæ porrecta est, vel in eadem solum debet ab inferiori parte, ubi adeo tenera est, vt abun-
de sit, si à superiori parte teneatur: vel in diuersa diduci, ubi validior est, constat itaque, & hoc tpe fa-
ctius esse ægro eum seruare habitum, qui secundum naturam sit. Quo factio proximum est, vt cōpo-
natur, ac tunc etiam conuenit eundem habitum tueri. Dehinc sequitur, vt contineatur, vel suspen-
datur, quæ duo non commemorauit nominatim, sed significauit, dum dixit/aliaque/.


A. li. 4. f. 5. t. 2.
c. 4. 48. h

20 De natura, quod ad actiones pertinet, animaduertendum est, quid requirat opus, quod sit, quod ad hæc
attendenda quies, medium, consuetudo. In quiete quidem, atq; ocio considerare rectum habitum oportet, puta
brachij: in medio, porrectionem, atq; contractionē, quæ admodum, ubi cubitus cum humero prope ad rectum
angulum figuratur: consuetudo idcirco spectanda est, quia non alius habitus facilius fertur, cuiusmodi est
in cruribus, ubi extensa habentur. Quæ enim hoc modo collocantur, immobilia diu facillimè persenerunt.

Præfatus in superioribus verbis fm naturam/non immeritò hîc exprimit, quæ nam sit hæc na-
tura, quæ ue sint eius notæ. Scribit autem de natura, quod ad actiones pertinet, animaduertendum
est, quid requirat opus quod sit / quali ita dixerit, naturalis habitus in actionibus quidem actionis
proposito indicat, & vsu, cui destinatur / quod ad hæc / id est ad ea, quæ nunc proposita sunt, scilicet
ad porrigendum, extendendum, componendum, collocandum, quum homo ad nullum opus læsa
parte vti debeat. Alias animaduersiones in peruestigatione habitus naturalis deinceps adijgit his
verbis, attendenda quies, medium, consuetudo / quietem intelligit, quum homo ferrius ex toto in
ocio est. vnde colligi rectum habitum testatur, sicut in brachio docuit, subijci cubitū volens, eiq; ra-
dium insidere. Eo medio ait apparere habitum inter extremam porrectionem, & contractionē, quæ
scribit prope accedere ad rectum angulum cubiti cū humero, quem ipse *ἑγγύσιον* dixit, quo volunt
habitum appellari, qui est ad rectum angulum, sic, vt cubiti os cum humero rectum angulū ostendat.
Verum addit / prope / vetustis oibus exemplis, quam scripturam agnoscunt, qui hunc librū ex-
planarunt. bis autē peccatur in hac scriptura, si *ἑγγύσιον* accipiatur pro habitu, qui acutus angulū
habet. Quum quæ acutus angulus dicatur, qui rectio minor est, nam, ubi recta linea super rectam du-
cta angulos efficit ab vtraque parte inter se æquales, vterque æqualium angulorum rectus est, sed qui
rectio minor est, appellat acutus, sicut qui maior, obtusus. habet rectus angulus eam magnitudinē,
cui nihil addi, nihil demi potest, sed acuti, & obtusi anguli numero sunt infiniti. in rectio angulo, nul-
la penitus declinatio est, quando quidem recta linea super rectam ducta tunc vtrinque rectum an-
gulum facit, quum in neutram partem inclinat: at ubi linea, quæ rectum angulum facit, vergat
in alteram partem rectæ lineæ subiectæ, inclinationes maiores, minores que fiunt innumerabiles.

Non

A



Non licet ergo, ubi quis rectum angu-
lum exprimi simpliciter velit, dicere, pro-
pè acutum, siquidem prius intelligitur re-
ctus, postea acutus, quoniam (vt retuli)
vnus est rectus, acuti verò innumerabi-
les. merito igitur dicit quis acuti quem-
piam angulum propè rectum accedere,
sed, quum plurimi sint acuti anguli, intel-
ligemus illum esse, propè rectum, qui pa-
rum abest, neque concursum rectorum linearum, à quibus producit, ita acutum habet. ex quam
plurimis itidē angulis obtusis eos intelligemus propè rectum accedere, quibus rectorum linearū,
à quibus fiunt, coniunctio modicè obtusa est. aliquem verò angulum propè ad acutum accede-
re incomprehensibile est, cum acutus angulus non sit vnus. Non potest ergo *ἑγγύσιον* dici quod
ad acutum angulum figuratur: tum quod nemo ex græcis appellat aut *ἑγγύσιον* per duplex *γγ*,
aut *ἑγγύσιον* per *εῦ* syllabam, acuti anguli figuram: sed, quæ rectum angulum habet, ea *ἑγγύσιον*
per *εῦ* diphthongum, & *ἑγγύσιον* per duplex *γγ* nuncupatur. An *ἑγγύσιον* necesse est accipere
id, quod ad rectum angulum figuratur, quod accidit, ubi cubitus cum humero facit angulum
rectum: exquirere autem, cur Hippocrates prope adiungit? Dicemus igitur & nunc, quod sæ-
pius dicere consueuimus, obscuræ orationis explanationem non certò sciri, sed, si quid probabi-
le sit, cum eo vt quod propositum est verum sit, & auctoris sententiæ non repugnet, accipiendum
esse. huc itaque incumbentes verbum / propè / conabimur enodare. Statuamus *ἑγγύσιον* figu-
ram, quum vna sit, neque minui posse, neque augeri: nobis autem non licere brachium ita collo-
care, vt ossa ad angulum rectum sine vlla inclinatione inter se committantur, sed satis esse, si non
ita multum ab huiusmodi figura recedant, præsertim cum neque Hippocrati placeat is totius bra-
chij habitus. demonstrabo enim naturalem habitum prope rectum angulum esse, sed paulum re-
cedere ad obtusum, hoc est spectare ad porrectionem: demonstrationem verò ab ijs accipiam, quæ
ipse scripsit, nam de quiete ait, & de consuetudine, indagare nos posse naturalem habitum, ex am-
bobus coniunctis conficitur consilium vnum compositum, perinde quali quisita dixerit: Collo-
candi rationes, quibus iacere singulæ partes solent, quum ociosæ sunt, in curationibus quoque
eligi debent, nam in partibus commodè figurandis, id patet primò studendum esse, vt "minimè
Cdoleant. Verum, si huiusmodi quiescentium habitus à laborantibus seruetur, sed alio modo
iaceant sine dolore, haud diu mansuros esse manifestum est. Igitur, si respexeris ad homines ocio-
sos, plerumque comperies brachia non penitus media, inter porrecta ex toto, & ex toto curuata,
sed ad porrectionem magis accedentia, id quod etiam accidit in altera habituum oppositione.
Cuncti enim homines, ubi defessi sunt, brachia aperientes, habitum eligunt medium inter pro-
num prorsus, & supinum, vt qui omnium maxime dolore careat, coguntur tamen paulum incli-
nare in pronom. Volens igitur Hippocrates hæc exprimere, cum non esset, quod rem pluribus
explicaret, adiecit verbum / prope /. Quod autem ea ratione, quam dixi, inter cæteras maxime
collocari cubantem iuuet, præcipue intelligunt, qui sunt in eiusmodi artis operibus versati, hæc
enim oratione audita veram esse rem comprehendunt. Itaque, ubi mens auctoris propter obscu-
ritatem dubia est, expositorem tueri auctoris sententiā, & propositæ rei veritatem oportet: sic
enim, qui discunt, vtilitatem consequuntur. Hoc igitur consilium seruare in omni expositione
conor, quod quidam expositores, neque si operam darēt, assequi possent, vt qui medicinalium ope-
rum sint expertes, & cauillatorum vestigijs insistant, fiant que ex eorum numero, qui *λογικολ*
ιατροι vocantur, id est verbotenus medici, quorum causa vulgo suspecti sunt qui recte vtuntur
Dratione. Hæc, & si raro explicentur, teneri memoria debent. Accedamus nunc ad ea, quæ proxi-
mis verbis subijciuntur, quemadmodum habitus inter pronom & supinum omnium minimè
dolori est, cui assueti sunt fere omnes plurimum tempus ætatis: ita etiam se res habet in cruribus
extendendis, extensa enim crura iacere diu queunt immobilia. Mutandum verò necessariò non
esse membrum in alterum habitum minus iocundum ostendimus in libro de musculis, ubi mu-
tationis quoque causam adiecimus. quare id non amplius ostendendum est, sed in memoriam re-
uocandum, quemadmodum & illud etiam, quod citò ad eundem habitum reuertemur. sed ne-
cessarium non est causam referre, longiorem enim sermonem desiderat. satis itaque est senten-
tia Hippocratis ad vnguem seruata, aliud quid pro causa tradere, quod iuuenibus magis expe-
diat, quod que à nobis disputatum est in libro de motu musculorum. Igitur in commillura hu-
meri cum cubito, habitus naturalis medius est inter vtrunque extremum, nempe eius, vltra quod
porrigere, & eius, vltra quod curuare, brachium non licet. Apparet autem, ubi ossa carne nuden-
tur, duobus processibus terminatum cubiti cauum, quo recipitur humeri ambitus cardinem re-
præsentans, quem duo tubercula medium complectuntur: tum in vltima porrectione posterior
cubiti

A. li. 4. f. 5. t. 2.
c. 4. 48. h

30

cubiti processus coniectus in sinum humeri posteriorem, non secus quam in extremo flexu prior in priorem. quibuscunque vero sinus posterior natura magis sinuatur, præter extremam porrectionem cubitum adducunt ad exteriorem partem, sicut contra, qui eum recessum iusto minus cavum habent, perfecte brachium non extendunt. Vt non sunt autem consimiles in omnibus structurae articularum, neque certi in omnibus extendendi fines, sic neque medium erit in omnibus idem. quare ubi medium habitum inter extremam porrectionem, & ultimum flexum naturalem, esse affirmamus, medium non ad vnguem accipimus, sed sic, ut latè pateat, quod medium Hippocrates appellat *κωνόν*. Verum, sicut nullo modo fieri potest, ut medius ex toto habitus seruetur, ubi nec adiacere latum vnguem, nec demere queas, sic non expedit brachium longè ab hoc medio figurari. Id enim interest inter artificiosam coniecturam, & eam, quæ artis est expertis, quod artificiosa exquisitam moderationem prope attingit, quæ artis est expertis, plurimum non nunquam aberrat. Possit itaque Hippocrates iuxta hanc sententiam monuisse, ut seruetur habitus prope *ἰσώνιον*, hoc vocabulo rectum angulum appellans, ut qui nos coniectura ductos, non longè recessuros esse ab exquisita moderatione existimet. Sed iam iam persequar, quod pollicitus sum me relaturum iunioribus, quod ad hunc locum maximè conferat. Habet consuetudo præcipuam in medicina vim, ita, ut à clarissimis medicis natura aduentitia nuncpetur, quam constat inter ea, quæ necessariorum admodum spectantur, Hippocratem ubique numerasse in indicandi facultate tribuentem ei secundas, illa videlicet primas occupante, quæ à natura sumitur, collocandi enim ratio, quæ ab hac indicatur, eatenus inferior est, quatenus exquisitè in omnibus eadem esse non potest, sed pro cuiusque consuetudine variatur. Conspexi ergo quosdam totum diem confidentes, qui artes exercent sedentarias, alios stantes, aut ambulantes: censuique non immeritò ijs magis extenta figuranda crura esse, qui bonam temporis partem habere sic collocata consueverunt, ex contrario minus extenta, quibus curuata diem vniuersum detinentur. experimento autem rem comprobans, comperi qualem speravi. Brachiorum verò eadem est ratio, iacere enim ad rectum angulum debent, sed propius ne accedere ad ipsum oporteat, an longius abesse, ex consuetudine intelligitur. Verum homines, quum quæ à ratione excogitata sunt, experimento dijudicant, tunc rei excogitæ certum indicium habent, ubi experimentum à ratione non dissentit, itaque præceptum hoc ab omnibus amicis comprobatum firmiter iam constitutum est ad hæc maximè pertinere. Arbitramur ergo Hippocratem voluisse habitum, qui ad rectum angulum ad vnguem est, pro consuetudine variari: mutationem verò exiguam esse, hoc est, prope rectum angulum accedere.

21 In mutatione verò postquam adhibita intentio est, hæc similiter se habeant, quod ad habitum pertinet & situm, musculi, venæ, nervi, ossa, bene admodum contineantur, & bene figurentur.

A. li. 4. f. 4. a. c. 4. 483. h

Hæc superius etiam dicta sunt, si quis autem ex toto ipsa detraxerit, præceptis nihil dempsit. Accidit enim in huiusmodi libris, quibus multa summam continentur, ut auctor eadem res aliter atque aliter adscribat, ea de causa, ut consideret, quibus verbis, eas potissimum explicet: librarius verò postea, ubi reperit scripta non nulla in margine, non nulla in ipso spacio, in quo contineri scriptura solet, vniuersa in ipsum spaciū congerat, quo ordine maximè censet conuenire. Id igitur, quod propositis verbis ostenditur, eius generis est. Complura diximus attendi tempora in eo, qui curatur, primum, ubi ad medicum accedit aliquo prorsus modo figuratam habens affectam partem: alterum deinde, quum se præbet medico, qui intuitus partem, & vitium eius cognoscat, & qua præparatione ad curationem opus sit. Sequitur deinceps tempus præparationis, & postmodum intentionis, tum ossa componendi, ubi fracta fuerint, & restituendi, ubi prolapsa, dein alligandi, postremum omnium est tempus suspendendi in brachio, continendi in crure, & in locis iuxta spinam, & caput. Eξ *ἴ* igitur, id est habitum hęc vocauit *ἰσώνιον*, quod habeat eam rationem, qua partes continentur figuratæ eo tempore, quod ab initio vinculo proximum est: huic regione opposuit situm eorum, quæ continentur, nempe trium crurum, capitis, & totius spinæ, sic, ut habitum accipere in alijs debeamus, ut puta in iugulo, brachio, latere, capite humeri, lato scapularum osse, malis, maxilla, & liquid aliud simile est. cetera enim opus esse, ubi prædictæ partes affectæ mutantur, non nullas rectè iacere, puta quæcunque contineri possunt, non nullas rectè figuratas haberi, nempe, quæ contineri non possunt. Dixit autem, quæ continentur *ἰσώνια*, alia verò *ἰσώνια*. cetera in alijs ex dictis temporibus diuersa sunt. Commune est omnium vnum & idem, naturalis scilicet partium status, ad quem spectare iubeat illum, qui postremo tempore vinculum diu seruandum constituit. nam, si membrum alio modo figuretur, dum alligabitur, postremo tempore etiam mutabitur musculorum, venarum, & nervorum positio, ac neque *ἰσώνια* erunt, neque *ἰσώνια*, hoc est neque rectè continebuntur, neque rectè suspendentur.

Intendere

22 A Intendere autem illa valentissime oportet, quæ maxima sunt & crassissima, & ubi vtrumque os comminutum est: minus ubi id, quod subiectum est: minimè, ubi id, quod superius.

Intendere (inquit) valentissime oportet, quæ maximis & crassissimis ossibus continentur, & corpora, quæ ipsa cingunt, hoc est musculos. hi enim sunt, qui potissimum intentione indigent, ut quibus maximè vis inlit ad sua initia recurrenti. ex harum partium numero est femur, deinde humerus & crus, post hæc brachium, postremo, quæ iuxta manum sunt & pedem. excipe hic quæ in spina sita sunt. Sed quod ait / ubi vtrumque os fractum est, magis extendere oportet / intellige cubitum & radium: quod verò subiicit / minimè / id est leuissimè, ac maximè moderatè: / ubi id, quod superius / accipe in brachio radium, quæ omnia (ut retuli) discussa sunt in opere de fracturis.

23 Quod si iusto valentior intentio adhibeatur, noxia erit, præterquam in pueris: partes autem paulo altius excitentur.

Si ossa in pueris, vel ubi franguntur, vel ubi suis sedibus excidunt, minus quam expedit, extēdam B tur, tantum rē procedere non sinent. nam nec componentur, quæ fracta sunt, nec quæ prolapsa sunt, restituentur: sed si valentius extendantur, propriū assertur detrimentū. quo quidem tempore vis adhibetur, dolor excitatur, postea inflammatio superuenit, febris, nervorū distentio, & interdum etiam resolutio, quod testatur se vidisse Erasistratus in humeri capite nimium extento. Imminus tamen alijs pueri læduntur, si vehementius extendantur, propter humorē corporum & molliciem. nam, ut lora plurimū citra noxam distenduntur, quum mollia sunt & madida, abrumpuntur verò, cum arida sunt & dura: ita muscoli, atque nervi, quum madet, & molles sunt, ducentè facili subsequuntur, neque multum dolent, neque rumpuntur: sic verò & duri, quum, nisi magna vi cogantur, extendi nequeant, grauiori dolore videntur, non solum si iusto magis, sed etiam si modicè intenduntur. in eo enim casu neruorum ac musculorum fibræ conuellantur, rumpuntur quæ, quorum nihil manet pueros, neque enim postea inflammatione, atque idcirco febre, delirio, neruorum distensione, ac resolutione prehendantur. Ipse igitur de pueris verba fecit, quæ transferēda nobis sunt ad eunuchos, foeminas, tum ad eos, qui natura siue consuetudine madent, & molli carne sunt, cum istiusmodi corporum temperamenta ducenti facili pareant, neque sentire offensam vllam grauiorem soleant, si ultra debitum extendantur: at quibus vel natura, vel consuetudine corpus induruit, vix cedunt extendentibus, atque ea de causa minus ipse censuit à medicis esse extēdendos, valde siquidem læduntur, ubi immodica vis adhibeatur. Quod verò ait / partes autem paulo altius excitentur / item duplici de causa proponitur, & ut fidelius contineantur, dilabuntur enim, quæ contraria sunt: & ne doleant.

24 Bene repositi articuli exemplum sit ille, qui cognominis, qui par, qui similis, qui sanus est.

Cognominem Hippocrates dixit *ὁμώνυμον*. fatius autem fuit dixisse *συνώνυμον*, alia enim sunt *ὁμώνυμα*, quam quæ hic tractantur. homini quidem homo, & equus equo, tum canis terrestris terrestris, marinus marino, *συνώνυμος* est. quæcunque autem nomina in multis singularibus speciem vnam significant *συνώνυμος* in ipsis dicuntur: contra ea, quibus differentes species appellantur, vocare solemus *ὁμώνυμος* dicta, & quæ sub ipsis sunt, atque exprimentur, *ὁμώνυμα* habentur. qui dicitur igitur brachium cōparatum *ὁμώνυμον*, quando speciem eandē habet? Sed non expedit in verborum controuersia immorari. Quæ sequuntur magnum in medicina momentum habet, quibus iurebimur, cum prolapsum articulum in suam sedem restituerimus, uti exemplo cognominis, paris, similis, sani, cognominis quidem, ubi humerus cum humero confertur, cum brachio brachium, femur cum femore, crus cum crure: paris in eodem homine, & non in alio, quam rem in opere || de articulis declarauit his verbis / spectare quæ in articulis, non quidem alterius hominis: / pari autem adiecit similem, potest enim, cum quo cōfertur, par esse, / ut sanè similis non sit, cum sæpe alter humerus vitio quoquam tabuerit, aut abscessu agrotauerit, vel crus valgum sit, aut varum: atque idcirco sanum rursum adscripsit, ne quid nos perperam accipiamus, non grauatius verbum, quantum est in vi, idem penitus iterare. nam, quod par est, vti que sanum est, si simile sit, nisi ubi vtrumque membrum eodē modo sit affectum. tunc autem in alijs hominibus spectandum erit, in quo casu conuenit simili sanum adiacere, sed, si in eodem homine consideretur, abundè erit dixisse sanum, quod simili comprehenditur, fortasse autem Hippocrates vtrumque scripsit, ut in alijs scriptum inuenitur, animo accipiendi non vtrumque, sed alterum tantum, librarius verò vtrumque adscripsit.

Sec. 1. t. 34. 7. 257. f

25 Frictio ad resoluendum valet, & adstringendum, præter hæc ad implendum, ac minuendum. Nam, si dura sit, adstringitur corpus: si mollis, resolutur: si multa, minuitur: si modica, impletur.

Adstringere intelligit durare: resoluere, laxare, & mollire: minuere, extenuare. sub dura enim frictione carnem pertractatam verisimile est reddendam esse frictioni simile, dū adstringitur premittitur quæ: sic & sub molli carnem similem afficiendam, eo quod contraria prestet, atque dura: multa insuper,

per, cum demere plurimum possit, extenuari corpus probabile est: sed non similiter plerumque reficitur: ea quæ multæ contraria est, pauca videlicet, verum modica, quod superius dixit de vltu aquæ calidæ: paucissima enim frictio, non secus, ac exigua aquæ perfusio, nihil efficit, quod sensu percipiatur. Perfricare igitur oportet, vbi implendum est, quoad indicia cõspiciantur, quæ tradita de perfundendi moderatione fuerunt, quum ait / dum intumescit priusquam residat finiat: primo enim atollitur; postea extenuatur / demonstrauimus autem in secundo de tuenda sanitate ex ijs, quæ frictio præstat, nihil ab Hippocrate prætermisum. Illud verò, quod multos latet, ignorare non oportet, quæ uis dicitur sursum significet, τριψίς frictionem, ἀνατριψίς uocari à græcis non modo eam frictionem, quæ ab inferiori parte sursum procedit, sed quamlibet, quouis modo intendat: raroq; legi apud ipsos uocabulum τριψίς, conseruerunt enim appellare ἀνατριψίς, quam nunc dicimus τριψίς.

26 Sed, quod ad uincendum attinet primum uinctus premi se maxime dicat, quæ uictum est, extremis uero partibus minime: fulciri item fascias, & non urgere se, idq; non uis, sed numero, eo ipso die, quo deligatus est, ac nocte paulo magis posteriori minus, tertio autem laxari. Reperiatur postmodum in extremitatibus tumor mollis, tertio die cum resoluitur, quod uinculo exceptum fuit, extenuatum. Id q; seruandum est quotiescunq; alligatur, cum q; iterum uincitur, intelligendum est conuenienter ne iniectum uinculum fuerit. In posterum enim expedit plura atque arctiora lintea dare, ab hinc tertio die plura adhuc atque arctiora, deinde septimo die à primo resoluio uinculo ossa gracilia in conspectum ueniant, & facile tractentur. At, ubi ferulis alligatis locus gracilis sine prurigine, atque exulceratione fuerit, super sedendum est usque ad uigesimalium diem ab icctu: si quid suspectum sit, soluere interim ferulas conuenit, & tertio quoque die coarctare. Eodem autem modo figurate habende partes sunt, dum suspenduntur, dum continentur, atque dum alligantur.

Fulcimenta constar à græcis appellari, non solum ἑρμίσματα, sed ἑρσιματα, uel ex eo, quod Poeta ait in carmine, ὑπὸ δ' ἥρπον ἑρμίσματα νηδῶν. ad cuius similitudinē fulcire dictum est ab Hippocrate ἑρμίσματα, quod quasi inlidere significat, & in hærescere. Id autem fieri iubet linteorum numero magis q; pressu, cauere enim per se uoluit linteorum pressum. Sed hæc & alia multa, quæ & præpositis & sequentibus uerbis continentur, abundè explanata sunt in opere de fracturis, & de articulis. quare, si quid obscurum est, non est, quod exponamus, transferamus q; huc quæcunq; ibi perfecte prodita sunt, atque ideo quasi rem apertam præmittendum existimo. ille enim qui non modo magis appositè, quam ego, sed, qui omnium optime potuit dicendo sensa mentis aperire turpe duxit,

Quod clarè expressum est iteratis dicere uerbis. His igitur relictis, ut potè, quæ plana sunt ijs, qui commentaria de fracturis & de articulis legerint, ad ea, quæ restant, progrediar.

27 Capita figurandi ex consuetudine & natura uniuscuiusque membri colliguntur: Species uero, ex cursu, statu, cubandi ratione, ex actione, & ocio.

Aperit quoq; ex his uerbis intelligitur librum hunc, qui summam rem complectitur, post obitum auctoris editum fuisse. nam, qui huiusmodi libros excubunt, si qua sint, quæ duobus modis, uel in margine etiam, appolita sint ab auctore, ut postea consideret uro exprimere mentem suam præstet, soliti sunt omnia describere in ipso opere, quis enim adduci posset, ut crederet eum uoluisse hinc eadem iterare nulla ratione cogente, præsertim cum summopere studeat breuitati? Sed cum maiores nostri hæc dixerint explananda, nos quoque illos sequemur. Patet igitur capita collocandi dicia esse quasi proposita, ad quæ intendentes idoneum cuiusq; partis habitum inueniemus, quin & consuetudinem unum esse ex ijs propositis supra memoriæ prodidit, cum inquit, Præter hæc porrectio, intentio, in diuersas partes extensio, compositio, aliq; secundum naturam sint. De natura, quod ad actiones pertinet, animaduertendum est, quid requirat opus, quod sit: ad hæc, attendenda quies, medium, consuetudo, in quiete quidem atque ocio cõsiderandus rectus habitus, puta brachij: H in medio porrectio, & contractio, quemadmodum, vbi cubitus cum humero prope ad rectum angulum figuratur: consuetudo idcirco spectanda est, quia nõ alius habitus facilius fertur, cuiusmodi est, in cruribus, vbi extenta figurantur: nam, quæ collocantur hoc modo, diu facillime possunt immobilita perseverare, hæc cum paulo antea scripserit, qui deterius iterum hic repetet: Proposita igitur consuetudine & natura uniuscuiusq; membri, deinceps species hoc est differentias ipsorum colligendas, esse ex actionibus arbitrat. Non nulli uerbo / species / adiecerunt / membrorum / ita, ut oratio sic habeat / species membrorum / de cruribus autem gratia exempli dixit / ex cursu, incellu, statu / cui addidit cubandi ratione / quod idem est, ac uerbum superius scriptum, uidelicet / quies / his rursus subiecit / ex actione & ocio / actionem accipiens pro incellu, cursu, statu, singularibus actionibus, ocio uero pro quiete. Quare nihil amplius his uerbis exequitur, quam actionem & quietem. Neque propterea, quod in principio huius orationis naturam membrorum nominauerit, existimari uelim alterum nunc collocandi modum indicasse, cum nullum aliud naturæ tradiderit indicium præter actiones, quod totum sic habet, quemadmodum in uerbis paulo supra scriptis docuit.

A docuit, quocunq; autem tempore curationis eorum affectuum, qui manus auxilium desiderant, vnus seruandus est partis habitus, qui secundum naturam est, quem inueniri ait ex quiete atque ocio, id est vbi quis conuiescit: tum ex medio, quod scilicet est inter extrema: atque ex consuetudine, sub qua actio & quies manifestè cõprehenditur. Hæc itaq; duo maxime communia indicia, medium scilicet inter extrema, & consuetudo uniuscuiusque partis, naturalem habitum nobis exponet. ego autem in libro de motu, musculorum hæc persequutus & partium compagine indicans, quam ex ratione corporum incidendum inueni, naturalem partium habitum iuxta Hippocratem in libro de fracturis docui. Videri autem possunt diuersa de propositis rebus dici, cum aliàs alia uerba & nomina usurpentur, ueluti cum quis dixerit collocanda esse membra, quemadmodum minime lædunt, non alium habitum inueniet, quam eum, in quo detineri solent quiescentes, qui in edius quoque est inter extrema: sed & indicatione sumpta à partium compagine hic idem inuenitur.

Sec. 1. t. 16. 7. 226. 18

28 Quoniam labor firmat, ignauia resoluit.

Hoc etiam per angustiam traditum fuit ab auctore, quod fortasse constituerat dilatare in eo libro, quæ Berat editurus. Legitur autem in quibusdam exemplis / quid labor firmat, ignauia resoluit / proponente sibi ipso auctore rem exquirere utilissimam non modo ad medicinæ partem, quæ manu, sed & ad eam, quæ uictus ratione medetur. omne igitur corpus, vbi in ocio degit, effœminatur, & imbecillum redditur: firmatur autem & vires colligit, vbi quid faciat, hoc est aliquem usum præstet, cuius orationis duo fidem faciunt, experientia omnium, qui animaduertunt euidenter apparentia: & indicatio, quæ à naturali compagine sumitur, quam in libro de tuenda sanitate explicauimus. Quod uero ad chirurgiam attinet, non debent diu affectæ partes haberi immobiles, sicut non nulli securitatis gratia faciunt: sed inflammatione sublata modicè dimoueri, quod primo tantum faciendum est, quum affectæ sedi calida aqua infunditur, deinceps in balneis, postea etiam sine his.

Adstringendum est numero potius, quam pressu.

Item hoc ipsum ab auctore summam per se scriptum à librario sanè huc translatum fuit. supra enim clarè perfecte q; explicatum est, nunc præcisè adscribitur. Supplere autè oportet / linteorum / ut uniuersa oratio sic habeat / adstringendum est numero potius linteorum, quam pressu /

30 Vbiunque sanguinis suffusio est, seu contusum, siue abruptio, siue tumor, si inflammatio non est, sanguinis plurimum à vitio sursum expellatur, paulum uero deorsum. Sed nec brachium, nec crus dependeat. Fascia autem ab affecto loco incipiat, ibi q; validissime insidat, extremis uero partibus minime, modicè: extrema item sursum adducta uincitur: numero q; potius quam compressu fascia adstringant. Huc autem maxime accommodantur tenues, leues, molles, munda, lata, ualentes, ut quæ sine ferulis adhibeantur. Perfusio insuper copiosa uincendum.

Hippocrates iuxta lonum linguam (ut solitus est) contusum appellauit φλάσμα per φ, id quod à nobis per θ θλάσμα dicitur. accidit autem hoc vitij, vbi graue aliquid decidit in corpus, quod quasi carnem abrumpendo, atterendi vim habet. Verum vbi contusa caro ad regionem, quæ sub cute est, sanguinem transmittit, hæc sanguinis suffusio dicitur ενχύρωμα, sub qua cutis inuiolata seruat. scindi autem tenues uenas cum carne, vbi id exoritur, manifestum est. Incidit autem abruptio (quod αῖμα dixit) quum musculorum fibræ plurimum extenduntur, ita, ut non nullæ abrumpantur, cuiusmodi mala recentiores medici ρήματα propriè appellant. Huic subiecit Hippocrates tumorem, quem dixit οἰδημα, quo uocabulo solet omnes præter naturam tumores notare: iuniores dispersiuntur hos in inflammationes, quas φλεγμονάς uocant, & in duros tumores, atque in molles, & pituitosos, quos propriè uocant οἰδήματα, sed φλεγμονάς solet ipse appellare φλογώσεις, unde nomen inditum est calidis tumoribus. accedit ad priores tumores is, qui erysipelas dicitur, quod perpetuò quidem inflammatum est, non tamen perpetuò tumor. Hi ergo morbi omnes nominatim positi ab Hippocrate, quod ad rationem uictus ac medicamentæ pertinet, aliam curationem exigunt: quod uero ad manum, uinciri conuenienter debent, præsertim, vbi oriuntur ex præcedentibus uinculis, de quibus nunc pertractat. Illud uero / à vitio sursum expellatur / dixit ἐξαρῖται, quod quasi exprimat significat. non nulli aperte scribunt ἐξαρῖται, hoc est expellatur, ut nulla apud græcos explanatione sit opus. Caterum deligari hæc in libro de fracturis uoluit, fascia orsa à loco tumido: nunc uero à vitio partis, quod τραματος nomine exposuit, sed uinculum, quod ad fracturas pertinet, hic eatenus uariat, quatenus fascias plurimum ferri docet ad superiora, parum uero ad inferiora. Illud item / sed nec brachium, nec crus dependeat / commune quoque est eius uinculi, quod ad fracturas accommodatur, sed id adscripsit, ut potè, quod magnum in propositis momentum haberet, ne (ut confueuimus) negligentius agentes summopere lædamus: quum, quæ ingentem noxam aut opem afferunt, prout quis rectè uel non

non rectè vitur, Hippocrates commemorare frequentius non grauetur: contra, que parum prodesse nouit, aut obesse, contentus sit semel tractare. Ergo in fracturis, cum primum alligantur, antequam vel inflammatio, vel aliud ex dictis nunc vitijs accesserit, cautio est similiter, atque in his, ne quid ad affectam sedem concurrat: at non aquè in illis danda opera est, vt quæ affectam partem occupant, digerantur, quocirca perfusionem hic adiungit, non quo illic quoque non adhibeatur, sed quo hic magis, perfundenda enim copiosius hæc sunt aqua calida, vt quod in tumidis partibus collectum est, discutiat. Quamobrem ipse, cum loquutus est de calce, qui à saltu ex superiori loco sanguine suffunditur, præter cætera auxilia ad id hoc quoque posuit, aqua calida copiose perfundendum, vinculum quoque locum sine compressione fideliter continendum. Igitur hæc quoque ad fracturas docuit, licet plus habeant ponderis in malis, quæ nunc commemorantur, nempe ea de causa, vt citra omnem pressum digerantur: ac propterea sine ferulis quoque deuenit, ita, vt iunctura hæc duplici modo differat ab ea, quam fracturæ postulat, tum quæ fascias requirat minus arctatas, & potissimum leues, tenues, molles, mundas, his enim maximè indigent, quæcunque adstringi leuius oportet: tum quæ digestionem opus sit vehementiore. Ad iungit præterea vnum quodque ex propositis vitijs inflammatione vacare debere, si qua docuit ratione, curandum sit. siquidem inflammationes ne modicè quidem pressum ferunt, contra eas igitur nitimur per cataplasmata, per assiduam calidæ aquæ perfusionem, per quælibet medicamenta, quæ succurrere scilicet inflammationibus possint.

31 *Vbi articuli suis sedibus excidunt, aut his intactis, quæ ipsos continent, resoluuntur: aut ossa, quæ citra commissuram se contingunt, diducuntur: vel quæ iuncta erant, abrupto eo, quo continebantur, inter se dehiscunt: seu iuxta articulos comminuuntur: aut peruertuntur, cuiusmodi sunt, quæ vara sunt, in alteram partem inclinantia: ab ea parte, à qua mota sunt, lenius vinciri debent, arctius ab ea, in quam, vt quum deligata sunt, in contrariam spectent, ac priusquam deligarentur, id quod paulo plus æquo: quod & fasciis agendum est, & pannis, tum suspendendi, collocandi, intendendi quæ ratione, præterea conuertendo, dirigendo, plurimum quæ perfundendo.*

Mala hæc vniuersa latè persequutus est in opere de articulis, & de fracturis, quæ nunc sicut alia multa in compendium contulit: quod breuitatis causa per se obscurum est, at ijs, qui ea volumina legerint planum. nos, quum ipsa antea explanauerimus, vt memoria redintegretur, pauca in mediū afferemus: si quis autem ab officina medici initium acceperit, huic præceptore opus est, qui res enodet, & quæcunque ab Hippocrate in opere de fracturis & de articulis scripta sunt, in commentariū translata huc proferat. Dixit igitur Hippocrates propositis verbis *επιπλάσματα* in articulis, qui suis sedibus excidunt: *ερείσματα*, vbi intacto articulo, quæ iuxta ipsum neruosa sunt, resoluuntur, quod præsertim accidit, quum ambulando vestigium fallit: *διασηματα*, cum ossa, quæ citra commissuram naturaliter se contingunt, præ affectu quopiam diducuntur, in opere etiam de articulis & de fracturis || nominatim mentionem facit de ossibus, quæ inter se diducuntur, vt de cubito & radio in commissura brachij cum humero, & in manu de ijs, quibus illa continentur, & in crure similiter de ijs, quæ iuxta genu sunt pedem que in vicinia calcis: *αποσπασματα* dixit, quum abruptis ijs, quæ ossa inter se connectunt, ipsa, quæ prius iungebantur, plurimum inter se dehiscunt, quemadmodum ipse de extremitate latifcapularum ossis ostendit: sed *αποκλάσματα* dicit, quæ iuxta articulos comminuuntur, vocantur à iunioribus *απάγματα*, de quibus in fine libri de fracturis meminit inter cubiti noxas, vbi *απαγμα* scripsit, eoducuntur, qui post ipsum hoc vocabulo nuncuparunt quamcunque transversam totius ossis fracturam in vicinia articuli, in qua videlicet fracti ossis partes inter se plurimum recedunt, ossa, quæ sic franguntur, recentiores dicunt frangi *καλλιδον*, quum caulis modo abruptum: *διασπασματα* vocauit, quæ peruertuntur, ab ijs autem quæ *ερείσματα* dixit, differunt *διασπασματα*, quatenus hæc aliquo modo perueniunt ad articulum leuiter ipsum deprauantia, sua que sede commouentia, id quod euenit præcipue vni ossi tibiae in pueris, in quo casu vincimus, vtrinque ad dirigendum obijcetes lignum ex tilia, vel ex tali aliqua materia firmum molle quoque, tenuem inde regulam parantes. Rectè autem addidit, vbi commemorat ea, quæ peruertuntur / in alteram partem inclinantia / etiam, si legamus vt non nullis placet / cuiusmodi sunt, quæ valga sunt, hæc in alteram partem inclinantia / vtrinque scripturæ optime cõuenit adijcere / in alteram partem inclinantia / siquidem totus articulus sæpe in interiorem partem vel exteriorem conuertitur, id quæ cruri accidit frequenter prope genu & prope talos. Vocantur autem, quæ in exteriorem partem vergunt *ελασα*, id est valga: quæ in interiorem *ρεβα*, & *κυλλα*, id est vara. His omnibus vinculum prodest, quod duo spectat, vt ab ea sede, in quam prolapsa pars est, fasciæ adducantur, vrgeant quoque: locus verò, vnde ea recessit, laxior sit, vt admittat, quod sub vinculo ad ipsum compellitur, hoc est, vt fasciæ ibi laxæ sint, non arctatæ. Supplere autem oportet / venerunt / vbi inquit / ab ea, in quam / sic, vt totus sermo sit / ab ea parte, à qua mota sunt, lenius vinciri debent / hoc est fasciæ laxiores esse: arctius ab ea, in quam venerunt, vt spectent in contrariam partem, atque venerunt, terminum autem conuertendi in contrariam partem non præscripsit naturalem statum, tunc enim morbo vinculum cederet, quum deprauationi diu pars affluerit: sed paulo vltra

Sect. 1. l. 1. 7.
262. c

Allo vltra naturalem statum partem adducendam censet, atque hoc est, quod ait / id quæ paulo plus æquo / nam, quod naturale est, æquum est. Cæterum præcipit, vt ad contraria conuertamus per omnia, quæ ad vincendum admoventur. quæ ipse nominatim cum fasciis recensuit, quum inquit / & pannis, tum suspendendi, collocandi, intendendi que ratione, præterea conuertendo, dirigendo / quum possit vinculum per hæc omnia plus iusto ad contraria inclinari. Scribit, item / plurimum perfundendo / addens / plurimum / quod in proximè præcedentibus verbis omisit, intelligi tamen potuit ex ijs, quæ proposita erant ibi itaque digerendi, hic verò molliendi causa, copiose aquam infundit.

32 *In his, quæ extenuata sunt, plurimum integra partis comprehendatur, vt ex transfusione, quæ exhausta sunt, magis, quam suapte natura emacrescerent, diuerso vinculo ad incrementum spectent, & carne impleantur.*

Percurrerunt locum hunc expositores huius libri, non secus atque alia multa, circuitione quoque vbi pauca quædam attulerunt: qui verò enodare apertè ipsum contendunt, veritatem non attingunt, ita, vt mirum sit, qui potuerint extenuatis, hoc est gracilibus partibus, & quæ ali desierunt naturalem habitum restituere. Equidem censeo quæcunque, vel ad verborum significationes attinent, vel ad quæstiones captiosas, vt perperam accipiantur, nihil ad artis opera discentibus obesse: quæ verò contraria idoneæ curationi traduntur, necessario ijs officere, qui medendi artē exercent. Ante omnia igitur docebo qua via curauerim, quæ summa maciæ confecta essent, vt qui addiscunt, iam eius operantur: deinceps accomodare veritati proposita verba enitar. vbi enim latebra est obscuritatis, conabor rei veritatem tueri, et quæ, si vlla ratione fieri poterit, verba Hippocratis consentanea demonstrare: quod si interim non dabitur, iuuenis certè rē ipsam, vt sese habet, comprehendat. Ergo maciæ partium plerumque, vel ex diuturna quiete, vel ex eo vinculo, quod ad fracturas pertinet, proficiscitur, quum ob illam robur quiescentium partium emoriatur: ob hoc regio, quæ vincia est, sanguine sursum partim, partim deorsum expresso, alimento priuetur. Quocirca contrario modo, atque contractum fuerit, mederi vitio debemus, nempe affectæ parti vim restituentes, efficientes quoque, vt eo sanguis affatim concitetur. Vires quidem reficit moderata infirctio, perfusio, motus: debet autem esse idonea moderatio in vtroque genere, in qualitate scilicet & modo. sanguinis verò plurimum euocabunt, proposita nunc ratio alligandi, aquæ calidæ perfusio modica, motus, & frictio, quæ & vires etiam confirmant. Omnia autem modo & qualitate moderata esse conuenit, cum non satis sit frictionem, motum, calidæ aquæ perfusionem, nec multa esse, nec omnino pauca: sed oporteat frictionem quoque mediam esse, tam inter duram & mollem, quam inter multā & paucam: similiter aquam ita temperari, vt media sit inter eam, quæ non dum calefacit (*χαλιάρων* id est tepidam vocant), & quæ iam dolori est, calore mordens (*ζεον* id est feruentem dicunt): in modo item, mediam inter multā & paucā. verum de modo supra tractauit, cum dixit / dum intumescit priusquam relidat, finiatur / hoc autem tempore, si pars cum se ipsa conferatur, rubens maximè apparet. Quæcunque ergo gracilitate, maciæ quoque tentantur, planè magis exanguia conspiciuntur, quam quæ bene valent, vix que & quum pertractantur, & quum aqua calida perfunduntur, rubescunt. hoc autem nobis propositum sit, quod ad modum pertinet, vt membrum rubore offundatur, quo tempore tumidus quoque exhibetur, sed, nisi cesset qui fricat, vel perfundit, tumor desinit, & rubor finitur. Maciem verò vel medicinam non admittere, vel sanabilem esse, indicio erit tumor rubor quoque, prompte vel magno negotio excitati, quibus hi quidem agrè contingunt succurrere soleo perfricando corpus aliquo ex calefacientibus medicamentis, atque ex ijs præcipue, quæ modicum accipiunt thapsiæ non vetustæ: sed & huiusmodi gracilitates inungo aliqua mixtura, quæ picem habeat, quæ dicitur sunt medicamenta, quæ *πιπλωτα*, vel *δρωπακισα*, græcè à quibusdam dicuntur, quæ, si *πίπλωτα* & *δρωπακισα* nominari audies, æquè intelliges, licebit que tibi appellare, vt velis. instituius autem in his commentarijs iuniores atticismum non docere, sed persequi medicinalis artis effectus vtilissimos, atque eos præcipue, qui ex confectionibus picem habentibus ad proposita pertinent. Igitur, si primus vsus partem reddat tumidam & rubram, iam cessandum est: sin minus, iterum & tertio inungendum, in alijs quotidie, in alijs tertio aut quarto quoque die, prout affectæ parti maxime opus esse iudicabis. Illud verò, quod pars, quæ fricatur, aut pice illinitur, incalefcit, inter ea, quæ spectantur interdum non numero, quoniam sub rubore comprehenditur, cum eodem tempore caleat, rubeat quoque. Ego hac ratione gracilitati præter naturam sæpe occurri, raro que vsus sum vinculi opera, & si quando vsus sum, eo modo alligauit, quo docet Hippocrates inspectis verbis ipsius / diuerso vinculo / quod enim inquit / diuerso / illi vinculo opponitur, quod pertinet ad fracturas, quod quoque affectam sedem vehementius vrget. Diuersum itaque vinculum primo protinus fasciarum ambitu discrepat ab eo, quod posuit ad fracturas, non enim ordimur à parte cui medemur, quemadmodum facere in vlcibus, fracturis, sanguinis effusione, cæteris que omnibus paulo ante propositis consueuimus: præter hæc affectum locum non magis adstringimus, sed remittimus, maxime

A. li. 4. §. 1. 2.
c. 17. 486. a. b

me autem comprimimus partem integram, unde incipimus. inde enim precipit, ut fascia usque ad affectum locum laxetur, atque ubi eod ventum est, laxissima inuoluatur. hic liquidem hyeme obuoluendus est, ne calefiat, laxus videlicet nec minimum quid adstrictus; sed aestate debet integra sedes vinciri, ut, qui in ea subest sanguis, ad locum, qui refectioe indiget, depellatur, partem vero quae curatur, sub vinculo calefacere & digerere alienum est. Vbi autem crus totum, aut totum brachium valde emacruit, alterum par membrum deligare conuenit, initio ab imis partibus accepto, dein fascia ducta in crure inguine tenuis, in brachio ad alam usque & humeri caput. quandoquidem eodem modo venae, quae cruribus alimentum subministrant, ab inferiori parte iuxta os sacrum deriuantur a vena cava: atque illae, quae brachijs, a superiori iuxta iugulum. sanguis itaque, qui ad vnum fertur ex paribus membris, ubi iter clausum est, ad alterum deducitur. Adstringi autem sanum membrum haec tenus debet, ut ob compressionem minime indoleat: sed, quod vitiatum est, vel nudum relinquendum, vel pauca lana usque ad inguen obregendum, ubi coelum frigidum sit: sed, ubi non sit tale, expedit nudum esse, & subinde lintheis perficari, tum calidis medicamentis foueri, si locus aegre calefaciat, namque, ubi prompte, oleum cui parum cera adiectum sit, per se idoneum est, liquidem diutius manet & minus resouit. Eadem omnino ratio est in brachijs, in quibus vincendum id est, quod bene valet, perinde quasi F crus: praestanter que calefaciendum, quod aegrum est, & frictione & motu: hominem vero, ubi prorsus stupidus non fuerit, rogare praestat, num in ea parte, quae curatur, aliquid eius caloris, qui excitatus fuerit, sentiat superesse: an aperte delisse sibi penitus videatur. quod si cessasse respondet, iam tempus est iterum adhibere, quae calefaciant, & partem confirment, quorum quatuor genera sunt, frictio per linthea, calidae aquae perfusio, frictio per calida medicamenta vel per oleum, simplicis dropacis inunctio. ubi vitata pars refraxisse plurimum videatur, dropax varius sit, habeat que bitumen, modicum sulphuris signem non experti, & pyrethrum. Curanda vero sic esse corpora extenuata, experimento comprobauimus plurima reficiens. Vtrum autem verba Hippocratis recte exposuerim non est, quod contendam, quum me non lateat obscurae orationis explanationem eod euadere posse, ut probabilis sit, non tamen ut firmiter sciatur. Declaro autem verba Hippocratis non licet plerique sic scripta/ ut ex transfusione exhausta magis, quam ipsa emacrescerent/, sic enim absurda sententia esset, sed (ut alij legunt) adiecto pronomine his verbis/ ut ex transfusione, quae exhausta/: vocat enim exhausta, quae extenuata sunt, propterea, quod in ocio degerint, fuerint que alimento destituta. haec autem ex transfusione sanguinis (quasi ex cursu dixerit) sanari, nimirum sanguine ad affectum locum copiosius concitato, quam si naturaliter haberet. Siquidem hac ratione implebitur, quod extenuatum erit, si diuersum adhibeatur vinculum ab illo, quod in prioribus indicauit, cuius discrimen nos paulo ante demonstrauimus, ex quo necessario facultatis dissimilitudo proficiscitur: illud quidem ab affecta sede sanguinem expellit, hoc amplius ad eam concitat, quam si recte valeret. nam, cum bene valebat, abunde erat, qui in ipsa continebatur, & ideo non opus erat amplius transmitti, quam qui, partim in alimentum subministrandum consumitur, partim digeritur: nunc vero, quum vitiat locus inanis sit, atque exanguis, multo plus concurrere sanguinis oportet, non modo ut alatur sicut in secunda valetudine, sed reficiatur etiam, praeterquam quod nunc plurimum necessario digeritur, quum subinde calefiat. calefaciunt enim quaecunque ad ipsum praesidia adhibentur, siue frictio siue motus & medicamenta, siue pix illita, & confectiones picem habentes, ac tandem calidae aquae perfusio. nam & hac Hippocrates usus est, fortasse ob eius seculi inopiam balnearum: nos autem hoc seculo aqua, quam in balnei labris habemus, contenti sumus, ad affectas partes modice calefaciendas, tollendum que eam lassitudinem, quae extendentium sensum repraesentat. iam vero partes exerceri necesse est in actionibus vltatis, id quod quotidie faciendum est, non subito semel, uerum subinde, quomodo etiam frictio adhibenda est, donec excitetur calor, tunc que ab ea delibendum. Verbis igitur sic veram curationem accommodo, cuius vim experientia demonstraui, sexcentos, qui sub vinculo diuturno que ocio extenuati erant, recreando. Sed iam eorum, qui librum hunc enodarunt, mentem aperire tempus est. ex ijs plerique (ut retuli) vlti citatione duntaxat integram verborum obscuritatem reliquerunt. pauci conati sunt iuxta verba ipsa ad vinculum relata. hoc modo vniuersam sententiam enodare: Hippocratem praecipere aiunt, ut eorum, quae extenuata sunt, curatio a vinculo inchoetur: quo exhausta, hoc est extenuata magis, quam ante extenuata fuerant, in contrarium habitum mutantur: multos enim morbos putant hac ratione sanari, afferunt que exempla & eorum, qui nausea pressi sumpto medicamento vomitum. ciente ad sanitatem peruenerunt: & qui assidue citi & acri aluo exercitii, cathartico constauerunt: & quorum tussis finita est ob praesidia vehementiorem tussim excitantia. Nec desunt ex illis, qui commemorant, quae Hippocrates in illis sententijs, quae aphorismi vocantur, ad verbum sic scripsit. Est etiam, quum in neruorum regione vitia vitia iuuenis habitiori, media aestate, gelidae aquae multa perfusio calorem reuocat. ergo, sicut contra morbos (inquiunt) non solum pugnamus per auxilia ipsi contraria, sed etiam per

5. Aph. 21. Ex. ord. 39. b

Aper similia, ita nunc ab Hippocrate iubemur gracilitati occurrere ab eo vinculo orsi, quod magis extenuare potest. id quod transfusione fieri aiunt, cum partes paulatim, plurimum que sub vinculo contabescentes, iterum recurrentibus humoribus recreantur, & idoneae fiunt, quae carne impleantur. Sed quum videant, qui sic exponunt a se nullo modo explanari illud posse/ diuerso vinculo/ scribunt/ diuerso habitu/. sic, ut ternae reperiantur scripturae inter se differentes, quarum vna habet/ diuerso habitu/, namque in non nullis exemplaribus sic scriptum reperitur. Qui scribunt igitur/ diuerso habitu/ locum hunc in vinculo non accipiunt, sed in parte aegra, quam alterius habitus existentem ac prius esset, spectare ad refectioem dicunt, eum que habitum comparari vinculo plurimum extenuante, quasi exhaustae partes non amplius vinculo extenuentur, sed nunc fortasse futurum sit, ut inde reficiantur. Itaque quum vinculum, quod ad fracturas pertinet, commune (ut paulo ante dixi) & aliorum affectuum, quibus annumerabantur sanguinis suffusiones, contusa, abruptiones, extenuandi facultatem habeat, quis conficiet, ut de eodem refici extenuatae partes incipiant. quam obrem non nulli ita legunt/ ut ex transfusione, quae suapte natura exhausta sunt/ concipientes id absurdum, quod oratione sequitur, effugisse, eo quod partes suapte natura sint extenuatae: atque id, quod nunc praecipitur, non pertineat communiter ad omnia, quae extenuantur, sed ad ea tantum, quae sua sponte. sic autem commune hoc praecipitum & generale pauca complectetur, paucissima enim sunt, & rarissima, quae hac de causa tabescunt, reliqua omnia ob diuturnum vinculum, simul que ob vitatae partis quietem in hunc morbum incidunt, ea que potissimum fas est commemorari ab Hippocrate, quum sub ijs fiant, quae superius posita sunt, docuit enim haec tenus de fracturis, & de quibusdam alijs affectibus, qui simile vinculum exigunt, quibus quum maciem partium superuenire intelligat, indicare merito voluit, qua ratione ad sanitatem perducatur. Sed iam iam exequar, cuius maxime accusari possent, qui putant Hippocratem monere, ut extenuans vincendi ratio adhibeatur. Consilium quidem est reficere, quae exhausta sunt, quod contingere non potest, nisi & vires reficiantur, & materia alimenti abunde subministretur. vinculum vero, quod tradit ab Hippocrate volunt, & sanguinis concursum prohibet, & robur infirmat: sed quod nos, dari ab eodem credimus, diuersum est ab illo, quod extenuat, inchoandum enim est a parte sana, non ab aegra, & per multos circuitus adstringendum comprimendum/ que, dum ne compressione exciteur dolor, qui posset inflammationem mouere: fascia item usque ad affectam sedem trahenda est paulatim vi compressionis remissa. Illud praeterea, quod integrum crus vna cum aegro deligari conueniat, ipsorum expositioni minime congruit, ubi inchoant Hippocratem velle vincendum esse, ut quae extenuata sunt magis, exhaustantur, quo non modo nihil confert vinculum alterius cruris, sed etiam obest: sanguis enim, qui ante ad illud ferebatur, nunc omnis ad affectum depellitur. Quod autem superioris expositionis auctores male huc exempla transferant, in aperto est, quum nullam similitudinem habeant cum ijs, quae ab Hippocrate traduntur. quoniam qui recte rationi innititur, si subito eijci velit omne id, quod causam exhibet, nempe, quod ventriculi tergoribus ita inhaerescit, ut vix inde extrahi queat: similiter & acria, quae paulatim destillant, & ita ventrem iritant, ut delistendi necessitas sit, subito non iniuria educet: quemadmodum euenit in tussi mediocri, quae ijs exoluitur, quae ipsam concitant acriorem. sed nulla his communitas est cum eo, quod putant affectum locum, ut recreari incipiat, exhaustum esse, quum ex vinculis, neque tabescentes partes firmari possint, neque alimenti materia deduci. Illud vero, quod afferunt de neruorum rigore, maxime alienum est, ignaros enim se ostendunt artis, quam tradit Hippocrates, quum docet medendi rationem esse, ut contrarijs tollantur contraria. At non nulli minus verborum vim percipientes ad contradicendi studium conuersi sunt, quod fere faciunt, qui inconsiderate aduersantur, atque ea labefactare contendunt, quae nunquam didicerunt. tantum enim abest, ut per artificiosa illa, quae traduntur ab Hippocrate, id tollatur, quod contrariorum contraria sint auxilia, ut etiam confutetur. Quin & in adducta sententia dixit, Frigidae enim aquae perfusio calorem reuocat, haec autem calore finiuntur/ hunc vero calorem, qui medetur frigidis vitij interdum frictione mouemus, interdum calidis medicamentis, modo exercitatione, aut calida aqua infusa: atque ubi vehemientiore calore opus est, bitumine (ut saepius retuli) vel pice illita, interdum etiam & aquae frigidae perfusioe. sed caetera omnia, utpote quae calefaciendi vim habeant, ijs partibus ac morbis, quibus calore opus est, ubique vitia sunt: frigida aqua, ut quae frigida est, quantum in se est, raro utiliter adhibetur, atque et tantum corpori, quod potentem habet innatum calorem. In habitiore quidem corpore (inquit ipse) est, ubi vitia sit aqua frigida, neque in hoc, quolibet tempore, sed aestiuo. frigidae enim aquae portionem duo afferre, vel noxam ex frigore, vel plurimum caloris ex altioribus partibus redeuntis, quis non nouit, aut non didicit ex ijs, qui de ea conscripserunt. Corpore itaque abunde calido fit, ut a frigore non superetur calor, qui in ipso est, sed cute densata, atque ijs, quae expirare debent, relictis, augeatur: at si calor imbecillior fuerit, quam ut subeuntij frigori obliat, vi ipsius ad altiora corporis aspirante, homo frigidis morbis excipitur, fortasse hac superuacanea nuncattuli, quum

5. Aph. 21. Ex. ord. 39. b

Septima Classis.

FFFFFFF

alibi

alibi (vt dixi) ea fuerim exequutus. Quæ primò igitur medentur, primò necesse est contraria sint. Et prima autem dicuntur, quæ nullius mediæ auxilio his opponuntur: quæ medio indigent, non primò efficiunt, sed alia adiuvando efficiendi socia sunt. Agunt autem nugas, qui alui purgationem, medicinam tussim mouentem, frigidam perfusionem proferunt, nam hæc, quamuis recte interdum fiant, plurimum tamen ab eo, quod nunc proponitur, abhorrent: in quo demonstrandum est, qui fiat, vt vincendi ratio, quæ extenuandi vim habet, vel quod exhaustum est, confirmet, vel plurimùm eò sanguinis concitet. Frustra autem, dum hæc ostendere nequeunt, exempla adscribunt, præterquæ quòd exemplo stabilem certamque scientiam non efficiunt, neque argumento necessariò demonstrat, ostendimus enim in libro de exemplis, non esse exempli usum, vt qui rem non cognoscunt, eius scientiam acquirant. quod quidem non nulli asserunt, qui rhetorum more, vt scientia comparetur, exempla adhibentes tota aberrant via, non secus atque vbi Platonem dicunt plerumque per enumerationem demonstrare, ostensum enim est illum vt enumerationibus gratia explanationis: quicunque verò tenetur studio exquisitius intelligendi enumerationis vim, & exempli, ad eum locum adeat, vbi de vtroque tractatur, quæ nos alibi exequuti sumus. Sed nunc ad propositum reuertamur eos hortati, qui in hisce libris versantur, vt quum hæc diligenter legerint, ad sequentium expositionem accedant, quæ precedentium fidem faciunt, ad ea iam igitur progrediamur vniuersa, quæ vt in aperto magis sint, non adscribemus tota simul, sed membra tum, eoque modo etiam explanabimus.

33 *Ceterum præstat partem, quæ super aliam posita est, sicut femur super id, quod à genu ad pedem est, simulque alterum crus, cum integra parte deligare, vt similitudine sit, pariter quiescat, & aequè alimento prohibeatur, atque alatur.*

Paulò ante propositum est rationem deligandi extenuatas partes diuersam esse debere ab ea, quæ ad fracturas pertinet: hæc si quidem adhibetur, vt sanguinis cursum prohibeat, quod in affecta sede collectum est, sursum deorsum que exprimat, membra quieta seruet & immobilia, cū hac via vitiatæ partes interdum ab inflammatione penitus defendantur: at nunc non eo incumbitur, vt fluxus sanguinis repellatur, vt quod in ipsis subsistit educatur, vt immobiles contineantur, sed ad omnia his contraria consilium dirigitur. Fascia itaque (vt supra scripsi) ordiatur à parte sana, premendoque hanc, sanguinem, qui in ipsa continetur, ad extenuatam transfundat, non tamen ex toto integram partem exhauriat. Crure igitur aut brachio ærotante abunde est vinculum incipere ab inguine, aut ab ala: sed, si malum hoc femur infestat, aut humerum, necesse est contrarium membrum deuinciri, vinculo ab ima parte orfo, & vsque ad inguen, vel alam porrecto. Siquando autem brachium, aut crus vehementer ærotet, expeditius est vt vtrumque deligare, & quod superpositum est affectæ parti, & quod integrum, vt prohibeatur alimentum, neque illi subministraretur. atque hæc de causa dixit Hippocrates: sicut femur super id, quod à genu ad pedem est, simulque alterum crus, cum integra parte deligare, vt pariter (inquit) quiescat, id est ociosum sit alterum crus, atque illud, quod affectum est, & aequè ipsius alimentum intercipiatur. Illud verò vt aequè alatur, idcirco posuit, quia membrum, quod vincitur, noluit ita alimento prohiberi, vt nulla pars penitus ad ipsum feratur. Quod si vehementer quis adstringat, ex toto ferrit alimentum prohibebit, periculum que protinus erit, ne pars emoriatur: id si non fiet, alimentum quidem certe tam in femore, quam in crure auferetur. propositum quidem est non extenuare femur, sed crus reficere. verum quia vinculi ratio alimentum detrahit, huiusmodi noxam aliquandiu admittimus: deinde postea, vbi crus modice carnem contraxerit, vtrique communiter consulimus. Quare illi audiendi non sunt, qui volunt Hippocratem iubere, vt cum extenuata parte, ea, quæ superposita est, atque alterum crus extenuetur, vt gracilium partium macies occultetur, ne in aperto sit, ne ue ex plenioris membri comparatione deprehendatur, cum nec medicus quiuis vnus e populo, nedum Hippocrates, hanc curandi rationem probaret.

34 *Linteorum numero, non pressu.*

In superioribus iam sæpe imperauit, vt hoc idem fieret, vbi deligatum membrum sanari penitus sine dolore voluit.

35 *Laxandum est primò, quod maxime indiget: ac frictione vtendum, quæ impleat, & perfusione citra ferulas.*

Verbum/primò/ vel ad tempus retulit, uel ad vim. si ad tempus, vel in vno vinculo, vel in his, quæ sequuntur, inter se collatis. Sed quia vere hæc omnia dicuntur, idcirco quod proponitur clarum

Aclarum est, nisi fortasse si ita scripsit, volens cuncta hæc à nobis intelligi. Protinus igitur in primo vinculo, quoniam conuenit plurimum integræ partis comprehendere, linteaque primo ambitu artari, tum subinde magis laxari, maxime autem ea parte, quæ refectione maxime indiget, probabile vtiq; esset verbum/primò/ad vim relatum, de parte dici, quæ curatur: ad tempus verò, de primo vinculo. Quod si accipiamus in omnibus vinculis inter se comparatis, mens erit huiusmodi, si in primis vinculis cum integra parte quoque vitiatam deuinxeris, interdum nudandam æger præbebit, quod ipsum primò agendum est in ijs, quæ refectione indigent, atque ea de causa minus bene nutriuntur, at quum sanguis ad vitiatum locum & frictione concitetur, & alijs quæ paulo supra narraui, ipse magis citiusque carne implebitur. Verum Hippocrates & frictionis & perfusionis aquæ calidæ meminit, non tamen medicamenti, quoniam hic sola docet manus præsidia, neque existimandum est prætermisum ab eo fuisse membra eatenus dimouenda esse, ne ad lassitudinē dentur, quum ea ostenderit, quæ sunt eiusdem generis, & motus quilibet per macræ partis ad id genus spectet, ad quod frictio: quum verò quiescere iusserit alterum crus, non secus atque integram partem, & nunc frictionis mentionem fecerit, motu quoque vtendum esse planè censuit, nihil enim prohibet, quo minus absque humero brachium, & crus absque femore moueatur, quum non opus sit aduersus maciem immobili crure ac brachio. constat enim curari hæc, dum mouentur transmissio alimento per partes superiores, quæ eo non fruuntur, siquidem illæ potissimum fricentur, pice illinantur, & calidis medicamentis curentur. Plurimum verò sanguinis ad membra concurrere extremis partibus calefactis magnum tibi sit indicium concitatus tibi calor & rubor. Horum autem plenam curationem habes, quum his, quæ Hippocrates tradidit, adiecerimus calefacientium medicamentorum admotionem, cuiusmodi est inunctio picis. Hippocrates nihil penitus in hoc libro de medicamentis meminit, quanquam plures affectus memorat medicamentorum auxilium postulantes, ex quorum numero sunt sanguinis suffusiones, id vitium sub quo resoluuntur quæ articulos continent, præter hæc abruptiones, cum eam persequi medicinæ partem instituerit, quæ manu medetur, atque hanc (vt dixi) non uniuersam, sed partem, quæ maxime necessaria sit, & vtilissima his, qui ad medicinalem artem aggrediuntur.

36 *Fulcimenta verò, ac firmamenta, velut pectori, costis, capiti, ceterisque eius generis, alia pulsus causa adhibentur, ne quid eo concutiat: alia propter commissuras, quæ debiles sunt, ad ossa caluarie, vt fulciant: sed ad tussim, & sternutamentum, alium ne motum, cuiusmodi in pectore & capite excitatur, vt firmet: quorum omnium eadem in vinciendo moderatio est, nam quæ vitium est, maxime adstringi debent. Subijcienda igitur lana mollis, quæ morbo aptetur, alligandumque est, non arctius, quam ne pulsus concutiat, extremitatesque commissuræ debiles se concingant, neque circa tussim, & sternutamenta, sed firmamenta, vt neque cogi, neque concuti sinant.*

Quid sibi velit verbum fulcire, quod Hippocrates dixit ἐπιδέξων, inde aperte colligitur, vbi iussit fulciendum vinculis esse, non tamen comprimendum, tam quum panniculus super fascias iniicitur, quam quum fasciæ ipsæ circundantur. Ducta autem vox est à nomine ἐπιμάται, sic, n. fulcimēta græce vocantur, quorum meminit Homerus in eo carmine, ὑπὸ δ' ἤρεον ἐπιμάται τῶν, quasi nihil differat, ἐπιελομάται, id est fulcimenta ne dicantur, an ἐπιεγμάται, id est firmamenta. Constat autem Hippocratem sæpius dixisse ἐπιδέξων non tam in fasciis, quàm in pannis, panniculisque, quod ἐπιεξων, id est firmare significat: quin & expositores vbi que pro eodem acceperunt. Nunc verò duorum nominum ἐπιδέξων, sic, n. dixit fulcimenta, & ἐπιεγμάται, quo firmamēta expressit, proxime alterum alteri subiiciens, indicasse videtur non significari idem ab utroque. An ἐπιδέξων intellexit, quæ in vinciendo subiiciunt, circundanturque, vt affectam partem immobilem teneant, ac primò quidem fascias, quæ primùm iniiciuntur, quæ præter alios quosdam vsus, etiam nū ἐπιδέξων, id est fulciunt: dein pannos, qui & ipsi non modò fracturam, sed & fascias fulciunt: post hæc fascias, quæ ferulis superiniiciuntur, & panniculos: siquidem hæc omnia, cū ea de causa dentur, vt contineant quæ ante inuoluta sunt, non ea tantum, sed fracturas quoque fulcire possunt. Verum δὲ πῶς ἐπιεγμάται, id est firmamenta, mihi videtur appellare quæcumque sine vinculo agræ parti vniuersæ superdantur, aut à sinistra vel dextra parte, aut à superiori vel inferiori. voco autem superiorem vel inferiorem ad crassitudinem respiciens totius corporis, in eo enim spacio, quod in ipsius crassitudinem est, quæ subiiciuntur, ab inferiori parte sunt: quæ superimponunt, qualiacunque sint, à superiori. Firmatur autem extremitas recta aliqua re, quæ ab inferiori parte erigatur, caput puluinis & cervicalibus, tum lana & panniculis mollibus: canalis comminuto eruri item subiectus vtrinque ipsum firmat. Sed pila ex lana demissam sub alam, in quam humeri caput exciderit, licet & fulcimentum & firmamentum appellare, eo enim, quod ipsa alligetur, pars quodammodo sit totius vinculi: quæcumque autem ad fulciendum thoracem & caput superdantur, firmamenta magis dicuntur quam fulcimenta. Hæc à medicis excogitata sunt propter motus partium necessarios, quorum aliqui naturales sunt, vt respici-

Septima Classis. FFFFFFFF ij ratio

ratio pectoris, pulsus membranarum: non nulli præter naturam, cuiusmodi tussis, sternutamentum, singultus, & quicumque pulsus inflammatis partibus accidunt, aut sub vehementi capitis dolore in temporum arterijs, & sæpe palpitatio præcordiorum: est etiam interdum, cum aliæ partes firmamentum requirunt. Debent itaque adhiberi firmamenta fascijs non nunquam per se iniectis, vt ad temporum arterias, vbi caput intolerabili dolore torquetur, aut ad præcordia palpitantia; aut ad vulnera, in quibus veremur, ne sanguis erumpat, non nunquam verò fascia lanam comprehendimus: interdum tamen nulla adiecta fascia simpliciter firmamus. thoracem quidem & ceruicem lana, caput puluinis mollibus, aut leuibus sacculis, in quos milium calefactum cõiectum fuerit, vbi simul & firmandum & fouendum est: maxillam verò prolapsam, mollia firmamenta admoventes interdum firmamus. Ergo, cū communis sit ἐρυσματός, id est fulcimentum, ac σπινθημάτων, id est firmamenti vsus, iure putant, qui librum hunc exposuerunt, ab vtroq; idem significari: quibus sæpe verbis nos quoq; vtetur nullo discrimine interposito. Est autem commune consilium, id, quod paulo ante dicebam, vt partes motu minime concutiantur, sed, cū (quod proxime declaravi) proprium quoddam discrimen inter hæc sit, vbi curiosius agere volumus, σπινθημάτων dicimus, quæ sine vinculo: ἐρυσματα, quæ cum hoc adhibentur. sicq; statuemus ea vocari σπινθηματα, quæ partibus illis dantur, quarum motus necessarius est, à quo cessatio non est in nobis: ἐρυσματα, quæ immobili- F- bus. Motus siquidem cruris & brachij in nobis est: thoracis verò & membranarum non est, in nostra potestate, neq; item palpitatio alicuius partis, neq; tussis, neq; sternutamentum, neq; singultus: quibus, quo minus moueantur, obistere aliquãdiu non licet, vtget enim postea necessitas, vbi, quæ concitantur, causa vehemens fuerit, videnturq; valentissimi viri duntaxat posse resistere, prohibereq; ne moueantur. Sed aliter Hippocrates in proposito loco scripsit, qd ad pulsus pertinet, ne concutiat: tum quod ad commissuras capitis, ne dehiscant: ἐρυσμάτων verbo vsus: σπινθημάτων verò ad tussim & sternutamentum alium ue motum, cuiusmodi in pectore & capite excitatur. Dehiscunt igitur in capite futurae, quæ σφαρὰ dicuntur, cum, vbi ossa capitis se tangunt, proprie dicantur ἀρμονίαι, sed trãslato vocabulo σφαρὰ. caluaria enim ossa ad vnguem inter se ἤρμωσα, id est committuntur, atq; idcirco ipsorum contactus ἤρμωσιν ἀρμονίαν committi merito dicuntur: & similitudine eorum, quæ suruntur, σφαρὰ id est futurae. hæc autem facile interdum hiant, & interdum dolore mouent, quum ea inflammantur, quæ connectunt membranam caluariam tegentem cum ea, quæ dura sub caluaria cerebrum cingit. Sæpius item venæ tenues, quæ per futuras trãseunt, inflammatione tentantur: quo fit, vt motus duræ membranæ super inflammatam partem concidentis, dolorem afferat, ad exemplum motus arteriarum, qui aliquando ob inflammationem dolori est. Hæc quidẽ G- vitia curiosam firmamenti moderationem postulat, sic, vt nec ita laxum inhaereat affectæ parti, quæ mouetur, vt ipsum quoq; facile concutiat, & ea de causa molestum sit: nec rursus plus iusto indens premat & dolorem exasperet. Ipsa autem alligandi moderatio superius ab ipso posita est, & ad alios quosdam morbos, quibus idem vinculum quod fracturis conuenit, atq; idcirco nunc scripsit/ quorum omnium eadem in vincendo, moderatio est, quorum/intelligens, quæ nunc proposita sunt. Cumq; eandem dixerit moderationem esse, deinceps moderationem ipsam refert, cum inquit/nam, quæ vitium est, maxime adstringi debent/id est, vbi vitium est: siquidem verbum/ quæ ab ipso dicitur, quod nunc pro aduerbio loci accipitur, ac propterea debet adspiratione & circumflexo accentu proferri. Itaq; id, quod ad huiusmodi vitium fulciendum vel firmandum adhiberi vtiliter testatur, adstringi voluit, nimirum fasciarum ambitu, non magis, q̃ vt prohibeat partes, quo minus sub pulsu concutiantur, quod est præ angustia impedire motum arteriarum, hæc enim est causa doloris. Alium in super finem præscripsit, qui proprie pertinet ad futuras, quæ diducuntur, quum inquit/extremitiesq; commissuræ dehilcentis se contingant/extremities vocãs, vltra quas non possunt commissuræ se contingere. Intelligitur autem ex hoc vehemens & immoderata compressio. nam, vt diduci ossium commissuram non expedit, ita nec plurimum comprimi, quandoq; H- dem hoc quoque naturæ alienum est. Hi ergo fines sunt valentioris pressus: imbecilliores, deinde adscribit/ neq; circa tussim & sternutamenta/ . quasi ita dixerit, neq; in tussi & sternutamento, ita, vt affectæ partes nulla re contentæ concutiantur, agitenturq;: tunc siquidem aciores motus concutiendo laxiores partes, & minime fulcias, vehemētius q̃ vitiatas opus sit, earum dolores exacerbarent. Quæ verò moderatio adhibenda sit in fulciendo, ipse postremò adiungit, vbi ait/ ita, vt neq; cogi, neque concuti sinant/id est, ne, quæ vitjata sunt, comprimantur, valenter, ne ue motu concutiantur, hoc est, neque nimis arte, neque nimis laxè, colligentur.

Galeni



GALENI IN HIPPOCRATEM
DE FRACTURIS
COMMENTARIORVM LIBRI TRES.

Vido Vidio Florentino interprete.

Ab eodem denuo multis locis ex vetustis manuscriptis
Graecis exemplaribus castigati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Communis ratio corrigendi simplices in cubito fracturas tractatur. Ac primum Brachio proposito docet, quo pacto extensiones, conformationes, deligationes, & positiones fracturarum partium fieri debeant.



Cire licet, antequam singula exponamus, posse expositionem omnem; quæcunque in opere obscura sunt, aperire. aliquid autem ex ijs, quæ scripta sunt, vel vt verum demonstrare, vel vt falsum refellere, tutariq; si quid à cauillatore quopiam reprehensum fuerit, præter expositoris officium est, consuevit tamen fieri ab omnibus ferè, qui libros exponunt. quam rem ab expositore modice attingi proprie nihil prohibet: sed certare de auctoris sententijs absolute, expositoris fines excedit. Hoc igitur non illud respiciens, vbiq; ijs, quæ verè expositiones sunt, pauca ad confirmanda, quæ proponuntur, adijciam. Verum, quum duplex sit huius expositionis differentia: quãdoquidem & idipsum, quod obscurum est, duplex est: de hoc quoque aliquid præfari expeditius arbitror. Hæc ipsa, quæ in libro de expositione seorsum latius enarraui, paucis explicabo, quasi quoddam compendium faciès. Ibi enim ostendi aliud re vera obscurum esse, aliud ob id præcipue, quod multa sunt auditorum genera, vt sermone eruditi sunt & exercitati, vel omnino rudes: tum vt natura perspicaces sunt, & prudentes, vel hebetes, & imprudentes. Ac, ne longius exempla petamus, in hoc proposito libro de fracturis, vbi Hippocrates inquit, ¶ Dicendum ergo est è medicorum erroribus, quos docere vult, quosque dedocere. verba per se obscura sunt, quum minime existimemus quosdam esse errores, quos docere conueniat. Huiusmodi etiam illud est. Præterea articulus ita extensus recuratur in hoc habitu. intento enim brachio curuari inquit cubiti iuncturam. videtur autem & hoc absurdum, id curuari dicere, quod rectum est. Item, quod inquit. Nam si ita collocetur in um caput humeri, quod cardinis modò in cubiti sinum conijcitur, efficit, vt brachij atque humeri ossa dirigantur, perinde ac si totum vnum sit. sed, si quis viderit, quale vtrumque os sit, de quo agitur, nullam habet obscuritatem. iure autem verba existimabit obscura, qui naturam cubiti iuncturæ ignoret. Ego, quoniam plerique eorum, qui librum hunc legunt, in incidendis corporibus minime sunt versati, melius duxi omnia huius generis explicare: quæ verò talia non sunt præterire, adhuc de his illud præfatus ijs, qui librum hunc lecturi sunt, vt si quæ ex verbis à me expositis obscura ipsis aliquo modo videantur, ante omnia spectent, num quid mendii sit in suo libro, cum exemplaribus si de dignis illum conferentes, examinautesq;: tum si recte habere visus fuerit, eadem verba attentè iterum, & tertio legant. ego verò, quum præsens præsentis librum aperio, ad vnguem conijcere possum expositionis modum, vbiq; addiscantis ingenium inspiciens: at cum omnibus scribo, Septima Classis. FFFFFFFF iij nec

sect. 1. 1. 7.
225. 6


nec quid maxime, nec quid minime idoneum exigat, conijcio: nam illud plerisque obscurum erit, hoc iniquo animo ferunt, qui in rebus claris immorantur. Optimum igitur cenſeo, quid mediocre ingenium poſtulet, conijcere, atque, ubi, non ſuccedit, magis ad id ſpectare, quod praſtatiſſimum eſt: neque enim commentarios legendos puto, quibus ingenium eſt inferius mediocri, quibus cum bene agitur, ſi poſtquam eadem ſapientius de doctoribus audierunt alijs atque alijs verbis expoſita, percipiunt.

1 Medicum oportet, quae ſuo loco mota ſunt, & fracta, recto admodum ſtatu intendere.

Non nullae orationes, & ſi nihil doceant, quod magni momenti ſit, tamen expoſitionis particularum cenſentur, quales ſunt, quae ſcripturae varietatem notant. cuiusmodi quidpiam nunc videmus in propoſita oratione, quae ab alijs ſcribitur/ medicum oportet/ ab alijs abſque primis verbis/ medicum oportet/ Atticis enim hoc prorfus eſt uſitatum, quorum linguam Hippocrates aliquantum uſurpat, ita ut eius ſermo a non nullis praeſcus atticus exiſtimetur. Nos autem in alio paruo libello, quid de ſermone Hippocratis iudicemus, ſeorſum demonſtrauimus. Nunc explanationis initio ſatis eſt admonere omnia haec a me praetermittenda, quum propoſita materia neceſſariae partes non ſint, & expoſitionem reddant nimis longam/ quae ſuo loco mota ſunt, & fracta, recto admodum ſtatu intendere/ appellat autem, cum oſſa citra fracturam ſuo loco mouentur, non ſolum ἐπιπλοῖς, & ἐπιπλοῖς, ſed etiam ἐπιπλοῖς, & ἐπιπλοῖς. Quod ad fracturas pertinet, id animaduertendum eſt, Hippocratem, ut ſapientius γράμματα, raro ἄγμα, nuncupet, eo vocabulo, quod rarius uſurpauit, hoc opus inſcripſiſſe: quo ſit, ut non nulli uelint non ſeiunxiſſe hoc Hippocratem ab opere, quod inſcribitur, de Articulis, ſed utrunque in vnum contuliſſe: diuiſum uero fuiſſe poſtea in duo praemagnitudine atque, ubi in vnum ambo conuenerant, inſcriptum fuiſſe, de Officina medici. Quam rem male conantur teſtimonio firmare, aſſerentes ſcriptum fuiſſe librum vnum de Officina medici, ab homine antiquo primo Hippocrate, qui patrem habuit Gnoſidicum: libellum uero, quem nunc ita inſcriptum habemus, compoſitum non fuiſſe a magno illo Hippocrate, qui maximus inter graecos habitus eſt auctor ac medicus. Sed quia in duobus operibus tractatur de ijs, quae in Officina medici ſunt, idcirco aiunt inſcripta fuiſſe, de officina medici, atque ea de cauſa hic etiam exquiſitum ordinem in docendo non ſeruari: ipſum enim in hoc opere de fracturis mentionem feciſſe de articulis quibusdam luxatis: atque operi, quod ſequitur de articulis, non pauca de fracturis inſeruiſſe. Verum quibus placet opera haec, non ab aliquo ſeiuncta, ſed a principio duo compoſita fuiſſe, ab ijs, circa quae magis verſantur, inueniſſe inſcriptionem affirmant, ita enim opinantur ipſi inſcripta fuiſſe, atque inde initio ſermonis accepto longius labuntur, oſtendentes pleraque ex operibus Hippocratis hac ratione inſcribi. Equidem in vnum ne contulerit Hippocrates ambo haec opera, an non, dicere non habeo: procedente autem ſermone oſtenſurum me polliceor fracturas, & ea luxata, quae tractantur in hoc opere, doctrinae cognationem inter ſe habere, atque item luxata, & eas fracturas, quae in opere de articulis. At quamobrem in propoſitis nunc verbis/ quae ſuo loco mota ſunt, & fracta/ orationis ordinem permutet (ſcripſiſſe enim debuit/ quae fracta ſunt, & ſuo loco mota/, eo quod ante de fracturis tractet) poſſum vnam duntaxat cauſam reddere, hoc pacto. ſapientiſſime videre licet Hippocratem, & ex maioribus eos, qui eloquentiſſimi ſunt, hunc enuncianſi modum uſurpaſſe. Fortaſſe igitur non ordinem dicendorum, ſed ordinis concentum attenderunt, uel adeo exquiſitum ordinem in huiusmodi orationibus neglexerunt. / Recto admodum ſtatu intendere/. Membra, quae luxata ſunt, aut fracta, dum intenduntur, praecipit recto admodum habitu figurari. ſed qua de cauſa intendi debeant, hic omittit: de modo, quo collocari membrum conueniat, dum intentio adhibetur, latius pertractat. cum poſſet in opere rem ipſam docens, nihil de ijs, qui ſecus ſentirent, meminiſſe. Atqui non in hac oratione tantum, ſed in ceteris omnibus ignorare non oportet, orationum alia ſummatim rem proferri, atque haec omnium breuiſſima eſt: alia huic maxime contraria rem plene explicari, in qua nihil omnino praetermittitur, quod uſiliter dici poſſiſſe uideatur: reliquas uero omnes his interiectas eſſe, & alias ad breuiſſimam, alias ad longiſſimam, propius accedere, ſicut alias rurſum paulum a media diſtare. Vtriuſque autem generis legere ſingulas oportet pro arbitrio, atque ocio: eos autem nullo modo accuſare, qui uel quod breues eſſe laborent, obſcuro ſiunt: uel, quod orationis perſpicuitati ſtudeant, longius labuntur. illis enim dare legem non conuenit, praefertim, quum nihil ſit profutura, ſed accipere debet vnusquique quod ſibi uile ſit, cum eo ut intelligat docendi propoſitum non eſſe idem in omnibus libris. uerbi gratia, in his duobus de fracturis, & de articulis, plene ſcribit: ſummatim uero in eo, qui, quum de impellendis oſſibus tractet, ὑποπλοῖς, inſcribitur, ubi, quod ad res pertinet, idem agit. Eſt autem plene explicandi ratio ad perſpicuitatem maxime accommodata: compendia uero ad memoriam. huius rei, quam ſemel indicauit, ubique memento. Sed iam pergimus ad ea, quae traduntur, diligenter animum aduertito.


Ipſe

A Ipſe ergo in ſequentibus cauſam inquiret; cur, ſiue fractum os componendum, ſiue luxatum in ſuam ſedem collocandum ſit, ante opus ſit extendere. Mihi autem rei explicandae locus hic uideatur, ut qui operam dem, ut plane exponam: ad quod plurimum conferre orationis ordinem, quum nullam controuerſiam recipiat, nihil eſt, quod demonſtremus: ſicut nec ab ijs, qui quidpiam exponunt perſpicuitatis gratia, non ſolum ordinem, ſed modum ſingularum omnium orationum attendendum eſſe, nulla enim alia de cauſa expoſitionem ſcribimus. In opere igitur de motu muſculorum oſtendimus maxime propoſitum eſſe muſculorum, ſi ad reliquas corporis partes referantur: ſi ad ſe ipſos, maxime commune ad exemplum lori, chordae, aut funis, in ſe ipſos contrahi. nam, ſicut haec diſtenduntur, ubi eorum extrema prehendes in diuerſa diducimus: & ubi ſimimus, ponimusque, contrahuntur: ita muſculi oſſibus utraque extremitate innexi coniuſtionem habent ijs, quae manu prehendantur, reſpondentem: ab ipſis autem in contrarias partes attracti medij inter extremas partes, hoc eſt, ſuo corpore vniverſo intenduntur. qua de cauſa, ubi eorum fibrae omnes tranſuerſae praeciduntur, partes plurimum inter ſe recedunt, vna quidem ſurſum ad totum muſculi initium, altera uero deorſum ad extremum, qua parte poſt articulum cum altero membri oſſe coniuſgitur. Idcirco, ubi integro muſculo articulus ſuo loco moueatur, ſinis muſculi iunctus illi B parti, in quam os excidit, qui totus ad ſuum initium contrahitur: cum eo autem attrahitur pars membri cum qua neſtitur, hoc eſt, caput oſſis, quod in reſeſſum inferitur, quo contractio vna contrahitur totum os.



C comminuti membri extrema ſe tangant. eſt enim fractura perpetui oſſis abruptio, perinde, atque vlcus carnis. utrunque autem tunc ex toto reſtituitur, cum ad priſtinam vnitatem id actum eſt, quod fieri non poſſe, niſi fracti oſſis partes e regione collocentur, quae curatio graece ἀπλοῖς dicitur. Itaque, ſi leuis fractura fuerit, utraque laesi oſſis pars ſuo loco manet: ſi opus penitus perfringatur, neceſſe eſt partes inter ſe cedere, hac, ut puta in priorem, illa in poſtteriorem regionem veniente, atque alia in dexteram, alia in ſiniſtram. Quamobrem ambabus manibus, utrinque membrum prehendes, quod in priorem partem erupit, retro cogimus: quod in poſtteriorem, compellimus in priorem: quod in ſiniſtram excidit, in dexteram trudemus: quod in hanc prolapſum eſt, in contrariam repellimus, ita, ut omnes comminuti oſſis partes per manus componentis in contrarias partes vngantur. Dum haec itaque ſunt, periculum eſt, ne aliquae fracti oſſis eminentiae confringantur. non enim redditur ex toto leue utrunque os extremum, perinde quaſi ſectum ſit ferra gladium referentem: nam quae dentata eſt; & ipſa exaſperat.

Fracti oſſis alternatio & aſperitas.



Serra culttraria.

Serra dentata.


interdum ſolis miniſtrorum manibus committentes, interdum laqueos inſiſcentes, ubi maiori vi opus ſit, in diuerſa contendere. Oſtendimus autem tam in fractorum, quam in luxatorum oſſium curatione, principio intendendum eſſe: adhibendam uero intentionem hanc membro non temere figurato, deinceps dicemus: atque illud in primis, quum in fracturae curatione quatuor agere debeamus, intendere, componere, alligare, & continere, eundem habitum omnium eſſe communem Septima Classis. FFFFFF iij oportet.

In quo caſu accidit, ut caput eius oſſis, quod in commiſſura ſubiectum eſt, priſtina ſede ſublimius colloceſt, quare nullo modo reſtitui in ſuum locum poſeſt, priusquam toto membro inteto eatenus deorſum compellatur, quatenus ſurſum praeter naturam venit. Hac itaque de cauſa oſſa, quae procciderunt, prius intendenda ſunt. Quod autem comminuta quoque oſſa intendi debeant, uel ex eo poſſiſſimum colligitur, quod ſicut in luxatis reſtituendum eſt, quod erupit, ita in ijs, quae fracta ſunt, quod aſſectum eſt, componi debet, ſic, ut

Quare fracti oſſis partes in diuerſa, partim ſurſum verſus, partim deorſum deducentes, ad componendam fracturam venimus, cauētes, ne, dum coniuſguntur partes oſſis, quarum altera ſuper altera exceſſit, aliquae ipſorum eminentiae perfringant. quod penitus aſſequemur, ubi oſſa ἐγρηπτοῖς, id eſt condantur, vnum ſcilicet ſub altero. eo enim vocabulo uſitur Hippocrates, ubi fracti oſſis partes in ſuum locum reponuntur. Ergo, ut, quae reſeſſerunt, iungantur, neceſſe eſt alteram partem ſurſum, alteram deorſum attrahere, quod iam omnes medici faciunt, rem

oportere. componimus quidem, dum intendimus: ubi composuimus, protinus alligare conuenit. Et saluo eodem membri habitu, quo compositum est: quem rursus seruare decet, ubi continet: nam, si moueatur, vinculum quadam parte laxiores habebit circuitus, quadam arctiores. laxiores, quum ossa moueri patiantur, quod compositum est, corrumpent: arctiores, quum dolori sint, inflammationem excitabunt. Quatuor igitur, quæ agenda diximus, communem habitum requirere demonstretur. Consideremus posthac, quid intuiti, hunc habitum inueniamus. Porro, quum membrum intenditur, ille optimus est, sub quo non magna vi separata ossa in diuersa componuntur: quum continetur, ille, qui minime lædit, utrunque præstat, qui ita figurat, ut musculorum fibræ directæ intendantur, directæ autem intenduntur, quum ab ima membri parte vniuersus musculus collocat: nam, si musculus, qui suum initium habet à parte interiori, ita collocetur, ut medius ab interiori parte membri, extremus ab exteriori: vel sic, ut medius à superiori, extremus ab inferiori situs sit: hoc pacto circa membrum in cochleam serpens magnam vim requirit, cum intenditur.

Musculorum directio.



Musculorum distortio in supinæ manus figuratone.

Itaque, si hoc modo figuratum musculum extēdas, dum fracti ossis partes abunde diducantur, vehementer dolebit, magno cum periculo, ne conuellatur. constat enim intentionis vi, conuulsos interdum musculos fuisse. Quare eundem esse habitum constat, qui minime lædit, & qui musculos nullo modo peruersos continet: quæ aperte Hippocrates expressit, volens brachium cubito tantum inniti, non ex toto curuatum, aut extentum, sed in medio inter hæc collocatum. Quem habitum ipse docuit optimum esse, primo, quod cubiti os longius est radij sede, ipsumque firmiter sustinet: deinde, quia musculi, qui oriuntur ab interiori tuberculo humeri, extrema habent ab interiori parte totius brachij: qui ab exteriori incipiunt, ab exteriori finiuntur. Cuius autem musculi initium & finis ab interiori parte sunt totius brachij, huius & reliquæ omnes partes, & propterea totus ipse musculus. Similiter cuius extrema ab exteriori parte sunt, & ipse totus ab exteriori parte est totius membri. Quin & experimentum indicat hunc habitum minime lædere. Ex duobus verò quibus hic intrerit, supinus musculos plurimum peruertit, & vehementem dolorem mouet: pronus minus peruertit, minusque dolori est. Habes de brachio figurando summam omnia, quæ latius deinceps Hippocrates docebit, ea oratione vsus, quæ perfecte planèque rem exponit, ita, ut paucis omnino opus sit ad ea exponenda, ijs præsertim, qui imbuti sunt puerilibus disciplinis, vel apud doctores librum legerunt, quibus sanè commentaria scribuntur.

2 *Ea sequidem est natura iustissima.*

Quasi dixerit maxime conueniens. nam, ubi, quod conuenit vnicuique, seruat, res iuste habet, atque administratur. Quid autem corpori conueniat, præter id, quod secundum naturam est, haud facile intelligitur, ergo cum singulis partibus conuenientia inest figuræ, coloris, & magnitudinis, optime habent.

3 *Sed, si in hanc vel illam partem declinat, in pronum habitum peccetur, lenius enim peccatum est, quam si in supinum.*

Duos habitus posuit, supinum & pronum, qui & ad vniuersum corpus referuntur, & ad vnam ipsius partem, nempe brachium. Totum igitur corpus pronum dicimus iacere, ubi deorsum venter spectat, dorsum verò in superiorem partem: contra supinum, ubi sursum venter, in inferiorem partem dorsum. Quos habitus commemoras loquuturum se de brachio indicauit, quum nequeat corpus totum frangi, aut excidere. Sed causam, cur præstet in pronum declinare, quam in supinum, ubi quis deceptus rectum non allequatur, ipse in sequentibus aperiet.

4 *Qui nihil capiunt consilij, plerunque nihil errant: ipse enim, qui deligabitur, sic iusta natura coactus brachium porrigit.*

Medici, inquit, qui ante naturalem brachij habitum, nihil attendunt, plerunque melius curant, quam qui male ratiocinantur. Idiota enim, qui alligandus est, medico brachium porrigit figuratum, quemadmodum minime lædat, instructus à natura, quam nunc iustam dixit: quippe quæ generationis initio, & postea in tota vita degenda *δινειον*, id est conuenientem, lingulis partibus habitum inuenit. Ipse enim qui deligabitur brachium porrigit, vocabulum, porrigit, *δραπέτης* dixit, quod non nulli accipiunt pro *δραπέτης*, id est porrigit medico: non nulli pro *δραπέτης*, hoc

A hoc est, non permittit, ut medicus indoctior membrum in contrarium conuertat. omnes enim homines natura singulas partes figurant, quemadmodum minime lædant: quem habitum indicat Hippocrates esse maxime rectum. Porrigunt igitur ægri se ipsos ita figuratos: atque ægrè ferunt, ubi aliter à medicis collocantur, renitunturque, atque ob dolorem ducenti non parent. hoc autem voluit Hippocrates significasse verbo *δραπέτης*. Sed ut rous modo acceperit, res eadem manet, nã idiota, quum ita brachium collocent, quemadmodum minime lædat, præstantiores sunt medicis, qui, cum sibi sapiētes videantur, male hoc figurant. Sunt & qui ad utrunque referant, sic à iusta natura coactus brachium porrigit. Sed cum proposita res seruetur, quomodocunque verbum id accipiat, superuacaneum est in his amplius insistere, inutilia enim sunt, & inuentu facilia, quæ ambiguis verbis traduntur. Quare illi omittenda sunt, qui temporari parcat, quum in ijs, quæ vtilia sunt, id consumere magis conueniat.

5 *Sophistæ autem medici utique sunt, qui peccant. Porro brachium fractum non magno negotio pertrahatur, idque (ut ita dicam) cuius medico facile est.*

Sophistas intelligit eos, qui sapienter aliquid sibi inuenisse videntur, errantes tamen, atque idcirco non obseruantes, quod rectè omnes idiotæ cognouerunt.

6 *Quem locum cogor latius explicare, quoniam medicos vidi, qui, cum deligarent, sapientes habiti sunt à brachio figurando, vnde par fuit videri ignaros. Multa enim alia, quæ sunt huius artis, ita iudicantur. Nam, quod nouum est, quamuis nondum constet, utrum sit vtile, anteponunt ei, quod consuetum est, quod iam sciunt vtile esse, atque id, quod alienum est, ei, quod receptum.*

Ipsemet tibi ostendit in sequentibus, quæ omnia obscura sunt, cur sermonem de figurando brachio dilatauit, quanquam locus per se, nec difficilis est, nec ita multa verba desiderat, ex quo protinus causam inuenies, quamobrem in ijs, quæ tradidit, ordinem omnino exquisitum non seruarit. quisque enim prius de eo, quod magis vrget, verba facit. Ergo, quia medici eius sæculi pro cõperito habebant ad omnem, tam comminuti quam prolapsi ossis curationem intentione opus esse, sed ignorabant, qui nam habitus secundum naturam esset, idcirco de hoc in primis egit. Ac multò adhuc magis, quia medici quidem optimo deterrimum habitum anteponētes, prauis rationibus eam rem sibi ipsis, atque alijs persuadebant. Quod si ignari omnino fuissent, oportebat verum ipsos docere, at, cum non solum ignari essent, sed etiam cognitionem sibi vendicarent, necesse fuit Hippocratem id primò conuellere, deinde animum iam purum vera scientia instituire.

7 *Dicendum igitur est de medicorum erroribus, quos docere volo, quosque dedocere, de brachij natura.*

Dedocere vult ea, quæ medici non putant vitio danda, quum tamen vitia sint: docere quæ putant vitia, quum non sint.

8 *Etenim, quod hac ratione traditur, ad alia quoque ossa corporis pertinet.*

Non iniuria dicit orationem hanc ad alia quoque ossa sananda pertinere, ea enim ad quæ spectantes, inuenire naturalem vniuersiusque habitum conueniat, omnium communia sunt. duo autem sunt (ut supra indicauimus) nempe ut dolorem euitemus, & rectum statum tueamur. illud experimento comperit: hoc partium quoque sit, quem corporibus incidendis comparamus.


9 *Ergo Brachium, de quo sermo est, quidam vincendum dedit pronum: hic autem cogit collocari modo sagittariorum, quum humeri caput conijciunt: atque ita deuincit existimans hunc esse naturalem eius habitum. Quam rem eo argumento comprobauit, quod ossa omnia, quæ in cubito sunt, inter se dirigantur, tum superiorem partes æquantur: quod etiam tam exteriores, quam interiores, inter se directæ collocantur: ita enim inquit & carnem, & nervos naturaliter sitos esse. Sagittarios præterea testes adduxit. His autem dicendis, præstantis huius sapiens habebatur: aliarum verò artium immemor erat, quocumque vi aut artificio quidpiam molitur, nesciens alium alibi esse habitum naturalem. Quin & in eodem opere, alius erit dextra, exempli causa, alius sinistra habitus naturalis: aliter enim brachium naturaliter figurant iaculantes, aliter funditores, aliter rursus qui lapides conijciunt, aliter pugiles, aliter qui in ocio sunt. Quotquot enim artes reperiri possunt, singula naturaliter brachia requirunt, non eodem modo figurata, sed ad instrumentum, quo in singulis utendum, & ad opus, quod efficiendum est, accommodata.*

De his quoque semel aliquando meminisse oportet, quam rem nos minime præteribimus. Quidam ex ijs medicis, qui sapientes habentur, proposita verba / ergo brachium de quo sermo / tanquam mendosa iure suo corrigens, græcè ita scripsit / *την οὖν χεῖρα πρὸς ἡς ὁ λόγος ἔστιν* / adiecto verbo / *ἢν*, hoc est erat / sua nobis ostentans disciplinã, qua fuerat à grammaticis, rhetoribusque eruditus, ita ut ignoraret modum præcisè loquendi omnibus antiquis vsitatum. Erit autem plena oratio, si perficiatur hoc modo

modo / ergo brachium, de quo sermo erat, quidam vincendum dedit pronum / Idiotæ plerunque E medicis brachium porrigunt conuenienter figuratum, sed horum quidam nimium curiosi recedentes ab eo, quod naturaliter propositum esse debet (id autem fuit doloris carentia) pronum habitum eligunt, ut potè quem commodiorem existiment. nullus tamen idiota medico brachium porrigit resupinatum: multum enim abest hic habitus ab eo, qui minimè lædit. quem aliqui medici & ob inscitiam, & ut sapientes videantur, interdum non admittunt, atque ea de causa sagittariorum exemplo brachium vniuersum collocant, quidam penitus resupinatum, quidam non multum ab huiusmodi habitu recedens. Peccant igitur, non modò in hanc partem, sed quòd extentum figurèt, quos Hippocrates prodidit ea ratione moueri, quòd vbi totum brachium sagittariorum exemplo figuratur, ossa diriguntur, & totius brachij superiectione cutis partes æquantur, sed hæc valde probabilia sunt, & se vicissim consequuntur: illud re vera non sic habet, carnem & nervos eo habitu, perinde, atque ossa in recto situ omnibus partibus seruari: quòd si ita res haberet, non modò probabiliter, sed firmissimè demonstrarent huiusmodi habitum naturalem esse. Verùm hæc tolerabilia sunt, transferre autem huc sagittariorum exemplum, existimari debet prorsus fatuum, fatius que fuit eos ab Hippocrate nullo modo commemorari, quàm acerrimè refelli. nam, quæ prorsus stulta sunt, deridenda magis sunt, quàm à scriptoribus confutanda: non tamen prohibeo, quo minùs, dum viuere F tes agunt, redarguantur: ac præsertim, vbi, qui hæc nugatur, audientibus persuadet, ut sibi ipsi hominis curationem committant. Fit etiam interdum, ut nos quoque in scribendo stultis opinionibus contradicamus, vbi multos videmus illis credere, quasi veræ sint: quod nunc accidit Hippocrati, qui nihil esse commune sagittarijs, & vincientibus, ostendit. Quæ verò afferuntur de ossibus, nervis, & carne, recto situ collocandis, quamuis nullum per hæc fuisset Hippocrates reprehensus, per se necessaria fuerant ad optimum habitum inueniendum, cuius caput est, si argumentum ex ligno colligamus, doloris carentia, id enim neque ipsos idiotas later: verùm, si rei causam, naturam quæ spectemus, rectius partium status, qui idiotis non item patet, sed illis duntaxat, qui incidendis corporibus operam dederunt. Quæ ab Hippocrate subiiciuntur, maxima ex parte plana sunt, nec quidquam habent, quod in quæstionem vocetur, quare vniuersa hæc mihi prætereunda, quod non accidit ijs, qui librum legunt, quibus longiori tempore sunt consideranda. Quod inquit hic autem coegit ipsum collocari modo sagittariorum, cum humeri caput coniiciunt / obscurum est, & incertum. quocirca non nulli verbum / coniiciunt / quod dixit ἐμβάλλωσι, propterea scriptum ab Hippocrate existimant, quòd exteò brachio humeri caput in sinum ceruicis, quæ in lato scapularum offe est, coniiciatur, in quem antea non coniiciebatur, cum brachium demissum erat. tunc enim iuxta erat G duntaxat, & contingebat: quam rem his verbis expressit / versatur humerus in lato scapularum offe transferens, vbi brachium iuxta latus extenditur /. Censent alij ἐμβάλλωσι dixisse Hippocratem translatione vsu à nauium impetu. ἐμβολῆ græcè dicitur, vbi datur opera, ut naues hostium mergantur, quando cunque ligno dato prora aptatur ad nauem alteram perfringendam, potissimum à latere, totam quæ dissolucendam, ac submergendam. tunc quasi paratum esse ad ἐμβολῆν, id est ad impetum faciendum aiunt. Item apud comicos porrecta membra dicuntur ad ἐμβολῆν, id est ad impetum faciendum parata: quod Aristophanes ostendit, quum inquit, χάρει ἐπὶ γραμμῆν λόρδος ὡς ἐμβολῆν, id est, recta accedit incuruus, quasi ad impetum faciendum paratus. Quæ subdit omnia, si animaduertantur, manifesta sunt, vsque dum inquit.

10 In sagittarijs par est hunc alterius brachij habitum optimum esse: nam si ita collocetur, imum humeri caput, quod cardinis modo in sinum cubiti coniicitur, efficit, ut brachij atque humeri ossa dirigantur, quasi totum vnum sit.

Scribit nunc aduersus eos, qui vniuersum brachium intentum deuincunt, sicuti sagittarij sinistrum continent. At enim ad id agendum iure opus fuisse brachio extento, quum nervus dextra tenditur versus partem posteriorem: totus verò arcus in eadem regione continetur à sinistra, ne in alteram partem inclinetur. Nam si nervus dextra validè in posteriorem partem intentus totum arcum secum adducat, ductio sagittæ in posteriorem partem impediatur, ut quæ debeat à valido nervo contenta, que emitti. Ergo, quantum ex vltima contentione remittitur, tantum demittitur de emissionem sagittæ: quod, quum in confesso sit, Hippocrates causam adiungit huiusmodi: / nam si ita collocetur imum humeri caput, quod cardinis modo in sinum cubiti coniicitur, efficit, ut humeri atque brachij ossa dirigantur, & brachium totum sine inclinatione seruetur. / vocat autem γγγλυμοειδὲς imum caput humeri, quod cardinis modo cum cubito committitur, quandoquidem cardines (græcè γγγλυμοί) & quosdam sinus habet, & quosdam processus sinibus recipiunt eorum, cum quibus comittuntur, processus: processibus in ipsorum sinus inseruntur. Similiter imum caput humeri in gibbū ambitum definens duo à lateribus tubercula exigit, vnde similitudo trochleæ fit. hæc et aut huiusmodi ambitu trochleæ referente in sinibus cubiti. Extremus hic ambitus, & à priori & à posteriori parte cauum hēt: in vtroque se inlinuant cubiti processus rostro similes. Siquidem



Siquidem cubiti caput superius C literam refert, quæ cum humero committitur: accipitque humeri ambitum, qui trochleam refert, ferè totum, vbi brachium sic collocatur, ut cubitus atque humerus rectum angulum ostendant. At rursus, vbi humero quiescente, cubitus circa gibbū eius ambitum moueatur, si in priora feratur, cubiti commissuram fleuit, si in posteriora tēdit, in maximo quidem flexu prior cubiti processus in humeri cauum, quod à priori parte est, coniicitur: in extensione posterior processus in posterior cauum, quod, quum mafus sit, maiorē processum accipit. quare plurimum extēdere & curuare totum brachium possumus: quod nullo quidem modo contingeret, si nullum cauum in humero fuisset. Quum huiusmodi ergo sit cubiti iunctura, vbi totum brachium ad rectum angulum figuretur, ita, ut humerus & cubitus rectum angulum ostēdant (quem habitum Hippocrates solitus est appellare ἐγγύσιον) ambitus trochleam referens medius hæret cauo cubiti, quod C literam repræsentat. At vbi totum brachium extenditur, cubitus in posteriorem partem fertur, & processus, qui ab ea parte est, motui præst: cessat autem, quiescitque, quum primum ad humeri cauum, quod ea parte est, peruenit. Quo fit, ut commissura extendatur, & imū humeri caput, cardinis modo, sinu cubiti innitatur. vocat autem Hippocrates βαθυειδῆ, non modò humeri sinum, sed cæteros omnes, in quibus recipiuntur ossium processus.

11 Præterea articulus ita extensus recuruatur. Ergo verisimile est sic eū locum minimè flecti, maximeque intendi, neque à nervo, quem dextra tendit superari, neque illi cedere: ad hæc neruum ipsum plurimum adduci. Quo fit, ut sagittæ à valida subitaque, vi emittantur: quæ autem sic emittuntur, maiori impetu celerius feruntur, longiusque. Sed vincientis & sagittarij nihil commune.


Ex modis, quibus brachium figuratur, extensio flexu contraria est, supinus habitus pronus. hi ergo extremi sunt, & quasi quatuor habituum excessus: duo alij medijs sunt, vnus quidem inter extremum flexum & extensionem, quem Hippocrates (vt dixi) ἐγγύσιον appellat: alter inter pronum & supinum, sub quo ait cubitum radio subiici. Igitur, sicut hunc iustum & rectum dicit, sic etiā illum, qui ἐγγύσιος dicitur, sub quo humerus cum cubito ad rectū angulum collocatur. Quòd si hic habitus rectus est, sequitur, ut, vbi brachium extenditur, non debeat rectus appellari, si rectus nō sit, certè erit in exteriorem partem recuruatus: quemadmodum, si in posteriorem partem ita recuruetur os cubiti, vt cum humero angulum ostendat: quod iam non nullis accidisse perspectum est, quibus necesse est posterioris humeri cauum abunde altum esse, in quod se inserit posterior cubiti processus. Quòd si huiusmodi cauum nobis omnibus altissimum esset, flectere in posteriorem partem brachium possemus, vt dixi de his, quibus aliquantulum id licet, vt potè qui posterioris cauum non secundum naturam penitus habeant, sed nimis sinuatum.

12 Qui brachium deligat, vbi sic figuratum contineatur, multa alia affert mala grauiora, quàm vulnus. Nam, si curuari brachium imperet, non ossa, non nervi, non caro eundem habitum seruabunt, sed vinculis cedentibus in aliam atque aliam partem mouebuntur. / Ecquid opus est sagittariorum habitu? qua in re nullus fortassis error fuisset, si sophista permisisset, ut homo ipse vulneratum brachium porrigeret.

D Qui intentum brachium deuincit omnino (inquit) vel ita contineri iubet, vel curuari finit: vtrumvis fecerit, ægrotantem lædit. nam, si in eodem habitu contineatur, dolor assidue viget: sin aliter figuretur, deprauatur brachium sub vinculo, quod eo spectat, vt membrum, sicuti compositum ab interitis fascijs contentum, sine vlllo pressu tueatur. at, si aliter figuretur, contrarium accidet, nempe, vt fractura vinculo non contineatur, sed moueatur, transferatur que vnà cum nervis habitum mutantibus, musculis que, quos carnem vocauit, eorum nobis naturam ostendens. Sunt enim musculi caro sentiendi vim habens à simplici carne, ex qua maxime constant, caro nominati, per quos fibræ distribuuntur à nervis ac ligamētis diductæ. creatur enim totus musculus à natura eiusmodi fibris contentus, quibus caro simplex vndique concreuit: atque hæc est propria musculi natura, per quem venæ & arteriæ discurrunt, vt non secus ac cæteræ partes, alatur & viuat: proprium vero musculorum corpus fibræ sunt, que simplici carne cinguntur, plurimum quidem medijs musculis, tum subinde minùs, præsertim que in initio ac fine ipsorum. quocirca extremi musculi nervosi magis sunt, medijs verò carnosius.

13 Quidam alius medicus resupinatum brachium extēdi iussit, atque ita figuratum deuinxit, sibi persuasum habens hunc statum naturalem esse: quod ex cute coniiciebat, et ex eo, quod ossa sic tueri naturalem habitum existimaret.

existimaret. Quia id ossis, quod in prima palmae parte extat à parte minimi digiti, è regione collocetur eius ossis, unde cubitum metimur. Hac adducebat ad comprobandum huiusmodi habitum esse naturalem, rationi q̄ consentanea loqui videbatur. Sed brachium vehementer cruciari, si supinum extendatur, experiri quilibet in suo potest: nam si extendatur, hunc habitum dolori esse comperiet. Quin, si imbecillus homo manus preberdat valentis ita collocatas, ut cubitus resupinatus curvetur, utique, quò volet, ipsum du- cet. Manus item eo modo collocata, si gladium teneat, uti eo minime poterit: usque adeo istiusmodi habi- tus violentus est. Ad hæc, ubi brachium in eo habitu vincitur, graviore dolore torquetur homo, dñ in- gredietur: gravi, dum cubabit. Quòd si brachium flectatur, necesse est musculos contrahi, & ossa in eodẽ habitu minime contineri. Ignorabat autem illud, præter alia, quæ in huiusmodi habitu incommoda acci- dunt, quòd os in prima palmae parte extans à parte minimi digiti, cubiti pars est: illud verò, quod in cubi- ti iunctura est, unde cubitum metimur, est humeri caput.



Directio interioris tuberculi brachij ad finem cubiti.

Si quis brachiũ resupinauerit, videbitur humeri caput ab interiori parte, quod græcè κωνδύλος id est tuberculũ, nominatur, esse caput superius cubiti, cum quodammodo è regione se ostendat capitũ inferioris, quod in prima palmae parte extat à parte minimi digiti. Non tamen omnes cubitũ metiunt ab humeri tuberculo: sed sunt, qui metiri incipiunt, id q̄ rectè, à cubiti eminentia, quam græci ὀλίγονον dicunt & ὀλίγονα. At Hippocrates, cum dixit/vn de cubitum metimur / significare videtur, vel omnes, vel plerisque inde metiri. Quomodo autẽ sese res habeat, hinc querere superuacaneum est. illud meminiſſe oportet, quòd inferius cubiti caput sitũ in prima palmae parte è regione superiori capiti respondet, ubi secundum naturam brachium figuretur, ut scilicet curva pars interior sit, gibba exterior: in quo habitu sit, vbi minimus digitus ab inferiori parte subijciatur, pollex à superiori infidat.


14. Hic verò putauit hoc idem os esse atque illud.

Non ita dixit / hoc idem os esse, atque illud / sicuti aliquem eundem cum se ipso dicimus, ut Aiacem Telamonium eundem cum Æacide, sed quòd vtrunque ossis extremum intelligat eiusdem esse, nempe cubiti.

15. Est autem idem cum illo eminentia cubiti, cui potissimum inmitimur.

Vocabulum / idem / accipiendum nunc quoque est eodem modo, quo proximis verbis explanauimus, cum vnus & eiusdem ossis partes esse existimaret, quod in prima parte palmae situm est, & quod ab interiori regione commissuræ cubiti extat.

16. Ergo, ubi brachium resupinetur, partim hoc os peruersum conspicitur: partim nerui, qui ab interiori se- de, & digitorum, & primæ palmae partis procedunt, supino brachio peruertuntur: tenent enim huiusmodi nerui ad humeri os, unde cubitum metimur. Errores, atque ignorationes naturæ brachij tot ac tales sũt. Si quis autem (ut præcepimus) fractum brachium extendat, dirigetur os, quod à parte minimi digiti ad cubiti eminentiam tendit: dirigentur item nerui, qui à prima palmae parte ad extremum humerum per- tinent: suspensum q̄ brachium in eodem habitu continetur, in quo fuerit colligatum, neque dolori erit, aut molestia: siue ingrediatur homo, siue cubet.



Distortio neruorum & musculorum & ossis cubiti in resupinatione manus.

Quum accidit, vt ossis cuiuspiam, vel nerui, vel musculi initium sit ab interiori parte membri: finis vel ab exteriori, vel ab inferiori: constat partem hanc peruersam esse. Rectè igitur dixit omnia hæc perueri, vbi totũ brachium resupinetur. Ac ne longius exempla petamus, nerui, qui ab interiori parte feruntur ad manum, cum cubito iunguntur circa totum humeri caput. Fiet itaque resupinatio brachio, vt neruorũ, qui cubito alligantur, in- tia ab interiori parte collocentur, fines à superiori. idẽ accidet musculis, & ipsius cubiti ossi: horum enim omnium initia ab interiori parte sunt iuxta tuberculũ humeri. Poterant autẽ per se musculi, cũ peruerterent, abunde dolorẽ excitare, atq̄ ea de causa inflammationẽ. Si quis autẽ brachij figurae rit, vt Hippocrates iussit, musculi, q̄ ab interiori parte cubiti oriunt, toti ab interiori parte fini erũt, qui

Aqui ab exteriori, in hac similiter continebuntur: quemadmodũ, qui à superiori, positum à superiori tuebuntur in vnũuerso mēbro. Ab inferiori autẽ cubiti parte nullus situs est omnino musculus, sed, si cubiti musculorũ omnium situm cognoscere tibi curæ est, ex primo libro de incidendorũ corporũ ratione addicere poteris: tum ex opere de musculis incidendis, vbi musculorum omnium natu- ra ad compendium confertur magis, quàm in libro de incidendorum corporum ratione.

17. Collocari sic hominem oportet, vt id ossis, quod excedit, ad lumen quantum maximè potest, illustre cõ- uertatur, ne Chirurgicum lateat, dum intendit, quando satis fuerit directum. Porro, qui vsũ habeat, quum admota manu os excedens continget, rem optimè comprehendet.

Siue iacere, siue sedere significare voluerit verbo / collocari / quod κωνδύλος dixit, cum altero alterum quoque intelligendum est. Nam si ægri vires, & fracturæ magnitudinem, intueamur, ipsũ modò iacentem, modò sedentem, vinciemus. Verũm vt rous modo collocetur, vt vitata pars con- spectui magis pateat, ex luminibus quæ dantur, spectare debet ad maximè illustre.

B DE BRACHIO.

18. Ossium brachij, cum non vtrunque fractum est, facillior curatio est, quibus quod superius, comminuitur, quamuis plerisque sit: tum quia integrum, quod subiectum est, fundamenti vicem præstat: tum quia facilius reconditur, præter quàm in vicinia manus. Superius enim os carne plurimum contegitur: id ner- uo, quod subiectum est, minime carnosum est, agrè conditur, ac maiori vi extenditur.

Indicauit brachium ex binis ossibus constare, vbi ait / ὅν μὴ ἀμφότερα, id est cum non vtrunque, non enim consuevit dictio ἀμφότερα græcè vsurpari ad vnũ, vel tria, vel plura significanda. Ex his ergo binis ossibus, quod subiectum est πῆχυς, id est cubitus, propriè vocatur, id que sanè lōgius est: quod superius dicitur κερως, id est radius. Plana autem est, non modò oratio hæc, sed reliquæ ferè omnes huius libri. Illa dumtaxat explanationis mihi visa sunt indigere, quæ à me enodantur. Quare si quid præter hæc obscurum tibi videatur, spectato, num quid in exemplari fuerit mendosum, vbi enim correxeris, si quid lectum semel non comprehenderitis, iterum ac tertio relegens, quod propositum est, optimè percipies.

19. Vbi nò hoc, sed illud fuerit comminutũ, satisfacet simplicior vis in intendendo: vbi vtrũque, extẽdere valentiũs oportet. Pueri iam vidi plus iusto intentũ: sed plerique, minus quàm res postulat, extenduntur.

Vim simpliciore, & quæ non magno negotio adhibetur, φαλοτῆραν dixit. φαῦλον enim apud veteres græcos, non solum significat vitiatum, sed simplex.

20. Intentione adhibita, conuenit ad motis prominentioribus palmarum partibus dirigere.

Prominentiores partes palmarum appellant θέναρα deducto vocabulo à percutiendo, quod θεί- νει græci dicunt, vt non nulli volunt, qui verborum interpretationibus student. Quicquid enim percutimus, prominentioribus his partibus percutimus. Alij non omnes prominentiores palmae partes sic appellatas existimant, sed eas tantum, quæ pollicis subijciuntur.

21. Deinde cerato inungere non ita liberaliter, ne fasciæ superinnatent, atque hoc modo deuincire.

Vinculi vsus duplex est, nam & comminuti ossis partes, quæ rectè inter se compositæ fuerint, fideliter continet, & linteæ liquore aliquo resperfa, vel illita medicamento quod ad repellendam inflammationem præsentissimum esse putauerimus, decidere non patitur. Adhibent itaque non nulla medicamenta, quæ linteis illinuntur, his quæ excepta imponunt, vinculum superdantes. Alij humorem aliquem ingerunt ad rem idoneum, quale est vinum, vel per se, vel cum oleo, & sæpè liquidum aliquod medicamentum, cuiusmodi est ceratum hoc. cuius duplex ratio est: inter- dum siquidem cera ex rosa, vel oleo liquatur: interdum arida pix adijcitur, hinc q̄ πρισπρά κηροῦ græcè nominatur. Sed liquida medicamenta, spissa quoque sunt & crassa, cuiusmodi est liquidum ceratum. Fiunt autem & ex emplastris inflammationem arcentibus, liquatis in oleo, de quibus loquuti sumus & in opere de simplicium medicamentorum facultate, sed latius in eo, quod scrip- simus de ratione curandi, & in eo, quod de compositione medicamentorum. Hippocrates igitur liquido cerato vtitur, quod multò magis inflammationem coercet, quàm quod durum est, seu quo- uis alio nomine libeat appellare: Modum verò vñdi huiusmodi cerato indicauit inueniens / non ita liberaliter, ne fasciæ superinnatent, sed contrarium terminum, vt pote, qui nobis notus sit, præ- terijt. is autem est, ne ceratum ita parum inungatur, vt iniecta linteæ siccescant, prius quàm tertio quoque die resoluantur. At qua de causa cerato nunc inungendum dixerit, considerandum est, quum, vbi os cute excedit, vinum nigrum austerum superinfundi iusserit. Mihi sanè videtur vi- num excogitasse ad hæc tanquam præsidium efficacius: omisisse verò in alijs fracturis, vbi nullum

ex comminutis ossibus nudatum est, eo quod vini usus summam diligentiam postulet, nam, nisi E subinde infundatur, aridae fasciae maximo sunt detrimento. Plurique autem ex ijs, qui laborantibus seruiunt, reculant subinde infundere, noctu praesertim. Sed quia extremus morbus extrema curatione perfecte restituitur, idcirco quibus excedit os, ut vinum superinfunderetur, edixit. Sed plura de facultate vini dicemus, ubi eo vitur. nunc illud indicasse satis sit, quod, cum alia fracturae sola cerati in unctione curari sine vino possint, non necesse est hoc adhibito grauius interdum ob ministrorum negligentiam peccare. At, quum summum periculum circumstat, tunc & ipsi vltro fatigandos se praebent, & nobis imperantibus parent. Adde, quod nos etiam ob periculum ingens frequentius his adsumus, atque interdum vniuersam noctem immoramur, ubi veremur, ut ministri recte exequuturi sint, quae praecipimus.

22 *Cura habita, ne manus inferior iunctura cubiti collocetur, sed paulo superior, ne sanguis ad manum fluat, sed retineatur.*

Cubitum ita figurandum esse, ut radio subijciatur, atque ad rectum angulum cum humero collocetur, in superioribus proditum est. Sed, quum hoc fieri possit, manu & supra & infra cubiti regionem posita, merito hoc quoque definiuit, imperans, ut manus paulo sublimior, quam iunctura cubiti habeatur. Constat enim, ubi membra dependeant, ad ima concurrere materiam: ac propterea, quemadmodum, qui totum diem inambulant, quibusque crura calidiora sunt, maximi momenti censent noctu haec vniuerso corpore sublimiora continere, ita iubet Hippocrates, ut caueamus, ne manus dependeat, sed sublimior collocetur. quod si cubiti iunctura multo sublimiorem figurari iussisset, huiusmodi habitus in ijs etiam, qui paululum in eo perseverant, dolorem afferret vniuerso brachio, potissimumque musculis a priori parte humeri suis. Eum autem habitum dolori esse docebit ipsa experientia: doloris vero causam ostendet natura musculorum, cubiti iuncturam mouentium, sunt enim & a priori, & ab interiori parte humeri, atque ubi cubitum flectimus, ad suum initium contrahuntur, & sursum versus intenduntur, cumque ipsis contrahitur ac sursum tenditur totum brachium, cui suis imis partibus iunguntur. Ne sanguis ad imum fluat, sed retineatur, verba haec referenda sunt ad illud / ne manus inferior iunctura cubiti collocetur / interposuit autem / sed paulo superior / sic, ut tota oratio sit huiusmodi: Cura habita, ne manus inferior iunctura cubiti collocetur, ne sanguis ad imum fluat, sed paulo superior retineatur.

23 *Post hac fascia alligare, capite, qua fractura est, iniecit.*

Potest injici caput, vel non injici, qua fractura est, dupliciter. cum id modo in longitudine membri, modo in latitudine, accipiatur. Termini autem injiciendi fasciae caput in longitudinem membri sunt, ubi primus fasciae circuitus in orbem attractus fracturam vniuersam complectitur. Quod si, vel superius injiciatur, quam ut fracturam contingat, vel inferius, quam ut ad ipsam perueniat, caput hoc vere quis poterit asserere minime iniectum esse, qua fractura est. sic mihi intelligito iniectum, vel non iniectum caput, qua fractura est, sed in latitudinem, cum fasciae caput primo superdatum, vel qua fractura est vel extra procedat. Hic igitur Hippocrates membri longitudinem intuitus, caput, qua fractura est, injiciendum esse proposuit, hoc est, neque fractura inferius, neque sublimius, quod indicauit per ea, quae subdit quum inquit / ubi super fracturam iterum & tertio circumierit, sursum feratur / At in libro de officina medici, cum ait, || Principia injicienda sunt, non qua vlcus, sed hinc, vel hinc, ad membri latitudinem spectauit, ut ibi rursus demonstrat verbis *ἐν θά τ' ἐν θά*, id est hinc vel hinc, his enim vocibus graece latitudo significatur. Pluraque autem exemplaria sic leguntur / Principia injicienda sunt, non qua vlcus, sed qua nodus.

24 *Sic ut infuset, non tamen vehementer adstringat.*

Docet hoc loco vinculi moderationem, id siquidem insidere debet eatenus, dum fracti ossis extrema immobilia tueatur, non tamen ita arctari, ut dolorem afferat laboranti. Quilibet enim dolor, cum perseverat, praesertim si ex compressione est, inflammationem concitat. Haec igitur spectari debent in fasciis coarctandis, quae initio ad vnguem conijcere non licet: licet autem, ubi saepius deuinxerimus, nam diligenter animaduertentes modum adstringendi, cum vinculum iniecerimus, interrogantesque hominem, qualem circumdatam fasciam sentiat, iterum aequae ac primo injicientes, laxare vel adstringere oportet: si quidem premi se dixerit, proculdubio laxare: sin vinculum ita laxum affirmet, ut iniectum minime sentiat, adstringere. Licet autem, prius quam eum alligerimus, quem fractura male habet, exerceri, sanum puerum saepius vinciendo, sed cum eo, ut percotemur, quae paulo ante interroganda proposuimus, sic enim promptiores erimus ad fracturas deligandas. Illud etiam perspicere oportet, quod quaecumque corpora robustiora sunt ac duriora, vinculum sustinent arctius adstrictum: quae vero infirmiora sunt & molliora, lenius adstringi debent.

Vbi

25 A *Vbi super fracturam iterum, aut tertio circumierit, sursum feratur, ut fluens sanguis retineatur, atque ibi subsistat.*

Ipsae causam exposuit, cur primo velit fasciam sursum ferri: vult enim sanguinem prohiberi, quod minus a superioribus membri partibus descendat. haec autem vincendi ratione, non solum coeretur ille, qui fluit, sed, qui circa fracturam coijt, exprimitur: qui fluit, vno dumtaxat itinere fertur a superiori parte deorsum: qui exprimitur vtroque, & a superiori parte deorsum, & ab inferiori sursum. Depelli enim aliquid potest, & ad superiorem membri partem, & ad inferiorem. monet sane, ut vtrique operam demus, quum duas adhiberi fascias iubet, quarum utraque ordiatur ab affecta sede, habita longitudinis ratione: deinde prior sursum procedat, secunda deorsum: quoniam praestat sanguinem a vitiosa sede exprimi ad summum membrum, atque ad totum corpus. imum enim minus est, quam ut sine iniuria recipere succorum copiam possit, quandoquidem, postquam sub priori fascia sanguis transmissus est ad summum brachium, si altera arctius adstringatur, inflammatio iuxta primam palme partem & digitos orietur. Haec igitur de causa ante ad superiora depellendum est, potissimumque, si fieri potest omne id, quod dolori foret: sed, si paulum quid relictum fuerit, B exprimentum ad inferiora, altera fascia iniecta. Totam hanc sententiam perfectius intelliges in sermone de ratione vincendi.

26 *Prior fascia, longa ne sit.*

Iure hoc adscripsit: prior enim fascia, quum a fractura incipiat, & ad superiora feratur, atque ibi desinat, breuior sit, necesse est, quam secunda. Hanc enim voluit a fractura orfam primo deorsum ferri, deinde sursum, ad eum locum, ubi prior finiebatur.

27 *Secunda primum super fracturam injiciatur.*

Non immerito: inde enim excerni plurimum sanguinis constituit.

28 *Ac semel super ipsam circumeat.*

Secundae fasciae caput semel circuire iussit, non bis vel ter, sicut prioris, vult enim ob propositam causam sursum magis, quam deorsum, transferri id, quod ad fracturam collectum est.

29 C *Tum deorsum demittatur, lenius adstringatur, atque ex maiori intervallo circumdetur.*

Minus adstringi membrum iussit a secunda fascia ob causas propositas: quin & eius circuitus non ita spissos adhiberi, quum id opis, quod spissi afferunt circuitus, a priori fascia satis afferatur.

30 *Vt possit relata ad eam partem, qua prior desinit, peruenire.*

Hippocrates, antequam pannos superimponat, binas fascias adhibet, alij vero ternis vtuntur, vna, quae a fractura incipiens sursum tendat, quemadmodum Hippocrates praecipit: altera, quae a fractura deorsum: ac tertia, quae ab inferiori parte sursum per priorem vtranque in cochleam serpat. Verum hi secundam fasciam duabus prioribus breuiorem injiciunt, illas vero inter se aequales, propterea, quod prima fascia super fracturam ipsam iterum ac tertio circumeat, membrumque ipsum spissiori ambitu complectatur: secunda semel super fracturam voluta ex maiori intervallo circumdetur: tertia super vtranque obuoluitur, & quia minus spisse circumagitur, primae longitudinem non excedat. Sed constat (etiam me tacente) tres positas fascias duabus, quas Hippocrates prodidit, contineri, quum secunda duplicem usum praestet, quem illi partiti sunt, vnam injicientes, quae a fractura procederet ad partem inferiorem: alteram, quae hinc sursum, qua prima finiebatur.

D *Attrahere vero fascias in hoc casu, vel a dextra debemus vel a sinistra, prout ab hac vel illa parte, ad fracturam habitum, atque inclinationem in hanc vel illam regionem, confert.*

Ossa, quae sub fracturis peruertuntur, modo in dextram membri partem, modo in sinistram, declinantur. Quocirca priores duae fasciae attrahi a contraria debent, ab ea scilicet orsa, in quam membrum conuertitur, atque in contrariam inclinatae. sic enim fractum os eque in vtramque partem inclinabit, atque hoc est, quod nunc ab Hippocrate proponitur, quum praecipit, ut fracturae habitum intuiti fasciam circumagamus, hoc est, ut ad contrariam partem, atque fractura inclinata, fasciam adducamus.

32 *Post hac panni superdentur modico cerato inuncti, siquidem leniores sunt, & stabiliores.*

Panni duas fascias priores fulciunt, quas proprie *ἰσοδυσμίδας* vocat. Injiciuntur autem contraria ratione ac fasciae: illae enim serpunt circa membrum transuersae: panni vero in longitudinem dantur, vniuersum

vnuerfum vinculum ex binis prioribus fascijs excipientes, iussit autem cerato modice inungi. Fluere enim, ubi cerati copia labarent, non secus ac, si parum inungerentur, quod subiectis fascijs minime coirent. exhibet enim ceratum vicem glutinantis. constat autem in alijs, quae glutine colligantur modum esse optimum. Panni igitur comprimunt, ubi sicci imponantur, cui opponitur, quod inquit / leniores / : sicut & quod dicit / stabiliore / illis contrarium est, qui ob cerati copiam non haerent. Iure itaque ait / si quidem leniores sunt, & stabiliore / . namque, ubi panni nullo pacto cerato inungantur, non amplius lenes sunt: ubi plus iusto vncti sint, non amplius stabiles, labuntur enim copia cerati.

33 *Hi fascijs alligandi sunt inter se aduersis, alijs à dextra parte, alijs à sinistra, plurimum ab inferiori parte sursum ductis, aliquatenus à superiori deorsum.*

Fasciæ, quæ primò dabantur, non circuibant inter se aduersæ, sed utraque membrum, quod peruersum erat, à contrario habitu ad naturalem restituebat: sed, quæ pannis superinijciuntur, cum eo pertineant, vt membrum vnuerfum alligent, tueantur q; vinculum vnuerfum, quale exceperint, aduersæ inter se procedunt, atque vna quidem à dextra parte, altera à sinistra circumagitur: similiter altera à superiori, altera ab inferiori: sic enim, quum inter se aduersæ sint, vinculum, quale acceperint, potissimum seruabunt. Quare quatenus à dextra parte vel sinistra procedunt, iunctura ex toto fit æqualis: quatenus verò à superiori vel inferiori feruntur, altera non longè alteram excedit. sapius tamen circuit, quæ ab inferiori parte sursum tendit. hoc si quidem tutius est, ob causam, quæ paulò supra posita est, ubi iussit sanguinem à fractura depelli ad summum membrum.

34 *Quæ extremitate tenuantur, pannis aquanda sunt in orbem datis, qui, ubi ea dirigimus, non subito, sed paulatim plurimi obuoluendi sunt.*

Tenuantur membrorum extrema, quæ dixit *ἰσώρητα*. Has igitur partes circumdatis pannis transversis compleri voluit, & pluribus fasciæ circuitibus cingi, cum eo, vt quod tenuius est, nō subito (sic enim vinculum inæquale redderes) sed paulatim impleatur.

35 *Laxe q; circa primam palmæ partem varijs locis vinciendi.*

Solent iuxta vitiatam sedem loca omnia inflammatione affici, ac præcipue membrorum extremitates, quoniam parua sunt, & minime carnosæ, & idcirco materiam à locis, qui iuxta fracturam sunt, descendente non recipiunt citra noxam. Eas igitur leuare constituit cerati inunctione, quod non expedit per se membrum imponi sine vilo tegmento, sine alijs fascijs. nam cum caput & finem haberet sine aliquo fulcro, citò caderet. idcirco vltus est fascijs totius fracturæ, quas iure laxas inijcit, vt nullam afferant molestiam, sed id vnum duntaxat efficiat, vt inflammationem arceant, non enim admouentur ad id, quod fractum est, continendum.

36 *Quod ad linteorum multitudinem pertinet, duas partes primò abundè est super dare.*

Ad vnuerfum vinculum, quod primum omnium datus, censet paucioribus linteis opus esse, quam procedente tempore futurum sit. docuit enim paulò infra, quo tempore plurimis uti fascijs conueniat. Sed, quum linteorum multitudo, fasciarum & pannorum numero longitudine q; augeatur, quæret quis num idoneo tempore, maiora an plura lintea inijci velit: quin & quanta singula esse debeant. Porro longitudinem & latitudinem fasciarum definiuit in libro de officina medici, quum inquit, || Quod verò ad longitudinem & latitudinem pertinet, impleant trimum, H. quatuor, quinque, aut sex, longitudinem quidem cubitorum, latitudinem verò digitorum. At neque numerum nunc silentio præterijt, ex fascijs enim, quæ primæ inijciuntur, duas dari iussit per vnuerfum vinculum, pannos item duplices triplices ue superinijciendos esse, ibi quoque explicauit: quos esse voluit tot numero, vt complecti queant vnuerfum membrum. Sed fasciæ, quæ super pannos dantur, plerumque duæ sint, quarum vna ab inferiori parte sursum tendat, altera à superiori deorsum. has etiam licet & ternas, & quaternas imponere; nos autem binis vbiq; vitimur. igitur, qui in hæc incumbet, duas linteorum partes inijcit: sed quo tempore vitiatum locum inflammatione vacat, tres dandas esse conijciat. In libro itaque (vt diximus) de officina medici, fasciarum longitudinem definiuit, iubens, vt superinijciantur longæ ternos vel quaternos cubitos, nimirum hominis, qui deuincitur. nam ridiculum esset puerum exempli causa bimum vel trimum fascijs ita longis alligare, vt robusti hominis quaternos cubitos æquent: vel ad robustum ita breues adhibere, vt quaternos pueri cubitos impleant. Sed in hoc opere, fasciarum longitudinem

Sect. 3. 17. 7.
214 h

A longitudinem non statuit, sicut neque latitudinem, ea nobis conticienda relinquens. Constat autem fracturæ magnitudine inspecta inueniri à nobis longitudinem fasciarum, quum (vt ipse imperauit) debeat vinculum semper plurimum integræ partis comprehendere. Hæc non conuenit eadem vbiq; sed pro magnitudine fracturæ, vt diximus. Quod si iterum, aut tertio, super fracturam circumagenda prima fasciæ est: postea crebris circuitibus voluta non prius finienda, quam integræ sedis plurimum complexa fuerit: planè debet ita longa sumi, vt propositis ab Hippocrate circuitibus sufficiat. Eadem ratione, & aliarum fasciarum longitudo tanta sit, vt sufficiat descripris ab ipso vinculis. Porro fasciarum latitudinem comperies, si ad ea, quæ ipse docuit, respexeris. inquit enim / fulciantur: non tamen cogantur / . significat autem fulciri quasi hæere, quod fiet, ubi fasciæ non ita latae parentur, hæc si quidem rugant, quum circumaguntur. nam alioquin latior fasciæ, vt quæ plurimum amplectatur, fracti ossis partes firmitus continet, atque hæc de causa latissima fasciæ ex vsu maxime est. verum, quia, quæ talis est, rugas contrahens, quum super affectas partes est obuoluta, laxior fit, & quæ subiecta sunt, minus fideliter continet, idcirco expedit, non ita latam imponere, sed eatenus eius latitudinem augere, quatenus nulla pars laxatur. Quamobrem experiens hæc omnia melius præstabit: eiusmodi enim obseruationes coniecturales sunt, neque scriptura comprehendenda aut lectione possunt. Ob quam verò causam plures fasciæ dari postea velit, tunc intelliges, cum ad eum locum peruenerimus.

37 *Hinc autem cognosces rectè hominem curatum esse, ac terminum deligandi, ubi, num prematur, rogaueris: atque is responderit se premi quidem, sed leuiter, idq; præsertim quæ fractura est. Hæc itaque sic habere, necesse est fateatur, qui rectè est alligatus.*

Quoniam ea, quæ nos spectamus in fascijs obuoluendis, intelligit non comprehendere scientia, sed coniectura, ex certis indicijs iudicandum censet, quæ rectè iniectæ fuerint, quæ malè. Quod si homo abundè sub fascijs vrgeatur, celerrimè soluentes aptius deligabimus: sin fasciarum circuitus iusto laxiores fuerint, non patiemur diutius sic habere: nam, quæ arctius adstringuntur, dolent, inflammantur, & interdum etiam extrema parte emoriuntur: quæ laxius, prorsus eiusmodi periculo vacant, sed non prohibent membrum, quo minus, quæ fractura est, deprauetur. Vrget igitur arctior iunctura sic, vt necesse sit eodem die soluere, & rursus deligare: quæ laxior est, non item, potest enim vnum diem, & interdum alterum sustineri. Hæc igitur de causa diligenter rogare cum, qui alligatus est, conuenit, qualem sentiat fasciarum circuitum: vt ex ijs, quæ respondet, aliquid de fascijs emendandis intelligamus. Debet enim (inquit) respondere, qui alligatus est, sentire se vinculum arctius iuxta fracturam, quam alijs partibus ipsius membri. ea enim sedes inter eas, quæ adstringuntur, acerrimè sentit, quod & agra sit, & fasciæ à nobis magis compressa, vt potè, qui operam dederimus, vt sanguis vnuerfus à fractura longè ad vitamque membri extremitatem exprimeretur, si quidem hæc via futurum sit, vt quod vitiatum est, ab inflammatione defendatur.

38 *Moderationis autem indicia sunt: si eodem die ac nocte, quo deligatus fuerit, ipse sibi videatur non leuius, sed valentius, adstringi: postridie verò tumor in manu oriatur mollis ac paruus: indicant hæc vinculum fuisse abs te moderate adstrictum.*

Quum adstringendi modus in vinciendo omnium maxime momentum habeat: quum que hic variari consueuerit, tam quod quedam partes mollitie ac duritie inter se distent, quam quod alia corpora hebetioris sensus natura sunt, alia acrioris: merito contendit ex pluribus notis securitatem ægrotantium inuestigare. atque hæc de causa non contentus sola posuisse indicia, quæ ex interrogatione sumuntur, inspiciendas etiam nobis ipsas partes existimat, potissimum extremas. Inquit enim, ubi moderate adstrinxerimus, futurum postridie in manu paruum tumorem mollem, hoc est cedentem, si superdatis digitis prematur. Quare, si tumor hic, vel nullus appareat, vel durus, planè scire licet vinculum, ubi nullus appareat, non satis fuisse adstrictum: ubi durus, nimis arctatum. Constat enim extremum membrum succis sub vinculo ad ipsum transmissis, quum multi sint, impleri, digitis que pressum non cedere. id que tibi indicio erit vinculi valentius adstricti, non secus atque, ubi manus nullo modo tumeat, conijcere poteris nihil fuisse sub vinculo expressum, nanque adstringendi modo modus eorum, quæ exprimuntur, perpetuo respondet: & huic modus tumoris. Quare non immerito renititur tumor in extremitate membri: atque ingens est, ubi comminuta pars eius fortiter fuerit adstricta: cedit atque exiguus est, ubi leuiter: non secus autem, ubi non adstringitur, nullus tumor excitatur. ergo euidentissimum est, ubi postridie in manu tumor magnus sit, & renitatur, membrum solui protinus debere, perfundi que multa aqua calida, cui oleum copiose fuerit adiectum, rursus que alligari modice adstrictum: ubi

Septima Classis.

GGGGGG

postero

postero die nullus tumor appareat, tertio resolui, & artus alligari. quod si tumor modicus fuerit, Hippocrates tertio die resoluit nos vsque quartum, interdum quintum diem trahentes, hyeme potissimum, nihil vidimus deterius accidisse.

39 *Labente iam die minus adstrictas fascias sentiat, sed tertio die penè resolutas. Scire autem licet, si quid horum, quæ proposuimus, absit, vinculum non satis arctatum: siquid superet, fuisse iusto plus adstrictum. Hæc itaque indicia intuitus, deinceps, vel laxius alligabis, vel arctè magis.*

Relaxantur fasciæ, non mehercle (vt non nulli putant) quod intentæ tempore longiores appareant, sed quod membrum extenuatum contrahatur, vbi rectè fuerit alligatum: quod euidenter in omni fractura perpetuum conspicitur, quemadmodum & ipse Hippocrates ostendet.

40 *Tertio die, postquam extenderit atque direxeris, soluere membrum oportet. Quod si primis diebus moderatè deuinxeris, paulò magis fascias adstringes. Deligare autem incipies à fractura, quemadmodum prius: nam, si hanc partem prius deuinxeris, materiam inde ad utramque membri extremitatem depelles: sin aliam prius adstrinxeris, inde ad fracturam deduces, quod intellexisse pertinet ad multos locos. Sic ergo ordiri semper vinculum debet, atq; hunc locum primum adstringere, alios vero proportionè: quo enim longius à fractura procedit, eo lenius arctari: nunquam verò ex toto laxari, sed adhaerere: post hæc adiacenda fasciæ sunt, quotiescunque deuincimus. Rogatus autem homo respondeat adstringi se paulò magis quam antè, præsertim quæ fractura est, atque alibi pro ratione. Tunc item membrum, urgatur, leuatur, pro ratione prioris iuncturæ. Ab hinc tertio die sentiat fascias relaxari. Tum soluere conuenit, ac rursus deligare paulò arctius omnibus fasciis iniectis, quibus utendum erit. Post hæc laboranti omnia enuntiant, quæ in superioribus alligandi circuitibus exposita sunt.*

Si primo die homine propter fracturam dolente, quantum adstringendum est, non adstrinxerimus, vbi, omnibus rectè factis, tertio die dolor remittatur, arctius alligamus, neq; tunc quoq; quantum res postulat: hoc siquidem, quum omnia rectè procedunt, quinto die conuenit. quare tunc plurimis fasciis utemur, & quantum res exigit, adstrictis, non obliui hoc ab ipso præcipi, vbi omnia conuenienti ordine sequantur. nam, si propterea quod aliquid interim peccatum sit, brachium non dū quinto die ex toto inflammatione vacet, neq; nos fasciis omnibus utemur. Exhibet quidem fasciarum multitudo (vt ipse ait) vinculi firmitatem, potissimum verò ea utemur, quo tempore defedit locus, qui circa fracturam est: & ipsum os, quod per fractum est, laxius effectum est, & facilius tractatur, vt componi possit. At si quando hoc quinto die non cedit, differemus in alium circuitum, qui ad diem septimum perueniet: iubet enim donec ferulæ ad fracturam dentur, tertio quoq; die solui, ac rursus deligari, ea de causa, vt aqua calida infundatur ad educendos succos in comminuta parte existentes, qui tenues sunt, & feri naturam habent, digestionemq; requirunt: & simul etiam ad leniendum dolorem, & pruriginem finiendam. Itaq; vbi nec dolor nec prurigo hominem exerceat, atq; indicia illa omnia se ostendant, ex quibus rectè fracturam habere cognoscimus, etiam si quarto quoq; die solues, nihil lædes, hyeme potissimum, atq; adeo magis homines agrestes, qui lauari ferè non consueverunt: sed eos, qui quotidiè lauari solent, & qui præsertim bis id faciunt, conuenit non longo interposito spacio soluere, ac præcipue, vbi carne fuerint molliori.

A. l. 4. f. 11. c. 2. l. 43. c

41 *Inde, vbi ad tertium diem ventum erit, qui septimus est à primo, quum iniectum vinculum fuit, si rectè alligatus fuerit, tumor in manu apparebit, is q; non admodum magnus: locus item, cui vinculum iniectur, quotiescunque deligabitur, tenuior & gracilior conspicietur. septimo autem die tenuissimus: atque ossa per rupta tractantur facilius, magis q; auentur, vt dirigantur. Quod si hæc ita habeant, dirigere oportet, alligare q;, ac ferulis excipere, paulòq; amplius, quam antè adstringere, nisi si tumor, qui in manu est, maiorem dolorem afferat. Vbi vero fasciæ iniectæ, imponenda ferula sunt, super q; fasciæ alligandæ admodum laxæ, sic, vt circumdatæ ferula contineantur, nec quidquam brachium adstringant. Quo facto primum offensus eodem modo & releuetur, atq; in prioribus vincendi circuitibus. At, vbi ad tertium diem perueniens laxum vinculum sentiat, necesse est ferule magis arctentur, potissimum quæ fractura est, atq; alibi pro ratione: si quidem ipsum vinculum laxum potius erit, quam adstrictum. Pleniores autem adhibe de ferule sunt ab ea parte, quæ fractura extat, non multo tamen: videndum q;, est, ne e regione pollicis colto centur, sed hinc, uel hinc, neq; item e regione minimi digiti, quæ os in prima palma parte excedit, sed hinc, uel hinc. Verum, si fractura omnino ferulas requirit, his locis breuissima superaccommodandæ, sic, vt ad ossa, quæ in prima palma parte extant, minimè pertineant: periculum enim esset, ne vlcus fieret, & nervi nudarentur. Debemus autem ferulas arctare tertio quoque die paululum omnino, id postea, quod eo nomine imponuntur, vt vinculum tueantur, non vt adstringant. Quod si optimè perspexeris ossa sub prioribus vinculis abundè fuisse directæ, neque locum prurigo aliqua infestat, neque vlla exulcerationis suspicio est, ultra vigesimum diem finito alligatas ferulas manere: nam pleris que summum triginta diebus brachij ossa conferunt.*

Si

A Si tertius dies fractum os nobis daret, quale ferè septimus exhibet, necessariò ad ferulas veniremus: sed quia (vt ipse dixit) septimo die *πανυλεπτον*, id est tenuissimum apparet, quo vocabulo significauit gracilius fieri, quam quum erat in pristino statu salubri, idcirco eodem die ferulas circumponit, tunc scilicet membrum diligentius componens, vt potè quum ossa laxiora sint, eò autem ferulæ pertinent, quò & pannos antè diximus, nempe vt fractum os contineant, at, quum ossa ob siccitatem naturalem nequeat carnis modo coalescere, callo circa fracturæ oras incremente, quasi quodam vinculo circumdantur: hic autem creatur de eo quod superat, ex ipso fracti ossis alimento, quod si laborans vel non idoneo victu vtatur, vel plenus sit, id, quod superat, copiosius est, effusumq; fascias totas veluti crasso sanguine madefacit. Quicquid igitur ex eo, dum effunditur circa fracturæ oras concrefcit, tempore ab osse, cui hæret, mutatur, & simile ipsi redditur, callusq; nominatur. Ergo, si fracti ossis oræ agitentur, dimoueanturq;, prohibebitur, quo minus adstrictum maneat, atque idcirco creati callus & agglutinare non poterit, quod enim gluten lignis efficit, quæ glutinantur, id callus præstat ossibus fractis. Lure igitur summa quiete opus est ad fracturas, quæ callo debent solidari: nam, si agitur, coactus callus, dissoluitur, perinde ac gluten, quò ligna coherent, & coactum lac. summam verò hanc quietem præbent fasciæ adstrictæ, & quæ superdata continent: porro continent fasciarum multitudo, ac ferulæ. Quæ deinceps sequuntur, omnia plana sunt, his, qui animum adiungunt, præcipit enim, vt sicubi vinculum laxetur, ferula tertio quoq; die arctentur, non tamen resoluatur tota iunctura, nisi homo ingenti pruriginè vexetur, vel exulcerationis alicuius suspicio sit. prurit autem fractura initio magis, deinde minus, quoniam vitata pars exhauritur. excitatur enim prurigo à vaporibus, qui ab eo, quod superest, profusi leuiter mordent. At, vbi acrius mordeant, pruriginè iam dolor iungitur. Igitur, quando pars inanis est, nihil omnino tale superat, vel certè quam minimum.

42 *Nihil autem perpetuum est: multum enim & atas ab atate distat.*

Non dixit simpliciter differre ætatem ab atate, sed adiecta coniunctione indicat alias etiamnum causas esse, cur non omnes brachij fracturæ triginta diebus conuescant, sed quædam paucioribus. sunt enim in causa, anni tempus, regio, natura egrotantis, anni temperatio, ratio victus, & vincendi modus. nam qualitas conferuefcunt, hoc est callo firmantur, & ob materiæ, ex qua callus oritur, quantitatem ac qualitatem moderatam, & ob robur virium ipsam cogentium, diutius autem trahitur ex materiæ inopia, quod enim breuiori tempore ob materiæ copiam vires efficiunt, id longiori præstant ob inopiam, & interdum etiam ob copiam immodicam. callus enim concrefcens abluatur humore, qui ab interiori parte fluit, vbi multus sit, & continetur. Porro materia crassa commodè spissescit, & in callum vertitur: humor autem, vbi aquosus fuerit, & habitus tenuis, spissando callo maxime est alienus. Vires quoq; quum valent, mature suo munere fungi sero, quum imbecillæ sunt: nihil attinet dicere, quibus de causis callus diuerso tempore fractis ossibus circumdatur. Hæc autem ipsa, quæ nunc dicuntur, ob causas prius positas mutantur, quoniam materia, & plus & minus abundat, & crassior est ac tenuior, ob temperamentum, tam vniuersumque naturale, quam aduentitium ipsius fracturæ eo tempore, quo curatur, atq; item ob victus rationem qua homo vtitur, & ob modum quo deligatur, præter hæc ætatem, tempus anni, regionem: ex quibus omnibus validiores vires sunt, aut infirmiores.

43 *Vbi solueris, aqua calida perfundito, & rursus alligato fasciis lenius quam antè adstrictis, paucioribus item quam antè iniectis: inde tertio quoq; die soluens, rursus laxioribus fasciis & paucioribus deuincito.*

A primo die, vsq; dum ad ferulas veniat, & fasciarum numerum auget, & arctius adstringit: eas autem imponens septimo die, membrum non soluit vsque ad vigesimum, statuerè quasi firmam basim volens calli producendi, quo circumdato fracturam penitus immobilem non amplius trahitur. nutrire enim callum oportet, vbi altius radices egit, nutritur autem, quum materia in ipsum deriuatur: quam sicuti ab initio auertimus ab affecta sede ad alias corporis partes, ita nunc euocare debemus aqua calida perfusa, quin et initio fasciis multis atque adstrictis, quo minus ad vitatum locum conflueret, ex toto ipsam prohibuimus: nunc paulatim numero demimus, pressum que laxamus, quum non expediat prohibere, ne confluat.

44 *Quod si alligatis ferulis suspicio sit, ne ossa rectè concurrerint, vel aliud quidpiam hominem infestet, vbi dimidium temporis præterierit, vel paulò ante, soluere oportet, & rursus deuincire.*

Superiora dicta sint, quum omnia rectè procedant: nanque, vbi sit sensus aliquis doloris, vel exulcerationis suspicio, aut vereamur, ne fractura malè composita sit, aut casu aliquo interueniente membrum motum sit, soluere vinculum ante vigesimum diem cogimur, id autem ipsam destituit, ne quis existimet perpetuum esse, quod supra imperauit, fracturam quamlibet vsque ad vigesimum diem.

Septima Classis.

GGGGGG ij gghhhhh

gestimum diem seruandam esse penitus immobilem. semper enim pugnare medicus debet aduer-
sus id, quod magis viget, neque obligare se præceptis tanquam legi, quam contemnere nephas sit,
quum omnia præter rationem eueniunt.

45 *Quibus initio cutis non abrumpitur, neque os cute excedit, idonea est ratio victus propè quavis: minus tamen cibi sumant usque ad decimum diem, præsertim, quum quiescant.*

Φαύλον vocabulum solent veteres græci ferè omnes vsurpare, quum significare volunt simplex
/aut/ quoduis: huic opponitur exquisitum, quod Iones σκεθρόν appellant. Sicut igitur exquisitam
victus rationem σκεθρόν vocat, ita, huic contrariam φαύλην: atque hac ratione nunc eam, quæ propè
quavis sit, ὑποφαύλην dicit, quæ mediâ est inter quamuis simpliciter, & exquisitam. Exquisitam vi-
ctus rationem imperat, quibus initio, præter ossis fracturam, carnis quoque vultus accessit, ac præci-
puè, quum ex fracto osse aliquid cute excedit: simplicem, id est quamuis, illis, qui omnino periculo
vacant: propè verò quamuis mediâque, quibus os fractum est primis diebus, quorum terminum
constituit decimum: non quod non interdum maturius, interdum serius, mutare victum liceat, sed
quod plerumque ita accidat. Vitur autem mediâ victus ratione, propterea, quod neque ita magnum
periculum est, sicut cum ossa nudantur: neque ita res tuta, sicut cum intacto osse caro simpliciter vulne-
ratur. meritò igitur ijs, qui medijs sunt inter eos, qui periculo vacant, & eos, qui periclitantur, me-
diâ victus rationem indicit: præsertim, quum vsque ad decimum diem, quibus brachium fractum
est, ex toto quiescant, quod Iones ἐλινύειν dicunt. Itaque par est exquisitiori victu sustinendos esse
quiescentes, quam qui mouentur. at quum à decimo die plarique suspensio brachio inambulent,
meritò præcipit, ut in eum vsque diem mediò victus genere vtantur, præsertim quum quiescant.
Quod præsertim/vertimus, Hippocrates habet ἡδῆ, quod plerumque tempus notat: sed adijcitur
etiâ ad aliquid comprobandum, ut, si dicamus, & ob alia, & ἡδῆ, hoc est, præsertim propter hæc
credendum huic, faciendum hoc est: quomodo videtur nunc ab Hippocrate vsurpatum, sic, vt oratio
talis sit. Mediocri victu vtendum vsque ad decimum diem, & alia de causa, & præsertim, quum
homo interim ex toto conquiescat.

46 *Adhibeantur, ex obsonijs mollibus, quacunque modicè admodum desiciunt alium.*

Ptissanam videlicet, betam, aut maluam, atriplicem, siue blitum, vel cucurbitâ, & pisces teneros, &

47 *Sed à vino & carne sibi temperent.*

Docuit ipse exquisiti victus rationem, & eius, qui quiuis est, & eius, qui propè quiuis, quam
nunc præcipit vsque in decimum diem seruari. nam, cum ager carnem edit, & vinum potat, victus
simplex est, & quiuis: sed cum solo ptissanæ cremore, & mulla viuit, victus tenuis est, atque exquisi-
tus: inter vtunq; est ille, quem proximè indicauit, quum inquit/adhibeantur: ex obsonijs mollibus
quacunque alium modicè desiciunt/.

48 *Itum paulatim se reficiant. Oratio hæc lex iusta fertur de curatione fracturæ.*

Reficiantur dixit ἀνανομιζέσθαι, quo vocabulo nihil aliud significat, quam, vt cui comminutum
os est, postea recreetur. scribit autem ἐκ προσαγωγῆς, hoc est paulatim, cui contrarium est repente:
damnat enim, quod subito plurimum implet, aut demit, vel quid aliud præstat.

49 *Quare danda opera est, vt iusta curatione adhibita res bene procedat: vbi autem non sic procedit, sci-
re licet aliquid curationi defuisse, aut superasse.*

Iustam vocauit eam, quæ laboranti omne id præbet, quod ei conuenit, & nihil prætermittit. cu-
rationem verò, quam χεῖρξιν dixit, vel pro chirurgia, vel pro vniuersa simpliciter rerum omnium
admonitione accipit. græci enim μεταχεῖρξιν dicunt, non solum, quæ manibusprehendunt, sed
quacunque tractant.

50 *Illud præterea animaduertere in hoc simplici modo conuenit, quod medici non admodum attendunt:
quanquam, si non rectè fiat, corrumpere curam omnem, omnemque vincendi rationem potest.*

Simplicem modum fracti ossis, & prolapsi vocat, vbi non accedit vlcus: non nudatur os: neque
quod perfringitur, in multas partes comminuitur, quod fracturæ genus recentiores à farina ἀλφί-
τιον appellant. ita, vt nullus ex propositis modis simplex sit, sed ille dumtaxat, vbi fracturæ nullus
alius calus adijcitur. sic autem à se vsurpari vocabulum ἀπλόν, id est simplex/apertè ostendit paulo
infra

A infra in hoc ipso libro, vbi proprie eam rem agit. quod si ossa simplici fracturæ modo perfringan-
tur, peccatur, videturque id peccatum leue: si quis tamen diligenter simul omnia æstimet, maximum
momentum habet, id enim, si committatur, priorem curam vniuersam corrumpit. quid autem hoc
sit, in sequentibus ostendet. Scribitur item aliter eadem oratio sic / quanquam, si non rectè fiat, cor-
ruptum pi omnis cura, omnisque vincendi ratio potest / vbi curam ipsam, quum aliquid peccatur, dam-
nare videtur, vt quæ corrumpere possit, quacunque ad laborantem particulam rectè adhibita sunt.

Secd. 3, l. 7.
241. b

51 *Quod si vtroque osse comminuto, vel eo quod subiectum est tantum, deligatum brachium mitella su-
spendatur, eaque plurima circa fracturam detur: partes verò hinc atque hinc suspensæ sint: necesse est os ad
superiora perueriti.*

Diligenter voluit animaduertendum esse, qua ratione totum brachium suspendatur, quum ho-
mo iam ingreditur, & non amplius cubat, hoc est, à decimo die. ante siquidem plarumque cubabat
brachio (quemadmodum supra ostensum est) ita figurato, vt manus paulo sublimior haberetur: sed,
quum iam inambulat (vt fieri consuevit, brachio ex ceruicibus suspensio) mitellam adhiberi præci-
pit sic latam, vt brachium vniuersum sustineat, totumque æqualiter amplectatur, neque vllam partem
B eius relinquat, quam non fulciat, quo fieret, vt brachij os a parte, cum qua iungitur, deorsum incli-
naret, ac deprauaretur. nam priusquam vitaretur, totum perpetuum erat: corrupta autem eius vni-
tate, vbi perruptum est, potest altera eius pars a subiecta mitella sustineri, altera vero pars, vt quæ
non amplius cum illa continetur, deorsum inclinata perueriti. Potest item ex eadem parte, vbi non
rectè mitella subiciatur, altera extremitas ab hac elata sursum ferri, altera deorsum inclinata peruer-
ti. Quatuor igitur modis mitella brachio male subijcitur, primo, vbi fracturam solummodo susti-
net, partes autem hinc atque hinc suspensæ manent: secundo, vbi extremitates brachij partes & supra à cu-
bito, & infra à manu, diligenter mitella fulciuntur, medium non suspenditur: tertio, & quarto, vbi
interdum prior brachij pars, interdum posterior, mitella excipitur. Ex his quatuor modis binos
duntaxat scripsit, qui maxime membrum peruertunt: reliquos binos præterijt, vt qui ex enarratis
intelligi possint. eorum duorum, quos scripsit, alterum propositis verbis ostendit, vbi censet in ijs,
quibus vtunq; brachij os fractum sit, vel tantum id, quod subiectum est (cubitus proprie nuncu-
patur) intelligendum esse primum ex propositis modis. sed commune, id est duobus modis, de qui-
bus verba faciet. proprium verò est vtriusque, prioris quidem, quem nunc indicat, subiecta bra-
chio mitella angustiori, quam, vt totum membrum complectatur, fracturam solummodo fulcire: al-
C terius rursus, vt ranque membri extremitatem sustinere, fractura tantum non sulta. Depruari au-
tem inquit prior modo brachium in superiorè partem conuersum: sed in inferiorè altero mo-
do, quem subdet proximis verbis. priorem, qui sursum versus peruertit, nunc proposuit. Nam,
quum brachium, qua fractum est, a mitella sustineatur, partibus, quæ vtrinque sunt, deorsum incli-
natis, quum non sit, cui firmiter innituntur, accidet, vt quod a mitella excipitur, altius excitatum cal-
lo glutinetur: eum verò habitum; quo membrum callo solidetur, in posterum perpetuo seruabit.
Quare sapius necessarium est, quæ sic peruersa sunt a nobis de integro abrumpi, extento membro
rursus fracturam, qualis initio fuerat, reddentibus: quam supra diximus nullo modo coalescere, sed
alligari à callo, qui circumdatur. hunc igitur extendendo dissoluimus, rursusque operam damus, vt cal-
lus increseat fracturæ conuenienter figurata. Videre autem licet in alijs animalibus comminuta ossa
non omnino coalescere, vt in sue, apro, boue, capra, oue, gallo, gallina. si quando inuenies (inuenies
autem sæpe, quemadmodum & nos) fracturæ oras callo inter se glutinatas, vbi hoc tibi curæ sit, cal-
lum deradens conspicies fracturæ oras se contingere, non tamen coaluisse, solidatasque esse eo modo,
quo in vulneribus glutinata caro coalescit. At cur, vbi vtunq; brachij os comminutum sit, &
D dendo aliquid peccetur: sed minus, si alterum tantum, cubitus scilicet: ac si radius per se, nihil omni-
no deprauetur: non magno negotio comperies, si eorum, quæ ipse retulit, memineris. quia, quod
subiectum est (inquit) fundamenti vicem præstat ei, quod abruptum est, atque ipsum depruari non
patitur: sed radius, vbi intactus sit, cubitum quodammodo secum dirigit, si rectè vinculum adhibea-
tur. tueri autem ipsum a deprauatione ex toto non valet, vbi aliquis error sit in suspendendo, quan-
doquidem cubitus subiectus nihil habet, quo fulciatur, præter vinculum ipsum.

52 *Si ossibus sic fractis mitella manuum duntaxat et articulum cubiti excipiat, reliquum uerò brachium
suspensum sit, deprauatum inclinabitur deorsum.*

Ex quatuor modis, quos paulo supra declarauit, secundum hic tradit, qui primo contrarius est:
siquidem in priori mitella solam fracturam sustinebat: in hoc, quum cætera sustineantur, sola fra-
ctura sine fulcro est. Quemadmodum igitur in priori suspendendi ratione, vbi fractura, quum so-
la a mitella sustineretur, sublimior fuit, reliquæ verò partes vtrinque humiliores, iure dixit depra-
uari brachium totum in superiorè partem conuersum: ita nunc, quum ea tantum membri pars,
Septima Classis. GGGGGG iij qua

qua fractura est, non sustineatur, deprimetur, & deorsum versus inclinabitur: quo fiet, ut brachium E in eam partem curuetur, atque ea de causa, ubi callus circumdatus fuerit, peruersum deorsum spectet. Exposuimus igitur vniuersam propolitam orationis sententiam. Legitur autem scripta duobus modis, si vocem speciemus, maxime inter se contrarijs: re tamen, si animaduertantur, inter se minime discrepantibus. Itaque brachium suspensum non nulli intelligunt, quod a mitella non excipitur, sed solum in aere suspenditur: alij contra, omne id, quod a mitella sustineatur, ut potest quum in inferiora minime inclinatur, neque fiat ob id humilius, quod suspensio contrarium est. Merito igitur scripturae, verbis inter se pugnant, sententia conueniunt. namque haec vox μετέωρον, hoc est, suspensum, quum apud expositores contraria significet, a quibusdam eorum contra negationem scribitur / reliquum vero brachium suspensum / : ab alijs negatione adiecta / reliquum vero brachium non suspensum / , verba, ut illis videtur, accommodantibus ad vtramque significationem vocabuli μετέωρου, hoc est, suspensi.

53 Debet ergo brachium suspendi per mitellam latam, mollemque, multum brachij cum prima palma parte equaliter sustentem.

Duas hic indicat suspendendi rationes, quas praeterierat: eas inquam duas, quarum commune est F extremam brachij partem sustinere: proprium autem vtriusque, vel eam, quae a cubiti committitura, vel eam, quae a manu tantum. Exequutus enim eam suspendendi rationem, ubi mitella solummodo fracturam excipiebat, atque alteram, ubi vtramque extremitatem: deinde subiiciens verba proximè posita, in quibus praecipit, ut plurimum ex brachio, cum prima palmae parte, mitella aequa liter sustineatur: reliquas duas suspendendi rationes euidenter reprehendit, quum non habeant id, quod maxime requiri voluit. siquidem neuera primam palmae partem, & plurimum ex brachio aequaliter fulcit, non tamen proprie eas hic expressit, praecipue (ut dixi) quod intelligi ex superioribus possint: tum quod leuem omnino noxam afferat, ubi nihil in deligando peccetur. duae enim superiores suspendendi rationes, ea de causa plurimum erant alienae, quod fractura contineretur contrario modo, atque eius partes vtrinque, quum interdum sola a mitella attolleretur nulla eius particula sulca, interdum sola deorsum conuerteretur.

GALENI IN HIPPOCRATEM
DE FRACTURIS
COMMENTARIUS SECVNDVS

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIERI

Curatio reliquarum Fracturarum simplicium, Luxationum, ac Dimotionum, quae in brachio, summa manu, pede, tibia, calce, & femore, contingunt, exponitur.

DE HUMERO



1 *Ubi humerus perfringatur.*


Testantur non nulli ex ijs, qui librum hunc exponunt, Hippocratem, ut supra πηχυν vocauit modò eam partem totam, quae inter manum & cubiti articulum est, modò cubitum, qui e duobus ossibus longior est, ita nunc humerum H appellare βραχιονα, nempe id os, quod a cubiti articulo pertinet ad humeri caput. Alij non ipsa ossa, sed partes, quae inter articulos sunt, volunt ijs vocabulis nuncupari, quod consueuerimus ita loqui. Ille in capite plagam accipit, vel in malis, aut naso, & ubi plaga cutem tantum violauit, & ubi altius aliquid laesit, puta musculi membranam, neruum, arteriam, aut venam, quin, quum humerum exulceratum dicimus, ostendimus humero id malum incidisse, quod vlcerus vocatur. At, quum definitione vlceris caro continetur, quamuis nominatim non explicetur, vlceris tamen vocabulo notatur. carnis enim diuisionem appellamus vlcerus, sic, ut, cum dicimus Dionem exempli causa humerum esse exulceratum, carnem humeri significemus. eadem ratione, quum fractum humerum dicimus, significari volunt os huius partis eo vitio teneri, quod fractura nuncupatur. Sed controuersia haec de nominibus ac significationibus nullo modo ad fracturae curationem pertinet: neque enim quidquam officit, aut prodest, quae verò in sequentibus docet, qua ratione curare fractum humerum conueniat, ostendunt. cuncta autem (ut mihi videtur) plana sunt, non secus, atque alia, quae supra de brachio tradidit: ea enim paucis admodum verbis exceptis, clara erant. Longius autem lapsus sumus, quum eam

Asam adiecerimus, cur singula praecipit: quae res, & si expositionis fines excedat, fieri tamen (ut retuli) ab omnibus expositoribus consuevit, at, quum haec rationes alibi paucis ab ipso ostendantur, neque nos hic eas tanquam auctores adiecerimus, sed ordinem mutauimus. Totus autem nunc propositus sermo, si per se examinetur, considereturque, perquam facilis est. adde quod ratio singulorum, quae tractantur, fuit in sermone de brachio explicata. ad communia enim praeccepta, quae ibi tradita sunt, haec quoque referuntur, primum de vniuerso brachio figurando: tum de extendendo, de componendo: postremò de continendo, ac suspendendo, quae continendi species est. His itaque habitis, si quid se offeret, quod breue sit & non planum, in sequentibus aperiemus.

2 *Si brachium extendatur, eoque sic figurato intentio adhibeatur, humeri lacertus intentus alligabitur: atque, ubi, qui deligatus est, cubitum curuet, humeri lacertus habitum mutabit.*

Propolitam orationi illud adijcere oportet, quod antea dictum est, scilicet, ubi humeri lacertus ab iniecto vinculo aliter figuretur, futurum esse, ut alias eius partes vehementer vinculum comprimat, alijs laxius sit atque delabatur: compressae item partes inflammatione tententur: sed relaxatis vinculis membrum peruertatur. Quare brachij habitus nullo modo variandus est, sed per petuo (ut supra demonstratum est) a principio ad finem seruandus. At contra, si ille habitus seruetur, in quo extantum membrum deinctum est, vinculum quidem nullo loco arctius erit, aut laxius, sed ipse habitus, quum vitiatum sit (ut supra declarauimus) dolorem, atque idcirco inflammationem afferet.

3 *Iustissima itaque intentio ad humerum sic adhibetur. Lignum, quod cubitum aequat, vel paulo breuius sit, qualia sunt ligonum manubriola, habena ab utraque parte alligatum suspenditur: homo autem sublimiori alicui sedi insidet, brachiumque super manubriolum imponit, sic, ut id in alam indatur ea moderatione, ut ille vix considerare possit, nihilque proprius sit, quam ut suspendatur. Tum aliquid aliud pareitur, cui brachium inheret, scorteo puluino super dato vno, vel pluribus, ita, ut ad eam altitudinem perueniat, ut cubitus ad rectum angulum collocetur. Commodissime autem lorum molle, latumque, seu lata habena circumdatur, atque inde magni ponderis aliquid suspenditur, quod extendere conuenienter possit: aut in vicem huius, robustus aliquis in inferiorem partem cogit cubito cum humero ad rectum angulum figurato.*



A Lignum cubitalis longitudinis.
B Habena qua suspendendum est.
C Sedes alta.
D Brachium supra lignum translatum.
E Aliquid aliud stabile.
F Scorteo puluinus.
G Cubitum ad rectum angulum.
H Lorum latum.
I Magni ponderis aliquid.

Ostensum est in libris de philosophia, naturae iustitiam in eo consistere, ut quod vnicuique conuenit, distribuatur, non lege aliqua, sed suo prope nutu. quod iam supra quoque dictum est, dictum est insuper, eum esse iustum habitum, qui aptum situm vniuersi cuiusque particulae membri tuetur. demonstratum est etiam huiusmodi habitum minime omnium laedere. hic autem in brachio est, ubi cubitus cum humero ad rectum angulum collocatur. Toto itaque brachio sic figurato praecipit hominem sedere: iuxta ipsum vero a priori parte poni lignum transversum, quale ac quantum est ligonis manubriolum. ligones vero appellat σκαφια, quibus terram fodimus (graece σκαφια dicunt), his annuerantur etiam bipalia (Attici μύβας vocant). Vult autem huiusmodi lignum, quod iuxta collocatur, immobile reddi, sic, ut dum manus admouet, nec sursum feratur, nec deorsum, quod continget, si ab utroque extremo habentis vinciat: quae ad aliquid sublime religuntur, ut lignum inde suspendatur. Praecipit igitur, ut aeger brachium ante super ipsum imponat, hoc est, ut lignum transversum alae subiciatur: tum is, cuius humerus fractus est, sedeat ita sublimis, ut parum absit, quin suspendatur. sedere autem aegrum iubet, ut vires, dum manus adhibetur, sufficiant, neque propterea quod stet, conuellantur, neque in humiliori sedi sit hominem collocat, sed quae maxime potest alto, quum sedet, & ob ipsum medicum, ut rectus agere possit, neque plurimum cogatur deorsum inclinari: & ob aegrotantem ipsum, cui magis expedit ita sedere. solent enim, quibus

Septima Classis, GGGGGG iij brachium

brachium extenditur, præ dolore ducentem sequi, atq; attolli, nec in eadem sede penitus, quâ collocati sunt à principio, permanere. quo fit, ut intentio remittatur. Hoc igitur cauens imperat, ut homo sedeat, quantum maxime potest sublimis, & propè suspendatur, ac, si paulum attollatur, stet, quod, ubi eueniat, neq; ipsum ægotantem, neq; alios latebit: atq; ubi non lateat, paruo negotio rursus, vel ab alijs, vel per se ipsum in priorem sedem restituetur. quin, ubi homo ita sedens stabit, paululum mutabitur: plurimum verò, ubi humilior fuerit collocatus. Quare ex sessionis mutatione minimum læduntur, qui sublimiori insident sedili, plurimum, qui humiliori. Constat itaq; transuersum lignum ab Hippocrate ea de causa sub alam demitti, ne brachio ab inferiori parte intento, æger sequatur, atq; intentionem soluat. quod nos sine ligno soliti sumus sæpius facere per laqueos alæ circumdatos, quorū extrema versus posteriorem partem extendenda sunt. non secus etiam alijs laqueis circumligatis fractum os in diuersa diducimus, ubi intentio, quæ per manus adhibetur, imbecillior sit, q̄ oporteat. Verum, si hanc credamus per se posse effectum præstare, ut in puerili corpore, non opus est amplius laqueis, & multo minus machinamentis habentibus axes, ad quos extremos laqueos alligantes valentius in diuersa contendamus: quo extendendi modo ad luxata potissimum utimur. In ea autem extendendi ratione, quam nunc probat, præcipit, ut brachium rei cuiuspiam hæreat, quâ ipse vocat *ἑπέδρον*, hoc est, huiusmodi quidpiam, cui firmiter insideat, scortis puluinis subiectis: deinde ab imo humero iuxta cubiti articulum graue aliquod corpus suspendatur, quæ pondera *ἑσθίων* nuncupauit: hæc sunt, quibus uti consueuimus, ex ferro, ære, aut plumbo confectis, præterea lorum molle, latum, vel habena valida imo humero circumdetur, vnde pondera suspendantur.

4 Debet autem Medicus curare, stans altero pede super quapiam re sublimiori collocato: componere autem os prominentioribus palmarum partibus: facile autem componitur: ea enim extendendi ratio optima est: si quis conuenienter ipsam adhibeat: post fascias iniicere à fractura orsus: reliqua verò omnia, ut antea iussus est, exequi, eademq; de homine requirere: tum ex iisdem iudicijs intelligere, moderata nec ne sint: ac tertio quoque die solvere, & rursus deligare, arctiusq; adstringere.

Eligit hunc Chirurgici habitum tanquam firmiorem. idem in opere de officina medici præcepit, cum inquit. Stantem verò oportet pariter ambobus pedibus bene insidere, sed agere altero insistentem, at non eius partis, cuius manus agit.

Sec. 1. t. 18. 7.
203. c

5 Dein septimo aut nono die ferulas alligare: quòd si vereatur, ne rectè ossa concurrerint, interea solvere, dirigensq; rursus deuincire.

Quod in superioribus, quâ de brachio, suppleendum esse existimauimus, idem nunc existimo, scilicet, quum omnia commode respondeant, eo tpe ferulas imponendas esse. Verum, ubi de brachio egit, septima die simpliciter iussit ferulas circumdari: in sermone verò de humero, coniunctionem, quâ diluigentem appellamus, vñr paut. ait enim/ septimo aut nono die ferulas alligare/ eo q̄ in humero ob musculorum, quibus continetur magnitudinem, quæ circa fracturâ sunt, diuturniori tēpore ex toto gracilia fiant, laxaq; ubi verò talia essent, ostendimus opportunè tunc ad ferulas veniri.

6 Humeri os ferè quadragesima diebus cōseruet: quos ubi excefferit, solvere oportet, & pauciores fascias dare, leuiusq; arctat: ac diutius uti nictu magis exquisito, q̄ antè: intueri aut manus tumore, & vires.

Conferuerè, quod *ἡρῶτα* dixit, intelligit, ubi fracti ossis partes callo firmantur, ut in superioribus etiam, quâ de brachio. Quo autem grandius est humeri os, eo longiori tpe per callum glutinatur. Reliqua omnia, ex ijs, quæ dicta sunt de brachio, plana sunt, nulla igitur opus est explanatione.

7 Illud etiam ignorare non oportet, quòd humerus natura ab exteriori parte gibbus est, & perueriti facile solet, ubi male curetur. Quin & alia ossa omnia, quæ naturaliter aliqua parte gibba sunt, ubi comminuta curantur, facile ab ea perueriuntur. Ergo, ubi tale quidpiam timetur, lata fascia humerum excipiens in orbem circa pectus agatur: & quum quiescere humerum oporteat, pannus multiplex implicitus inter cubitum & latus subiciatur, vel quidpiam huius generis aliud. hæc enim via os gibbum dirigitur. Est autem cauendum, ne nimis in interiorem partem conuertatur.

Quæ in sermone de humero vsq; ad finem scribuntur, omnia clara sunt. namq; ipse causam exponit, cur in exteriorem partem conuertatur, & quo pacto in contrariam coactum dirigi debeat. iussit autem, ut multiplex pannus inter latus & cubitum demitteretur, ne humerus attingat latus, sed in medio spacium sit, quo compulsus habena ad pectus adducente minime deprauetur, quum natura in exteriorem partem spectans ad interiorem conuersus dirigitur.

DE OSSIBVS PEDIS ET MANVS

8 Pes hominis ex multis minutisq; ossibus constat, quemadmodum & manus. Similitudinem quandam habent inter se totius cruris & brachij partes: qualis enim est humerus in brachio, tale est in crure femur: quale item in brachio est id, quod est inter cubitum & manum

A. 1. 4. f. 1. 1.
c. 9. 489. b

A. ibidem.

A & manum, tale in crure id, quod inter genu est & pedem; reliqua verò pars, scilicet manus, pedi respondet. Cæterum manus apud græcos proprium nomen non inuenit distinctum à toto brachio, sicut pes, qui nomen habet distinctum à toto crure. quare Hippocrates merito pedem simpliciter, *ἡρῶτα* vocauit, *ἄνερον* vocabulo non adiecto: manum verò non vno verbo expressit, sed *χέρας* dixit, quod brachium significat, *ἄνερον* adiciens, quo extremum notatur. Sed satis dixi de vsu nominum, venio ad res. Iis, quæ superius tractauit, proximus erat sermo de manu. ipse verò non tantum agit de hac, sed etiam de pede, sermonemq; de ipso dilatat, quòd maiorem diligentiam requirat. Dicit ergo vtramque partem ex multis minutisq; ossibus constare. nos autè adiungimus/ & duris/ quandoquidem medulla carent, caua minimum sunt, & à lapillis paruis non abhorrent. Simile igitur est totum brachium toti cruri, atque itidem vnus extremum extremo alterius. qualis enim, in manu primæ palmæ pars est, tale est in pede id, quod inter talos est & plantam: tum qualis in manu palma, talis planta in pede est: similitudo autem, quæ inter digitos est, vel me tacente, clara est. præter hæc in pede sunt ossa iuxta calcem, atq; idcirco de pede plura verba facit, quàm de manu, quæ quidem pes habet, communia quoque ipsius manus primum enarrat, deinde illa subdit; quæ propriè ad pedem pertinent. Primam igitur palmæ partem complect octo ossa, palmam quatuor. attinguli digiti ternis ossibus continentur, ut in vniuersum ossa manus septem sint & viginti, sed in pede quatuordecim sunt ossa digitorum: nam magnus digitus ex binis constat, planta ex quinque. Quocirca in

B vtraque parte sunt decem & nouem. Totidem in manu palmam & digitos explent, quum planta vno osse palmam excedat: ac digiti manus, pedis digitos æquè vno osse exuperent, quocirca, si vtraque pars ad vtramque conferatur, idem erit ossium numerus. Restant in manu ossa octo, quæ primam palmæ partem constituunt: in pede autem ea pars, quæ inter talos & plantam sita est, cum calcæ ac talo, quæ omnia ossibus octo continentur. Calcis autem os, omnium, quæ in vtriusque extremitate sunt, maximum, sustinet talum & crus, ac propè corpus fert vniuersum, ubi stamus: à priori autem parte committitur cum osse, quod à cubi similitudine *κνῶσθεις* appellatur: perinde atque tali caput, cum eo osse, quod, quia scapham repræsentat, *σκαφοειδής* dicitur. cum vtroque horum iunguntur alia ossa, quæ partem potissimum inter talos & plantam explent. Si quis autem velit talum extremo cruri reddere, idem erit ossium numerus in vtriusq; membri extremitate, ita, ut docendi modo, non natura ipsa rerum, inter se discrepent, qui viginti septem, & qui viginti sex, ossa pedis esse affirmant. erunt enim viginti septem, ubi talus non annumeretur cruris ossibus, sed sine hoc viginti sex. Rectè igitur scribit/ pes hominis ex multis minutisq; ossibus constat, quemadmodum & manus. agit enim cum iis, qui prima elementa didicerunt, & incidendis corporibus operam dederunt, in memoriam reuocans, quæ perceperunt ad hunc locum facientia. quum non solum scire conueniat propolitarum partium vtrâq; ex multis duris, minutisq; ossibus constare, sed meminisse etiam habitus & magnitudinis singulorum, & qua ratione cum proximis connectantur: quod *θεῖον*, id est positionem vocant, ut, ubi aliquod ex ossibus, quæ his partibus sita sunt, suo loco mouetur, prompte restituamus.

9 Ossa hæc ferè non rumpuntur, nisi acuta vel graui quapiam re carnosæ partes vulnerentur. De vulneratis autem dicemus, ubi vlcus curacionem persequemur.


Carnosæ partes *ἡρῶτα* nuncupauit, quo vocabulo vocant Iones, quidquid in nostro corpore carnosum est. cuius generis præcipue sunt, cutis, & musculi, tum viscera. ossa verò cartilaginem & ligamenta *χρωτὸς* vocabulo non significant. Ad hoc etiam exemplum videtur vsurpari ab Homero, quum cutem *ἡρῶτα* vocat his versibus:

Αἰετῶν ἔσαι χρωτὸς ἔμπροσθε ἢ καὶ ἀρείων.
Ὡς ἂν μὴ κλαίῃσα κατὰ χροῦα καλὸν ἰάσῃς.

Et iterum,

Propolitarum igitur partium ossa ait ferè non perfringi sine vlcere. Illud enim/ nisi carnosæ partes vulnerentur/ idem sibi vult, quod/ sine vlcere. nihil autè interest, quod ad hunc locum attinet, vlcus ne Dan vulnus nominetur, atqui carnosæ pars extremis membris minima est, plurima autem in humero & femore. Ea igitur tota facile læditur, ubi externum aliquid super manum vel pedem incidat, quod frangere aliquid possit ex ipsorum ossibus. Abrumpitur autè os quatuor de causis maxime generalibus. super ipsum enim vehementi impetu incidit aut aliquid conterendi vim habens, quod planè necesse est natura durum esse, & mole non exiguum: aut aliquid, quod non tantum cutem, & quæ inter cutem sunt & ossa, sed hæc quoq; secare possit, quem morbum Hippocrates in libro de vulneribus capitū *ἑδέων* appellat: nō nulli etiam ob saltum ex altiori loco frægerunt tibiæ vel femoris os, quæ sicca his essent, & non ita densa: videmus item in palestra cominui os *κατὰ πῆληλασιν*, hoc est, ubi tibia vnâ cum fura perfringitur, & præter fracturam, vulnus quoq; magnum accedit, atq; ossa nudantur, quod fracturæ genus accidit, cum luctantis membrum cruri ipsi transuersum subicitur, atque vtrunque eius extremum, tam quod à genu, q̄ quod à pede est, deorsum versus cogitur. Euenit huiusmodi tale lignis, quæ nos de industria rumpimus. imposita enim super vtrunq; femur obliqua, & manibus ab vtroque extremo in inferiorem partem coacta effringi media videmus.

Quemadmodum



Quæadmodum igitur neque magnū lignū, neque validū, sed parū & infirmū, hac rōne frangit, ita, cum os infirmū natura fuerit, medium sub ppositis palæstræ generibus perumpitur. At ossa, quibus extrema mēbra continent, sub huiusmodi palæstræ generibus, siue ex superiori loco saltātes deorsum ferant, & in terrā incidāt, siue pes vehementer conuellat, non facile rūpunt. his. n. ictibus frangunt ligamēta ossium magis, quæ ipsa ossa: cuius causa est, eorū non tā exiguitas, quæ durities. sed neque externa, quōm magna vi sup incidūt, possūt hac ossa facile pfringere, nisi duriora illis sint, & grandia. at quod tale est, neque carnē inuolatā relinquit, quæadmodū nec ictus ab acuta re: nā & hic priusquā attingat ossa, quæ ipsius superiniecta sunt discutit, quare merito dixit ossa hæc ferē non abrūpi sine vlcere. Sed quā in sequētibz seorsum de fracturis ager, quibus carnis quoque vulnera accedit, hæc ad eum huiuslibi locum referauit.

10 Siquis erumpat ex digitorum articulis, vel aliud quiddam ex iis ossibus, quibus continetur pars pedis, quæ inter talos & plantam est, compellere singula in suam sedem oportet, quemadmodum in manu.

Quod ait quemadmodum in manu accipiendū est, non quasi aliqd præfatus sit de ossibus, quæ in manu sita sunt, sed quasi ita scripserit, singula ossa pedis in suam sedē cōpellēda sunt: id, quod etiā fieri debet in manu. Compellere autem Hippocrates dixit ἀναγκάζειν, vel, ut alia exempla habent, ἔκταναγκάζειν, quod idem sibi vult, ac si dicat, os suo loco motū restituere. mouetur autē, vbi ligamēta, quæ quæ cum proximis annectit, abrumpunt, non tñ abrumpuntur oīa ligamenta, quæ plapsum os in orbem comprehendunt, rarō. n. id ex toto accidit, in quo casu os, quod ita lædit, suam sedē relinquēs ad cutem prorūpit, plerūm quibus ea laxior est, ita, ut ossi, quod prolabit, parū renitatur. ea vero de causa ferē non solet os, quod mouet, in inferiorem partē pedis excidere, quia cutis, quæ pedi subiecta est (ἕρως græcè dicitur) crassa est & dura. adde, quæ pedem feriunt, plerūmque à superiori parte super ipsum cadunt. Ergo hac vna via os, quod suo loco mouetur in inferiorem partem excidit, si quōm ex superiori loco quis saltauerit sup rem aliquam, quæ eminentias habeat admodū asperas acutas ve. Quæcunq; igitur vndiq; profus resoluta sunt, vbi sua sede mota in superiorem vel inferiorem pedis regionem veniunt, ægrè reconduntur: si quando autē (quod rarō accidit) recondantur, semp magno negotio in sua sede seruantur. nanq; vbi os rursus vehementer moueat, nihil erit, quod ipsum contineat, ut potē solum ligamentis, quibus alligabat: quæ si non fuerint ex toto abrupta, sed aliqua ex parte integra, sicut euenit, quibus procidere solet, distendentes totum pedem vrgebimus.

11 Tum cerato mederi pannis fasciisq; non secus atq; vbi frangitur, excepto quod omittenda ferule sunt: eodemq; modo adstringere, ac tertio quoque die alligare. Is autem, qui deuincitur, similiter atque in fracturis, adstringi se respondeat, vel laxari.

Qualem curationem ad fracturas tradidit, talē nunc ad ossa, quæ extremis membris mouent, præcipit adhiberi. Primò, si quidē extendere cōuenit, ad hoc, ut ossa, quæ plapla sunt, in suā sedem cōpellant: tū, vbi reposita fuerint, deuincere, consilio ad idem directo: ppositum. n. est mēbrum ab inflammatione tueri, & sub linteis adstringere, cōtinereq; os, quod restitutum est. In superioribus autē oñsum est hæc nullo modo rectē fieri posse, nisi sanguis, qui in affecta sede sublit, ad summū atq; imū mēbrū depellat: phibeaturq; quo minus alter concurrat. Hæc itaq; si in memoria habeamus, spectantes, vniuersam vincendi rationē fracturis idoneā inueniemus, quam hic vtendā dixit, nisi quæ ferulæ non debent cū cundari, quandoquidem loci natura eas non patitur. nam partes quibus ferulæ iniectæ sunt, æque planæ esse debent, cuiusmodi non est ea pars pedis, quæ inter talos & plantam sita est.

12 Omnia hæc viginti diebus perfectè ad sanitatem perducuntur, nisi, quæ cum cruris ossibus iunguntur, vel ex eius regione sita sunt. Interim verò iacere conuenit, non tamen id sustinent, qui morbum paruifaciunt, sed ingrediuntur priusquam conualescant: eorū sit, ut plerūq; non benè sanentur, sed subinde languoris sensu aliquo tententur, atq; id quidem non iniuria. Ferunt enim pedes onus corporis totius. Vbi ergo non dum conualuerunt, si inambulant, articuli, qui moti sunt, male confirmantur, atque hac de causa subinde ossa dolent, quæ cruri iunguntur. Porro quæ cruris ossibus iunguntur, ceteris maiora sunt, & cum mouentur, longiori tempore confirmantur, sed medendi ratio eadem est.

Cruris ossa intelligit tam suram, quæ tibiam, volens autem significare ē regione, nec tñ dixit, quæ loquutionem sæpius variisq; in locis vsurpauit, sed & paulo inferius eadem ter ex ordine vitur, de crure pertractans, quōm ait, Femoris enim caput superius corpus fert, id autem ab interiori cruris parte situm est, at non ab exteriori, sed ē regione tibiæ, tum quia pars altera corporis ē regione huc

Sect. 2. t. 65. 240. a

At ne huc propius accedit, quæ ad exterioris os adde, quod os interius plenus est, quàm exterioris, non secus atq; in brachio, vbi os, quod ē regione minimum digitorum spectat, tenuius est, & longius.

13 Plurimis autem fasciis, plurimisq; pannis vtendum est.

Vt ossa, quæ reposita sunt, suo loco maneant, solent tum fasciæ, tum panni circūdari, præsertimq; cum loci inæqualitas alligari ferulas non sinit.

14 Ferē autem hinc atque hinc vincire conuenit, adstringereq; sicut cetera omnia, ea parte potissimum, quæ os prolapsum est, primumq; ibi fascias circumagere.

In prioribus imperauit, vbi fractum os in aliquam partem conuertatur, si ad dextram inclinēt, vt ad sinistram adducatur: si ad hanc spectat, vrgeatur ad dextram. At vbi alligare pedem oportet, in neutram partem debet vinculum inclinari, quōm ossa, quæ sua sede excidunt, non ad latera, sed ad superiorem vel inferiorem partem conuertantur.

15 Quotiescunq; vinculum soluitur, multa aqua calida fouendum. In omnibus autem, qui iuxta articulos sunt, affectibus liberaliter calida aqua perfundenda est. Quod ad laxandum vel adstringendum pertinet, iisdem temporibus eadem indicia se ostendant, quæ in superioribus: resoluere item, & rursus deligare similiter expedit. Hi autem quadraginta diebus ex toto conualescunt, præsertim, si iacere sustinent: sin minus, in eadem mala incidunt, quæ superius posita sunt, atq; etiamnum grauiora.

Quōm leniendus dolor est, & corpora, quæ adstricta sunt, laxanda, tunc præcipit, vt multa calida aqua perfundatur. id potissimum accidit in affectibus articularum, quōm hæ partes ossibus magis & nervis contineantur. Comprimuntur igitur cum inflammatione, & magis dolorem sentiunt, quæ magis neruosa sint. Appellauit autem affectus σίρρα, quoniam affici σίρρα dicit.

DE CALCIS

16 Quicumq; ex superiori loco saltantes, calci vehementer insistant, his ossa diducuntur: vena sanguinem effundunt, carne circa os attrita: tumor magnus oritur, & dolor. Hoc enim os exiguum non est, extatq; ē regione sub tibia.

Ευχμῆ dicit venas, significare volens effundere succum, quem continent, nempe sanguinem: quod sit, quōm colliditur earum tunica. corpora enim, quæ colliduntur, naturalem vnitatem amittunt, quōm pluribus exquisiq; partibus diuellantur, quibus sanguis suffunditur. Hunc igitur effusum sanguinem recipiunt loca, quæ venam cingunt: quibus non seruat, qualis recipitur, tempore si quidem nigrescit, perinde atq; vbi extra corpus effusus diu manet: concrescit, insuper, quam rē græci ἄρθροσύνωσιν appellant. hinc factum est, vt sanguis propterea, quæ concrescat, ἄρθροσύνωσιν iam, & dicitur, & sit, prius autem nigrescit, deinde redditur admodum putris. Atqui non possunt grauissima hæc accidere sanguini, qui à venis in corpore funditur. namque, vbi natura vincit, hunc non secus mutat, atque alium, qui in inflammatione suppurante continetur, veritūq; in pus. Ad hoc autem, vt partium natura sanguinem superet, duo obseruanda sunt, alterum, ne inflammatio corpori superueniat, id qua ratione fiat, supra habuimus: alterum, vt sanguis, qui effusus est, repellatur. In hæc itaque incumbens Hippocrates, omnia, quæ subiiciuntur, præcepta sigillatim tradit. Diducuntur (inquit) ossa his, qui ita saltant, abruptis nimirum ligamentis, quibus ipsa necebantur, sicut paruo supra de ea parte, quæ inter talos & plantam est, dicebamus. iungitur autem cum calcis à superiori parte talus: à priori id os, quod à cubi similitudine græcè ὑποειδέσθαι vocatur: sicuti cum talo à priori parte id ossis committitur, quod à scaphæ similitudine σκαφοειδέσθαι græcè nominatur: cum utroque autem horum, scilicet cum eo quod cubum, & cum eo quod scapham refert, quatuor ossa, quæ inter D talos & plantam sunt, committuntur. omnia autem hæc ossa tam manus, quàm pedis, in committario de ossibus exposita sunt.

17 Coniungitur item venis & nervis grandioribus, posteriorq; chorda huic ossi innectitur. Hos igitur curare oportet cerato pannis fasciisq; ad hæc calidam aquam largè insundere, fasciarumq; numerum augere, tum alijs vti optimis præsidijs ac maxime lenibus.

Coniungitur, inquit, os calcis nervis quos nominat ἄρθροσύνωσιν, id est grandiores, tum venis non paruis. Innectitur item huic ossi posterior chorda, quæ diducitur à musculis, qui siti sunt in parte cruris, quæ carnosa à posteriori parte prominēt. De his autem abundè diximus, tam in eo libro, quæ de corporum, quæ in eo, qui de musculorum incidendorum ratione est, ea autem tenere ad vnguem debet, qui affequei vult, quæ nunc ab Hippocrate traduntur.

18 Quod si cutis, quæ calcem tegit, naturaliter tenera est, relinquenda est, quomodo se habet: si dura & crassa, qualis in quibusdam conspicitur, equaliter succidenda est, atq; extenuanda, non tamen vulneranda.


Propositis vitis circa calcem atq; adiunctas partes periculum est, ne ingens dolor atq; inflammatio

ratio non modica superueniat. huiusmodi enim partes ossibus continentur, non quibuslibet, sed valde minutis inter se commissis, ita, vt vel leuis inflammatio magnum dolorem possit comprimendo excitare. chordæ verò, quæ calci à posteriori parte innectitur, cum grandior sit, vbi inflammatur, periculum erit, ne neruorum distentio superueniat. quin & cum hac parte iunguntur multi nerui, qui ossa contingunt, quod in libro de incidendis neruis ostendimus. Reliqua igitur vniuersa curatio diligentem animaduersionem requirit, & quod ad vitium tenuem pertinet, & quod ad modum calidæ aquæ perfundendæ. sed & curis, quæ pedi subiecta est (χρως græcè dicitur) incidenda est magna cum moderatione. vbi dura est, altitudo plagæ debet duritiei altitudinem æquare. occallefcit, n. quibusdam, ita, vt ne paululum quidem sanguinis fundat, nisi scalpello altè admodum demittatur. Illa igitur secanda est, quæ sanguinem non fundit: quæ verò statim cruetur, relinquenda est, nam, si fecetur, dolet. At neq; in illa, quæ dura est, quouis modo, sed equaliter, incidere conuenit id, quod ex ipsa cute durum est. spectare autem tria debet, qui æqualiter incidit, primò, longitudinem sectionis, deinde altitudinem, tertio, interuallum. sectiones autem æque longæ atque altæ sint, oportet, & æquè inter se distantes, vt vniuersa cutis, quæ pedi subiecta est sine tormento inflammationis tempore similiter distendatur. Constat autem omnem inflammationem distendere, quodq; distenditur dolere, atq; idcirco inflammationem augeri, & neruorum distentionem excitari. Quemadmodum F igitur liberalis aquæ calidæ perfusio, cui oleum copiose sit adiectum, saluberrima est, ita etiam secandam cutem duxit scalpello eatenus altè demisso, vt hæc minime cruentetur. Vtiliter autem excogitauit huiusmodi sectionem, quandoquidem in alijs partibus, vbi vehementer inflammantur, cogimur cutem scalpello exasperare, partim educentes aliquid eius sanguinis, qui in inflammatione superat: partim expirationem efficientes: partim laxantes, quæ sub inflammatione distendebantur. At in pede inflammatione non dum orta festinabimus ad cutem incidendam, eo qd durissima sit. vbi verò talis est, nequit sub inflammatione amplius extendi. quamobrem dolebit hæc, & vehementissimè premet intentione quadam proximas partes, præcipueq; latam chordam, quæ illi iuncta est, cuiusq; initium est ex fine vnus ex musculis sitis in posteriori parte cruris, quæ carnosâ p. minet. Igitur, vbi hæc dolore atque inflammatione tenetur, periculum est, ne totus musculus eadem sentiat. id si accidat, neruorum distentionem sequi verisimile est. Ob hæc itaque omnia cutem, quæ sub pede est, secare, vt dictum est, conuenit: deinceps, vt retulit, extenuare, hoc est, tenuem reddere. id autem fiet, si molliatur ipsius durities, & multitudo exhauriatur. Ad hæc ambo valet oleum, & aqua calida, si copiose infundatur: à perfusione verò priusquam vinculum detur, olei, quod nullam adstringendi vim habeat, inunctio. G


19 Hæc bene alligare non cuiusuis est. Nã si quis vinciat eo modo, quo cetera circa talos vinciuntur, fasciæ modo ad pedem data, modo ad ipsam chordam, circumactæ fasciæ compressio, calcem, qua iectus fuit, expellet.

Distentionem/bene ἀγαθῶς dixit, sæpe enim ab alijs veteribus ita vsurpatur, præcipit autem, vt vitia, quæ circa calcem sunt, vinciantur ea ratione, qua fracturæ, eos reprehendens, qui eo modo deligant, quo deligare sæpius consueuimus, vt medicamenta, seu cataplasmata, seu quædam ex perfusione madentia, ea parte teneantur. Vinciendi modus, quem damnat, sic se habet.

- A Initium fasciæ.
- B Decussatio ad literæ x figuram.
- C Circumuolutio iuxta malleolum.



- A Initium fasciæ.
- B Orbicularis circumuolutio circa plantam.
- C Decussatio ad literæ x figuram.
- E Circumuolutio iuxta malleolum.



Fasciæ ab altera parte talorum orsa, obliqua fertur à priori parte extremi cruris, qua talus extat, quem ἀσφάλων vocant: inde transuersa sub pede demittitur: eoque circumdato vsque ad contrariam partem obliqua rursus infernè sursum procedit ad priorem partem tali, ei que iniicitur, quemadmodum antè. At vbi ita circummeat, necesse est in priori parte pedis sibi occurrat, & X literam representet: inde in orbem circa talos data eo redeat, vnde incepit: sic autem iterum circumagitur, ita, vt eodem reuertatur: tertioq; similiter voluta rursus ad suum initium redit, atque inde rursus circa talos porrigitur. Verùm alij, vbi transuersam sub pede fasciam dederunt, non protinus obliquam sursum attrahunt ad talos, sed antè per superiorem partem pedis in orbem ipsam adducunt: quemadmodum alij in orbem circa talos, sic, vt obliqui circuitus ab iis, qui in orbem sunt, comprehendantur. Hæc quidem vincendi rationes vsitatae sunt, vbi musculi sint, sed ad proposita vitia minimè accommodantur, quòd ante fascias nihil ibi imponatur, quod illis continendum sit: neque calx vitio vacet, sicut in eo casu, qui

A qui illas requirit, sed primò læsus sit. quare proposita vincendi ratio, quum ad calcem sanguinem exprimat, ipsum expellit. at contrarium fieri debet, sanguis enim à calce ad partes, quæ iuxta sunt, per vinculum expellendus est: quam rem ea duntaxat vincendi ratio præstat, quæ ad fracturas pertinet, quam supra demonstrauit. eadem igitur nunc vitur.

20 Atque hoc pacto periculum est, ne os calcis corrumpatur.

Corrumpatur dixit σφανελίσου, nam, quum pars ex toto corrumpitur, veteres dicere id vitium solent σφανελον, quod, vbi carnis partibus accidit, alijs nominibus appellant. Vocat item Hippocrates carnem, quæ putrescit, σαπραν, μωδῶσαν, σηπορωδύλω, atque alijs etiam num vocabulis. At vbi os ex toto corrumpitur, σφανελον vsurpat: quod vitium ossibus accidit, vbi à superiecta carne perniciofa sanies profluit, quæ hæc ipsa irrigando corrumpit.

21 Quod vbi corrumpitur, morbus auum durat.

Apertius dixisset totam ætatem hominis. Habet autem ipsius oratio hanc mentem. si quando calx corrumpatur, casus curationem non recipit, quodq; ex eo sequitur malum, totam ætatem hominis durat.

22 B Nam alioquin, vbi calx hoc modo non corrumpitur, sed quòd nigrescat, quia dum homo iacet, negligenter habitus sit: vel quia crus iam diu graue vulnus accepit, quòd calx etiam sensu: vel vitiatum femoris, aut alterius affectus causa, diu iacuerit: diuturna tamen res est, & molesta. Tum subinde recrudescit, nisi summa diligentia, & longa quiete attendatur. Quare quacunq; hoc modo corrumpuntur, præter aliam noxam, corpori summum quoque periculum afferunt.

Calcis os (inquit) non modò ex propositis affectibus vitari solet, sed ex eo, quòd calx diu iacuerit (quam rem ὑπίασιμον dixit) nigrescit sæpe, quando negligenter fuerit collocatus. id autem euenit, vbi super quapiam re dura continetur, neque subinde attollitur: sed iis, quæ subiecta sunt, continenter calefit, premiturq;. Quocirca attollendus est, mutandusq; orbiculus ex lana molli, quem nonnulli ex græcis τερφίον dicit. eius autem cauum respondere debet magnitudini calcis. quo orbiculo ita calx fulcitur, vt imum eius attollatur, ne comprimatur, ne incalescat, ne expirare prohibeatur.

23 Sequuntur enim febres acutæ admodum, continentestq;, cum tremore, singultu, mentis alienatione, quæ paucis diebus hominem præcipitant.

C Hæc fieri inquit, vbi calx corrumpitur, non ea de causa, quia os alienatur: ipsum enim, si per se circumscribatur, nullam superiorum partium afficit: sed quia ad partes, quæ ipsum cingunt, ipsiq; aligantur, eius vitium pertinet, idcirco superiores quoq; corporis partes læduntur. Chorda igitur, quæ calci innectitur, vbi inflammatione teneatur, musculos quidem posterioris partis cruris, quæ carnosâ prominat, propter consortium afficiet, quum ab ipsi oriatur. quibus musculis affectis, nerui, qui per eos distribuuntur, promptè lædentur, quemadmodum, & arteriæ, per quas cor noxam sentit, sicut per neruos cerebrum. Sed qm cor innati caloris fons est: cerebrum verò per se rationis domicilium habet, & per musculos partes mouet motu, quem voluntarium dicunt: consequens est, vt propter cor febris oriatur: mentis alienatio, propter cerebrum: tremor, neruorumq; distentio, propter musculos: singultus, propter stomachum, qui plurimum neruosus est.

24 His accedunt, venarum sanguinem fundentium lior, nausea, gangræna. Causa compressio est. Possunt hæc alioquin incidere, etiam si nihil corrumpatur. Hactenus de ijs, quæ superueniunt, vbi iectus vehemens admodum fuerit. Pleraq; tamen leuiter colliduntur, neque ita magnum studium & diligentiam exigunt, sed curari nihilo minus rectè debent. Quòd si casus videatur asperior, fulcire oportet, aliaq; efficere, D qua propositi.

Sanguinem fundentes intellexit venas grandiores, quandoquidem his diuisis sanguis effunditur: quod exiguis venis non accidit, parum enim ab his sanguinis profluit, celeriterq; citra noxam in oris plagæ concrefcit. Nauseæ nomen duxit à nauseantibus, atque ea de causa vomentibus, quam appellauit ναυσίωσιν, cum Iones ναυρίαν, idest nauseam, sic appellent. ac ferè, quod antè dixit ἐμχρωμώσεις, vocat nunc ναυσιώσεις, vbi venæ sanguinem expuunt, & quasi vomunt, oppresse tum sua imbecillitate, quam inflammatio attulit: tum multo vitiosoque sanguine, quem constat sub huiusmodi affectibus vitari. Gangrænam vocauit, quum venæ ex ingenti inflammatione emoriuntur. Quorum omnium causam esse affirmat alienam vincendi rationem, quæ duplex caput habet, vnum, quòd calcem non comprehendit, sed nudum relinquit: alterum, quòd partes, quas complectitur, arctius adstringit. Diligentiam expressit vocabulo μελέτης: sic enim ab Ionibus appellari solet, & ab ipso sæpius nominatur.

Fasciamq;

25 *Fasciamq; maxima ex parte ad calcem dare, & modo circa extremum pedem, modo circa medium, E modo etiam circa crus obuoluerit: tum, quæ his proxima sunt, hinc atque hinc omnia comprehendere, quemadmodum supra ostensum est, neque arctè admodum alligare.*

Vinciendi rationem probat contrariam illi, quam supra damnauit, quæq; apud multos in vsu est, sub qua sanguis ex aliis partibus pedis ad calcem transmittitur, debemus enim superantes succos, à calce ad alias partes depellere, hunc vincientes, quomodo supra ad fracturas docuit, fasciamq; maxima ex parte ipsi obuoluentes, non tamen nimis arctantes,

26 *Sed linteorum numerum augere.*

In superioribus etiam indicauimus Hippocratem velle, vt vinculi firmitatem, vel fasciarum numero moliamur, vel arctius adstringendo.

27 *Præstat veratrū eodē die epotum, vel certè posteriori. Præterea tertio die resolueret, & rursus deligare.*

Veratrum potui præstat, non eo nomine tantum, vt quæ superfunt, purget, sed & in aliam partem auertat, constat autem dari ab Hippocrate album, quod vomitum excitat, & à toto corpore materiam in ventriculum auocat, priusquam ad intestinorum sinus deducatur. quod autem album intelligi debeat, planè licet ex sequentibus colligere. Inquit enim / sed si homo vacat febre, per superiora conuenit purgare sicut dictum est. Quod igitur ea, quæ superant, vtiliter educantur: quodq; ad contrariam partem, atq; affecta est, materiam depellere magnum momentum habeat, euidentissimè appareat: num albo veratro moliri id expediat, non dum est manifestum, strangulare enim interdum solet, vbi redundat in corpore glutinosus succus, aut crassus, quocirca hic prius diffusi pari debet victu extenuandi vim habente, de quo totum librum composuimus. Fallacissimum ergo est veratrum dare, antequam corpus victu præparetur, quum sapius non facile sit, vt quales corpori super sint succi, dignoscantur. Hippocratis sæculo veratrum album fortasse tuto sumebatur ob rationem victus eorum hominum, qui curabantur, qui vitæ genus non ociosum sequebantur aut intemperans, sed laboriosum, paucisq; alimentis erant contenti, sic, vt crassos succos nulla ratione contraherent, neq; enim nos latet fieri hos, cum ocio, tum abundantia. Quod si vim æstimaueris corporis eius sæculi, quam ex eiusmodi victu comparabant, magis adhuc dari veratrum permiseris, quum, quæ vomitus affert incommoda, ferre homines illi facile potuerint.

28 *Ex eo autem intelligitur, futurum nec ne sit, vt hi affectus recrudescant, namque, vbi sanguis à venis transfusus, nigrities, & quæ his proxima sunt, subrubicunda sunt & subdura, periculum est ne recrudescant.*

Malos affectus, qui recrudescunt, vocat *παλιγοταπαθήματα*: & *παλιγοταίνειν* dicit, quasi mala rursus fieri. Docet autem quibus indicis cognoscantur propositi affectus, quando futurum est, vt rursus mali fiant: quæ indicia ad superuenientem inflammationem spectant, quam in primis cauit, ne oriretur, Quælibet igitur inflammatio rubicundior duriorq; cutem efficit, quorum neutrum opus est affectis partibus, mollis enim esse debet, ac subuiridis sanguis à venis transfusus: hunc enim voluit citra inflammationem suppurare. Quare, si membrum molle sit, & non rubeat, inflammationem abesse demonstrabit. suppurantis sanguinis indicium erit carentia vtriusq; coloris, ruboris scilicet & nigritiei. nam, vbi ruber est, inflammari: vbi ex toto niger est, neque superari neque concoqui se à natura denunciat, sed concretum esse. Hoc enim ipsi accidit, vbi diutius extra venas maneat, etiam, si in corpore contineatur, siquidem in eo casu nunquam in pus vertitur. Contra, si natura in corpore superet, vertitur in pus: si ea vincatur, putrescit, non secus, ac vbi extra corpus est, atq; adeo magis, quum in calido loco retineatur.

29 *Sed, si homo vacat febre, vomitu purgetur, sicut dictum est: idem conuenit, si febris sit, sed non continua: vbi ea non intermittat, abstinendum à purgatione, à cibo & sorbitione: aqua potui danda, vitandum vinum, sed non οξυλινός.*

Purgare *φαρμακδεν* dicit, consuevit enim Hippocrates vsurpare id vocabulum, non vbi quæuis medicamenta adhibet, sed solum, vbi purgantia. Præcepit autem, vt veratrum eodem die detur, vel posteriori, priusquam inflammatio in affectis partibus oriatur, atque homo febricitet, sed, si febris præuenierit, siquidem leuis est, veratro nihilo minus vitur (nos verò neque integro homine dare veratrum audemus) si vehemens non vitur, sed maximam abstinentiam imperat, non cibo, non sorbitione vtens, solam potionem adhibet, neque hanc vini, quod licet nusquam posuisset, fugiendum esse manifestum erat. Permittit autem, vt ager ea potione vtatur, quæ dicitur *οξυλινός*, vel etiam mulla, hæc enim potui præstat in tenuissimo victu: & tertium ad hæc oxymel, quod ex mulla, & aceto constat: sed *οξυλινός* fauos habet dulcissimos maceratos, atque incoctos, sicut etiam nunc in Hellade componitur, cuius ratio est:

Fauis

A Fauis expresso melle in ollam coniciuntur, in qua pura aqua sit: tum inferunt, donec omnem profusus humorem in aqua posuisse videantur. is autem humor reponitur, seruaturq; & æstiuo tempore bibitur ad sitim tollendam, frigida aqua dilutus. Hac ergo potione nunc vitur Hippocrates, si ea non est, sumere mullam licet, sed oxymel, vbi neruosa partes vitatae sint, alienum est, aceto enim tentantur: quam rem & vsus docuit, & ipse demonstrauit, quibus verò idoneum sit oxymel, ostendit in libro de ratione victus in morbis acutis, quem male non nulli inscribunt in Cnidias sententias: non nulli de pituita, neque etiam hi rectè.

30 *Sed, si nullum periculum est, ne recrudescant, sanguis suffusus, nigrities, proxima partes subuirides sunt, & citra duritiem.*

Vis horum verborum exposita est in eo sermone, vbi inquit nãque, vbi sanguis à venis transfusus, nigrities: & quæ his proxima sunt, subrubicunda sunt & subdura: periculum est, ne recrudescant, illis enim, si subrubicundis & subduris, nunc opponit subuirides, & sine duritie. fiunt enim subuirides, vbi paulatim in pus vertuntur: duritie carent, propterea q; inflammatio non est admodum vehemens: id enim causa fuit, quam obrem effusus sanguis verteretur in pus.

31 *B Quod idoneum testimonium est, vbi cunq; sanguis transfunditur, metuendum non esse, ne malum recrudescat.*

Idoneum dixit *ἀγαθόν*, quasi certum, stabile, verum, perpetuum, testimonium posuit pro signo, siquidem testis est, nobisq; opinionem facit eorum, quæ ab Hippocrate propositis verbis traduntur. Inquit igitur positum indicium certum esse, vbi sanguis transfunditur, non solum in calce, sed in cæteris partibus etiam, idq; iure, quum non ex partium indicatione, sed ex ipso sanguine transfuso intelligatur. Malus autem transfusi sanguinis affectus, non par affert periculum: differt enim pro natura partium, quibus suffunditur. Prouenit tamen periculum non ex iis partibus, sed ex sanguine suffuso, qui in pus non vertitur. quo minus in pus vertatur, prohibet ingens inflammatio, vel sub aliena Vinciendi ratione orta, vel ob succos, qui aut copia sui male habent, aut corrupti sunt, quibus Hippocrates succurrit purgatione per medicamenta, nos per venæ sectionem: miramur que ipsum hac sola contentum non fuisse, quum hoc præsidium nouerit, atque ad huiusmodi casus adhibuerit, siquidem in libro de articulis inter alia, quibus opus esse censet ad costas collatas, venam incidit in cubito iubet.

Sec. 3. t. 62. 7.
275. 8

C
32 *Si dura sunt, & liuent, nigritie periclitantur.*

Sanguis etiam, qui super terram funditur, interdum diutius conseruatur, modo magis flavus fit, modo in nigriorem, modo in euidenter atrum, conuertitur, verisimile autem est ab aere, in quo continetur, sereno, nebuloso, humido, sicco, calido, aut frigido variè colorari. Præcipua verò causa varietatis colorum consistit in ipso sanguine, qui varius est, sicut in singulis hominibus conspicitur, vel ad atram bilem magis, vel ad flauam seu pallidam, vel ad pituitam accedens, vel etiam aquosus: id quod illi etiam accidit in animalium corporibus, nãque à venis transfusus in varios colores conuertitur, & vbi non superetur, & vbi à partibus, quæ ipsum continent, in pus vertatur. Merito autem hoc tempore liuidus apparet, color enim liuidus illis interiectus est, qui nigri penitus sunt, & qui floridum colorem habent, qualis præsertim est rubicundus, & flauus, sed & hic color, liuidus inquam, à colore florido recedens, ad nigrum accedit, qui apparere etiam solet, vbi, quæ nigra sunt, dum suppurant, inalbescunt. Sæpe enim videre licet, quæ nigra sunt, quum incipiunt verti in pus, liuida se ostendere: tum paulatim nigritie amissa ad ignis colorem accedentia, albidiora euadere, est Denim pus cinerei coloris. Indicat ergo Hippocrates nunc discrimen in eo sanguine, qui transfusus liuidum se ostendit, nam, si cum duritie sic appareat, partes inflammatione tenentur: si sine duritie, inflammatione vacant, quæ inflammatione carent, naturam robustam demonstrant, & sanguinem concoquendum esse, & in pus vertendum: at inflammatio naturæ infirmitatem indicat, quæ ob inflammationem partium imbecillitatem, & multitudinem mali succi subsistentis, transfusum sanguinem nec concoquere potest, nec in pus vertere. Sequitur itaque, vt nigrescat & corrumpatur.

33 *Pedem verò expedit ita collocare, vt reliquo corpore plerumque paulo sublimior habeatur, sanescit autem sexaginta diebus, si quiescat.*

Si pes humilior sit, sanguis, qui ex crure ad ipsum confluet, inflammationem excitabit: si sublimior, nihil confluet, atque idcirco sublimior omnino continendus est, non tamè multo, dolet enim, si diutius hac ratione contineatur: quæ verò dolent, in inflammationem incidunt. Sublimiter ergo figurandus est, quatenus non doleat, hoc autem comperies, si tendi pedem senties, vbi paulo altior contineatur.

Da

35 *Crus binis ossibus continetur, quorum alterum altero ab una parte paulo, ab altera paulo, tenuius est.*

Verba hæc, quibus crus appellat *κνήμην*, eorum confirmare sententiam videntur, qui volunt *πύχνη*, *βραχίονα*, *κνήμην*, *μηρόν* vocari ab Hippocrate, non totum id, quod compositum ex ossibus & partibus superiectis est, sed sola ossa. At re vera ex his ipsis verbis colligitur, non hoc modo, sed illo etiam, accipi posse. quare nomina hæc, quibus vitur, duobus modis accipere licet, sicut accipiunt, qui ea referunt, modo ad ipsa ossa tantum: modo ad ossa simul & partes, quibus ossa superconteguntur, sic, ut *κνήμη* appelletur id, quod inter pedem est, & genu. Duorum autem ossium, quæ in ea parte sita sunt, alterum scilicet tibiæ græcè appellari *κνήμην*, reliquum scilicet suræ, *πέδηλον*, ad hæc tibiæ plenioris esse, suram verò tenuioris: ac medium, quod minimè carnosum, & per vniuersam hanc partem à summo ad imum in longitudinem fertur, & in his, qui graciles sunt, conspicitur (græcè *αὐτὴ κνήμιον* vocatur) tibiæ partem esse, non suræ. atque alia, quæcunque ad ossa pertinentia scire licet, omnia exposuimus in libro quem de ossibus confecimus, ad eos, qui primas institutiones addiscunt.

36 *Hæc ad pedem inter se iunguntur, communemq; appendicem habent.*

Communem non debemus ita accipere, quasi continuam, atq; omnino vnam, sed quasi vtriusq; appendices inter se iungantur, & vnius tantum opinionem faciant. ita enim inter se conueniunt hæc appendices, ut vna esse videatur. extremæ verò earum partes rotundæ, quæ carne nudantur, non rectæ à quibusdam talus nominatur: perpetua enim chorda talum continet ab interiori parte, qui ab hac rectus nec visus comprehenditur, nec tactu.

37 *Sed recta in crure debescunt.*

Debescunt proposita duo ossa recta in crure, hoc est, in longitudine cruris non se contingunt, neque inter se connectuntur.

38 *Ad femur autem iunguntur, & appendicem habent: appendix verò discrimen.*

In commissura genu, caput tibiæ longè crassius est, quàm suræ, atque idcirco appendix tota esse tibiæ videbitur, ipsamq; ab exteriori parte sura fulcit. Discrimen, quod *δυσφοσίον* vocat, id intelligit, quod in medio extat neruosum cartilaginofumq; quod processus femoris, qui in tibiâ coniunguntur, distinguit: sed in ossibus eorum corporum, quæ iam diu mortua sunt corrumpitur, sic, ut aliquis decipiatur, falsumq; existimet, quod ab Hippocrate scribitur: iniuria quidem, quoniam in recenti cadauere id semper apparet.

39 *Longius autem paulo est alterum os, quod à parte minimi digiti est. Natura ossium cruris sic se habet.*

Quod inquit longius, ego sic scribendum censeo/longius autem paulo est alterum os à parte minimi digiti. Quod si non hoc modo, sed illo, Hippocrates scripsisset, confirmaret prorsus tibiæ appendicem in genu communem esse vtriusque ossis, non propriam tibiæ. nam simpliciter longius esset, non ab ima parte duntaxat.

40 *Luxantur hæc modo à parte pedis: ac tunc, modo una cum appendice ossa ambo, modo appendix tantum mouetur, modo alterum os.*

Putant medicorum aliqui verbum *εξαρρῆν* vsurpari ad ea ossa significanda, quæ toto loco mota sunt, sed *διδάσκειν* (quo verbo/luxantur/expressit) ad ea, quæ paululum, non tamen ex toto, naturali sede excefferunt. Verum hi non videntur legisse librum de articulis, vbi initio protinus ait, Articulum, qui cum lato scapularum osse committitur, vidi vno modo excidere, nempe in alam. in quo loco verbum excidere *διδάσκειν* dixit. At qui totum humeri caput eo sinu mouetur, in quo recipitur, quum non possit paulum excedere, sicut ipse Hippocrates docuit, vbi causam adiecit: quæ habebimus, quum ad eum locum veniemus.

41 *Hæc quidem minus molesta sunt, quàm quæ in prima palme parte, homines modo quiescant. Curatio autem in utroque casu similis requiritur. namque hæc conicienda in suum locum sunt, intenta perinde atque illa, sed valentiorum etiam intentionem requirunt, quatenus corpus hac etiam parte validius est. Plerumq; satis duo homines sunt, qui in diuersa contendant, qui, vbi nequeant abundè extendere, facile est validiorem intentionem adhibere.*

Non modò minus molesta sunt, quàm quæ in prima palme parte, sed multò magis, quàm quæ in pede. Sed quoniam de pede & manu communiter tractauit, idèò abundè existimat alterius partis

Ch. I. l. 1. 7.
i. c.

A partis duntaxat meminisse, quæ, quod ad molestiam pertinet, media est inter crus & pedem. quanto .n. maiorè molestia affert, quæ crus, tanto minorè, quæ pes, & præcipue quæ calx, de quo paulo supra egit.

41 *Næ vel rotæ modiolū defigere oportet, vel aliud qd simile: tū molli aliqua re pedē obuoluere, bubulis q; loris latis circumlegare, & coriū capita vel ad pistillum vel ad aliud lignū deuincire, eiusq; imā partē in modiolū demittere, summā recuruare: alios verò & ab humeri capite, & à poplite, in contrariā partē extendere.*

A Rotæ modiolus. D Pistillum.
B Mollis res pedj circumiecta. E Ab humeri capite extendens.
C Lora lata. F A poplite extendens.



Lignum defigi iubet, quod recipere possit imā partē viciū, per quem membrū debet ab inferiori parte extendi. Tibi verò ignotū esse nō credo, rotæ modiolū *πύχνη* ab Ionibus appellari, cum apud poetam hoc quoq; vocabulū legat. Cōmonet autem Hippocrates, ut vbiq; ex ijs, quæ ad curationem cōducunt, illis vta-


mur, quæ in promptu sunt: & nunc etiam meminit modiolū rotæ, qui præsto nobis esse potest vbiuis gentium. similiter pistillo pro vete nunc ad extendendum vitur. Sed qua via adhiberi hæc debent, ipse suis verbis, si animaduertantur, aperte declarauit.

42 *Sed à superiori quoque parte adhibere vim licet.*

Vim, hoc est, valentem in vtranque partem intentionem *ἀνάγκη* appellauit, ut vehementem eius potentiam indicaret.

43 *Potes etiam, vbi velis, aliè lignum defigere rotundum ac læue, sic, ut pars eius extet, qua inter crurū, media inter anum & naturale demittatur, ut prohibeat sequi corpus, quod à pedibus extenditur.*

A Lignum rotundum ac læue.
B Extensio à pedibus.
C A latere clunem repellens.



Rectum statuit lignū hoc firmiter inharrens, ne corpus (ut dictū est) à pedibus extētū se quatur, q; collocatum sit hoc lignū inter anum & primā naturalis partem, quem locum *κλειστόν* appellat.


Deinde, ne corpus inclinetur in id crus, qd intēditur, collocare aliquem à latere oportet, qui clunem repellat, ne corpus ducatur.

In plerisque exemplaribus, quæ nunc proponuntur verba, proximè positis subiunguntur, quamquam sine his vniuersa sententia maneat. vult enim medium lignum statui inter vtranque crus, atque ita ab inferiori parte affectum crūs extendi, aliquo sursum clunem repellente, ne corpus ea parte trahatur, & in alteram partem inclinatum permittat crus ducentem sequi. namque, vbi hoc accidat, intentionem remitti necesse est.

45 *Idem quoque fiet, si ad vtramque alam lignum figatur, brachia verò seruentur extenta, & alius genu prehensens in contrariā partem adducat.*

Septima Classis.

HHHHHHH Modum



A Ligna ad alas.
B Iuxta genu prehensens.

E.

Modum alium docet, quo prohibere possis, ne totum corpus extentam membri partem sequatur. figit enim lignum ad utramque alam, quod corpori obiectum, hominem sequi non patitur, quum partes inferius extenduntur. Sed nunc nihilo minus oportet crur, quod ab inferiori parte extenditur, proprie à genu prehensum in superiorem partem attrahi, atq; ita in diuersa diduci.

46 Nihil etiam prohibet, si placeat, lora alia ad genu vel ad femur alligare, aliumq; rotæ modiolum post caput hominis figere, loraq; ad aliquod lignum dare, quod in modiolum demittatur.


Vbi velis crur à superiori parte extendi, vt in diuersa diducatur, moliri eam rem poteris in lectis loris, quorum capita sursum adducta ad vectem religuntur: imæ autem vectis parti, quæ harere paumento debet, necesse est cauum aliquod subijciatur, cuiusmodi est rotæ modiolus, qui obex vectis sit, vt possit in contrariam partem attrahere.

46 Qui apud Fel. fuit vni sex- rum, v' idem se- cat in duos.

Et ad contraria, atque ad pedes attrahat.

Ad contraria dixit τὰναντία. Sed si scriptum inueniremus ἀπὸς τὰναντία, quid nam obscurum in verbis aut sententia esset? Verum quia legimus τὰναντία, sine propositione ἀπὸς, quæ significat ad, duorum alterum existimandum est, aut principio ab eo, qui librum descripsit, omisiam fuisse particulam eis, vel ἀπὸς: aut ab ipso Hippocrate de industria, vel quod idem significet, vel, quod vocem τὰναντία / vsurpet pro aduerbio, quasi dixerit ἐναντίας.

47 Pro modio etiam poteris lecto mediocrem trabeculam subijcere, eiusq; utrunq; caput stabilire lignisq; recuruatis lora extendere.




A Trabecula.
B Ligna recuruata.
C Lora.

H.

Antè, binis modiolis, binisq; vectibus in contrarias partes extendebat, vno infra pedem extento, altero supra caput. Sed quoniam (vt retuli) in eo exerceri nos voluit, vt præsidia in promptu habeamus, alium modum docens, in similitum inuentione te exercet. nam, si modiolis non sint, tignum, quod lecti, super quo ægrotans iacet, longitudinem æquet, subijciendum est. Cætera omnia, eadem atque antè, efficienda sunt. lora enim corpori iniicienda eo modo, quo superius docuit, vinciendaq; ad ligna, quibus, quasi vectibus ad extendendum vtitur. Sed pro modiolis nunc adhibentur extrema longioris tigni, quæ capita dicuntur, vt modicè vtrinque lectum excedentia, & à capite & à pedibus, extendentibus lignis, mora sint. trabeculam verò, quod lignum in longitudinem lecto subijciatur, donida dixit, quasi τὴν παρά δὸνον, id est paruam trabem, significans.

48 Cõmo de ite extēdes p axiculos ab vtraq; parte collocatos. Sunt et alie extēdendi rationes, q̄ plurimæ. Axes



A Afelli.
B Habens.

Axis solitus est appellare ὄξυς, quæ admodum, vbi scribit / axis versatio / nunc verò axiculos nominauit ὀξίονες, vsus nomine diminutiuo, sicut in superioribus verbis, trabeculā donida dixit, paruā trabē significans. Exerce ri autem debes, nō solū in ijs, quæ prō pta sunt, excogitan dis, atq; admouen dis, sed etiam in machinamentis, quæ parantur à medicis ad has intendendi rationes. Axes itaq; col locandi sunt, non recti in longitudinem corporis, sed transuersi ab ijs, quæ hinc atq; hinc sunt, parti bus corporis, quod curatur, id autem non aliud significat, quàm alterum ab inferiori parte à pedi bus, alterum à superiori à capite, collocandum esse. Post hæc iniecta lora extrema ad axes danda, qui versati crur, quod curatur, in diuersas partes diducant.

49 Optimū autē est, si quis medicinam in magna urbe exerceat, paratum habere lignū, per quod vim omnē adhibeamus ad fracta & luxata omnia restituēda, tū extēdēs tū impellētes. Abundē autē erit lignum tale, quales sunt quadratæ columnæ quernæ, quod ad longitudinē latitudinē & crassitudinē pertinet.

Organū cuiusdam, seu machinamenti, quod haberi voluit, mentionem facit: in libro autem de articulis, qui huic subijciatur, docet eius fabricationem. Nos ibi si quid obscurum fuerit, exponemus, nunc proximum est ad ea transire, quæ subdit.

50 Vbi satis extenderis.

51 Crur videlicet: de crure enim agens circa talum prolapsio inseruit extendendi rationem, sicq; rur sus ad fermonem reuertitur, quem initio proposuit.

52 Articulus facīle reconditur. Diducitur enim ab antiqua sede, sic, vt è regione supra ipsam spectans non hæreat. Prominentioribus itaque palmarum partibus dirigendus est, partim, quod extat adurgenti bus, partim infra talum repellentibus. Eo restituto crur, si fieri potest, extentum alligandum est: sicut lora prohibeant, ea soluenda, & dum vinculum iniicitur, in contrarias partes extendendum.

Vidiū vnum factū textum, quē Fel. diuis fecit.

Hippocrates articulum ἄρθρον dixit: quo mouentur, qui volunt sic apud ipsum vocari extrema ossa, quæ in cauis recipiuntur, sic, vt totum id appelletur ἄρθρον, vbi committuntur extrema ossa, quæ in flexu atq; porrectione mouentur. Ex vtroq; autem osse, id quod inseritur, ἄρθρον: cauum, quod recipit, ποτὺλη, vel γλῶνη ab Hippocrate dicatur, sed hæc nominum disceptatio rejicienda est. Deinceps verò ostendet luxatū restituendi rationem vniuersam, sicuti nos in primo horum commentariorum statim diximus, vbi intendendi vsus explicauimus, demonstrantes non posse luxata commodè restitui, nisi ita diducantur, vt alterum alteri non inhæreat. Protinus autem terminum habes, ad quem vsq; extendere conueniat. namq; vbi iam videbuntur eatenus extenta esse, vt D altero alteri non inhærente, diducantur, extendere delines.

53 Dandum insuper eodem modo vinculum est, aq̄e capitibus ea parte, que extat, impostis: ibiq; primā & plurimum circumdandum, & pannis plurimis iniectis potissimum adstringendum.

Capita summamim commemorauit illius vinculi ad fracturas pertinentis, quod antè declarauimus. Meminisse autem oportet, ea, quæ in manu, pede, calce, talisq; suo loco excidunt, eo modo vincienda esse, quo fracturæ, atq; idcirco in hoc libro omnia comprehendī. Causam verò, quam obrem ita vincendum sit, siue fractum os sit, siue prolapsum, in superioribus habuimus.

54 Tum hinc atque hinc plurimum obuoluendum.

Hoc etiam docuit in libro de officina medici, quum inquit, ¶ Comprehendatq; vinculum inter græ partis quam plurimum. Causa in prioribus posita est, satis, n. est succos, non solum exprimi à vitiosa parte ad ea loca, quæ iuxta sunt, sed repelli ad ea, quæ plurimum recedunt, & longè cohiberi.

Sec. 1. c. 5. 7. 214f

55 Hunc autem articulum, vbi primò deuincimus, comprimere magis debemus, quàm qui in manu. Septima Classis. HHHHHH ij Modum

Modum comprimendi, & fasciarum numerum, constituit pro magnitudine articularum, intuitus etiam, quam nervis contineantur, & quæ acris sensus sint: hos siquidem minus comprimere iubet.

56 *Iniecto vinculo pars deligata, reliquo corpore sublimior habeatur. Sic tamen continenda est, ut pes minimè suspendatur.*

Pedem continendum esse reliquo crure paulo sublimiorem, supra quoque dictum est. Dicitur est insuper ipsum eatenus excitandum, quatenus extenti musculi non laborant. Nunc præceptum adiungit, quod ad tutum continendum pertinet, ut pes ne minimum quidem suspendatur. id autem fit, ubi lana molli vndique cingitur, quæ & pars eius extrema, qua cutis est, ipsi subiecta, molli aliquo, ut puluino, fulcienda est, tum ligno aliquo erecto, ad quod per mollem habenam vincitur.

57 *Extenuari autem corpus debet, prout ossa grauius suo loco excidunt. Non nulla enim leuiter, non nulla plurimum mouentur.*

In aperto sanè est, quæ paululum excefferunt, paruam curam exigere: quæ plurimum prolapsa sunt, & maiorem abstinentiam, & cætera, quæ corpus extenuant.

58 *Magis omnino ac diutius extenuare corpus oportet, ubi crur, quam ubi brachium læditur, quum illud maius sit & crassius, quam hoc. Neesse item est corpus quiescere, atq; iacere: sed soluere articulum tertio quoque die, & rursum alligare, nihil prohibet, nihil item cogit. Reliqua omnia eadem fieri debent, que in prioribus posita sunt. Quod si homo quiescat, & iaceat, abundè sunt quadraginta dies, modo ossa in suam sedem restituta fuerint. Sin quiescere nolit, egrius crure utetur, cogeturq; diutissime vinculum adhibere.*

Ipse causam reddidit eius, quod præcepit, inquit enim/quum illud maius sit, & crassius, quam hoc: quibus tertium adjicit, quod homo cubans confanescat, non ingrediens, sicut ubi brachium offenditur. Hæc igitur in vniuersum pertinere ad omnes articulos arbitramur.

59 *Verum, ubi ossa ex toto in suam sedem non reuertuntur, sed aliquid abest, tempore extenuatur coxa, femur, & crur: ac, si in interiori partem excidant, exterior pars tenuatur: si in exteriori, interior.*

Si qua ex integris partibus diu quiescat, vel leuiter moueatur, tenuior fit, quam prius esset: motus enim corpora calefacit, eorumq; vim firmat, ob quam partes melius nutriuntur. sed, ubi luxatum aliquid non fuerit perfecte restitutum, deterius perficiuntur motus, præcipueq; a contraria parte illi, in quam venit, quandoquidem locus eam vacuus relinquatur, quum os in contrariam moueatur. Homo igitur facilius illi parti inhæret, in quam articulus excidit. superiores enim partes sedem requirunt, quam inanis locus non exhibet, sed plenus, quum nihil possit inani loco herere: atque ea de causa crur ab ea parte, in quam articulus erumpit, sustinere corpus solet, & tantum musculis, qui ea continentur, suo munere fungi, hi siquidem bene nutriuntur: in exercitatis verò non satis alimentum subministratur, hi autem in contraria parte continentur.

60 *Pleraq; tamen in interiori partem promouentur. Sed, si integra cute vtrumq; cruris os comminatur, validius intendendum est. Si vna pars fracturæ valde super alteram excedat, aliquo utendum est ex propositis intendendi modis. Abundè quoque est, & per homines extendere: ferè autem satis sunt duo homines robusti, qui in diuersa contendant, vnus ab vna parte, alter ab altera. Extendere autem rectè secundum naturam oportet, & è regione cruris ac femoris, tam si huius, quam si illius fracti ossa extendantur.*

Quæ excidunt ab inferiori parte, qua cum talo committuntur, in interiori partem magis prorumpunt, cuius rei causa est furæ processus, qui ab exteriori parte talum magis complectitur, quam tibiæ processus ab interiori.

61 *Atque ita extenta ambo deligare, vtrumuis deuinxeris. At non eadem cruri ac brachio accommodantur. Namq; ubi brachij vel humeri ossa comminuta deligantur, brachium suspenditur: atq; ubi extensum alligatur, caro alio modo figuratur, dum cubitus flectitur. Nequit enim cubitus extensus diu haberi: non enim solitus est sepe in hoc habitu detineri, sed curuatus. Quum, quum homines ingredi possint brachio comminuto, necesse habent cubitum curuare. Crur verò, quia ambulando & stando in inferiori partem, nunc ex toto, nunc propè ex toto, intendi secundum naturam, & ferè etiam reliquum corpus consuevit, idcirco sine molestia extenditur, quum opus est. Quid quod & in lecto sepius hoc modo continetur figuratum? Sed, ubi frangitur, necessitas hominis animum subigit: nequit enim excitari, quare de curuando crure, aut de surgendo nullum verbum facit, sed ita figuratus quiescit, & cubat.*

Sive femur, sive crur alligetur, præcipit, ut vtraque commissura extendatur, scilicet, quæ in coxa est, & quæ in genu. Cur ita figurari debeat, ipse deinceps adjicit evidenti demonstratione usus, cuius mentem facile comprehendes. Horum itaque verborum capita sunt. Consuevit crur, & eorum, qui stant, & eorum qui ambulat, extendi, a natura enim, corporis ferendi gratia factum, ab eadem ad hunc habitum præparatum est: atque ea de causa in cubando plerumq; extensum feruatur, sed

A sed brachia & in ingressu, & alioquin ferè modicè curuata continentur, quandoquidem nemo extensis brachijs ambulat. ac propterea brachio etiam deuincto mitella cubitum excipiente ambulare æger potest: at crure per fracto, priusquam callo firmetur, ingredi minimè licet.

62 *Ob has igitur euidentissimas causas non conuenit eodem habitu brachium, atque crur, extendere & vincire. Quod si abundè fuerit per duos homines adhibita vis, frustra laborandum non est: iactant enim est uti machinamentis, ubi res non exigit. At si duo homines non satis extendant, confugiendum ad eum ex propositis intendendi modis, qui expeditissimus sit. Intentione satis adhibita ossa facile restituntur, et in suam sedem compelluntur, prominentioribus palmarum partibus directè atque diducta. Postquam restituta fuerint, extensa fascijs alliganda sunt, que siue à dextra, siue à sinistra parte, magis atrahi debeant, illis primò inuoluenda sunt. Ordiantur autem ab ea parte, qua fractura est, primòq; ibi circumeant: deinceps ad partem cruris superiorem porrigantur, quemadmodum ostensum est in alijs fracturis. Fasciæ verò latiores & longiores, ac multo plures ad crur adhibeantur, quam ad brachium. Vbi deligatum fuerit, super aliqua re plana molliq; collocandum est, ne in hoc, vel illud latus deprauetur, ne ne in anteriorem, ne ne in posteriorem partem peruertatur.*

B Euidentiſſimas causas appellauit *αποφάσεις*, quamuis causa, quas proposuit, veræ sint, neque id vocabuli ad falsas causas significandas (ut vltur pari solet) mutuatur, paulo infra etiam eodem modo ipsum accipit, quum inquit/ob has igitur euidentissimas causas, si os, quod ab exteriori parte est, confringatur, inature homo ingreditur/. Id quod de fura dixit, veram causam reddens, cur ea fracta crur celeriter moueatur: atque, ubi tibia perfringitur, longo spacio opus sit ad hoc, ut homo vti crure possit.

63 *Maximè autem pro valetudine est, cervical subijcere ex lino aut lana, quod medium in longitudinem molle sit, vel quodpiam tale.*

Crur fulciri iussit eo modo, quem posuit, cervical magis quam canalem adhibens, proximè autem subdit, cuius rei illos accuset, qui canali vtuntur.

64 *De canali, qui fracto cruri subijcitur, incertus sum quid dem consilij, subijci nec ne debeat. Prodest quidem, sed non quantum existimant, qui illum admovent: non enim quiescere cogit, ut arbitrantur. Nam neque si reliquum corpus in hanc, vel illam partem conuertatur, prohibet canal, quo minus sequatur crur, nisi ipse homo caueat. Neque item prohibet, quo minus sine corpore crur in hanc vel illam partem moueatur. Sed & subiectum lignum immite est, nisi molle aliquid in ipsum indatur: est tamen commodissimum, quando vel sterni lectum, vel desidere hominem oportet. Licet igitur, & cum canali, & sine eo curatione bene vel male admovent. Vulgè sibi per suum habent medicum culpa magis vacare, si canalem subijciat, quamquam res minus artificiosa est. Crur enim rectum prorsus iaceat, oportet, & super plana ac molli aliqua re, quum necesse sit contineri vinculum, ne peruertatur, dum membrum iacet, quocumque se vertat, & moueatur. Respondeat item, qui deligatus est, eadem, que supra posita sunt. Nam vinculum tale esse conuenit, & tumorem in extremis partibus absurgere, & eodem modo laxari, ac tertio quoque die resolui, & rursum deligari: ad hæc id, quod alligatur tenuius inueniri, tum arctius vinciri, & pluribus linteis vti, pedemq; non arctè comprehendere, nisi fractura ad genu proximè accedat. Debent etiam ossa modicè extendi ac dirigi, quotiescunq; vinculum inijcitur. Nam, si curatio idonea fuerit & tumor ut conuenit, procedat, alligata sedes tenuior est, atq; gracilior, & ossa facilius tractantur, & ducentibus magis parent. Septimo autem vel nono die ad seruatis veniendum est, quemadmodum dictum est in alijs fracturis.*

Et nunc etiam quosdam medicos noui, qui etiam nunc cruri vel femori affecto canalem vel glossocomum subijciunt, ubi femur quidem læsum est vniuerso cruri: sed, si quod inter genu & pedem est, lædatur, non nulli vniuerso cruri lignum subijciunt, non nulli eam partem duntaxat glossocomo fulciunt, lædunt, qui vna femur etiam comprehendunt, sed minus quam alij. Noxas docuit Hippocrates sic aperire, ut mea explanatione non egeant: verum, si quid iudicauero in verbis eius fore cuiuspiam obsecrum, illud explicabo, atque ante omnia, quid inter canalem & glossocomum interlit. Glossocomum ab atticis appellatur arcula illa, in qua seruare homines solent eas res, quas in precio habent, & scripta, quæ recondi volunt: qua non nulli ad itinera vtuntur. At nihil refert, siue glossocomum, siue glossocomum nominetur, sicut neque siue per duplex te siue per duplex II. Constat autem glossocomum, quod cruri subijciendum est, longius esse debere, & angustius, quam quæ in vsu sunt. eius enim latitudo parum excedere debet cruris latitudinem, seu crassitudinem, seu quomodocumque libeat appellare: ut lana vndique adiecta bene crur firmetur, sic ut loci angustia, etiam si æger velit, crur moueri non patitur. sed, ne in dextram partem vel sinistram moueatur, potest imposita lana efficere: at, quo minus in superiorem vel inferiorem feratur aut exciteatur, prohibere non potest. Quocirca Hippocrati huiusmodi ligni vsus non placet, quoniam præter cætera incōmoda durum est, nam immite, quod ipse dixit *ἀπὸ στερεού*, durum significat, & insuaue, quod nihil cedat, quemadmodum cervical, & ille puluinus, qui cum crur

iusio inter se non leditur. Nam ossa haec, quae per vim diducta sunt, si sic recedentia inter se vinciantur, non sicut po- terunt, ita diducta, vinculis contineri, quoniam celerrime concurrant, quam primum, quae exte- dit, ex opere se receperint.

Quia maximi sunt musculi, qui femur circundant, non immerito veretur, ne (quod saepe conti- git) non satis membrum extendatur. Ergo, ut audacter extendamus, intentio (ait) iusto valentior non laedit: fieri enim in hac parte potest, quod suspectum esset in alijs. At quid hoc est: ut deinceps os fractum, dum ipsius partes, quae pertractantur, inter se recedunt: quas non secus, atque ubi membrum naturaliter se habet, coire oportebat nullo relicto inani spacio, in quo ex contracta sanie periculum sit, ne os corrumpatur. Si quando enim fracti ossis partes, quum vehementius intentae fuerint, diduc- tae vinciantur, non poterunt post iniectum vinculum, ut in ceteris locis contineri, in quibus circum actae fasciae musculos immobiles seruant. quod in femore monet pertimescendum non esse ob ma- gnitudinem musculorum, quum hos vinculum non superet, sed cedat. quam rem propterea dixit, quod proprietas est, vinculi quidem femur tueri, quomodo deligatum accepit: musculi vero ad suum initium concurrere. Quum contraria igitur sit proprietas utriusque, si vinculum superet, natu- ralis musculorum motus cedit, quum fracti ossis partes diductae contineantur: sed, si musculorum motus vinculo validior fuerit, ipsi ad initium contrahentur, atque vna trahent, & ad superiora ad- ducent comminuti ossis partem inferiorem.

68 Crassa enim ac robusta caro vinculum superabit, at non superabitur. Id ergo, quo de agitur, extendi va- lenter oportet, sicque, ut in neutram partem conuertatur, ne ut minor vis, quam ipsum exigat, adhibeatur: quum turpe magnopere sit, atque incommodum, femur breuius reddere. Brachium namque, si breuius fiat, ce- lari poterit, neque, noxa magna erit: cruris si breuius reddatur, hominem claudum demonstrabit: ab integro enim, quod longius erit prodetur, adeo, ut illi, qui male curandus sit, satius fuerit utrunque cruris frangi, quam aliter, eaque enim in utranque partem inclinaretur. Vbi vero extensum sit abunde, prominentio- ribus palmarum partibus, eodem modo, quo supra positum est, dirigatur, ac deligetur: fasciisque, caput in iuncta- tur, ut ante indicauimus, ipsaque, sursum versus porrigatur: tum itidem respondeat, ut in superioribus: pra- terea, & magis urgeatur, & laxius vinculum sentiat in partibus, quae supra posita sunt: ad haec similiter resoluatur, ac rursus deligetur: ferulaque, eodem modo superaccommodentur. Conseruet autem femur quinquaginta diebus.

Hippocrates vlitato vocabulo carnem appellauit, quos in superioribus musculos diximus, nam quaecumque caro sentit, musculi pars est, atque haec in medijs musculis potissimum se ostendit, quum in ex- tremitatibus musculi nervosi magis quodammodo sint, minusque carnis habeant.

69 Illud etiam scire licet, quod femur ab interiori parte gibbum est magis quam ab exteriori, & a priori magis quam a posteriori. In hac igitur parte conuertitur, ubi non recte curatur. Quin & in his partibus minus carnosum est, quam in alijs: ut quando perueritur, latere minimè possit. Ergo, si quid eiusmodi sus- pectum sit, tale quicquam moliri oportet, quale traditum est ad humerum peruersum.

Gibbum dixit, γαυσος, at quod haec vox gibbum significet, res ipsa declarat, si quidem femur non omnino rectum est, sed a priori atque exteriori parte gibbum, sicut a contrarijs simum. Vtrum vero vox γαυσος, postrema syllaba acui, an penultima circumflecti debeat, incertum est, non enim frequen- ti in vsu est apud graecos id verbi. quidam a similitudine ducti penultimam circumflecti volunt, quemadmodum καυσος, μαυεος, γαυεος: quibusdam vero magis placet vltimam syllabam acutam esse, quoniam omnia nomina duarum syllabarum, quae affectum significant, acuto sunt accentu in vltima, χαλδος, λαρδος, στραβδος, κυρδος, βλεσδος, ραυβος: nec solum, quae duabus syllabis constant, sed ferè quaecumque affectum notant, αρθειτικός, πλεθειτικός, ήπατικός. Concedito igitur, utro quis ve- lit modo pronunciare. At γαυσος, efferenti tibi vltima acuta (cos enim, qui librum legunt ire in hac H sententiam tantum compari) si quispiam aduersetur, existimans debere penultimam circumflecti, tu quoque, utcumque illi placet, pronunciat. Quod si alium rursus nactus fueris, qui malit vltimam acui, tu itidem facito, nomina, atque accentus parui pendens, utpote, quae nihil ad philosophiam con- ferant, & multo minus ad geometriam, arithmetice, musicen, astronomiam. Quare, si nulli arti ad suum finem importuna contemnendaque nominum inquisitione opus est, non modo horum homi- num non probare studium conuenit, sed quam maxime deridere.

70 Circundare autem aliquot lintea oportet, eaque, in orbem circa coxam & ilia: ut inguina etiam, & quod inter anum & naturale est (πληχάδα graeci vocant) inuoluantur. Quod & ob aliam causam utile est, & ne extrema ferula nudam partem offendant.

Coxa, id est os illud, in quod se inserit femoris caput, ισχίον graecè nuncupatur, sicut & ipsius ca- uum κοτύλη. utroque nomine vitur poeta in hoc carmine.

Ενθα τε μικρός Ισχίον ενσφραται κοτύλην δε τε μένυ καλέουσι.

Ilia

A Ilia dixit ἰχίον, quae non nulli accipiunt pro ilium ossibus, non nulli pro parte, quae super ipsa est, quae λαπάρα proprie vocatur: quod verbum apud poeram reperitur in eo carmine,


-δύτα κατὰ λαπάραν.

Equidem de vocabulo λαπάρα dicere possem, adductus experimento, & Hippocratis ac poe- tae vsu, tum ipso morbo, eam significare partem, quae inter ossa pectoris, & quae proprie appellan- tur ossa ilium, est interiecta: de quo suo loco agemus. Quae autem partes ἰχίον nominentur, non est quod multis agam: ob id enim, quod poeta numero singulari ἰχίον scripsit in illo carmine,

-πρὸς ἰχίον

Βάλλετ' ἰχίον ἐκατόν θυσάνοις ἀεραῖαν.

tum ob id, quod credibilis est zonam dari inter ilia & thoracis ossa, existimet aliquis hanc ipsam partem corporis ἰχίον appellari. Contra vero ex eo, quod Hippocrates multitudinis numero ἰχίον dixit, quod quae ad ilium ossa voluit vinculum pertinere, iure arbitrabitur aliquis ἰχίον hac ipsa nuncupari.



Deligatio circa femur, inguina, coxam, ilio- rum os, & ilia.

Quod ad hunc locum attinet, quando superior femoris pars comminuitur, fascia non solum vsque ad inguina ferri debet, sed vltra aliquam ex superioribus partibus comprehendere. tales sunt, primum coxa, deinde ossa ilium, postremo ea pars quae sine osse est (λαπάρα vocant) quam, ubi vis, completi licet, dum ilium ossa etiam deinxeris: quibus omissis, fasciam protinus ad hanc sedem, porrigendam esse minimè puto, quum Hippocrates maxime fecerit, nullum relinqui locum nudum, sed eaque perpetua, donec ex integra parte comprehensum ali- quid esse videatur, omnia fasciis alligari. Πληχάδα quidam per χ scribunt: quidam per γ, πληχάδα. eo vocabulo signifi- ficatur, quod inter utrunque cruris spacium est. vnde Hippocra- tes diuaticari vocat ἐμπροσθεν αὐτῶν καὶ ὑποπλάγιον. Nam & poeta τοῖδ' ἐμπροσθεν τῶν ποδῶν, dixit, significare volens /diuaticabant pedibus/.

71 A qua semper utrinque satis recedere debent. Semper autem cautio sit, ne imponantur super ossa in articulis naturaliter prominentia, neque in articularum vicinia super nervum.

Solet Hippocrates, ubi de vna specie pertractat, complura docere ex ijs, quae communia sunt ac generalia, monens ea non esse propria vnius speciei, sed ad omnes, vel multas, vel aliquot pertinere. Adicit autem orationi modum particulam/semper/ ut in propositis verbis: modum, quod intellexis- se pertinet ad multa loca, (interdum). Hoc ad omnia vtile est: est enim re vera, quod nunc ab ipso proponitur, semper commodissimum, non in femore duntaxat, sed in vniuersum in omnibus fra- cturis, quae ferulas possulant. breuius enim sint oportet, quam ut ad eam sedem perueniant, quae fascia non excipitur: quod potissimum obseruandum ait, ubi ferularum extremitates proximè sunt ossium tuberculis.

72 Tumores vero iuxta poplitum vel pedem, aut alibi, sub constringentibus vinculis assurgentes, multa lana succida curentur, bene carpta, & vino & oleo respersa: tum cerato inuncti deligentur: atque, ubi fe- rule urgeant, citius laxentur. Extenuarentur autem tumores, si sursum versus ad ferulas tenues susci- te uincirentur, quae ab imis partibus orsa ad superiores intenderent.

Tumores (inquit) sub constringentibus vinculis assurgentes (quos εἰσπνευμένους dixit) pro- pterea, quod succi expressi magno impetu ferantur, curari debent alligando multum lanæ succi- dae bene carptae, item vino atque oleo respersae: cutem vero, cui haec superimponuntur, iubet cera- to inungi, atque ad eandem rationem vinculum adhiberi a tumoribus sursum procedens. Fasciandi ratione ipse aperuit, docens a qua parte quis inceperit deuincire, ab eadem transmitti materiam, atque depelli. At de facultate medicamentorum, quibus vitur, abundè dictum est in operibus, quae de illis sunt: dicentur & nunc capita eorum, quae in illis fuerunt ostensa. Ergo oleum dolorem leuat, & di- scutiendi vim habet. Vinum siccare potest, repellere, & concoquere, item mollire & digerere. Con- stat autem lanam succidam (quam non nulli οἰσπηθῆν vocant) & ceratum praeter leniendi vim, digerendo quoque esse & repellendo. Non sine ratione igitur ab eiusmodi medicamentis praesidium petijt. quoniam vero tumor sit iusto maior ab ijs, quae sub vinculis eo exprimentur, curatio pri- mum dirigi debet ad id exhauriendum, quod in tumida parte praeter naturam subsistit. At, quum multa sint, quae hoc efficiunt, quibus nam vitur: digerentibus, repellentibus, lenientibus: di- gerentibus quidem ac reprimentibus, quoniam aperte exhauriunt: at lenientibus eo nomine, quod prohibent, ne materia praedolore ad vitiatam sedem concitetur: atque ob hanc causam lenius di- gerentia, ac reprimentia ad inflammata partem admouemus: nam, quae horum utrunque fortiter praestant,

præstant, dolo rem iritant. His ratiocinationibus ductus Hippocrates, lana succida vsus, hoc est, æsy E po redundante, curationi adicit oleum vinum ac ceratum: lanamq; ipsam bene carptam esse vult, quo lentior sit, & dolorem leuet. quæ elota quidem est, carpta facile mollitur: at succida ob sordem non facile tractatur, carpiturq; eoque fit, vt negligenter carpta, dura dolenti parti inhæreat, quod Hippocrates, quum aliquando neglectum animaduerneret, addidit/bene carpta/. lam verò copiosè ipsam adhibet, vt vino atq; oleo madens conseruetur, quum facile siccescat, quæ exigua imponitur. Ad primū etiam consilium pertinet ratio vincendi tumoris, quæ ex tumidis partibus (vt dictum est) ad superiora succos expellit.

73 *Hac siquidem via tumor celerrimè extenuaretur.*

Diceret extenuari membrum, non tumorem, qui propriè loqueretur. dāda siquidem opera est, vt tu mor ex toto euanescat, maiores tamen complura sic loquuntur, præsertim, qui eloquentissimi sunt, con tempta, quam iuniores excolunt, curiosa nominum inquisitione, non exquilita diligentia, vt ipsi nuncupant, qui in ea versantur. Sed digni vtiq; essent, quos laudaremus, si hac vel exquilita, vel propria (vt cunq; ipsi nominent) verborum inquisitione, rem clariùs aperirent, q̄ Hippocrates: sin ob scura atq; humilis est eorum oratio, præstat maiorum æmulari negligentiam. F

74 *Et ad priorem iuncturam superferretur. Ad quem deligandi modum veniendum non est, nisi tumor aut pustulis, aut nigritie periclitetur. Sed nihil tale sequitur, nisi quis fracturam vehementer adstrinxerit, aut si fuerit dependere, aut manu scalpserit, aut aliquid cutem attigerit, quod ipsam irritauerit.*

Vna quidem hæc scriptura est, & ad priorem iuncturam superferretur, putant tamen expresso tumore alij materiam depelli super iuncturam, alij ad loca, quæ iuxta sunt: quorum controuersiam diiudicare facile est, si ante vincendi ratio constituat. Vbi enim ferulis relaxatis, tumida pars (vt supra ostensum est) alligetur, aliquid sanguinis ad loca, quæ iuxta iuncturam sunt, depelletur: sed, si ferulis summotis, atq; omni vinculo penitus resoluto, de integro vinciamus, simul & eam iuncturam adhibentes, quæ fracturis accomodatur, & eam, quæ à tumore incipit, succus hac via expressus vltra partem priùs deligatam ad superiora transferetur.

75 *Si quis femori canalem subiiciat breuiorem, quam vt vltra poplitem pertineat, noxam magis quam opem afferet: quandoquidem prohibere non poterit, quin corpore aut crure moto, femur quoque moueatur. Popliti item infestissimus erit, ubi adhibeatur, cogetq; id fieri, quod minime est opus: minime namque opus est curuari genu, omnia enim deuincti cruris ac femoris vincula necessario mouerentur, si quis genu curuaret: neque fieri posset, quin musculi alio atque alio modo figurarentur, comminutaq; ossa dimouerentur. In primis igitur danda opera est, vt extendatur poples. Videtur autem femur in eum canalem utiliter comitti, qui à coxâ ad pedem est.*

A tumoribus ad canalem aggressus est, quem euidenter exposuit, mox autem adscribet canalem vel δαμπερῆν, hoc est, qui totum crus excipiat, vel nullo modo subiiciendum esse. Glossocomuni verò machinamentum diximus rectè fuisse à iunioribus repertum.

76 *Detur item fascia lenta iuxta poplitem cum canali, quo modo & infantes inuoluuntur in cunis: sic n. ubi femur in superiorem partem, sine in latus vertatur, cum canali alligatum melius continebitur. Canalis igitur, vel totum excipere crus debet, vel nullo modo adhiberi.*

Quod inquit, cum canali/duobus modis exponitur, non nulli existimant canalem extrinsecus fasciam circundandum, ita, vt hæc sit Hippocratis sententia: Fasciam dare laxam conuenit, quæ vtrunq; complectatur, & hominis poplitem, & canalem qui ipsum excipit, id est, vt ipse poples non feorsum, sed vnâ cum canali comprehendatur. Alij circumligandum esse poplitem intelligunt, vt crus immobile cum canali contineatur, hoc est, subiecto etiam nunc canali: quum neque vinculum per se possit satis fideliter continere, neque canalis, sed ambo simul.

77 *Item maxime videndum est, vt in fractura iam femoris, q̄ cruris, quantum potest, imus calx optime contineatur: nam, si dependente pede crus reliquū fulciatur, necesse est ossa gibba in priori parte cruris conspici: si calx iusto sublimior collocetur, reliquo crure leniter suspensio, os in priori parte cruris iusto magis firmè necessario se ostendet, idq; adeo, si calx hominis naturaliter est grandior. Ad hæc oia ossa tardius conseruent, ubi nō figurantur naturaliter, neq; in eodē habitu detinentur: p̄tereà callus infirmior circūdat.*

In superioribus, vbi de cubito mitella suspendendo pertractauit, diximus à quibusdam scribi /brachium suspensum/dempta particula/non: à quibusdam ea adiecta/brachium non suspensum: & illos quidem intelligere suspensum brachium, quod non inhæret, neq; subiecta alicui rei insidet, hos verò id, quod fideliter sustinetur. De crure autem, quod fulciatur, ἰσχυρισμὸν dixit, ducto vocabulo à fulcris, quæ dicuntur græcè ἰσχυρά, quorum meminit poeta in eo carmine, ἰσχυρῶν ἰσχυρά τῶν. Sic igitur accipitur vocabulum ἰσχυρισμὸν.

Galenus

GALENI IN HIPPOCRATEM DE FRACTURIS COMMENTARIUS TERTIUS

Vido Vido Florentino interprete.

ARGUMENTVM LIBRI

Curationem earum Fracturarum, in quibus ossa denudata sunt, aut partes exulceratae, noxarumque gibbi cubiti & genu, absoluit.



Niterueniunt hæc, quibus os quidem fractum est, at non excidit, nec alioquin vulnus accessit.

Hactenus simplices fracturas proposuit, in quibus neq; os cute excidit, sic, vt nudum se ostendat, neq; vilo modo vulnus accessit. Constat autem ossa nec excidere, nec nudari, nisi cutis & superiecti musculi secentur: fieri tamen vulcus potest, etiam si nihil ex comminutis ossibus detegatur. Transit ergo iam atq; aggreditur ad fracturas, quibus carnis quoque vulnus accessit, siue id solum sit, siue præter id, os etiam nudetur.

2 *Quibus sine fragmentis ossa simplici modo comminuta, eodem die vel certè posteriori reposita sunt, atque in suam sedem restituta, nec restit alicuius expectatio est, que ab osse abscedat: aut quibus vulnus quidem est, sed abrupta ossa non excidunt, neq; fractura talis est, vt metuendum sit, ne ressa que epiam ab osse abscedat: his omnibus aptissima deligandi ratio est, quæ simplici fractura accommodatur.*

Fractura, vbi vulnus quoq; adicitur, duplicem curationem docet, alteram quatenus aliquid fracti ossis nudatur, vel testa vrget, quæ à contrito osse diducta est: alteram, quum nihil tale est, sed extra facturam, quæ rectè composita est, vno vulnere sollicitamur. Nā, si nudum os cute excidit, quod protinus bene compositum fuerit & restitutum, mutandum esse superius genus curationis non censet. Verum alia requiritur curatio, vbi vulneri adiecta fractura os excedens restitutum est, neque suspicio est, ne aliqua testa à perfracto osse resoluatur: alia, vbi os tegitur, cure, sed expectatur testa, quæ resoluta procedente tempore à natura per vulnus expellatur. In priori casu vtitur iunctura, quam posuit conuenire, vbi os integra cute perumpitur: in altero variam curationem adscribit, vt mox euidenter ostendet: satis enim est ipsum audire.

3 *Non nulli (atq; hi non admodum proficiunt, aut obsunt) vlcerebus imponunt aliquod ex purgantibus medicamentis, vt ceratum, quod picem habet: vel quodpiam ex iis, quæ cruentis vulneribus iniiciuntur: vel quoduis aliud, quod componere soleant. Illos autem laudo, qui pannos superdantes vino madefactos, aut laenam succidam vel eius generis aliquid deuinciunt: vbi verò ulcera pura sunt, & iam glutinantur, tunc lintea complura adhibent, & per ferulas dirigunt. Hæc ratio curandi aliquid confert, neq; multum lædit: ossa tamen in suum locum non similiter reponuntur, sed hac via sunt aliquanto tumidiora, quam par sit.*

Retuli ad eas fracturas, quibus carnis quoque vulnus adicitur, curationem duplicem ab Hippocrate admoueri. Nunc orsus ab ea, quam primo loco posui, eos primū reprehendit, qui malè vlcere illi medentur, in quo, quum fractum os bene compositum est, nihil aliud, quam ipsum restat, neque vlla suspicio est, ne fragmentum ab osse resoluatur. Quidam (inquit) medici eos, qui lic affecti sunt, inter initia curant, perinde, ac si vlcere solo detinerentur: vbi hoc moderate habet, tunc ea vincendi ratione vtuntur, quæ ad fracturas pertinet. Caput igitur propositorum verborum huiusmodi est. multus autem est in eorum curatione narranda, qua non nulli vtuntur, eo quod singula persequatur. Equidem scripti eos ita curare, sicut, si citra fracturam vulneri mederentur: at ipse, quibus etiam medicamentis vtentur, exposuit, facta mentione cerati, quod picem accipit, tum medicamentorum, & quæ protinus cruentis vulneribus iniiciuntur, & quæ purgandi vim habent, item panni vino madentis. Rectè autem medicamenta, quæ cruentis vulneribus iniiciuntur, ἰσχυρά vocat, namque etiam nunc apud medicos id vocabuli est vsitatum, quo ea medicamenta nuncupare solent, quæ vulneribus superdantur, vt primū illata sunt, & non dum ex toto sicca, sed adhuc cruenta, hoc est, cum cruor (græcè αἷμα dicitur) ex cute ipsa vulnerata, seu etiam ex carne, in roris speciem destillat, purgans verò medicamentum est, quod modicè siccat (quam rem demonstratū est caput esse in vlcere curatione) ac detergendi facultatem habet, qua vlcera pura reddit. Huius generis sunt mixturæ, quæ ex æruginis & squama componuntur, quarū duplex ratio est, siquidem ærugo ab alijs coquitur, ab alijs adicitur cruda: quæ crudam accipiunt, virides dicuntur, quæ

quæ coctam ruffat, à colore, qui in vtrifq; se ostendit. Igitur hæc medicamenta purgare vlcera pos-
sunt, quum mediocrem habeant detergendi facultatē. huiusmodi esse, quæ sordē ab vlceribus de-
trahunt, sicut contrā, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, carere detergendi facultate, in-
dicauimus, variè autem miscentur sicuti priora. At, quæ admodum in illis exempli gratia, aeris eru-
ginem attuli & squamā, potui & alia similia eadem ratione proponere. nūc autem abunde sit illud
indicasse, quod *ἄσπυρα* vocata, quibus abest detergendi facultas, sunt, quæ ex bitumine cōponuntur.
Horum exempli gratia mentionem faciā, quum omnia quæ id præstant, in opere de medicamentis
fuerint explanata. Ceratum autem, quod picem habet, inter oēs ferè conuenit, lenire dolorē, & pus
mouere, tunc verò confert, quum vlceris iam inflammatione teneretur: alioquin ipsum nemo impone-
ret, quum neq; detergere sordem possit, neq; vlceris glutinare, aut ad cicatricem perducere. At pan-
ni vino madentes ob vinum ipsum repellunt, dantur. n. ad continendum ab iis, qui hoc modo me-
dentur, qui adhibere volunt vlceris causa eas fascias, quibus antè iniectis aliæ superdant. Quæ autē
scire oporteat eū, qui rectè vlcera curaturus sit, posita à nobis sunt, quo ordine singula requirebant,
in tertio & quarto libro de ratione curandi, atq; etiā abunde in expositione libri de vlceribus, quod
ad hunc locum pertinet, satis est hæc retulisse, nam de curatione propolitorū affectuum rursus tra-
ctandum nobis erit, quum Hippocrates illam exequetur: nūc meminit aliorum medicorum, quos
ait, non similiter grauē noxam afferre, atq; illos, quorū mentionem facit. Quid igitur est, quod er-
rant? siquidem, quum primum id cognitum fuerit, constabit etiam iure ab Hippocrate scribi illos
non admodū proficere, aut obesse, qui vlceri non malè prouident, sed fracturā in initio negligunt, ido-
neum vinculum postea superdantes, quod proditū est ab initio cōuenire: quamobrem (inquit) ossa
fiunt tumidiora. Satis igitur est per omne tempus curationis cōprimi hæc, atq; adstringi, quod p̄si
dij ad non paucos dies initio prætermittunt: asserit. n. vbi iam futurum est, vt vlceris glutinentur,
tunc, qui sic medentur, incipere deligare eo modo, quo fracturæ conuenit. Cōstat autem vlcera sup-
purare, deinde purgari, prius q̄ glutinanda sunt, quod triduo fieri nequit, aut quatruiduo.

4 Quibus tam cruris, quam brachij vtraque ossa fuerint comminuta, breuiora etiam sunt.

Breuitatis Hippocratis proprium est id, quod in proposito sermone desideratur, apertè ex eo,
quod subiicitur, indicare: quam rem nunc fecisse perspicuū est: præfatus. n. eorum, qui superiori ra-
tione curantur, ossa reddi tumidiora, non definiuit, omnium ne, an aliquorum: at nunc ex propo-
sitis verbis euidenter colligit, non omnium, sed eorum duntaxat, quibus alterum fractum est, quum
partes, quæ iuxta fracturam sunt, minimè ipsum contineant, vt, quæ per omne tempus curationis,
nec adstrictæ fuerint, nec coarctatæ. Membri tamen breuius non redditur, quandoquidē alterum
os integrum manet, quo naturalis longitudo seruatur. Sed, vbi vtrinq; comminuitur, musculi (vt
antè exposuimus) contracti, ad superiores partes vitata quoq; ossa cōtrahunt, quamobrem extendi
ea iubet, antequā componantur. Sed, quia sine cōuenienti iunctura cōposita ossa nequeunt cōtine-
ri, ea de causa, donec increseat callus, curiosè deligat. Quam rem qui negligunt, & vlceris curationi
insistunt, non solū tumidū magis q̄ naturaliter cōueniat, mēbrū reddūt, sed breuius etiā efficiunt.

5 Rursus alij reperuntur, qui lintea in eiusmodi casibus à principio protinus circumdantes vtrinque de-
nunciant: vlceris vero ipsum relinquunt, & nudum esse patiuntur: deinde super ipsum imponunt aliquid
ex purgantibus medicamentis: tum pannis ex vino madentibus ac lana succida medentur. Hæc quidem
curatio aliena est: qua qui & in his fracturis, & in alijs vtuntur, longè aberrare verisimile est. Maximè
enim ad rem pertinet nosse, quo pacto iniici primò linteam debeat, & quā valentissimè coarctari: item
quid conferat, qua potissimum parte conuenit, cum fascia caput superdare, tum adstringere: quid hinc sequa-
tur incommodi, si alia parte, atque opus est, ossa fascia fuerit, nec quā maximè expedit, sed hinc vel hinc
fuerit arctata. Vtrinque vinculi effectum in superioribus demonstrauimus, cuius testimonium est ipsa
medicina. Illi enim, qui sic deligatus fuerit, necesse est vlceris in tumorem assurgere.

Eorum nunc meminit, qui summopere lædunt, & quæ ab his admoueantur, planè docet: tum
errores ipsorum apertè redarguit, sic, vt mea expositionis non egeant, qui in iis, quæ ab ipso afferun-
tur, laborare non reculent.

6 Nam, si carnosā pars, quæ sana est, hinc atq; hinc vinciat, mediā non comprehensa, ea pars, quæ reli-
ctā sine vinculo fuerit, maximè turgebit, minus q̄, erit sui coloris. Quo pacto igitur vlceris hæc effugiet?

Hippocrates quamlibet carnosam partem appellat *χρῶτα*, vt supra quoque indicauimus. Nūc
illud animaduertendum est, quod qui rationalem medicinam profitetur, vbi prælidium idoneum
esse comperit, non expectat longum vsum, putant autem, vbi vlceris sine vinculo dimittentes, vtrin-
que fasciam circumagunt, excitari inflammationem, & vlceris malè affici ex mala conditione affe-
ctus, at non ex ea, quam adhibent, curatione: cuius primus auctor se ipsum falsa ratione decepit:
successores verò vilitatē hanc curationem edocti seruarunt, eò quod mutare non auderent,
ex quo magnum malum sequitur. Id illis meritò euenit, qui artes vsu sine ratione pertractant:

vna

A vna enim ratio est, qua fretus aliquis, rei natura demonstrante mutare tentat, quæ malè fuerant lon-
go vsu recepta. Quæ ergo ratione motus Hippocrates ipsorum curationem mutauit: non hercle
probabili assumptione, aut aliena, sed quæ scientiam faceret, ac necessaria esset. Quod si corporibus
benè valentibus, sub ea vincendi ratione materia vtrinque in medium spacium inter partes deuin-
ctas expressa, inflammationem excitat, quum non longè magis id faciet ægrotantibus:

7 Igitur necesse est, decoloratur vlceris, & materia ad ipsum exprimat, tum lachrymet, ac minimè sup-
puret: ossa vero, & quæ abscissura non essent, abscidant.

Quæ accidunt, vbi malè vlceris deuincitur, hoc loco declarauit. Cuncta autem ab inflammationis
magnitudine proficiuntur: quandoquidem ob hanc vlceris labra in exteriora vertuntur, perinde
atq; ea, quæ propriè oris labra nominantur, vbi inflammatione vexentur. Totus autem locus mali
coloris non iniuria conspicitur, quod & ipsum constat ex immodica inflammatione protrahere. De
stilla verò ab vlcere tenuis, & cruda sanies, similiter ac lachrymæ ab oculis inflammati. inde trans-
latione vsus, dixit lachrymare vlceris, vbi sic afficitur. Præterea succi, qui inflammationem excitant,
crudi permanent, dum ea vinculi ratio admouet. Sed & ossa necesse est procedente tēpore vitari.

B his. n. crudorum succorum abūdantia madefactis mirum non est, si qua particula abscedat, vbi qui
sic medetur, ab alieno vinculo non delittat. Singula, quæ in vniuerso sermone restant, euidentissima
sient, si quis (vt diximus) animum adiungat: tum in memoria habeat, quæ supra ostensa sunt, eò. n.
hæc omnia pertinent, & (quemadmodum ipse Hippocrates admonet) his illa confirmantur.

8 Vlceris item pulsu affligetur, atque igneum erit, tumor item coget cataplasmata superdari: quod incom-
modum similiter asserunt, qui vtrinque deligant, quum præter alium pulsum, inutile quoq; onus adiciant.
Fascias tandem solunt, vbi vlceris recrudescere conspiciunt, & reliquo tempore sine iunctura medentur.
Nec secus curant quoq; si aliud vulnus nacti sint. siquidem hæc euenire minimè censent, eò quod hinc
atque hinc deligauerint, & nudum vulnus reliquerint, sed aliquod aliud infortunium causantur. Quod
si hanc deligandi viam, penitus alienam esse, frequentari verò à compluribus, tum maximè ad rem per-
tinere eam dediscere, aperit non cognouissem, non iam multa scripsissem. Adde, quod hæc testantur, quæ
supra exposita sunt, maximè an minimè adstringendum sit, rectè fuisse tradita. Oportet autem (vt sum-
matim dicam) vbi nullum expectatur os, quod recessurum sit, similiter curare, atque vbi sine vlcere fra-
ctura est. extenderenda enim equè ossa sunt, ac dirigenda, & eodem modo vincienda. Ad hæc vlceris cera-
to, quod picem habeat, inungendum, tenui tunc panno duplici contegendum, proximæq; partes albo cerato il-
linenda: fascia verò, cateraq; scienda paulo latiora, quam si vlceris non esset: & qua parte primū dan-
tur, latiora multo danda, quam vlceris, quum, quæ angustiora sunt, instar zone ipsum cingant, quod mini-
mè expedit. primus enim circuitus totum vlceris complecti debet.

Indicauit paulo supra sub hac vincendi ratione, tumorem exprimi ad ipsa vlcera, tumorem ve-
rò *διδος* nuncupat, sic, vt sermo talis sit. Sanguis, qui sub aliena vincendi ratione vtrinque ad ipsum
vlceris exprimitur, tumorem facit præter naturam, huncq; & *διδος* & *οιδημα* solitus est appellare.
Tumori autem, quum pulsus accedit atq; ardor, inflammationem perficit, quæ propriè *φλεγμονή*
superius appellata est: quod vocabulum non sic accipiebatur apud veteres, eo siquidem notabant
omnem ardorem, quemadmodum sæpenuerò declarauimus: ab Erasistrati verò sæculo consue-
uit vsurpari ad illos tumores significandos, quibus nō modò ardor accedit, sed renixus etiam & pul-
sus, necessarioq; rubent. ruborem efficit ingens ardor: renixus & pulsus à multitudine oritur. Pote-
rat Hippocrates igneum vlceris dicere *πυρετώδες*, quali febricitans: dixit autem *πυρετώδες*, sumpto
vocabulo ab igne, quem greci *πῦρ* vocant, quo ardorem (vt mea fert opinio) nobis reduceret in me-
dioriam: quoniam & febris, quæ *πυρετός* græcè nuncupatur, ab eodem vocabulo ducitur, quum
nihil aliud sit febris natura, quam igneus calor.

9 Feratur item fascia præter vlceris ad partes etiam, quæ supra sunt, atque infra.

Veteres quum superiorem atque inferiorem partem significare volunt, raro *ἑνθεν καὶ ἑνθεν* scri-
bunt. his enim vocabulis plerumq; exprimunt partes vtrinque à lateribus sitas: Hippocrates tamen
hic antiquam exponendi figuram vsurpauit.

10 Ergo caput fasciæ iniiciatur à regione vlceris, & laxius paulo attrahatur, q̄ si fractura esset citra vlceris.
Circuagatur autem eo modo, quo supra positum est: sint q̄ fasciæ molliores semper, q̄ si integra cute os esse
abruptum: neq; pauciores, quam prius diximus, sed aliquanto plures: homini verò, quum inuolutus fue-
rit, videantur aptissime inherentes, non tamen adstrictæ, asserat q̄ super plagam maximè inherere: tum
eodem tempore, quo supra indicauimus, ipsas, & benè insidentes, & laxiores sentiat: deinde tertio quo-
que die soluantur, et rursus alligentur. In ceteris similiter agendum, vt in superioribus: hic tantum latius,
q̄ ibi coarctentur. Quod si siant, quæ rationi consentanea sunt, locus in quo plaga est, & reliqua etiam sub
vinculo

vincula comprehensa semper graciliora se ostendent: iam verò & pus ocyus orietur, quàm si alia curatio E admoueat. Caruncula præterea, quæ in ulcere nigrescunt & emoriuntur, celerius sub curatione hac resoluuntur & recedunt, quàm sub alia: atque vlcus celerius cicatricem recipiet, si hac via, quàm si alio modo curetur. Cuncta hæc propterea fiunt, quòd & locus exulceratus, & quæ iuxta sunt, extenuentur.

I^o & n^o semper intelligit Hippocrates e regione/modò in longitudinem corporis, modò in latitudinem: veluti nunc, quum voluit primæ fasciæ caput dari super dextram vel sinistram vlcis partem, dein super ipsum vlcus inuolui, sic, vt vnuersum complectatur, neque vllam partem nudam relinquat.

- 11 *Reliqua curatio esse debet, perinde ac si ossa citra plagam perfringantur, nisi quòd ferula non sunt imponenda. Quamobrem pluribus fascijs hæc opus est, quàm alibi, quum & minus adstringendum sit, & ferula tardius circumdanda.*

Interdicit, ne ferula imponantur, vbi fractio ossi vlcus accessit, veritus ne comprimant: atque ob eam rem præcipit, ne arctius super has fasciæ deligentur, sed vtraque de causa plures imponantur. Memento autem ipsum imperasse, vt plures iniicerentur, propterea, quòd & minus coarctantur, & ad ferulas tardius veniunt.

- 12 *Tamen, si ferula superaccommodentur, e regione vlcis minimè circumponantur: deturq; opera, vt laxiores sint, ne vehementer adstrictæ premant, quam rem in superioribus quoq; proposuimus. Tenuiori autem cibo diutius contenti sint, quibus à principio carnis quoq; vlcus accessit, vel ossa cute exciderunt, et (vt vna cõplexione complectar) grauisimè fractura rationem vlcis tenuior em amant, & diuturniorè.*

E regione nunc intelligit in longitudinem, in hanc siquidem ferula imponuntur. Suprà loquitur se, vt, qui ferulas summoiebat: nunc, vt is, qui non nunquam ipsas accipit. Inquit tamen, si ferula superaccommodentur. Quid ipse in eiusmodi casibus facere consueuerit, & in ipso crure etiã, non est, quòd contendam, quum rem minimè definiuerit. Exponam tamè id, quòd facio, in illis fracturis, quibus in longitudinè mēbri, carnis quoq; vlcus accedit, ferulas vtrinque à lateribus vlcis adhibeo: sed si hoc transuersum fuerit, non patitur ferulas superdari, præsertim, vbi grandius sit.

- 13 *Eandem verò curationem requirunt vlcera, quæ non à principio fracturæ, sed, vel ob lintea nimium G arctata, vel ob impositas ferulas, aliã de causa, sub curatione postea oriuntur. Cognoscitur autem, vbi vlcus subest, ex dolore, & pulsu: item ex tumore, qui tunc extremis partibus indurescit: & si digitis presseris, exprimitur, ac rursus citò reuertitur. Igitur, si quid tale suspectum sit, soluere oportet: atque vbi, vel ea pars, cui superdantur ille fasciæ, quæ primè iniiciuntur, vel altera, quæ deinceps fuerit, pruriat, in vicem alterius cerati inungenda est eo, quòd picem habeat.*

De vlcibus nunc agit, quæ procedente tempore fractio ossi ob circumpositas ferulas superueniunt. Docet ergò, quibus de causis fiât, quibusq; indicijs cognoscantur, vbi iam orta sunt: post hæc præcipit, ne per consuetum tempus alligatas esse fascias sinamus, sed celerius subrahentes, idoneam curationem quam ipse euidenter exposuit, admoueamus.

- 14 *At si nihil eiusmodi sit, sed ipsum vlcus irritatum, nigrum valde, aut sordidum reperiatur, tum caro purulenta: futurumq; etiã sit, vt nerui excidant: hos non conuenit ex toto nudare, neq; suppurata hæc timere, sed in ceteris eadem ratione mederi, atq; vbi initio vlcus adiectum est.*

Nudare dixit ἀναλύειν, hoc est, vinculum detrahere fracturæ idoneum, vt vlcus nutriatur, non enim vult nulla re impolita, nudum prorsus ipsum relinquere, sed adiciens/non conuenit ex toto nudare/mediam curationem indicat, esset autem media huiusmodi quæpiam. Si in vulnere aliquod ex propositis signis apparet, imperat, vt quàm primum soluat iunctura fractis ossibus accommodata: & vno atq; altero die curatio, quam vlcera postulant, adhibeatur: membrumq; rursus deligetur, quemadmodum subiecta verba demonstrant.

- 15 *Tantum fasciæ laxa admodum ordiantur à tumore, qui in extremitatibus est, deinde semper sursum versus circumagantur, neque villo modo coarctentur: insideant item vlceri commodissimè, alibi verò laxius viciantur. Sint autem hæc prima lintea munda, non angusta: & eorum, quæ circumdari solent, vbi ferula imponuntur, vel numerum æquent, vel non multo pauciora sint.*

Imperat hoc loci, vt vinculum orsum à tumore, qui in extremis membris assurgit, inde ita feratur, vt nihil nudum relinquat, donec ad ipsam fracturam, qua parte exulceratio est, porrigatur: ita, vt in vnum committatur vinculum, quòd tumorem curat, & quòd fracturam deuincit: vnaq; sit vtriusq; intentio, quæ paucis circuitibus absoluat. Iubet autem fasciam commodissimè vlceri insidere, hoc est

A est laxam esse eatenus, vt nullo modo adstringatur: super ceteras verò partes, atque adeò iuxta fracturam magis edicit, vt minimè coarctetur: perpetuum enim esse voluit arctius eam partem viciari, vnde sanguis exprimi debet, monet autem, vt in extremitatibus, quæ tumida sunt, fasciæ laxius alligetur, ad id consilium dirigens, vt vinculum in vnum committatur. At non propterea caput totius curationis illi committit, non enim id est, quòd in hoc casu remedio sit fractis partibus, vbi nigra sunt, atque emoriuntur, sed tumori, de quo ad verbum scripsit/tumor extremis partibus indurescit, & si digito presseris, exprimitur, ac rursus citò reuertitur. Hæc tumoribus superueniunt, iure igitur non æquè eos negligit, atque vbi molles sunt, nec ad eosdem dirigit præcipuum totius curationis consilium.

- 16 *Vlcus abundè est pannum inducere albo cerato inunctum, siue caro, siue nervus cadere debeat: his, n. acria superdare non expedit, sed mitia, non secus, atq; adultis. Insuper tertio quoq; die soluere conuenit, ac rursus deuincire: tum ferulas vitare, & magis q; ante conuiescere, atq; abstinerere. Scire etiam oportet, vbi futurum sit, vt vel caro, vel nervus excidat, hac ratione vitium minus serpere, & celerius multo excidere, ac proximas partes fieri longè graciliores, quàm si vlcus lintis resolutis, quopiam ex medicamentis purgantibus nutriatur. Iam verò, vbi excidat, quòd purulentum est, citius caro increfcescit, & cicatrix maturius inducetur hoc pacto, q; si alio succurramus. Hæc omnia igitur eò pertinet, vt sciamus rectè & cum moderatione deligare. Eò etiam confert idoneus habitus, reliqua vlcis ratio, & fasciæ quàm aptissima.*

Declarauit ipse aduulorum exemplo, cur acriū medicamentorum vsus eiusmodi vlcibus nocet: siquidem orta sunt ex calidorum atq; acriū succorum mixtura. Cum quo simul etiam ostenditur, albo cerato acrius esse id, quòd picem habet: pix enim eo est acrior cera, quo calidior.

- 17 *At si quis deceptus recenti vulnere nullo modo existimans fore, vt os recedat, quòd recessurum sit, eam vincendi ratione adhibeat, quæ simplices fracturæ postulant, eiusmodi medicinam non debet pertimescere: quòd quidem nullum ingens malum apporabit, dum possit modò rectè & citra noxam manu deuincire.*

Timere, inquit, non oportet modum alligandi fracturæ idoneum, quamuis recessuri ossis indicia se ostendant, quæ nam illa sint, proximis verbis addices.

- 18 *Denunciat autem futurum esse, vt sub curatione hac ossa recedant, quòd pus ex vlcere amplius profuit, & videtur ad exitum festinare.*

C Vbi copiosius, q; pro vlcis modo, pus feratur, verendum est, ne subiectum os vitiatum sit: sed, si præter id videtur ad exitum festinare, quòd ὀργάνω dixit, hoc est, si festinanter à vitata parte expellatur, iam certa res est. At vnde cognoscemus membrum festinare ad expellendum? primum ex oris plaga, quæ inter se non committuntur, sed dehiscunt, & in interiora vertuntur: deinde ex hominis sensu, qui exiguum quendam motum sentire sibi in altioribus partibus videtur, vbi ceteras non sensu non animo aduertens, hanc vnam obseruet, cui hæc superueniunt.

- 19 *Resoluere igitur ac deligare frequentius oportet ob humoris abundantiam: cum alioquin febres excitentur, & vlcus cum his, quæ proxima sunt, si nimium vinculis coarctentur, emacrescant.*


Humoris abundantiam (vt solitus est) appellat ὀλκιδον, seu tenui habitu sit, seu crasso, quale nūc est pus, quòd, quando pars quæpiam ab ossè recessura est, dixit copiosius euadere.

- 20 *Ergo, vbi expectatio est tenuium partium, quæ ab ossè recedant, haud multum expedit variare: fasciæ tantum laxior circumligentur, ne pus retineatur, sed exitum facile habeat: & dum os recedat, sapius soluat, ac deligetur: ferulaq; omni modo vitentur.*

D In quibusdam exemplis simpliciter legitur variare/non adiecta particula/multum/, sed verius similis sit illam adiecti debere. nam, quum ratio fracturæ alligandæ tribus modis varia sit muteturq; non diceret simpliciter/ haud expedit variare/quandoquidem addita etiam particula/multum/dicet aliquis Hippocratem falsà prædicasse, propterea q; imperet nunc, vt fasciæ laxior inuoluatur, vt sapius resoluatur, ac deligetur, vt ferula non imponantur, & quarto (id quòd in vnuersum ab ipso præcipitur) vt fasciarum numerus augeatur, vbi vel laxius deligantur, vel ferulae omittuntur, sed, quòd feruatur, est modus ille vincendi, qui pertinet ad fracturas, cuius habita ratione dixit in curatione/haud multum expedit variare/. Fasciis enim vtendum, quæ primò iniiciuntur, quarum vna à vitata parte orsa, vbi ter fuerit super ipsam voluta, desinat in superiori parte, eòq; modo feratur, quo ante proposuit: altera item, quæ super priorem fertur, ab eadem parte incipiat, tum deorsum ducta ad superiora reuertatur, minusq; arctetur. Panni quoque extrinsecus inducendi ad eundem modum, quo in prioribus declarauit, & super hos fasciæ dandæ: quæ omnia dicit, vbi vinculum fracturæ idoneum indicauit. At, si suspicio est, ne grandior ossis testa recedat, non amplius ad quem modum fracturæ postulant, deuincit, vt proximis verbis subiicit. Iure igitur hæc scripsit/haud multum expedit variare/. Quòd si detracta particula/multum/legamus, audiemus

diemus ipsum afferentem, non mutandam esse rationem deligandi, quæ ad fracturas posita est. nihil enim mouet, quum similiter atq; in ea fasciis illis utatur, quæ primò iniiciuntur, & deligare incipiat, ac primò circumagat, posteaq; adducat, item pannos æquè iniiciat, & alliget: quod nihil aliud est, q̄ eandem rationem seruare.

21 *At quibus grandius fragmentum expectas ab offe recessurum, siue initio præferis, siue postea cognoueris, nõ amplius eadem medicina opus est, sed quod ad intendendum membrum ac dirigendum pertinet, idem fieri debet. Panni vero duplices sint, non angustiores, quam ut dodrantis dimidium æquent, qua in re contemplari quoq; vulnus cuiusmodi sit, oportet: tum, quod ad longitudinem, paulo breuiores, quam ut bis fractum membrum complectantur, multò autem longiores, quam ut semel: totiq; numero sint, quot res postulat. Tincti autem in vino nigro austero primum medij superdantur, perinde ac fasciæ, quæ a medijs orsa in utramq; partem attrahuntur: post hæc ad figuram ascie dextrum caput ad sinistram partem, sinistram ad dexteram, procedat.*



Ascia syncera inequalis.

In libro de officina medici, de circuitu fasciæ inquit /simplex orbicularis ascia. Est ascia breuis ille circuitus, qui rectus incipiens ad latus attrahitur, nõ dum tñ est bliquus: desinitq; ad similitudinẽ ascie, qua fabri utuntur, nãq; à recta linea paulum recedens curuatur, vnde nomen ascie traxit. In hanc igitur figuram præcipit, vt pãni super fractũ membrũ imponant: eorũq; capita ducantur, non secus atq; vbi fasciæ à medijs oris vinciuntur: hoc est, vt panni sup mebrum medij primũ dentur, deinde eorũ capita p vitiatum locum ferantur, non in orbem, sed paululum inclinati sic, vt à contraria parte, atq; inceperint, ad X literæ similitudinẽ inter se committant, quod non fieret, si circũgerentur in orbem. Nam, q̄ ita, pcedunt, planè inter se coeunt.

Pannorũ longitudinem indicauit, quum inquit/paulo breuiores, q̄ vt bis fractũ membrum cõplectantur, multò autem longiores, q̄ vt semel/, præcipit. n. membrum ab his sæpius excipit, sic, vt linguili semel ipsum amplectant. At non continerent firmiter, si qua parte cõmittunt, eadem fissent, neq; vltra pcederent, aliamq; membri particulã complecterent. Ferè aut totius membri dimidium secundò pannis inuoluendũ esse intelligit, quum ingt/paulo breuiores, q̄ vt bis fractum membrum complectant, multo autem longiores, q̄ vt semel/, quod sanè continget, vbi hi dimidium mebrũ ambitum amplexi desinant. Quare si panni pedalis vtpote longitudinis totum membrum semel inuoluant, duplo longiores esse conueniet ad hoc, vt bis p̄stare idem possint: sed, si secundò vltra dimidiũ non ferantur, eo longiores sunt, q̄ vt semel totum membrũ excipiant, quo breuiores sunt, q̄ vt idem bis efficiant, erunt autè sic sesqui pedales. Diligenter igitur contemplari membri crassitudinẽ oportet, & de ipsa pannorũ longitudinẽ coniectare, eosq; tantos ad mouere, vt primo circuitu totũ, secundo dimidium duntaxat, complectantur. Vbi minus tuæ coniecturæ confidas, si eos super integrum membrum inducas, ad vnguem longitudinem reperies. Dubium autem non est, quin panni ita coherere inter se debeant, vt nullum inter ipsos inane spacium relinquatur. Hos docet ex vino maderieri, quod colore nigrum sit, gustu austero, habitu verò, quale illiusmodi vinum est, plenum vide licet, nam ex cunctis vini generibus ad hæc vitia, id optimum est, quod nigrum & austrosum est. cõmunis, n. illi gratia est, ob quam in vlcera vinculis ingeritur, præterquam, quod minus mordet, q̄ aliud vinum ex adstringentibus: quod permagni in eiusmodi curatione refert, ostensum, n. est sub dolore inflammationem se concipere, quare potius est, q̄ modicè, q̄ quod vehementer austrosum est, quandoquidem hoc dolorem mouet, quum carnem vltra debitum cogat, comprimatq;. Quamobrem, nec id vtiliter adhibetur, q̄ tenuium partium, quale album est, aut flauum, aut rufum, quum ad altiores partes exulcerata carnis penetret, doloriq; sit, eam comprimens, atq; adstringens: at plenum, cuiusmodi nigrum est, ad carnem altius non descendit, sed illam refrigerando & contrahendo, qualitatem duntaxat impertit. repellit itaq; succos, qui iam recepti sunt, & eos, qui influunt, cohercet. Ratio igitur eligi vinum hortatur, quod nigrum sit & austrosum. quamobrem, vbi velis etiã experimento comprobare, periculum faciens eius facultatis in maximis grauissimisq; vulneribus, verum dixisse me cognosces. Dictum autem est etiam in superioribus, oportere vlcus ex eo continenter maderere. quandoquidem, vbi superinfecta lintea paulatim siccantur, atque incallescant, vlcus inflammari necesse est, potissimum æstate. Quo tempore, quum pontifices Pergami apud nos semper gladiatores darent, eos, qui grauissimè vulnerati fuerant, curauit, multiplicem pannum vulneribus inducens, istiusmodi vino madentem: extrinsecus verò superimponens spongiam mollem: deinde totum ferè diem noctem que perfundens. Vulnerato autem membro pellem subiecti leniter à pedibus sinuatam, per quam procederet infusum vinum, & quali per canalem efflueret, atque

A atque inanè pelui receptum, regestumq; rursus infunderetur. Extra alios vsus, quos vinum hoc præstat, ferè nullum odorem mouet, id, quod inter cetera commodissimum est: cum ex alijs quod odoratum est, maxime caput tentet: nigrum & austrosum, neq; etiam eonome officit, sed si vllum excitat odorem, ille exiguus est, cum natura frigidum sit. Ostendimus autem in libro de simplicium medicamentorum facultate, vinum austrosum natura frigidum esse ac terrefre. Tale igitur, quum ex mistura constet frigida terrefre que, calidos vapores ad superiora minimè tranfmittit. At, quum plarique eorum, qui iciti sunt, huius præsidij vtendi copia non sit, quo nos ad gladiatores vli sumus, diximus inter initia protinus horum commentariorum inungendum esse liquidum ceratum, quo simplices fracturæ illinuntur: quod vino longè imbecillius est, satis tamen efficere potest id, quod res exigit.

22 *Imponantur autem hi super ipsum vlcus, & hinc atque hinc, neque villo modo adstringantur, sed eatenus insidant, vt vlcus fulciant.*

Nunc rursus, hinc atq; hinc /ἐν θῶν καὶ ἐν θῶν / dixit, vt longitudinem membri, non vt latitudinem indicet: seruat autem commune præceptum, vt vincula non parum super integram partem ferantur: vbi ingens vitium est, vt cum maximè.

23 *Ad vlcera verò admoveatur ceratum, quod picem habeat: vel aliquod ex ijs medicamentis, quæ cruentis vlcerebus iniiciuntur: vel aliud ex ijs, quæ idonea sunt, quæ perfundantur.*

Summa curationis in perfusione sita est primis diebus, quibus & exprimere ab vlcera parte conuenit, quidquid humoris in ea iam contractum fuerit, & id prohibere, quod à superiori parte concurrat. A tertio die ceratum, quod picem accipit, expeditius est, quo maturantur, quæ in vlcere collecta sunt. At Hippocrates cerato initio cum vini proprietate utitur, quod vlceras partes attingi nolit à vino puro, sed medium aliquid interijci, ne qua illis iniuria propter adstringentem vini facultatem accedat: non enim medetur vulneribus enlis icitu simpliciter illatis, sed quibus iuxta omnis caro plus minus ue quodammodo necesse est, atteratur: liquidum sub quo icitu frangitur os, caro etiam atteritur. Merito igitur super ipsa vlcera imponi quoq; voluit aliquod medicamentum ex ijs, quæ statim cruentis vulneribus iniiciuntur, vt atrita curet, ac mitiora efficiat: præcipit autem, vt idonea legantur, quæ id, quod extrinsecus infunditur, admittant: idoneum autem hoc loco οὐντροπον dixit.

24 *Si æstas fuerit, pãni subinde vino maderiat. Supdetur hyeme multa lana succida vino atq; oleo resperfa.*

Quia vitia hæc, vbi vehementer frigesunt, interdum neruorum distentione periclitantur, & vinum tum habitu tum natura frigidum infunditur, propterea veritus, ne quid hyeme grauius accidat, quum frigidæ medicinae temporis quoq; frigus accedat, occurrit immodico frigori lanam multam inducens, tinctam vino, cui olei paulum adiectum sit: imperatq; vt ea succida sit, quo per oesypum aliquid calefaciat, & modicè refrigeret.

25 *Subijciaturq; pellis sic figurata, vt humor per ipsam facile descendat: & quod effunditur, recipiatur.*

Pellem ἱξάλην vocauit: quo nomine caprina ne tantum significetur, an alia quæuis, quærere in arte hac superuacuum est, quum non verborum expositio, sed vitiorum curatio, propolita sit: in qua nosse id sufficit, quod subijcere pellem oportet raram non densam, per quam feratur quasi per canalem, non modo id, quo perfunditur membrum, sed etiam sanies, quæ abluatur: eamq; à pedibus, vt supra posuimus, figurare.

26 *Memnisse etiam debemus exulcerari e iusmodi partes, si diu in eodem habitu persuerent, & ægerri me ad sanitatem postea perducit.*

Quæ cingunt os sacrum (quod & latum appellant) calefacta atq; exesa in torporem incidunt, & vltra cutem exulcerantur: eaq; exulceratio difficulter curatur, quum sub cute sint cartilaginosa ossium extremitates, quæ nudatæ cicatricem vix recipiunt.


27 *In ijs, qui aliquo ex superioribus modis, vel ex ijs, qui postea subiiciuntur, sub vinculis nequeunt ad sanitatem perducit, eo potissimum incumbendum est, vt pars comminuta recte contineatur, atque è regione corporis, ea obseruatione, vt ad superiora magis spectet, quam ad inferiora.*

Præcipit, vt crus omnino è regione corporis contineatur, sed extrema parte paulo sublimius. De his enim superius iam posuit, ex humiliori habitu ad crus plurimum materia concurrere, ex sublimiori dolore excitari. Hac igitur de causa vbiq; cauendus est humilior membri habitus, superior verò hæctenus accipiendus, quatenus cruri dolorem non dum afficit.

28 Quod si bene expedire, rem agere quis velit, necesse est machinationibus utatur, ut fracti ossis intentione iusta sit, ac minime violenta: precipue autem ad crura machinationibus opus est. Quidam sane reperiuntur, qui quoties crus abruptum est, et alligatum, extremum pedem ad lectum deuinciunt, aut ad aliud lignum, quod iuxta lectum designant. Hi ergo omnia mala efficiunt, nec quicquam boni, eo quod nihil ad extendendum conferat vinculum pedis, quoniam nihilo minus reliquum corpus ad pedes fertur, atque ea de causa non amplius extenditur: neq. etiam ad continentum e regione aliquid conducatur, sed potius peruerit: reliquo enim corpore in hanc, vel illam partem conuerso, vinculum non prohibebit, quo minus pes, atque ossa quibus continetur, reliquum corpus sequantur: quod si nullo modo uincitur, minus utique peruerit: minus enim relinquitur, ubi reliquum corpus moueatur.

Intentione, quae per organa adhibetur, quam in his latius & iam exposuit, & nunc exponit, atque totum membrum extendi, neq. vllam lini particulam peruerit, superius ostendimus. Quae vero scribit de ijs, qui pedem uinciunt, plana sunt: pergamus ergo iam ad sermonem de orbibus.

29 Si quis e corio Aegyptio binos orbes suat, qualibus utuntur, qui diu in magnis compedibus detinentur, sintq. orbes hi vndiq. tunicis inuoluti, alioribus quidem a fractura, ab articulo humilioribus, tumidi praeterea, & molles: accommodentur autem unus quidem super talos, infra genu alter: a lateribus vero utrinque habeant ex simplici vel duplici loro exiguos quasi sinus, alios utrinque, a talis, alios a genu sinusq. superioris orbis, e regione illis respondeant, qui in inferiori. Deinde cornea bacula eiusdem magnitudinis prehendant, scilicet digiti crassitudine, & ea longitudine, ut quae stectuntur, diducere ossa possint, sic, ut non inhaereant.



A Orbis infra genu.
B Orbis super talos.
C Sinus utrinque.
D Cornea bacula.

E Baculorum superiorum colligatio.

Sermo de orbibus, quos Hippocrates ex cogitauit, mihi ita clarus videtur, ut mea explanatione minime opus sit. Sed, quoniam non nulli sapienter dixerunt nescire se, quomodo se habeant, quae ab Hippocrate traduntur, incertum est quid agam: ijs enim, qui negarunt intelligere se Hippocratem, orbes ipsos monstrauit: ac librum legens, sermonem planum feci, singula eius verba accomodans ad eam orbis partem, quam monstrabam, de qua ipse tractauerat. In libro autem non licet orbes demonstrare, sic, ut nesciam, qua via hanc orationem aperiam: si quis enim Hippocratis verba, quae plana sunt, comprehendere ne queat, nec mea etiam comprehendet. Ea igitur saepius legat, ac diligenter consideret: certum enim scio, eum, qui hoc sapienter fecerit, si ante non intellexit, omnino intellecturum: equidem quicquid lucis addere poterit, non omitto. Orbes igitur non debemus tales intelligere, quales sunt pilae, quibus pueri ludunt: illae enim vere orbes sunt, sed quos Hippocrates parari iubet a compedibus (ut ipse retulit) non abhorrent, quorum afferre similitudinem licet: eos enim concipito anguibus similes vel farcimini. Ergo, quemadmodum coqui intestinorum sinus similitudine inferciantes, vel carne concisa, vel alio eius generis quopiam, farcimen parant: sic tu quoque corium suto, quod inane intestinum representet, & molli aliqua re impleto. Praecipit autem, ut corium sit Aegyptium, id est validum & molle: quod si in Italia, vel Thracia, aut vbiuis gentium eiusmodi corium habeas, Aegyptium ne quaerito. Sit autem assutum corium ita longum, ut compedum modo talos complecti in orbem possit. Alter praeterea orbis ad regionem, quae sub genu est, similiter detur: his enim binis opus est ad singula membra, quae curantur: quorum item multa paria disparis magnitudinis habeantur, ut prout unicuique conueniunt, huic quidem maiores, illi vero minores injiciantur. Haec autem tunicae, quas *σφαίρας*, id est orbes vocauit, ex toto esse in orbem non debent, neq. parae latitudinis, aut altitudinis, sed quae cuti haerent paulatim patefcentes quodam modo: qua vero attolluntur, rotundae: neq. etiam exquilitae tales, sed ab inferiori parte magis in altitudinem attollantur, inde in orbis speciem desidant, dum ad cutem perueniant a parte exteriori: ea pars, quae desidit, in inferiori orbe ad pedem propius accedat, in superiori ad genu.

Orbis

30 Magna cura, ne imae sustium partes cuti insidant, sed extremis orbibus. Parentur autem baculorum paria tria, vel plura: sintq. alia alijs aliquanto longiora breuiora ne, ut, ubi magis extendere volumus, commodius possimus demittanturq. hinc atque hinc a talis.

Insidere dixit *επιπέσαι*, quali inhaerere significans: edicit enim, ne bacula, quae ad orbes data, ipsos, alterum ad superiora, alterum ad inferiora compellunt, eutem tangant, sed, sublimiora ipsi orbium sinibus inhaereant. Cornea vero accipi iussit ob firmitatem, ut, quum induntur, vehementer inflexa rursus dirigantur, & ad pristinum habitum reducantur: neq. dubium est, & sursum, & deorsum, orbes per haec catenus compelli, quatenus extenta in longitudinem procedent.

31 Haec, si recte parentur, iuste intendenti, in pariter e regione, nec fractura aliquod tormentum sentiet: nam, si quid exprimitur, partim ad pedem, partim ad femur transmittitur. Commodius autem bacula collocantur a talis hinc atque hinc, ne sitis cruris impediatur, & ut fractura bene oculis subiciatur & facile curetur.

32 Nihil autem prohibet, si quis velit vel duo bacula superiora inter se iungere, vel aliquid etiam superinjicere, sic tamen, ut, quod superinjicitur, a fractura attollatur. Si orbes igitur leues, firmi, molles, ac noui suauiter, & bacula recte extendantur (ut iam proposuimus) machinatio maxime idonea est: sed, si quid horum non recte habeat, oberit magis, quam proficiet. Perpetuum autem est, alias etiam machinationes, vel recte vel nullo modo, adhibendae esse, turpe enim est, & ab artificio plurimum abhorret, machinationibus utentem ipsa machinatione destitui.

Quatuor erant bacula, ab utraque parte cruris duo, vnum superius, alterum inferius. duo (inquit) quae a superiori parte sunt, alligari inter se possunt, ut maneat recta, ne, dum magna vi curuantur inter se aduersa, ad proxima loca conuertantur.

33 Plerique tamen medicorum, fracturam, seu integrae cutis sit, seu vulnus etiam accesserit, primis diebus lana succida medentur, neque id videtur ab arte alienum. Quicumque sane recentioribus fracturis protinus, ubi lintea non sunt, coguntur lanam imponere, maxime vena digni sunt: siquidem linteis exceptis nihil est, quod multo commodius, quam lana super vitia haec alligetur: ea vero copiose danda est, tum bene carpta non aspera: pauca enim & mala, parum quoque proficit. Sed, qui vno die, aut altero vincendam lanam consent: tertio autem, & quarto lintea inycientes, tunc maxime adstringunt, atque extendunt: medicinalis artis sunt ignari, atque admodum imprudentes. In vniuersum enim omnia vulnera tertio & quarto die minime vexanda sunt, omnisq. opera specilli fugienda est his diebus, & quibuscuque alijs vulnera recrudescunt. In summa enim vulnera pleraque tertio aut quarto die recrudescunt, tum quae inflammatione, tum quae foridibus grauiter excipiuntur: aut febrem inferunt: quo precepto nullum aliud tradi potest utilius. Nam quae sunt in medendi arte grauissima, quibus id non sit commune? non enim pertinet ad vlcera tantum, sed ad alios quoque morbos complures.

Propositum auctoris est prauam emendare consuetudinem medicorum, qui fatius existimabant, non protinus a principio fractum membrum extendere, sed primum duobus aut tribus diebus lenientes, tertio aut quarto die a principio vim adhibere. Hippocrates vero curandi rationem docet huc maxime contrariam, nempe initio membrum extendendum esse, tertio & quarto die lenitendum. Quod si, quae hic scribuntur, singula consideres, plana erunt, aperte enim loquitur.

34 Nisi si quis dicat, alios quoque morbos esse vlcera, quod quodammodo verisimile est.

Verisimile dixit *ἐπιειδὲς*, quali probabile: id autem propterea posuit, quia non nulla à ratione E prorsus abhorrent. Quo igitur argumento mouebitur, qui alios morbos vlcera esse affirmet? Morbi sane, qui dolorem afferunt, probabiliter admodum annumerari vlcibus possunt: indicauit enim dolorem inde oriri, & quod continuum soluatur, vbi secatur, extenditur, aut contunditur: & quod immoderatum incidat temperamentum. At qui solutionem continui ad vlcus spectare, cuius manifestum est: sed immoderato temperamento, vbi subita mutatio accidat, aliquam fieri continui solutionem, in opere de simplicium medicamentorum facultate demonstrauimus. Calorem quidem constat penetrare, & quasi exedere, quod continuum est: frigus item, quod vehemens est, cum subito cogit, quæ soluta sunt, aliquam creare solutionem, in eodem opere ostensum est. Iuxta hoc igitur non solum probabile, sed verum quoque erit, dolorem omnem ad vlcum genus pertinere: at non requere verè, atque id, quod propositum est, non tamen absurdè, morbi omnes poterunt vlcibus nomine appellari: quandoquidem, cum plerisque morbis dolor coniungitur, à quibus sermo transferetur ad omnes, quum ratione quis contendet totum corpus omnino, vel immoderato affici temperamento, vel contundi, extendi, aut euidenter secari: deinde conficiet à quolibet immoderato temperamento continuum aliquid solui: id, quod, quanquam euidenter sensui non subijcitur, rationali tamen contemplatione verum esse comprobatur. hoc adeo magis accidit in ijs, quæ extenduntur, contunduntur, & comprimuntur: hæc siquidem proxime accedunt ad ea, quæ diuelluntur, quæ res continui solutio est.

35 Sæpenumerò alij alijs germani sunt.

Quos consueuimus similes dicere, coniunctos, aut cognatos, Hippocrates solet appellare germanos: quo vocabulo summam rerum coniunctionem consortiumque significat: nam, cum multi inter se cognati sunt, nulli magis propriè cognati dicuntur, quam germani. Eos igitur, qui maximè coniuncti sunt, quasi eandem coniunctionem habeant, quam germani, eo verbo nuncupat.

36 Quicumque verò existimant lana vtendum esse, donec ad septimum diem ventum fuerit, dein extendendum, dirigidum, & fascijs vinciendum, non ita videntur imprudentes: tunc enim inflammationis impetus conuenit: atq; ossa ab his diebus laxantur, & facile tractari possunt. Hac tamen curatione longè melior est, quæ à principio vinculum adhibet, sub qua septimus dies membrum exhibet ex toto alligandis ferulis idoneum: quod sub hac multò postèrius contingit.

Illis in superiori sermone reprehensis, qui tertio, aut quarto die adhibent vinculum fracture ac commodatum, ad eos nunc transit, qui post septimum diem ad id veniunt, quos minus errare indicat, vt qui partes extendant non ita inflammatas: sed, qui tertio aut quarto die id efficiunt, quo tpe inflammatio, quum maximè viget, lenientibus eget, eos in non mediocri errore versari ostendit.

37 Alia etiamnum affert incommoda, quæ omnia persequi longum esset.


Longitudinis temporis accusauit eam curationem, quæ non nisi post septimum diem vinculo vtitur fracture accommodato: nunc subdit in alia quoque compellere incommoda, quæ, ne multus sit, omittit. Nos satius ducimus ea subijcere, moti ab ijs, quæ in superioribus demonstrauimus. Vbi fractura mediocris sit, partes sub hac vincendi ratione tumidiore sunt, vt supra etiam ostendimus: quod si ossa sperius & grauius perfringatur, periculum quoque est in eo casu, ne corrumpatur, si vinculum, quod ad fracturas pertinet, dum transeat septimus dies, differatur. hoc enim subter primo adhiberi, quoniam in vtramque partem à fractura exprimit superantem sanguinem, qui, si diutius ibi subsistat: non nunquam efficit, vt ossa vitiosa sanie plurimum irrigata corrumpantur.

38 Quibus ossa fracta & cute excedentia restitui nequeunt, hoc modo in suam sedem collocantur.

Solent greci, qui Asiam incolunt, vsurpare verbum *καταστήσαι*, vt significant in suam sedem collocare: vnde mihi videtur Hippocrates ducere nomen *καταστήσειν* per o tertiam syllabam scribens, sic, vt idem significet, quod *καταστήσειν*: quod vocabulum nihil aliud sibi vult, quam aliquid in suam sedem collocare, quam rem *καταστήσειν* dixit. Male igitur scribunt non nulli *κατάστασι* absque o, non enim per intentionem, quam *κατάστασις* notat, sed & per impulsum, nudata ossa in suum locum reconduntur.

39 Ferramenta facere oportet ad similitudinem uectium, quibus in lapidicinis vtuntur, latiora ex una parte, angustiora ex altera: quæ terna habeantur, aut etiam plura, ut semper adijci aptissima possint: quibus demissis ossa eodem penè momento, quo intenduntur, impellenda sunt. Inuitantur autem ab imo, inferiori ossi, à summo, superiori, atq; (ut uno uerbo dicam) non aliter, quam si uectis ad lapidem uel lignum fortiter impellendum admoveatur: sint autem ferramenta quantum fieri potest firmissima, ne sciantur. Hæc itaque curatione maximum momentum habet: si ferramenta idonea sint, & impulsus conueniens adhibeatur.

Constat



Constat fabricanda esse ferramenta ad figuram uectium, quibus in lapidicinis vtuntur, non tamen æque magna, cum, quæ ad impellenda ossa adhibentur, ab ijs non abhorreant, quæ ad virgidos dentes comparantur. Verum ad ossa impellenda parari multa debent, quorum alia alijs pleniora, vel tenuiora sunt, vel minora, ab extrema parte, qua maximè suum effectum præstant: sed qua via vi eisdem ferramentis conueniat, Hippocrates ipse euidenter declarat. Si quis eius verba non intelligit, alia expositione, aut interpretatione

non indiget, sed oculorum sensu: quædam enim res natura tales sunt, vt aliqui nec discere, nec doceri eas possint, nisi in conspectum adducantur.

40 Ex vniuersis enim machinationibus, quæ ab hominibus excogitate sunt, hæc tres sunt omnium ualentissima, axis versatio, impulsus per uectem, & cunei adactus: namq; homines sine aliquo uero, uel sine omnibus, nullum opus, quod maximam vim postulet, perficiunt: quare non paruifaciendus est impulsus hic: siquidem ossa, uel hac uia, uel nulla alia, reconduntur. Sed si id os, quod super alterum excedit, uecti idoneum locum non præstet: sitq; ita acutum, ut uectis effugiat: scalpello excandendum, donec uecti locus fiat, cui firmiter hæreat. Impellere autem oportet, atque extendere eodem die, uel postridie, sed non tertio: quarto uero, uel quinto minime: nam, si his diebus lacessita ossa nequeant in suam sedem reuerti, inflammatio superueniet, ac nihilo minus etiam, ubi restituantur.

Axes nuncupantur ab Hippocrate vocabulo *ἄξυς* & *ὀπισθία*. Horum itaq; uersationem aut validissimam esse, sicut & uectis impulsus, & cunei admotionem, quam uocat *σφίνκωσις*, quæ lignorum per cuneos diductionem, diuisionemque significat.

41 Atqui multò magis neruorum distentio excitabitur, si os restituitur, quam si restitui nequeat: quod quidem ignorare non oportet: nam, si condito ossi neruorum distentio superueniat, in angusto spes est: præstat autem iterum expellere, si potest citra molestiam fieri.

42 Causam, quam obrem his omnibus uitijs inflammatio accedat, ubi ossa condantur, ipse deinceps oem persequitur, semel ipsam explicatè contentus, non secus atq; alia multa, quæ in medicina maximum pondus habent, vt, qui transferendum nobis sermonem censeat ad cætera eiusdem nature oia. Ecce tibi adscribam eius uerba, quibus vniuersum hoc, quod ad multa singularia pertinet, exponit.

42 Neg, enim ijs, quæ in isto laxiora sunt, neruorum distentio aut rigor supernascitur, sed ijs, quæ ultra debitum intenduntur. Quod ad hunc locum attinet, propositis diebus irritare non conuenit, sed operam dare, ut ulcus quam minimè inflammatione tentetur, & quam maxime suppuret: atq; ubi septem dies, uel paulo plures transierint, si febris non sit, atq; ulcus inflammatione uacet, tunc minus prohibemur eniti ad reponendum: ubi uoti cõpotes fieri posse non desperemus, quoniam sine effectu spe non conuenit & sibi & alteri molestiam afferre. Ergo, si ossa in suam sedem collocentur, quæ curatio admonenda sit, iam declaratum est, siue abscessura credamus, siue non. Quod si abscessura esse uideantur (vt dixi) facite in omnibus his ordiri à medijs debent, plerumq; quemadmodum ille, quæ primæ circumdantur, in vtramque partem attrahere.

Ostensum est in libro de motu musculorum singulos musculos suo munere fungi, ubi uersus suum initium contrahuntur: quæ res, quando in uicinis nobis accidit ob inflammationis magnitudinem, nerui distenduntur. Cur igitur, si reponantur ossa, quæ fracta aut luxata inter se cesserunt, musculorum distentio sequitur? Quæstio ex eo præsertim diluitur, quod membrum redditur breuius, quum fractum uel luxatum os cute excedit: sed postquam in suum locum reposita sunt, quæ nudata erant, suam longitudinem recipiunt: in quo casu coguntur musculi, quos inflammatio exceret, vnà cum toto membro distendi. Duobus igitur modis distenduntur, et sub inflammatione, & nunc, quum ad pristinam longitudinem reuertunt.

43 Attendenda in super est figura uulceris, ne sub vinculo hiet, ac diuaricetur.

Translatione vsus duo hæc uerba vsurpat, hiare scilicet, quod *κίρηται* dixit, ducto quidem uerbo à labijs oris: & diuaricari, quod *ἐκωλήνεται*, à cruribus plurimum inter se diductis: diducta enim crura diuaricata dicimus: labia uero, quum line motu maxillæ inter se distant, hiaria: namque, ubi os sic aperitur, ut labia non coeant, dentes uero inter se committantur, hiare dicitur. Cauter autem, ne ora uulneris diductæ vinciantur: uult enim eas contrahi cutis partibus suum litum recipientibus: quandoquidem subiectum musculorum ulcus hæc uia minime comprimitur, & maxime tegetur. scire enim licet, quæcunq; cute conteguntur, hæc eadem delectari, nihilq; nuri

Septima Classis.

IIIIII ij dari

dari innocenter. At quid mirum est, si ea, quibus cutis proprium, atque innatum velamentum est, E semper velamento gaudent innato, ceterisque omnibus laeduntur: E quidem, quum nihil ex cute pre- cidere, sed eam ab vltioribus partibus super locum inducerem, a quo detracta erat, agglutinam vidi, & (quod magis admiratione dignum est) quum locus iam nigritie occuparetur. Illud item lon- ge admirabilius, quod non modo adolescentibus, sed senibus non paucis, cutem ita detractam protinus, vbi in plaga nigresceret, saepe agglutinaui. At nuda caro, si sine cute relinquatur, aegre ad cicatricem perducitur, praeterquam quod morium omnino sentit, & fordida redditur: medicamenta enim, quae in- flammationem coercent ac leniunt, cuiusmodi est, quod τερπιδιαιον, & quod τερπιδιαιον nuncu- patur, affectam partem ab inflammatione tumentur, sed vlcus fordidum efficiunt: quae vero vlcus pur- gant, ob detergendi facultatem mordent. Sed, vbi pars, a qua detracta cutis est, eadem contegatur, nulli cuiusmodi noxae patet: quod simile est, atque vbi pustula sub varijs causis ortae in tumorem assur- gunt, & interdum grauem afferunt dolorem: acuta enim acu (vt nosti) cas aperio, vt exitum habeat, collectioque ibi humore leuiter expresso, superiectam cutem relinquo. Haec deinde iterum implentur precluso foramine, impletque eodem modo aperitur: humore expresso cutis ad carnem compellitur, feruaturque, dum quod sub ea exulceratum est, ad cicatricem perueniat. Haec dixisse volui, vt aperte ostenderem vlcus quodlibet innata cute contegendum esse. hic autem non quodcumque tractatur, sed F quod alie penitus infedit, quum caro tota ab ossibus discussa sit: non enim cute excederet, nisi prius vnuerfam carnem incidissent. Hanc igitur melius est proxima cute velari: namque, vbi nuda sit, con- tactu medicamentorum, quibus nutritur, si oleum accipiant, et vlcus mitius reddant, fordida euadit: si purgent sordem, & detergendi vim habeant, morsum sentit. At, vbi iniecta medicamenta, per- cutem, suam facultatem carni exulceratae impartiant, nulla ipsorum particula penetrante, proderunt quidem, sed nullum afferent ex superioribus incommodis. Iure igitur Hippocrates magni momen- ti existimat oras huiusmodi vlcenum contrahi, id, quod bene vtique cedit, si diligenter figura vlcen- ris animaduertatur: si vna enim ora in alterum latus inclinatur, fascia inde orsa ad contrarium con- uertenda est: si pariter in vtrumque, media primo iniici debet, atque orae vulneris inter se committi.

44 Fascia commodè quibusdam à dextra parte attrahitur, quibusdam à sinistra, alijs in vtramq. partem ducitur. Quaecumq. autem ossa reuerti in suam sedem non potuerunt, haec scire licet abscessura esse, non se- cus etiam ea, quae ex toto carne sunt nudata: nudatur autem quibusdam pars superior, plerisque vero ima ritur caro, quae circa fracturam est.

Συνοψως dixit, vt comode significaret, inutili translatione vsus: quod mihi libuit notasse, quan- do quidem eloquentissimus quisque translationem vsurpat, vt rem apertius declarans exponat.

45 Ossa quaedam sub fractura diuturna alijs putrescunt, alijs minime: & quibusdam grauius, quibusdam lenius: in modo grandia, modo exigua ossa infestantur. Ob haec igitur, quae posita sunt, non licet vno verbo explicare, quo tempore abscessura sint: non nulla enim, & quod exigua sunt, et quod in summo continentur, celerius excidunt: non nulla non excidunt, sed arefacta & putria squamam remittunt: praeter haec multum curatio alia ab alia differt. Ferè tamen ossa illis celerimè abscedunt, in quibus celerimè pus appa- ret, & celerimè etiam atque optime caro increfcit: caro enim, quae in vitata parte succrescit, plerumque os attollit. Ambitus ergo totius ossis, si quadraginta diebus abscedit, optime abscedet, quum non nulla vs- que ad sexagesimum perueniant. Rariora quidem ossa maturius abscedunt, firmitiora seriùs, alia, quae mino- ra sunt intra tempus multò breuius, atque alia aliter.

Ossa, quae putrescunt σεσάπρις, ut dixit, verbo ducto à nomine σαπρῆ: nominant autè quaecumque corrupta sunt, σαπρῆ, idque non rectè: quaecumque, n. & vetusta, & diuturna sunt, ab ipso dicuntur σαπρῆ.

46 His autem de causis os praevidendum est. Si restitui nequit, & parum quid excedere videtur, absconde H re hoc licet: si moximum sit, & carnem aliqua ex parte vulneret, ac molestiam afferat, nudatumque sit, hoc quoque abscondendum est. Reliqua vero non multum refert, praecidantur nec ne: scire enim certum licet ossa, quae carne nudata sunt ex toto, & arida, omnia penitus abscessura: ea vero praecidi non oportet, à quibus squa- ma resoluenda est, ex propositis autem indicijs, coniciendum est, quae penitus abscessura sint. Ad horum cu- rationem pannis vtendum est, ac vini perfusione, sicut ante indicauimus in ossibus, quae abscessura sunt: ca- uendumque, ne frigida aliqua re à principio perfundantur: nam periculum est, ne cum febre grauis horror se- quatur, ne ue nervorum distentio superueniat: nam frigida semper nervorum distentionem afferunt, praesertim vlcenibus. Illud item ignorare non oportet, quod membra, in quibus vtraque ossa comminuta sunt, dum inter se cedentia curantur: & ea quibus fragmentum à toto ossis ambitu recessit: necesse est breuiora stant.

Causas appellauit προφάσεις, patet autem ab eo hic quoque sic vocari, non falsas, sed veras causas. vnuerfus autem sermo de ossibus putribus planus est, quum imperat, vt id ex ipsis praecidatur, quod in causa est, cur non condantur, vt quod proximam carnem pungit, atque (vt ipse ait) mole- stiam afferit, hoc est, cum perturbatione, atque tormento reponitur. Addit insuper futurum prorsus, vt ea ossa abscedant, quae nudata protinus restituta non fuerunt: ad haec, quae inauerunt.

Quibus

47A Quibus femoris vel humeri os excessit, ferè non euadunt, sunt enim ossa haec grandia, & medullosa: ad de, quod multa ac magna simul lacerentur, nerui scilicet, musculi, ac vena. Quod si reponantur, solent ner- uorum distentio superuenire: si non reponantur, acuta, biliosaque febris cum singultu, ac nigritie. Non mi- nus euadunt, quibus nec reponimus, nec reponere tentamus: magis adhuc euadunt, quibus inferior pars ossis, quam quibus superior excessit. Euadere etiam possunt, quibus reponuntur, raro tamen: multum enim curatio, multumque natura corporis, alia ab alia distat, quod ad facile ferendum attinet. multum quoque re- fert, an ab exteriori humeri femoris, ut parte ossa excesserint: multa enim & grandes vena per interio- rem partem feruntur, quarum non nulla vulnerata hominem ingulant: per exteriorem vero pauciores in- uadunt. In eiusmodi igitur casibus, periculi meminisse oportet, quod proprie circumstat, idque in tempore praedicere. Quod si restituere cogaris, speresque, te id assequuturum, neque ossa nimium inter se cesserint, ne que musculi contracti sint (consueuerunt enim ad suum initium recurrere) haec quoque per veterem impel- lendo, extendendoque, in suam sedem reponit.

Constat, quibus ossa haec nudantur, non tam ossium, quam musculorum, nervorum, arteriarum, ac venarum magnitudine periclitari: ad haec, quoniam propiora sunt nervorum musculorumque ini- B tiji. diximus autem in opere de musculis, vbi ossa inter se cesserint, eos facile in se ipsos contrahi, id quod saepius adduximus. Caetera, si animum adiungas, in aperto sunt.

48 Vbi restituantur, veratrum molle potui dandum est eodem die, si eodem die restituantur, alioquin ne tentare quidem oportet: vlcus vero curandum est, non aliter, quam caluaria ossa, vbi comminuntur. ni- hil frigidum imponendum, à cibo penitus abstinentum.

A. l. 4. f. 5. c. 2. c. 2. f. 43. c

Incertum est, quid sibi velit molle / . patet autem, vel qualitatem potionis, vel modum, significa- re: nemo autem de modo exiguo, molle, proprie dictum existimaret: nec qua ratione Hippocrates praeparari ipsum velit, facile intelligitur. Nos sanè radicula ex oxymelle interdum dedimus, in quam veratri radicem surculi duntaxat per totum diem ac noctem fuissent infixi. Huiusmodi au- tem purgatio per veratrum leuior est. Ipsa autem res comprehendi sanè non potest, quum non adie- cerit, quo pacto dari debeat: scimus enim & veteres medicos, & iuniores, & qui inter hos sunt, sur- mendii veratri varias rationes prodidisse.

49 Si homo naturaliter amara bile redundat, sustineri debet potione aquae, cui oxyglycis odorati paulum C aspersum fuerit: sed, si amara bile non redundet, contentus sit aqua potui. Si quidem continenti febre labo- ret, non minus quatuordecim diebus hoc victum vtatur: si febre vacet, septem.

Contrariam huic scripturam habet Artemidorus, qui Capito cognominatus est, volens, vbi ama- ra bilis non superet, dandum oxyglyces: vbi superet, aquam. Scripsit autem hoc modo: Si homo na- turaliter amara bile non redundet, sustineri debet potione aquae, cui oxyglycis odorati paulum asper- sum fuerit: sed, si amara bile redundet, contentus sit aquae potui. Quidam alij cum Artemidoro scri- pturam hanc superiora praeposita habent: quanquam in libro de ratione victus in morbis acutis Artemidorus ipse eum locum, vbi Hippocrates agit de potione aquae, ita scribit: Alioquin, nec itim tollit, sed amara efficitur: biliolis enim naturaliter bilem facit, & praecordijs aliena est: infestissi- ma vero est, potissimumque bilem facit, & vires conuellit, cum inani corpore assumitur. Qui locus, quum à quibusdam ita scribatur: bilem, n. naturaliter facit, & praecordijs aliena est: Artemidorus ipse priori scripturae potius subscripsit, in qua adijcitur: biliolis / , atque ita legit: biliolis enim naturaliter bilem facit: volens aquam non simpliciter cuiuslibet, sed biliolis duntaxat, bilem facere. Quo pacto igitur nunc data aquam bibere, quibus amara bilis abundat, nisi forte si existimat amara bile redun- dantes, quos Hippocrates vocat πικροχόλης, alios esse, atque biliolos: sed nemo est, qui nesciat illos vo- cari πικροχόλης, in quibus amara bilis redundat: namque altera bilis, quae nigra conspicitur, acida est: quae vero pallida, & flaua, amara. Patet autem ob vitia, quibus languens detinetur, vinum remo- ueri: si quis autem amara bile naturaliter redundet, quum ab aquae potione plurimum legatur, quae admodum dictum est in opere de ratione victus in morbis acutis, huic tantum permittit dari paulu- lum omnino oxyglycis, quam misturam nominant etiam ἀρόμελι. Eligat autem id, quod dulce est, ne tenet partes nervosas, nam, quod magis acidum est, magis nocet, ac praesertim, vbi ex melle con- stat & aceto, non ex fauis, vt supra indicauimus: quo modo in Hellade quidem, atque Eli potissimum componitur. Nos in alijs regionibus ex fauis conficimus, acetum melli adijcientes, post haec inco- quentes, donec eorum qualitates in vnitatem coierint, atque aceti vis frangatur.

Sec. 3. t. 40. 7. 131. 2

50 Deinde paulatim pro ratione ad quemlibet victum reuertatur. Quibus item recodita ossa non fuerint, eadem purgatio conuenit: eodem modo vlnus nutriendum, & eadem abstinentia seruanda: pars item cor- poris, quae iumida est, extendi non debet, sed contrahi potius, vt spacium in vlcere laxius sit. Ossa autem longiori tempore abscedunt, quemadmodum supra dictum est. Cauere autem haec oportet, praesertim, si bella Sepuma Clatlis. IIIIIII iiii cantio

cautio est: siquidem spes in angusto est, & pericula multa circumstant: atq; ubi ossa non reponantur, medicus videtur arte desititui: ubi reponantur, homo ad interitum magis precipitatur, quam liberetur.

Antea quoque diximus quamlibet victus rationem, quae exquisita contraria est, ab Hippocrate φάλαγγιν nuncupari.

51 *Vbi ossa genu vel toto loco mota sunt, vel paulum excefferunt, casus multo mitior est, quam ubi ea, quae in cubito sunt, vel toto loco moventur, vel paulum excecdunt.*

Quum ossa toto loco moventur ελασμήματα dicit, quum paulum excidunt διακνήματα. mitiorem vero casum εὐθεστρον appellavit, iuxta propriam significationem verbi εὐθεστρον, quo significatur bonus habens mores. nam, si stolidus graece vocatur εὐθεστρον, similiter dicitur, atque γλυκεία & γαλλεία. γλυκεία quidem vocant suem, ubi dijs immolatur, † vt blandē rem appellent: γαλλείων vero simiam: nam ab hoc quoque vocabulo cauent, quod testatur Callimachus quum ait, A vocabulo ferae per horam caueo.

Vt pulchro nomine (secundū figuram, quae Graecis εὐθεστρον dicitur) appellent.

52 *Nam pro magnitudine tenuior est articulus femoris, quam humeri.*

Commisura genu duobus ossibus continetur inter se commissis, femoris scilicet, ac tibiae, sed, sicut in ceteris commissuris necesse est quoddam cauum esse, in quod se inferat caput ossis, quod recipitur, atq; ipsum caput rotundum esse, vt promptē facileq; in cauum coniciatur: ita etiam in commissura genu, extremum quidem femur inlinuatur, tibiae vero caput recipit. nam, quum haec femori subiecta sit, duo eius tubercula, duobus cauis admittit respondētibus, quae media apte distinguuntur cartilagine quadam nervosa. Merito igitur Hippocrates ex ossibus, quae inter se committuntur, articulum vocat, non id, quod proximum processum accipit, sed, quod in cauo recipitur. nunc autem inquit, tenuior est articulus femoris, quam humeri, quoniam, ubi articulus hic, id est imum femoris caput, cum tibia committitur, tenuior est, hoc est, minus tumet: non tamen simpliciter est minor humero, quia cum cubito coniungitur, sed si pro portione aestimetur, nam, si imum femoris caput magnitudini femoris responderet, longē maius esset: sed res aliter habet, multo enim maius est femoris os, quam humeri: imum vero femur paulo maius est, quam imus humerus.

53 *Atq; hic vnus iustam naturam habet, camq; rotundam.*

Femoris articulus, qui in genu est solus, inquit, iustam naturam habet. Constat autem (vt saepe numero indicauimus) iustum ab ipso intelligi, quod aequale est. Si scrutemur itaque diligenter, qua ratione dicat hunc vnum naturam aequalem habere, inueniemus nullas in eo partes excedere, quum omnes inter se similes sint, quumq; vnam tantum commissuram habeant. Igitur, quia femur ea parte in duos rotundos processus finitur aequalis magnitudinis ac figurae, qui in duos tibiae sinus aequales coniciuntur: & quia vtrunq; extremum, femoris scilicet ac tibiae, situm est e regione totius ossis: ea de causa iure quis dicet articulum hunc iustam naturam habere. superius enim femoris caput, quod cum coxa committitur, neque e regione femoris est, siquidem videtur in anteriorem partem proiectum: neq; magnitudini eius respondet, cum multo plentius sit femur, quam humerus, ac nihilo minus summum caput humeri longē minus sit, quam femoris: at neq; ipsum humeri caput e regione humeri situm est. Quod si ceteras species commissuras, nullam inuenies habere omnem aequalitatem, quam in genu proposuimus. Ac, non longē abieris, extrema tibia, quae surae iuncta, cum talo committitur, neq; appendices, neq; sinus habet ossibus respondentes: necesse enim fuit, si ita se habere debuit, quemadmodum tibia longē crassior est, quam sura, sic eius appendicem & ab interiori parte commissurae, quae caua est, & ab exteriori, quae gibba, maiorem esse. sed res aliter habet. quin & ipse talus non simplicem figuram representat, quae committitur, sed variam, partesq; habet plurimum inter se differentes. Inuenies autem ab his non abhorreere commissuram cubiti, & radij cum manu. Quod si omnia persequi velim, cogar longius labi, & multo magis, si ceterorum articulorum omnium naturam exponam, vt maxillae vertebrarum, & ossis quod latum appellatur. satis igitur duxi rem summam, breuiq; sermone complectens ad alia transire. is sermo sic habet. De natura omnium ossium scriptus est a nobis liber vnus, ubi vniuscuiusq; magnitudinem, figuram, commissuramq; explicauimus: quem, si quis praemanibus habeat, inueniet verē hoc loco propositum esse, inter commissuras omnes, solam, quae in genu est, ad vnguem iustam esse.

54 *Humeri autem articulus magnus est, & plures recessus habet.*

Quum propositum ipsi fuerit genu & cubiti commissuram inter se conferre: quumque ostenderit casus genu mitiores esse, quam cubiti: hanc rem conficere volens, dixit / nam pro magnitudine

Agnitudine tenuior est articulus femoris, quam humeri, & insuper adiecit/atq; hic iustam naturam habet. Quod abundē fuisset, si genu cum cubiti commissura duntaxat comparasset: sed quoniam orationi adiecit vnus, quum inquit/atq; hic vnus iustam naturam habet, cogitur articulorum omnium naturam referre: quam nullus simplicem habet, sed tum figurae ac magnitudinis inaequalis, tum partium dissimilium. Nunc igitur, quum ad cubiti commissuram veniat, ostēdatq; partes eius dissimiles esse & inaequales, nos quoque verba eius sequuti, quae proponuntur, singula explicabimus. Magnum ergo esse inquit humeri caput in cubiti commissura, idq; non immerito: latefcit. n. hac parte, pluraq; habet capita inaequalia, quae κοινύλας graecē dicunt, at nullum eorum cauo recipitur, quemadmodum euenit in genu, nisi gibbum quoddam, quod inter ea medium est, & trochleae imaginem representat: quum ex magnis tuberculis humeri, quod interius est, cum nullo osse coniungatur: quod ab exteriori parte est, committatur cum radio, in summum eius sinum coniectum. Haec tenus humerum videmus excipi cubito ac radio, sed alio rursus modo humerus cubiti processus excipit, cum ab vtraq; parte quantum satis est, linuetur, minus quidem a priori, magis a posteriori, quum & cubiti processus, quos a rostri similitudine graeci, & foeminino genere κορώνας, & neutro κόρωνα vocant, non sint aequē magni, quicq; a posteriori parte est, maior sit. Quocirca cubiti commissura varia & inaequalis est, ac dissimilium partium: atque ob hanc causam rectē ait Hippocrates iustum esse articulum in genu, in cubito non item. Sed cur dixit & plures recessus habet: an eo quia voluit cubitum cum genu conferre? sunt. n. in genu duo recessus tibiae duntaxat, sicut & duo femoris tubercula: sed in cubiti commissura vnus est magnus cubiti recessus, qui duobus processibus terminatur, vno quidem breuiori a priori parte, a posteriori altero magis oblongo. ipse autem humerus duobus recessibus excauatur quasi foueis quibusdam, in quos conici diximus cubiti processus: exculptus item est alio recessu, qui medius trochleam representat.

55 *Ad haec osium cruris longitudo similis est, sed quod ab exteriori parte est, paululum excedit, idq; non est animaduersione dignum, nihilq; magni momenti prohibet: ab hoc oritur exterior chorda, quae iuxta popliteam sita est.*

Paulo maius esse ait exterius os, quod προπόλιω id est suram dicunt: quod & in superioribus iam posuit, cum simplicis fracturae cruris curationem tradidit. nos autem, quod eo loco diximus, nunc etiam repetimus, ima parte suram tibia longiorem esse, a genu autem magis dicendum est tibiam esse longiorem. non enim coniungitur femur cum sura, verum (vt paulo ante diximus) caput surae, quod ab exteriori parte est in cauo tibiae, ab eadem parte recipitur. Sed qua de causa dixerit a sura nihil, quod magni momenti sit, prohiberi, manifestum est iis, qui librum de vsu partium legerint: vbi ostendimus in omnium articulorum fabricatione duplex fuisse consilium, nempē, vt permittat membrum sine impedimento suos vsus praestare, prohibeatq; (quod Hippocrates dixit καλύματα) ne suo loco ossa moueantur, vt permittat quidem membrum suos vsus praestare, efficiunt & caua in summo exiitentia, & ligamenta laxa: stabilem commissuram reddunt caua admodum sinuata, altioresq; oras habentia, tum firmioris naturae ligamenta breuioraq; ad haec robustae chordae valentesq; cingentes commissuram a parte exteriori. Sura igitur ad firmitatem commissurae genu nihil confert, nisi paululum quiddam quod expressit his verbis ab hoc oritur chorda, quae iuxta popliteam sita est. Ad eius autem exequitatem cognitionem non debes expectare, dum corpus incidatur, cum in omnibus gracilibus euidenter quoq; se ostēdat ante corporis sectionem. At quamobrem chordas, id est, extremos musculos, cum in nervos degenerant, τένοντας vocet, saepe numero declarauimus. Chorda haec ab exteriori parte poplitis sita, ab eadem commissuram quoque adstringendo ad huius partis firmitatem conducit, prohibetq; ne femur in eam prorumpat.

56 *Sed brachij ossa inaequalia sunt, quodq; breuius est, multo plentius est: quod tenuius, plurimum ultra articulum fertur, atque excedit.*

Inaequalia dixit brachij ossa, non quod cum crure haec conferat, quasi crur inaequalia ossa non habeat, quippe quum in eo posuerit longius esse, quod ab exteriori parte situm est: sed, quod exterius os tibiam excedat, minimum tamen, cubitus vero plurimum. nam, si diligenter summa pars cruris inspicatur, sura videtur paulo minor q; tibia, eademq; in imo crure aperte longior conspicitur. Ergo, quia sura in summa parte paulo minor est, praevt in ima excedit, cubitus autem tota sua eminentia radium excedit, idcirco dixit vltra articulum ferri, articulum nominans vel commissuram vniuersam, vel extremum humeri, quod cauo cubiti Cliteram referenti inseritur.

57 *Nervus item illigatur, qua parte ossa inter se coniunguntur.*

Ligamenta nunc nervos appellat, vbiq; autem eos ita vocat: lata vero ligamenta, & quasi membranas circa commissuram, nominari nervos patebit ex iis, quae proxime subiicit: sed & absq; illis euident-

evidentissimum est, nullum ex istis, qui proprie nervi nominantur, ad os pertinere: hoc siquidem proprium est ligamentorum, ac propterea chordarum, quoniam hanc naturam habeant mixtam ex nervis ac ligamentis. Hæc autem omnia absolute tradita sunt à nobis in libro de motu musculorum. Sed nunc ad id veniendum est, quod in propositis verbis exequitur. Illigatur (inquit) id cubiti, quod excedit, id est, eminentia cubiti, ligamenti commissuram comprehendentibus, qua parte ossa inter se iunguntur, cubitus scilicet & radius, quod idcirco protulit, quia ultra hunc locum, totum id, quod in posteriorem protectum est, carnis est expers, neque ligamenti commissuræ aliquo modo comprehenditur: ipsi enim innectitur latecens chorda musculi illius, qui cubiti commissuram excidit.

58 *Pluribus autem nervis ad humerum alligatur id os, quod tenuius est, quam quod crassius. Natura igitur horum articularum, atque ossium talis est.*

Ex his verbis colligi diximus totius commissuræ ligamenta. videlicet, id est nervos, ab Hippocrate nominari, quæ quidem ab imo humero orta, summo cubito ac radio ea parte innectuntur. euenit, nam in omni commissura, ut lata ligamenta, quæ ipsam comprehendunt, ita communia sint ossium, quæ inter se committuntur, ut crassæ membranae videantur. hæc autem capiti radij etiam iunguntur, sed magna ex parte cubito. atque ea de causa dixit pluribus autem nervis ad humerum alligatur id os, quod tenue est, quam quod crassius/hoc est cubitus, quam radius: siquidem ambo ad humerum alligantur per ligamenta innexa, quæ nunc retuli videlicet, id est nervos, ab Hippocrate appellari, sed pluribus alligatur cubitus.

59 *Ob cuius naturam modum ossa, que in genu articulo sunt, sæpius excidunt, & facilius reconduntur.*

Ossium enim, quibus utraque commissura continetur, structura arctior est in cubito, laxior in genu. Huc accedit, quod multi processus multique sinus inter se commissi, unde quoque cubiti commissuram adstringunt: at in genu femoris tubercula in exiguos ac resupinatos tibiæ sinus coniunguntur. Iure igitur articulus hic magis prolabitur, & celerrime reuertitur.

60 *Inflammatio vero non magna supernascitur, neque articuli vinculum.*

Oritur inflammatio vi, qua ossa expelluntur, quaque in suam sedem collocantur. Sed in genu, quoniam utrinque facile & sine magna vi incidat, inflammatio non oritur: quæ quoniam absit, articuli vinculum non sequitur. sub quo cum neque facile extēdatur, neque facile curvetur, ægre post curationem mouetur. Fit autem huiusmodi vinculum ea de causa, quia articulus inflectitur ob nervos ac ligamenta, quibus continetur, quæ sub immodica inflammatione extenduntur. Quocirca articulus ob quasdam inflammationis reliquias ita egrè mobilis redditur, ut alligatus esse videatur. Nam, quoniam chordæ ac ligamenta, quæ ipsum illigant, comprehenduntque, & extendi & in omnibus promptè sequi musculos articulum mouentes non possint, sed propter duritiem in contrariam partem attrahant, affectus vinculo similis proficiscitur. Verum in cubiti commissura, quoniam tenues extremitates processuum cubiti interdum confringantur, & ubi excidunt, & ubi conduntur: quumque multorum concursus sit, vinculum articuli grauius oritur, & curatu difficilius.

61 *Plerumque autem in interiorem partem mouetur, interdum in exteriorem, non nunquam in poplitem: quæ mutationes uniuersæ difficiles non sunt. Sed, si in exteriorem vel interiorem partem erumpat, super sedile aliquod humile collocare hominem oportet, crure sublimiori quidem, sed non multo,*

Qua parte articulus magis adstringitur, ea minus elabitur. perfecte igitur à priori parte adstringitur, qua patella est, quam non nulli medici, cum toti genu opposita sit, *ἄνω κωνάρια* a græcè merito appellant. hanc ab exteriori parte continet lata quædam chorda, cuius initium est à ligamentis, quæ à priori parte femoris sunt. ea verò per totam patellam fertur, ac tibiæ capiti innectitur. Priori igitur partem commissuræ genu, & patella, & chorda, quæ (ut dictum est) ad tibiæ caput pertinet, optime tuentur: sed posteriorem exquisitè rotundam adstringit caput eius musculi, quo curuatur crus. est quidem hic musculus exiguus, atque ob eam causam ipsa commissura absconditus latet eos, qui corpora incidunt, maxime autem crassum caput habet, quod validissimis ligamentis annumeratur. Superfunt duæ partes in commissura genu, exterior & interior, quæ nulla taliter sepiuntur, quali prior & posterior: atque idcirco femur in eas prolabitur: magis autem in interiorem, ut quæ minus septa sit.

62 *Fere satis est modicè extendere, crus scilicet ab inferiori parte, femur à contraria.*

Quum extendendi aperte mentionem fecisset, de reponendo nihil meminit, ut de re quæ plana sit, quod optime nouerimus perpetuum esse in articulis omnibus reponendis ad contrariam partem

Apartem eius, in quam venit, rolapsum articulum repellere. At, ubi reponimus, si quædam eminentia ossis non longa extat, os quod reponendum est, dirigere conuenit, quod etiam doceri non fecus, ac fecerit in cubiti commissura. Nihil autem de genu articulo meminit, quoniam in poplitem prolabitur, quoniam eadem ratione conditur, atque ubi in exteriorem vel interiorem partem mouetur, membro enim in diuersa diducto, articulus, qui excidit, in priorem partem adurgendus est.

63 *Atolestiora sunt, que in cubiti, quam, que in genu articulo incidunt, & maiori negotio restituantur, idque ob inflammationem, & ob naturam ipsam, nisi protinus restituantur. Excidunt quidem hæc minus quam illa, sed egrius in suum locum collocantur dirigunturque, magisque inflammatione prehenduntur, & casu circumdantur: hæc ita em fere paululum excedunt: idque modo ad pectus, modo in exteriorem partem: articulus autem non toto loco mouetur, sed aliquid ex cubiti processu, quæ excedit, in humeri cavo manet. Hæc igitur, ubi in hanc vel illam partem prociidit, facile reuertuntur. Satis autem est è regione humeri recta extendere, sic, ut vnus brachium à prima palme parte extendat: alter prehendat hominem sub ala: alius item vna manu ad os, quod extat, adnota, prominentiori eius palme parte ipsam propellat, altera verò prope articulum data cogat in contrariam partem. Atque hæc quidem luxata non egrè in suam sedem reponuntur, si priusquam inflammatio superueniat, recondantur. Plerumque igitur in exteriorem partem veniunt, veniunt & in interiorem: figura autem ipsa exprimitur, sæpiusque, hæc licet absque, valida intentione restituere. Neceesse est, ubi in interiorem partem erumpant, articulum ad naturalem sedem repellere: brachium verò magis in prouum habitum conuersum circumducere. Cubitus ergo plerumque, in has partes excidit, sed si humeri articulus in hanc vel illam partem moueatur ultra cubiti processum, qui in cavo eius recipitur, quod raro accidit: sed, si accidat, ad hæc luxata non amplius accommodatur directa extendendi ratio, namque, ubi sic extendimus, id cubiti, quod excedit, prohibet, quo minus sequi humerus possit. Quæ igitur sic luxantur, eo modo extendenda sunt, qui ante traditus est ad extendendum humerum si actum, quum alligandus est: ab ala enim conuenit sursum versus extendere, à cubito deorsum cogere. Humerus namque hæc ratione diductus è regione sui recessus collocabitur, sic, ut non hæreat: hoc, ubi accidet, facile restituemus prominentioribus palmarum partibus partim id humeri, quod extat, impulsim reponentes: partim id cubiti, quod iuxta humeri articulum est, à contraria parte coactum in suam sedem collocantes, eodem modo in utroque casu: hæc autem intentio ad huiusmodi luxata instissima est: restitui etiam possent, si recta intentio adhiberetur, minus tamen, quæ si hoc modo intendantur. At humero ut in priorem partem erumpat raro admodum accidit: sed, quid subita vis non expellit multa, in suo loco excidunt, licet magnum sit, quo prohibentur. In hoc autem casu grande est, quod super os crassius excedit, plurimumque, nervi tenduntur: quibusdam tamen excidit: cuius rei id signum est, quod neque, minimum quid curuare cubitum possunt, quod etiam articuli contingenti patet. Nisi ergo subito reponatur, graues vehementesque, inflammationes cum febre oriuntur: sed, si statim occurratur, non magno negotio conditur. Expe dit autem lintum durum, implicitum, non magnum, qua parte cubitus curuatur, transuersum iniicere, tum repente cubitum flectere, & quantum maxime potest, manuum ad humeri caput porrigere: hæc namque reponendi ratio, quæ sic luxata sunt, abundè est.*

A Lintum conuolutum in flexuram cubiti coniectum.
B Cubitus repente conflexus.



Potest item directus intendendi modus ad hanc reponendi rationem aptari. Debet autem, qui restituit, prominentioribus palmarum partibus id humeri, quod, quæ cubitus curuatur, præter naturam extat, retro cogere: alter ab interiori parte cubiti eminentiam adurgere, sic, ut ad cubitum ipsum è regione spectet. Valet autem ad huiusmodi luxata ille extendendi modus, quem supra narrauimus pertinere ad extendendum humeri ossa comminuta, quum vincienda sunt. Intentione adhibita prominentiores palmarum partes adiuuanda sunt, quemadmodum in prioribus demonstrauimus. Verum, ubi humerus in posteriorem partem erumpat (id quod raro accidit) maxime omnium dolorem mouet, & febrem, casu, sub pura bile continuatur, mortifera est, & paucis diebus hominem precipitat: homo autem extendere brachium nequit. Quod si à principio protinus adhibeatis, cogere cubitum extendi, ac per se restituitur: si iam febris autem uerit, non amplius reponendus est, adhibita enim vi dolor hominem interimeret. Atque (ut vno verbo dicam) nullum articulum, dum febris est, compellere in suam sedem conuenit, sed minime omnium cubitum.

cubitus. Obnoxia item est cubiti iunctura alijs grauibus noxijs: hoc enim os crassius est, quumq. ab altero **E** diducitur, ea neq. curuari, neque extendi similiter potest: id patebit, si quis priorem iuncturam partem tangat, quæ diuiditur uena, quæ a superiori parte lacerti procedit: quæ res ubi accidit, non facile restituitur. Neque enim alia ossa, quæ bina inter se iunguntur, ubi debescunt, facile in pristinum locum reuertuntur: sed neesse est ossibus sic diductis partem reddi tumidam: rationem uero, quæ deligare conuenit, possumus, ubi uinculum eius commissuræ, quæ ad talos est, ostendimus. Est etiam, quum perrumpitur interdum os cubiti, quod humero subiectum est: interdum eius cartilago, à qua nascitur chorda, quæ sita est in humeri parte posteriori, id, quum accidit, febrem concitat, & malis uitijs annumeratur: articulus tamen suo loco remanet, basis enim tota hac parte excedit. At, quum ea pars comminuitur, quæ subiecta est humeri capiti, articulus huc atque illuc mouetur, si transuersa penitus frangitur. Sed (ut summam rem exponam) leniora uitia sunt, sub quibus os frangitur, quam sub quibus hoc inuoluto uenæ ac nerui grandiores ibi conteruntur: hæc enim hominem magis ad interitum præcipitant, quam illa, si continua febris accedat: sed huiusmodi fractura raro accidit. Est etiam interdum, quum innum humeri caput frangitur, quæ prominet: id autem multo grauius uidetur uitijs, quæ cubito incidunt, sed aliquanto lenius est. Quæ ergo uia restitui potissimum, curariq. luxata singula debeant, diximus: atq. id etiam, articulum protinus reponendum esse, quod nerui celesterrime inflammatione prehendantur: nam si, ubi excidant, statim recondantur, nerui tamen contrahi solent, & aliquandiu consuetam porrectionem contractionemq. non præstare. Curare autem hæc omnia similiter conuenit, & quæ comminuantur, & quæ debescunt, & quæ prociidunt: omnia enim pluribus fascijs pannisq. & cerato nutrienda sunt, non secus ac cætera, quæ franguntur. Figuranda autem est in his omnibus cubiti commissura, sicut quando humerus & cubitus fractus deligabatur: huiusmodi enim habitus maximè communis est omnium, quæ excidunt, debescunt, aut franguntur: maximè item communis mutationis, quæ postea sequitur, siue curuari illa, siue extendi debeat, ab eo enim habitu mota, æquè & curuari & extendi potest. Præterea membrum ita figuratum citra molestiam egrotantis continetur atq. suspenditur. Ad hæc, si extento brachio callus obduceretur, contineretq. satius esset nullo modo increuisse, multum enim esset impedimento, & parum proficeret: expeditius autem esset callo curuatum brachium firmari: multo autem melius est callum circumdari, brachio medio inter hos habitu collocato. Hæc enus de figurando. Deligare autem conuenit fasciæ capite super uitiatam partem iniecto, seu fracta sit, seu prolapsa, seu diducta: eaq. primos circuitus dare, ac maximè adstringere, sed hinc atq. hinc lenius: uinculoq. & humerum & brachium comprehendere, & utrunque magis, q. plerique soleant, ut à uitiata sede tumor quam longissimè ad partes, quæ hinc sunt atq. hinc, depellatur. Inuictatur autem uinculum eminentiæ cubiti, si ea parte uitium sit, ne tumor ibi excitetur. Cauendum **G** insuper est, quantum potest, ne in uinciendo plurimum uinculum colligatur, quæ cubitus steterit: adstringenda uero est quam maximè pars uitiata: reliqua eadem sequantur, quod ad uinculum spectat, arctius ac laxius: atq. eodem tempore singula, quo superius scripsimus in curatione fracturæ: tum tertio quoque die fasciæ soluantur, ac rursus alligentur, sentianturq. tertio die laxæ, sicut in fracturis. Ferule quoq. debito tempore circumdantur, nihil enim alienæ sunt, nam si fractura sit, quam si non sit, nisi homo febricitet: laxissima autem imponantur, ac tum ad humerum, tum ad brachium dentur, neque crasse sint: adhiberi item debent inæquales inter se, sic, ut una alteram excedat, quantum conferre ad flexum conuenit. Quin et panni superiniiciendi sunt eadem ratione, qua ferulas diximus, sed quæ uilius est, paulo pleniores. Temporis uero coniecturam facere oportet & ex inflammatione, & ex iis, quæ supra scripsimus.



GALENI IN HIPPOCRATEM
DE ARTICVLIS

COMMENTARIORVM LIBRI QVATVOR

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Vt in libro de Fracturis multa dicta sunt, quæ ad Luxationes attinent, ita hoc quoque de Articulis multa de Fracturis tractantur. In cuius prima parte de Humeri articulo restituendo, de Summo humero, ac de Iugulo, pertractat.



Librum hunc illi proximè subiectum esse, qui de fracturis est, in commentarijs in eum iam diximus, quod nunc paucis etiam dicemus. Eam rem ante omnia planè demonstrat principium utriusque libri, in illo enim ita orditur: Medicum oportet, quæ suo loco mota sunt & fracta, recto admodum habitu intendere. ubi apertè de fractis ac luxatis tractaturum se indicat. Sed in hoc rursus, ab initio protinus & coniunctionem, quam /autem/ uertimus, adiungit: quæ ibi adici solet, ubi aliquid agitur, cuius antè mentio facta fuerit, nunquam tamen in principio sermonis adscribitur: quanquam non nulli ad id sapientia deueniunt, ut Xenophontis librum, qui œconomicus dicitur, adducant, inde putantes fidem facere, veteres solitos esse /&/ coniunctionem in principio sermonis usurpare: ac propterea Xenophontis libri tale esse initium, asserunt, *ἡμοῦσα δὲ ποτὲ αὐτῆς, καὶ πάλιν διανοομένης τοιαυτῆ μοι διαλεγομένη*, non intelligentes eum librum potissimum esse inter eos, quos de Socratis dictis ac factis memorabilibus scripsit. Ad hæc ipsa rerum doctrina testatur librum hunc ei, qui de fracturis est, proximè subiecti, ibi enim pollicetur de fractis luxatisq. tractare, quæcunque ibi explicanda reliquit, hæc exequitur, sic, ut nihil in opere desideretur: atque ea de causa dixi Hippocratem iuxta quorundam sententiam uniuersum hoc opus in duos libros non fecisse, sed uno colligasse, eumq. inscripsisse de officina medici, qui præ magnitudine postea ab altero distinctus fuit in duos. Nullum autem fracturæ aut luxati genus fuisse ab Hippocrate prætermisum, exceptis, quæ ad caput pertinent, cum in alio libro ab ipso tradantur, euidentissimum est, si in memoriam reuocentur, & quæ in libro de fracturis prodidit, & quæ in hoc ipso ostensurus est. In libro itaque de fracturis scripsit de brachio, cubito, crure, ac femore comminuto: tum de iis, quæ pedi incidunt & manus: postea de illis fracturis, quibus uleus accedit, & ossa nudantur: postremo de omnibus uitijs genu & cubiti. Reliqua adhuc ex luxatis humeri caput, quod cum lato scapularum ossæ committitur: & femoris caput, quod coxa recipitur, maxilla, & spina: ex fractis, colta, maxilla, nasus, auriculæ, quæ in hoc libro persequitur. Sed & de ossibus, quæ delibescunt, ac de iis, quæ circa articulos conteruntur, in utroque libro tractat: & si quid in eo, qui de fracturis est præterijt, in hoc adiecit, ita, ut nullum super sit genus fracti, prolapsi, aut diducti ossis. Scripsit etiam de musculis, uenis, ac neruis collis, & de alijs, quæ (ut retuli) satis testantur hunc librum illi, qui de fracturis est, subiectum esse. Huc accedit, quod in hoc ipso exponit uniuersam structuram machinamenti illius, quod in eo uoluit paratum haberi medicis, qui in magna ciuitate medicinam faciunt: simulq. in memoriam reducit, illius se antè mentionem fecisse. Id machinamentum à medicis, qui post ipsum fuerunt, scamnum Hippocratis appellatur. sed satis hæc enus ostendimus librum hunc proximè sequi eum, qui de fracturis est. Ad expolitionem igitur eius

eius veniamus, adhuc illud præfati, quod in enodatione libri de fracturis proposuimus, nempe sermonem Hippocratis planum esse, minimaque expositione indigere apud eum, qui primis disciplinis institutus sit, quicquid fuerit in Hippocratis sermone versatus. si quis enim ita paratus ossium hominis, vel certe similia, commissuras inspexerit, facilius adhuc comprehendet, quæ in hoc opere traduntur. si quis autem incidendis musculis operam dederit, & prudens alioquin natura fuerit, huic (certum scio) superuacua videbuntur complura eorum, quæ in istis commentariis posuimus, quandoquidem verba Hippocratis prius tenebit, quæ à me exponantur, sed quoniam non his commentaria scribimus, satius arbitror & aliorum habita ratione, si quid vel parum videatur obscurum, id nullo modo præterire.

1 *Articulum autem lati scapularum ossis noui vno modo excidere, nempe in alam.*

Ostentum iam est in superiori libro Hippocratem solitum esse mutuari nomen ἀρθρον (quem articulum interpretamur) ad significandum ossium, quæ inter se committuntur, non cauum, quo proximi ossis caput recipitur, sed ipsum caput. nunc verò meminisse etiam oportet humeri caput, quod grande est, inferi in extremitatem cervicis lati scapularum ossis, quæ leniter caua est: tum confuisse Hippocratem interdum eiusmodi res ita exprimere, ut nunc, quum inquit/articulum autem lati scapularum ossis: interdum non ita, sed ac si diceret, Articulum, qui cum lato scapularum ossis committitur: quemadmodum in libro de fracturis, ubi sæpenumero scribit/articulus, qui ad genuum/Vno modo/inquit, hoc est, in vnam partem scire se hunc articulum excidere, quod an verè sic habeat, in istis, quæ sequuntur, considerabimus.

2 *In superiorem verò locum, aut in exteriorem, nunquam.*

Cauum id, quod (ut retuli) in extrema ceruice lati scapularum ossis situm est, in priorem partem spectat, quare ubi humerus in superiorem partem porrigitur, illius caput eo cauo prorsus toto recipitur. At, quum commissuræ vniuersæ sex sint partes circumstantes, superior & inferior, prior & posterior, exterior & interior, pars huius commissuræ exquiritæ superior tegitur carnosa parte illius musculi, qui, quum literam Δ representet, Δλατοειδής à quibusdam nominatur: quæ verò ad collum inclinat, superiectum habet dorsum lati scapularum ossis, quæ id summum cum iugulo coniungit. ab interiori parte obicitur processus lati scapularum ossis, quem non nulli ab anchoræ similitudine vocant ἀγκυροειδής, alij à nostri figura ἀγκυροειδής. Hic itaque prohibet, quo minus in eam partem articulus elaboratur: in posteriorem quis nostrum poterit concipere, quum ibi latum scapularum os sit. R. est autem quatuor loca non septa, in quæ putare licet articulum erumpere, quorum omnium meminisse inferioris quidem initio libri, quum inquit/articulum autem lati scapularum ossis noui vno modo excidere, nempe in alam: reliquorum verò trium nominatim, primò superioris, deinde exterioris, tertio prioris. Consideremus igitur, quid de duobus modis dicat, quos aggregatus est proximis verbis.

3 *Non est tamen, quod contendere cupiam, excidat ne an non, & si de eo non desit, quod dicit: sed in priorem partem elapsum, nec vidi unquam, nec elabi posse existimo: consent tamen quidam medici in priorem partem plurimum excidere: decipiuntur autem maxime ipsi, quorum caro circa articulum & humerum tabe consumpta est: siquidem in his humeri caput in priori parte prominens se ostendit. Ego quum in eam partem prociidisse articulum negarem, propterea & à medicis, & à vulgo, male audiui: vnus enim habitus sum ignarus, ceteri quæ omnes periti, vix quæ persuadere illis potui rem ita habere.*

Exequutus duas partes, in quas excidit, superiorem. f. & exteriorem, testatusque ex utriusque in neutram se vidisse articulum luxatum, quasi de utraque pertractans adscripta nunc verba, proposuit. Quod autem postea ponit, cum inquit & si de eo non desit, quod dicam/apertè videtur ad alteram, propositarum partium referri: nam, si referri ad utraque voluisset, non loquutus esset singulari numero/de eo. An H. de solo exteriori loco intelligit, siquidem verba hæc ab eo loco proximè subiiciuntur/ & si de eo non desit, quod dicam: Potest etiam (ut non nulli accipiunt) de utroque loco id scripsisse, vsus antiqua loquendi figura, quasi ita scripserit/ & si non desit de ea re, quod dicam/. Aiunt non nulli dari posse, scripturam hanc corruptam esse, cum à primo librario non rectè fuerit descripta: & quum nemo deinde ausus fuerit ipsam corrigere, hæc tenus corruptam perseverare. Nos autem in quodam exempli ita scriptum inuenimus/ & si non desit de istis, quod dicam/ quum aliquis non dubitavit aliter scribere, quam alibi reperiretur. sed, siue de utroque loco, siue de altero tantum dicat (non est, quod contendere cupiam), operæ precium nobis est utrumque contemplari, quod attinet ad eius verba illo duntaxat adiecto, quod verbo ἰσχυροτέρως significauit contendere cupio: id enim nihil aliud notat, quemadmodum & verbum ὀψείω videre cupio: vnde Homerus deduxit vocabulum ὀψείωντες, significans cupientes videre, quum inquit, τῶν ὀψίοντες ἀντὶς ἐπολέμοιο. Consideremus igitur causam, quamobrem ait nolle se aliquid dicere, & si non desit, quod dicat, primò intelligentes, quæ nam sunt, quæ dicere posset. Constat autem, si quid dicendum omnino sibi statuisset, ex partium naturam inueniendum fuisse. partium autem naturam demonstrauimus ad vnguem in libro de ossibus, in eo,

A in eo, quod est de musculis incidendis, & in eo, qui de ratione incidendi corporis, natura. n. arteriarum venarum nervorum nihil ad hunc locum facit, quia casus omnes, ubi articuli excidunt, sunt ac prohibentur & ob ossium commissuram, & ob musculos quibus illa comprehenditur: ad quæ rem nihil conferunt, aut prohibent venæ, nervi, & arteriæ. Ac ne longius à proposito discedamus, lati scapularum ossis articulus inter ceteros omnes facillimè prolabitur, quum vnus formæ est, & simplex, non duplex, quemadmodum qui in genuo est: neque varius, & nullo modo simplex, quemadmodum qui in cubito: & quum humeri caput grande est & sine oblonga ceruice in sinum parum desidentem coniicitur: femur verò caput paruum habet, & ceruicem oblongam, id verò cauum, quo recipitur, valde sinuatum est, & altis labris cingitur. adde quod in summo capite per validissimum ligamentum ad suum cauum, quæ maximè altum est, distinetur. Iure itaque femur raro prociidit, sæpe humerus, ut qui neque ligamentum habeat, neque in altiori cauo se insinuet. Necessè autem est, cum prolabitur, principio in eam partem moueri, in quam compellitur vi illius habitus, quo figuratur: ubi manere necessariò non potest, & quod suo pte nutu deorsum feratur, & quod interdum prohibeatur angustia loci, siue ob ossium processum, siue ob musculorum vires. Igitur lati scapularum ossis commissura superiectum habet à superiori parte summum lati scapularum ossis, quæ cum iugulo coniungit. & ideo, quæuis in eam aliquis articulus moueat, quum ab ossibus, quæ ibi sunt, non admittat, statim pondere inclinatum deorsum feret: ab exteriori verò magis musculis continet, præterquam quod articulus deorsum naturaliter inclinatur. Interdum tamen violentus habitus, qui musculos possit inter se diducere, potest in spacium, quod inter eos est, articulum compellere, quo deinde adstrictus musculis continetur. atque hac de causa dixit Hippocrates nolle se contendere, excidat ne articulus humeri, an non. quatenus. n. deorsum fertur, manere in priori parte non potest: diductis autem musculis (ut dictum est) nihil alienum videtur adstrictum ibi contineri. Hæc adducere potuit de humeri capite luxato in alium locum, quum in alam: sed, cum id nunquam viderit, commentitiâs causas scribendas esse minimè credidit, ubique magis fide dignum existimans, quod euidenter apparet, quod à ratione ducitur. Sic & quæcumque ipse ad curationem excogitauit, priusquam nos doceat, experimento comprobare: non sicut non nulli ex iunioribus medicis, qui in scriptis de ratione medendi, nobis ea imperarunt, quæ ipsi nunquam antè sunt experti. Sed & ipse Hippocrates in hoc libro, quum tractasset de istis, quæ spinæ incidunt, subdidit: & post experimento redargui, quæ ipse excogitasset, inquit, Pulchra. n. huiusmodi monumenta sunt eorum, quæ cum experti sumus, sine effectu inuenimus, & causarum, propter quas parum procellerunt.

4 *Siquis carnem detraxerit ab ea parte, quæ superiecta commissuræ humeri cum lato scapularum osse ad ceruicem intendit, & ab ea, qua situs est musculus, qui versus superiorem partem extendit, & à chorda iuxta alam, et à iugulo ad pectus, humeri caput, quamuis prolapsum non sit, in priori parte admodum se ostendet. Naturaliter. n. humeri caput in priorem partem prominet: reliquum verò ossis humeri in exteriorè conuertitur.*

Βερχίων, quem humerum vertimus, dicitur ea totius brachij pars, quæ inter duos articulos sita est (duos autem articulos intelligi volo, & cum, qui ad latum scapularum os, & eum, qui ad cubitum est) ἐπιτομὴ verò illa, quæ superiecta commissuræ humeri cum lato scapularum osse ad ceruicem intendit, ὄμοσ enim græcè nominatur ex tota commissura id, quod oculis subiicitur. nã quod lati scapularum ossis minimè se ostendit, à posteriori parte situm est: ab inferiori ossis id, quod apparet, quum totum brachium sursum porrigit. ala μασχάλῃ græcè nuncupatur. Præfatus igitur Hippocrates, ubi in carne, quæ humeri commissuram contegit, macies summa oritur, caput humeri ita extans conspicitur, ut quibusdam excidisse videatur, docet vniuersam eius naturam ex arte corporis incidendi, præcipi, ut si quis aperte intueri ipsam velit, ab ea parte, quæ superiecta commissuræ humeri cum lato scapularum osse ad ceruicem intendit, arnè detrahat, hoc est, scalpello circūcidat, donec, quæ in commissura sunt, ossa nudent: detrahat similiter ab ea chorda, quæ iuxta alam est: tunc. n. hic musculus sunt, primus à lato scapularum osse ac iugulo oritur, quæ à similitudine literæ Δ vocant Δλατοειδής. Huius musculi, quod carnosum est, legit vniuersam commissuram: chorda in longitudinem tendit per os humeri, cui illigat altera chorda gradioris musculi, quæ à pectore incipiens cum superiori connectitur, quæ sita vena est, quæ sub ala ad cubitum procedit. Meminit et huius ipsius, quum inquit/ & à chorda iuxta alam: sed, quum ait/ & ab ea qua situs est musculus, qui versus superiorem partem extendit/ potuit loqui de musculo, qui Δ literam representat, cuius, quod carnosum est, operit vniuersam commissuram. potuit et musculum illum intelligere, qui fertur ad priorem partem humeri, & à duobus capitibus ligamenta valida habet, quorum alterum à lato scapularum ossis processu anchoræ simili, alterum à sublimiori labro cervicis eiusdem ossis, dependet.

5 *Versatur humerus in cauo lati scapularum ossis à latere, ubi brachium iuxta alam extenditur: at ubi totum in priorem partem porrigitur, humeri caput à regione caui lati scapularum ossis collocatur, neque, amplius videtur in priorem partem excedere. Ergo, quod propositum est, nunquam vidi humeri caput in priorem partem promoueri: non tamen contendere velim, eo nec ne promouatur. Quum humerus igitur in alam excidat, complures restituendi peritiã habent, quippe quum multis excidat: callere autem omnes modos, quibus medici luxatum reponant, & qua ratione ipsis utendum sit, eruditi est. Tunc autem adhibere modum validissimum debes, cum maxima vis opus esse intelligis: validissimus autem est, qui omnium potremus adscribitur.*

Versari

Verfari dixit *ὀμιλεῖν*, quod vocabulum græcè ferè mutantur antiqui, non ad significandum, E colloqui, quemadmodum nunc pleriq; sed hac voce intelligunt inter se conuincere, & quali vnâ verfari, quod *ὀμῆ εἰλεῖ* dicebant. quîn & Homerus eodem modo id vsurpat in iis, quæ scribit in clipeo appicta fuisse à vulcano, cùm inquit, *ὀμίλειον δ' ὄψε ζωὸν βροτοῖ*. Humerum itaque à latere ait verfari in cauo lati scapularum ossis, vbi brachium iuxta latus extenditur, *ὀμιλεῖν* dicens verfari, vñ eo verbo significaret, simul esse, & ipsum contingere. At vbi (inquit) brachium totum in priorem partem porrigitur, humeri caput è regione sinus lati scapularum ossis collocatur, neq; cùm erectū maneat, videtur amplius in priorem partem excedere.

6 Quibus humeri caput sepe numero excidit, ipsi per se restituere possunt.

In commentarijs quoque de fracturis ostendi articulos duabus de causis frequenter vel leui occasione erumpere, aut enim ob ipsos sinus parum desidentes, atque iplis labris resupinatos: aut ob humorem earum partium, quæ commissuram comprehendunt, ob quem laxantur, & facile extenduntur. Adieci etiam articulos iidem de causis promptè restitui. quamobrem ab agrotantibus per se citra operam medici, reponuntur.

A. L. 4. f. 5. t. 1.
C. 1. 477. g.

7 In alam enim conicietes tubercula digitorum alterius manus, articulum ad superiorem partem adurgenti: cubitum verò ad pectus adducunt.

Primus restituendi modus hic est, quòd seu eger ipse, seu medicus aliquis, humeri capiti digitorum tubercula subiicit, non quouis modo, sed à parte interiori, vt primò ad priorem partem caput humeri compellat, dein ad superiorem, ipsumq; è regione collocet sui caui. vbi (vt arbitror) musculi, qui commissuram complectuntur, ipsi subseruiunt, & efficiendi focij erunt. ipse enim ait in opere de fracturis, quod & nos in libro de motu musculorum, id proprium esse atque innatum musculis, vt in se ipsos contrahantur. non enim à se ipsis, sed quiescentes atq; ociosi, ab iis, qui in contraria parte siti sunt, tenduntur. Hic musculorum motus humeri caput in alam luxatum non patitur in eodem loco manere, sed ipsum attrahit ad latus, dum expellatur, subiiciaturq; ceruici lati scapularum ossis. Quocirca tria in restituendo sunt agenda, primò quidem in priorem partem impellendum est, deinde in superiorem, postremò in posteriorem: hoc si quidem necesse est quocunq; modo quis reponere id tentauerit. Igitur, vbi partes, quæ commissuram comprehendunt, naturaliter mudent, & laxæ sunt, humeri caput, vel leuiter intento brachio in priorem partem adducitur: at, vbi valida sint, valentius intendi debet. Quamobrem plures inuenti sunt restituendi modi, quorum omnium caput vnum est, quod ego retuli. spectat autem ad ea tria, quæ proposui agenda. inueniuntur hæc ex eo, quod maxime commune est & generale, positum quidem ab Hippocrate, demonstratum verò à nobis in libris de ratione curandi: quod & nunc etiam docebimus, quantum poterit breuissime, nempe ex iis, quæ naturaliter habent, nihil esse corrigendum, si quidem ea nobis consilium est non tollere, sed tueri: quæ verò præter naturam sunt, propositum est in naturalem statum restituere. necesse autem est id quod in antiquam sedem, vnde excessit, reuersurum est, rursus idem iter facere, quod perinde est, ac si dicas, contrarium iter facere: nam iis, qui Athenis Eleusinem proficiscuntur, iter contrarium non aliud appellari potest, quam Eleusine Athenas, quanquam primum iter, quod fecerunt Athenis abeuntes, postremum est, vbi redeunt. Considerato igitur in singulis luxatis, vnde coeperit articulus expelli, quæ processerit, & vbi contiterit. oportebit enim excidendi finem, principium esse reuertendi, atque inde rursus ad excidendi principium procedere. Ac ne longius discedamus in proposito casu, cùm humeri caput suo loco motum in priorem partem venit, ob pondus deorsum fertur, deinde in posteriorem partem ad latus vi musculorum ad se recurrentium contrahitur. cùm ergo reuertit ad suam sedem debet, inchoari à posteriori regione necesse est, tuncq; primò in priorem partem impelli, postea sursum adduci: deinde, cùm situm est è regione sui caui, duorum alterum faciendum est, vel res tota musculis committenda, vel vnâ cum ipsis attrahentibus adurgendum est. at, vbi rem musculis commiseris, inferiorem locum sine fultura ne relinquitto: sustineri enim hic re aliqua humerum oportet, ne, cùm musculi non dum sic confirmati sint, vt ipsum attrahant, deorsum feratur, priusquam ab illis in suam sedem adducatur. Ergo, cùm tria hæc itinera sint, optimum est, vnum quodque ad rectam lineam fieri, primò quidem in priorem partem, deinde in superiorem, tertio in posteriorem. sæpe autem non sic, sed circa ceruicem lati scapularum ossis circuducentes humeri caput restituimus: cuius sanè generis est primus reponendi modus per digitos, vel ipsius hominis, vel medici. Eum modum appellat Hippocrates *κατὰ ὀμιλεῖν*, qui citra noxam proficit in commissura humeri cum lato scapularum ossis, quippe quæ nullum oblongum processum habeat, neque in capite humeri, ex toto enim rotundum est, neq; in labris illius caui, quo recipitur. Quibus itaque sæpe promouetur, necesse est commissuram esse laxam, & cauum exiguis labris contineri: atq; ea de causa ipsi per se ipsos articulum restituit, quibus ita habet, integræ manus digitorum tubercula in alam conicietes, sic, vt inter latus & humeri caput demittantur:

Infra tex. 10.
253. g.

A demittantur: in quo casu digiti vicem veçis præstant, cùm tubercula in acutum desinant ad effigiem summi cunei. hæc igitur summitate facile inter humeri caput, & latus inferitur. quòd si tibi semel admittantur, cùm facile restitui possit ob humorem partium, quæ commissuram comprehendunt, digiti quidem ea parte protinus admissi articulum à latere in priorem partem reducunt. at cubitus, quum ad pectus adducitur, humerum attollit: cumq; digiti simul interim impellant, & circuducent iuxta inferiorem & priorem partem commissuræ, humeri caput ad sui caui oram ascendit. quòd si semel eo fuerit compulsum, leui momento in ipsum cauum reuertitur: hic autem restituendi finis fuit.

A Digni sub alam coniecti.
B Caput ad summum humerum obiectum.
C Genua ad gibbum cubiti appulsa.



A Digni demissi sub ala ab interiori parte articuli prolapsi.
B Caput obiectum, quæ iugulum cum lato scapularum ossis committitur.
C Alter cubitum ad pectus adducens.



adurgere, imperet alteri, vt ipsum ad pectus adducat. hoc supra ostensum est fieri ab idiota, quòd sæpe articulus excidat, edocto qua ratione agendum sit: sed cui nunc primò excidit, non licet id efficere, nisi si generosus est, atque aduersis rebus non perturbatur: hic si quidem iussus à medico per se humerum excitabit.

9 Reponitur item humeri caput, quum brachium retrodatur ad dorsum: tum altera manu eminentia cubiti sursum compellitur, altera à posteriori parte urgetur articulus.

Septima Classis,


KKKKKKK

Hoc

A Cubitur ad spinam, dorso reductus.
B Manus gibbum cubiti sursum retorquens.
C Manus à posteriore parte ad articulum innixa.



Hoc restituendi modo magis circumducimus, quam superiori, sed sub ipso etiam necesse est in tres partes articulum agi, quæ tamen singulæ proprijs finibus non circumscribuntur: neque angulum efficit, quum ex vna parte ad aliam transferatur, sed in orbem flexitur, perinde ac si anguli à quadrato retundantur. Quid autem accidat, quum articulus in orbem agitur, circumduciturque, planè intelliges ex descriptione huius figura.



B A Concipito caput humeri, quem articulum lati scapularum ossis vocat, quum primò agitur, ferri à latere ad partem priorem per lineam C D, inde sursum per lineam D B, postea in suum C cauum conijci, vbi A, quod si ita feratur, non circumducitur: sed, si anguli D B quasi infringantur, non amplius per tres lineas rectas feretur, sed per vnam curuam. Sic itaque circumactus humerus ad oram adducitur sui caui. ad quam vbi venit, modico impulsu in suam sedem reuertitur. Atque hoc commune est omnium, quæ circumducendo reponuntur, id quod etiam

evenit ei restituendi modo, quem nunc exprimit, siquidem brachio in posteriore parte ducto ad spinam, quum necessariò humerus sequatur, caput huius in priorem ac superiorem partem translatum circumducetur, primò circa inferiorem partem commissuræ, deinde circa priorem, donec ascendat ad oram sui caui: in quod, vbi coniectum fuerit, continebitur, tuncque restituendi finis est. G Quemadmodum autem in superiori modo restituendi, ne homo sequens in priorem partem conuerteretur, præcepit medico, vt capite obiecto summum lati scapularum ossis, qua cum iugulo committitur, retrò repelleret: ita nunc, ne in posteriorem partem conuertatur, contrarium imperat, vt scilicet manu obiecta à posteriori parte totius commissuræ, hominem in priorem repellat.

10 Hic reponendi modus, atque is qui superius positus est, secundum naturam non sunt: circumagentes tamen in suam sedem articulum cogunt.

Dixit non secundum naturam esse, eo quod articulus ad rectam lineam non feratur, sed in orbem magis, vt ostensum est, qua in re periculum est, ne abscondantur processus aliqui. Propterea autem adiecit/cogunt/vt vim eorum indicaret.

11 Sed, qui per calcem reponere nituntur, propè secundum naturam cogunt.

Qua de causa hunc reponendi modum afferat propè secundum naturam esse, apertè intelliges, H quum ipsum vniuersum cognoueris: quod fiet, vbi, quæ subijciuntur, animaduertas.

12 Hominem oportet humi resupinare, medicum verò ab ea parte, à qua articulus eruperit, humi sedere: deinde suis manibus hominis brachium affectum prehendere, ac deorsum versus extendere, & calcem in alam demisso, dextro quidem in dextram sinistro in sinistram, in contrariam partem urgere. Necesse autem est in sinum ala rotundum aliquid demittere, quod ibi aptetur, maxime idonea sunt pila parue admodum ac dura, qua è corio ferè sunt: nam, nisi tale aliquid indatur, non potest calx ad humeri caput peruenire: brachio enim ab inferiori parte extento, sinuatur ala, quoniam eborde ab utraq; parte alam constringunt inter se aduersa. Oportet autem aliquem ab altera parte eius, qui extenditur, sedentem, continere hominem ab integri humeri cum lato scapularum ossis commissura, ne corpus ducatur affecto brachio ab altera parte extento: post, loro molli abundè lato pilam in alam coniectam excipere, cuius lori utrumque caput alter extendat, qui à capite hominis sedeat, pedeque eam partem repellat, vbi iugulum cum summitate lati scapularum ossis coniungitur. Pila verò, quantum maxime potest, inius conijciatur, atque ad latus, & à capite humeri recedat.

Si

A Medicus suis manibus brachium affectum prehensens, ac deorsum versus extendens.
B Eiusdem calx in alam demissus: in contrariam partem vrgens.
C Aliquis ab altera parte sedens, continens hominem ab integri humeri commissura cum lato scapularum ossis.



met, quosque superius posuit, tanquam non secundum naturam reprehendat. Primò quidè hic reponendi modus humerum extendit, quod neuter ex superioribus præstitit, quò obrè à quouis merito laudetur. nos. n. ad què usum intentio adhiberetur, extendendumque perpetuò esse, anteq; restituere aut componere tentemus, in opere quoque de fracturis ostendimus. Deinde, in hac curatione calce homo retrò repellitur, ne sequatur, quum brachium attrahitur. Hac itaque duo agentes in diuersa contendimus: loro quidem circa alam iniecto hominè in posteriorem partem ducimus, pede in priorem repellimus, patet aut eundem esse, qui vtrumque efficiens in diuersa contendit. Hac in proposito reponendi modo secundum naturam adhibetur. sed, quum impulsus ablit, à conuenienti modo recedit, eò quod nequeat exigua pila inter latus & humeri caput penetrare, ac multò minus etiam calx. At, vbi eò nihil indatur, quomodo impellemus: vbi non impellamus, neque reponere secundum naturam poterimus.

13 Est & alius reponendi modus, quo super summum humerum alterius hominem collocant: Maior autem esse ne cessario is debet, super quem collocatur: hic autem apprehenso brachio laborantis summum humerum suum excitatum ale hominis subijciat.

A Homo collocatus super summum humerum alterius.
B Maior, super quem collocatur.
C Leuis puer à posteriori parte appensus.

Primus reponendi modus, què posuit, per digitos fuit, siue egrotantis, siue medicæ: alter per calcem: tertius est, quem vocant *ἡσθητικὸν κατωμισμὸν*, eo quod Hippocrates dixit, *ἡσθητικὸν κατωμισμὸν ἐς ἀνθρώπων*, quum significare voluit eum modum, quo super summum humerum alterius hominè collocant. Quomodo autem hoc fiat, ipse aperte docuit, quum præcepit, vt qui super summum humerum collocaturus hominem esset, suis manibus prolapsum ipsius brachium prehenderet, atque ita summum humerum suum attollens in hominis alam conijceret, vt cauum, quod in ea est, eiusmodi eminentiæ locum præstaret.



14

Postea conuertatur, quasi sedili velut insidere, eò spectans, vt summo suo humero ager ala suspèndatur: ipse verò se ipsum ab eo humero magis excitet, quam ab altero, suspensiq; humerum ad suum pectus quam celerrimè adducat. Ita verò figuratus conuertatur, quum hominem suspenderit, vt reliquum corpus in contrariam partem inclinetur, atq; humerus contentus. Quod si homo leuis admodum fuerit, appendatur ei à posteriori parte leuis aliquis puer. Hi restituendi modi omnes ad palestram sunt aptissimi, quoniam luxata ibi, vt restituantur, nullum aliud machinamentum desiderant, quibus alibi uti et conueniet.

Ἡσθητικὸν κατωμισμὸν dixit verbum / conuertatur / significare volens, summum humerum, super quem Septima Classis. KKKKKKKK ij homo

homo collocatur, conuerti, sicut quando ad sedile accedimus, ut illi insidamus. Aegrotantem uero, Equum ab humero pendeat, constat a tergo eius, super quem collocatur, suspendendum esse, hac siquidem via in contrariam partem ducetur, atque brachium, quod a fronte trahitur. Quod si leuis fuerit, qui suspenditur, appendi leuem puerum praecipit, ut grauius reddat pondus, quod tendit in partem contrariam, uult etiam conuerti articulum humeri ipsius aegrotantis ab eo, super quem collocatur, ut e regione sua sedis constituatur. sepius enim diximus ubi articulus ita collocetur, facile recondi: quum nobis etiam nihil impellentibus, musculi, quod expedit, efficiant.

A Pistillum molli fascia inuolutum sub alam intrusum.
B Brachium ad pistillum porrectum ac deuersum.
C Alter manibus ceruicis circumiectis deorsum copellens.



15



16

17

Ex eo ipso ligno, ex quo gradus conficit, tale quidpiam extat initio protinus, quum scalae machinamentum paratur, quo nos et frequenter utimur, simile

Sed & qui super pistillum cogunt, prope secundum naturam restitunt. Inuoluitur autem pistillum molli aliqua fascia, minus enim elabitur: atque inter latus & humeri caput demittatur. Quod si pistillum breuius fuerit, homo alicubi sedeat, sic, ut uix iningere humerum super pistillum possit. Ferè autem pistillum adhiberi longius conuenit, sic, ut homo stans pene ex eo pendeat. Deinceps humerus et brachium iuxta pistillum exte datur, corpus uero alter & altera parte adurgeat, manibus ad collum datis iuxta ingulū.

Atque hi etiam, quatenus in diuersa contendunt, secundum naturam reponunt: quatenus uero humeri caput (ut in sequentibus ostendit) pistillo circumducitur, a reponendo secundum naturam absunt, quae autem hic scribit, singula in aperto sunt.

Hic reponendi modus moderatè secundum naturam est: ac restituerè articulum potest, si rectè adhibeatur.

Hunc modum secundum naturam esse affirmat moderatè, quod significauit uerbo ἐπιθετικός, quod admodum & homo moderatus ἐπιθετικός graece dicitur. putarunt non nulli uerbum ἐπιθετικός uirum pariter maxime, atque idcirco (ut opinor) in principio huius orationis remouerunt dictionem prope ita scribentes sed & qui super pistillum cogunt, secundum naturam restitunt. Debuerunt autem, et si Hippocrates id non monuisset, per se intelligere, cuius rei hunc reponendi modum in sequentibus accuset, accusat enim, quum inquit licet. n. pistillo humeri articulus inhaereat, periculum est, ne corpus in hac uel illam partem labat: ac propterea ait eum modum, qui per scalam adhibet, meliorem esse. Modus igitur, qui pistillo utitur, ad summum perfectionis non accedit, quare neque uerbo ἐπιθετικός / maxime significat: magis. n. eum probat, qui per scalam est: magis item eum, qui per spatham habentem in summo capitulum rotundum ac leniter cauum.

Quin et alius quidam modus est per scalam ad huc melior: quandoquidem tutius suspensum corpus non magis in hanc, quam in illam partem, inclinabitur. Licet enim pistillo humeri articulus inhaereat, periculum est, ne corpus in hac uel illa partem labatur.

Quintus hic est reponendi modus, ob quam uero causam utilior sit, quam qui positus est quarto loco, aperte ipse exposuit.

Alligandum autem est super gradum rotundum aliquid, quod a se sibi conueniat, ut humeri caput in suam sedem combellatur.

A. I. 4. f. 1. l. 1.
c. 2. 479. c

Asimile autem est ligno, quod proxime subdet, quod summum habet capitulum rotundum ac leniter cauum, unde apud recentiores medicos ferè omnes graece ἀμύλιος nomen inuenit. conuenit autem illis organis adhaerere, quae erecta collocantur: cuiusmodi est organum tum Andreae tum Fabri. Neutrius autem structuram adscribere nunc oportet, posita enim est a recentis architectis iunioribus, quae de organis scribunt, nobis autem institutum est Hippocratem explanare, qui ad omnia validissime in contrarias partes, seu extendenda, seu impellenda, eo machinamento utitur, quod scamnum appellatur.

Inter omnes reponendi modos hic praestantissimus est. Lignum accipitur ad summum quinos uel certe quateros digitos latum: crassum uero binos, aut etiam minus: longum cubitos duos, uel paulo breuius: quod ab altero extremo rotundum sit, angustissimum ac maxime tenue: in summo capitulum rotundum ac leniter cauum habeat, parumque extet ab una parte, non quidem uersus latus, sed uersus humeri caput, ut huic subiectum, a se iuxta latus accommodetur. Summo item ligno, uel linteam, uel mollis habena agglutinatur, ut mitius sit: deinde caput ligni in alam demittitur intro quantum potest inter latus & humeri caput: brachium totum super lignum extenditur, alligaturque paulum infra humeri caput supra cubitum, & supra manum, ut quam maxime immobilis sit. Est autem maximi momenti extremum lignum ultra humeri caput in alam intus inderet.

Sextum reponendi modum, quem potissimum laudauit, hic docere ingreditur, aperte exponens structuram ligni, cuius extremo superimpositum est capitulum rotundum ac leniter cauum. Hoc quia simile est labro, quod graeci uocant ἀμύλιον, medici totum lignum ἀμύλιον appellant, tale siquidem labrum est, quale uisum in ollis conuersum in interiorem partem, uersus cauum, unde quidam comicus, ut per iocum morderet, dixit quendam ollarum ἀμύλιον delingere. Attici igitur masculino genere ἀμύλιον, lones foeminino ἀμύλιον, huiusmodi labrorum figuras appellant. Commodissime autem capitulum hoc demittitur inter latus atque humeri caput, utilissimumque est ad impellendum, quum firmiter, quod gibbum est ex humeri capite, excipiat. In uniuersum autem singula ipsius uerba plana sunt.

20



21

Post haec tignum transuersum inter duas columnas bene alligandum est, superque id brachium cum ligno imponendum, ita, ut ab una parte brachium sit, corpus ab altera, sed tignum iuxta alam: deinde ab altera parte circa tignum attrahendum brachium cum ligno, ab altera reliquum corpus. Vincitur autem transuersum lignum sublime, ut reliquum corpus suspensum imis pedibus sit. Modus hic reponendi capitis humeri praestantissimus est: iussimè enim impellit, modo lignum retrò magis, quam humeri caput, demittatur: iussimè item in contrarias partes inclinatur, osque humeri tutum seruat. Vbi casus quidem recens sit, articulus cuius opinione reconditur, prius item, quam extensus uideatur.

Columnas constat ab ipso εὐλας appellari, tignum uero transuersum, quod ab una columna ad alteram peruenit σρωτήρα.


Sed & quia iam diu exciderunt, hoc tantum modo reponi possunt, nisi tempore caro in cauum uenerit, atque humeri caput locum sibi tritum fecerit, in quem ueniat. Vbi autem luxato humero malum ita inueterauerit, hac uia arbitror posse restitui, nam quid non moueat iustus impulsus, manere tamen suo loco non uideo, sed prolabi, ut consuevit. Idem efficies, si super gradum uim adhibeat, hac reponendi ratione usus.

Locum tritum & callosum nominauit τριτόν, quem efficit humeri caput, quod adstrictum diu continetur in ea parte carnis, quae iuxta commissuram est, in quam forte a principio erumpens constitit. κοτύλιον dixit cauum commissuram, quod (ut dictum est) super insidet extremae ceruicis lati scapularum ossis. Plerumque autem tam ipse, quam alij medici, κοτύλιον appellant alta caua ac magnis oris septa: sed nunc iure suo mutuatus est hoc uocabulum ad significandum cauum, in quo proxima caro conijcitur, quum articulus luxatur: & locum occupat, in quo humeri caput ante recipiebatur.

Septima Classis. KKKKKK iij Igitur


Igitur & propterea, quod ipse sinus capitis humeri obstructus est: & propterea, quod locus, in E

A Sedile thessalicum.
B Aegrotus in latius collocatus in sedili.



† 23 textum
in antea im-
pressis.

A Ianua biformis.



accidisse, vt deinceps ostendemus. In Asia nostra primum inspeximus humerum ita prolapsum, quum Smyrnæ adhuc à præceptoribus erudiremur (est autem hæc vrbs multo maior illa, cuius ubique meminit Hippocrates) vt qui ibi plurimum essemus. Post trigelimum & secundum annum

quem venit, occallefcens, sinus vicem præstat: fit vt, si quando reponatur, contineri non possit: cum caro, quæ iuxta erat, sinum præter naturam occupet, & ea, quæ offi locum facit, occallefcens commissuræ sinum referat.

Satis q̄ oīno fuerit, si recens adhuc vitium sit, sup magnū sedile Thessaliū vim adhibere. Sed parari lignū conuenit, quæ admodū dictū est, atq; hominē in latius conuersum sedili insidere, brachio cū ligno super eā partē sedilis iniecto, cui sedētes dorso inharēt: atq; ab una parte corpus attrahere, ab altera humerū cū ligno. Idē quoq; facere licet super fores bipartitas. His autē viuendum est, prout præsto sunt.

Sedilis quondam hæc figura fuit potissimū in Thessalia, vt ad rectam lineam attolleretur ea parte, cui sedentes dorso inharēt, super quā adhiberi voluit vim in diuersa extendendī, quæ admodum antè super tignum docuit. Verum, quomodo collocare languentem super sedile oporteat, ipse aperte explicauit. † Idem efficit fores bipartitæ, si super eas vis adhibeatur. Inueniuntur autem huiusmodi fores, in quartū medio interiectum est lignum firmum, quale paulo antè dixit tignum inter duas columnas. ex his foribus altera ab inferiori parte aperitur, à superiori altera, atq; hæc de causâ bipartitas fores vocauit, quasi duplicem quandam duas in se continētē paruas. Docet igitur prolapsum humerum super lignum inter duas fores situm imponi, vt intentio in diuersa admoqueatur.

DE HUMERO IIS MODIS PROLAPSO,
QUOS HIPPOCRATES NON VIDIT

Testatur quidem Hippocrates humeri caput prolapsum in alam duntaxat se vidisse: quidam verò ex recentioribus medicis scribunt, in alias quoque partes excidere, vt in quas etiam prolabi possit: nos autem quinque hæcenus eiusmodi casum nacti sumus, semel in Asia, Romæ quater, nec sæpius arbitrò Romæ accidisse, quoniam medici omnes, vt me confiterent, quæ præter opinionem euenirent, mihi ostendebant. Quater igitur procidit, ac semper in priorem partem. erat autem discrimen, eo, quod nunc magis ad commissuram accedebat, nunc ab ipsa magis diducebatur in longitudinem, vel latitudinem membri. Mirabar autem quodammodo, qui fieret, vt Hippocrates hoc nunquam viderit: ex recentioribus verò vnus dicat semel se vidisse, alter bis: nemo autem ita sæpe, sicut nos hæcenus conspeximus, & fortè rursus etiam conspiciemus. Existimamus autem non casu, sed ratione, id nobis

A annum Romæ degimus: quam urbem tot homines habitant, vt Polemo rhetor eam celebrans dixerit terræ habitatae compendium. Quod autem quater hæcenus eiusmodi casus eueniret, patere plane potest, eo quod omnes medici (vt posui) mecum communicarent, quæcunq; præter opinionem nacti essent, ac non modò Romæ nihil me latere huiusmodi potuit, sed neq; in portu, atq; in proxima vrbe, quam Hostiam nominant, quum omnibus amicis vterer, quicunq; illis locis medicinam exercerent, quæ & ipsa frequentissima sunt. At vrbes, quarum meminit Hippocrates, vbi diutius egit, non plures incolunt, quàm Romæ vicum vnum, nihil ergo mirum, si in frequentissima vrbe plures incidunt in idem malum. Illud præterea experientia discens, ductus sum ad causam inueniendam, non nullis enim palæstra, non nullis medicorum opera, visus est articulus eo modo excidere, nam duo quidem ex ijs, quos vidi, articulum in alam venisse mihi retulerunt: medicis autem imperite vrgentibus, musculorum complexu arte cōtentum fuisse fecus ac principio apparuisset. Quo circa, si Romæ has duas causas præter hominum frequentiam adijcias, requires, non quidem cur tot nactus sim, quibus humeri articulus ita prociderit, sed cur non plures. Hippocratis enim seculo medici optimè artis præcepta discabant, atq; ea præsertim, quæ ad huiusmodi manus operam pertinent: ea nunc à medicis, vel nullo modo addiscuntur, vel certè exiguo temporis spacio: deinde pake

B stre vsus mirum in modum increuit, vbi eius magistrī membra varijs modis contorquent, atq; peruertunt. Requies igitur (vt dixi) non cur tot, sed cur in tot hominum millibus non plures viderim, quos magistrorum numerus in palæstra, & inscitia medicorum, in huiusmodi noxam compulerit. Restituuntur autem luxata hæc iisdem consilijs scilicet extendendo, impellendo, & collocando. Non conuenit autem ita impellere in hoc casu, sicut quando in alam articulus eruperat. ibi enim opus erat articulum primò in priorem partem, deinde sursum, adducere, dum collocaretur è regione sui caui: nunc autem, quum penitus in priori parte commissuræ sit, siue in interiorē, siue in exteriorē partem aditricus à musculis inclinatur, impellere ipsum oportet ad contrariam regionem, in quo faciendū periculum est, ne ipse deorsum lapsus à musculis in alam trahatur, quam rem in diuersa extendentes præcipit vitamus. Non est autem ab re, dum in diuersa contenditur, locum sepiore, qui sub ala est, quod nos Smyrnæ fecimus, ad articulum in priorem partem elapsū. Accidit autem in palæstra, quum brachium cuidam à luctante duplicaretur, sub quo modo potissimum articulus in priorem partem prorumpit. nos verò homine resupinato intentionem in contrarias partes adhibuimus similem illi, quæ per calcem fit, quodam à posteriori parte sedente, ac loro lato sub ala iniecto, sinu aliqua re prius completo. Nos (vt diximus) articulum è musculis, quibus adstringebatur, expellentes, dein remissa intentione sinuimus attractum à musculis in se ipsos recurrentibus in suum locum reponi. Hæc igitur promptè restitutus est, in palæstra enim protinus curatio nem aggressi sumus, satisq; fuit affectum brachium à nobis ipsis extendi, non secus, atq; in eo reponendi modo, vbi calcem vtimur, interdum etiam extendendī causa laqueum inijcimus. sit autem laqueus ex ijs, qui facultatem habent extendendī æqualiter, qualis est duplex Carchæus, qui ex duabus habentis conficitur. Sed, vbi iam diu procidit, opus fuit scanno Hippocratis, quod ipse in sequentibus tradet. Hæc de articulo prolapsio, pergamus iam ad ea, quæ tractat de corporum varietate, quibus magis aut minus humeri caput elabitur.

24 Illud autem ignorare non oportet, quod in luxatis facile restituentis, natura à naturis plurimum differunt, & multum cauum à cauo distat: nam hoc quidem facilius, illud verò minus facile superatur: multum etiam discriminis est inter eos, quibus neruorum conuictio laxa est, & quibus tenta.

Cum sermonem de restituito absoluerit, causam docere incipit, quam obrem non nullis facile quiuis articulus excidit, ac sine magno negotio reponitur, non nullis contra raro excidit, sed magno negotio restituitur, qua in re nos supra & offiū commissuras causati sumus, & superinictos musculos valentes, aut laxos.

25 Quibusdam enim hominibus humor in articulis est propter adiunctos neruos, si natura laxi fuerint, & extendi facile patiantur. Complures autem videre licet ita humidos, vt vbi velint, sine dolore articulos sua sede moueant, atq; item sine dolore restituant.

Committasse mihi sermonem videtur, quum neruosa corpora laxiora fiant ob humorem hominis naturalem: at non propterea quod laxiora sint, idcirco humor sit in articulis: cuius oppositum indicant Hippocratis verba. Videtur autem mihi voluisse neruosa corpora propter humorem hominis facile plurimum extendi, non tamen hoc oratione assequitur, sed particula/propter/abur-fus lectorem adducit ad intelligendam causam.

26 Differunt etiam inter se corporis habitus, quibus enim membrum boni habitus est & carnosum, articulus minus excidit, & agrius reponitur: quibus quàm solet tenuius est & minus carnosum, magis elabitur, & facilius restituitur: cuius rei indicio sunt boves, quibus femur suo cauo magis erumpit tunc, quum ipsi emacrescunt: emacrescunt autem boves maxime vltima hyeme. Tunc igitur maxime his articuli luxantur, modo quid tale in medicina scribere conueniat, sed certè conuenit.

Natura atq; articularum differentia, sub quibus ipsi, seu prompte, seu vix procidunt, & reuertuntur, duae sunt: quas saepius recensui, cum in superioribus habeantur. Illis non nunquam tertia accedit, quam nunc exequitur, a crassitudine vel macie corporis orta, quam *ἄσιν* id est habitum, dicunt. hoibus enim, quo habitiores efficiuntur, eo articuli aegrius excidunt, ac reponuntur, qm carnis copia vndiq; constringuntur: contra ijs, qui emacrescunt, relaxatur cutis eius carnis, que commissuram complectitur, parumq; prohibet, quo minus articulus excidat, & reuertatur: nec quidquam deterior agitur cum his, qui natura graciliores sunt, quam cum his qui pleniores, ostendimus. n. in libro de temperamentis graciliores esse naturae siccoris, pleniores magis madere. Quocirca musculi, quum gracilibus robustiores sint, commissuram coarctant: plenioribus caro, quatenus magis abundat, adstringit id, quod articulum ambit: quatenus autem mollis est, facile perueritur, quum rotundorum ossium, quae sua sede mouentur, capita admittat, sic, vt vtriq; quod ad articulos excidentes attinet, aequales sint. Si quis in habitior aliqui emacrescit, facilius huic articuli elabuntur, ac rursus reciduntur, tunc, quam antea: non secus etiam, si quis natura gracilis, carne impleatur, ei vix procidit, atque aegre reuertitur. Quam rem comprobatur per ea, quae in bobus apparent, ita aperte loquutus, vt nulla explanatione opus sit, nisi alicubi in vno, vel altero vocabulo, quae a me notabuntur.

27 Reete enim scripsit Homerus ex omni pecore boues tempore hoc maxime pati, atque inter boues, qui arant, quum hyeme laborent: his igitur maxime articulus excidit, quoniam maxime extenuatur. Namque aliud pecus pascere exiguas herbas potest: bos non item, priusquam grandiores fiant. Aliud enim pecus tenuem habet laborum prominentiam, tenues item malas: bobus contra laborum prominentia crassa est, mala item hebetes & crassa, atq; idcirco exiguis herbis non possunt eas subijcere.

Pecus *ῥόβωτα* nunc dixit, significare volens vniuersum pecus, quemadmodum & in libro de morbo comitali, vbi ad verbum legitur *Οὐκ ἔστιν ἄλλο ῥόβωτον ἐδὲ ἢ βόες καὶ αἰγες*. Simile quid apud poetam legitur, vbi ait,

Πολλὰ τε οἱ ῥόβωτά ἐστῖ. Vult enim significare gregem pecudum armentumq; quam vocem e maioribus multi similiter usurparunt.

28 Verum animalia, quae solidi pedis sunt, vt potest quae vtrinq; sunt dentata, vellere possunt, & exiguis herbis dentes subijcere, gaudent q; eiusmodi herba magis, quam grandiori. Omnino enim melior est ac firmitior exigua herba, quam quae grandis est, antequam ad maturitatem veniat: ac propterea scripsit, Sicut quando redit gratum ver bobus, in orbem

Crura quibus vertuntur, quoniam grandior herba incundissima illis videtur. Sed & bos natura hunc articulum laxiorem reliquis habet, atq; ea de causa pedem circumuoluit magis quam cetera animalia, praesertim vbi macie senioq; confectus sit: quas ob res omnes boni maxime prolabitur. Plurima de ipso scripta sunt, quoniam haec fidem faciunt eorum omnium, quae proposita sunt. Sed, vt eo reuertatur oratio, vnde digressa est, gracilibus magis prolabitur articulus ac citius reponitur, quam ijs, qui bono habitu sunt: minus q; inflammatione tentantur madentes ac graciles, quam seci & carnos.

Vellere Hippocrates *σαρξίλει* dixit, quo vocabulo non nulli significari volunt, labra vehementer inter se coniungere, sic, vt herbae partem auellant: alij inferioribus dentibus cum superiori labro idem efficere, nam qui derident (*σαρξίλει* graece dicuntur) dentibus labrum mordent. Verum illi quidem superioribus dentibus mordent labrum inferius: animalia vero, quae ruminant, cum inferiorum tantum dentium ordinem habeant, eo ad mordendum vtuntur, ac propterea accipiunt alij vocabulum *σαρξίλει* in illis, quae dentes inter se committunt, qm, quae carnem vorant (*σαρκοφαγέων* vocantur) tam superioribus quam inferioribus dentibus vtuntur, atq; his videntur fauere verba Hippocratis, quum *σαρξίλει* dixerit, non de ijs, quae ruminant, sed de ijs, quae vtrinq; dentes habent, quae *ἀμφόδοντα* graece nuncupantur. Haec quidem pascere exiguas herbas possunt, cuiusmodi sunt equi, asini, muli: at ex ijs, quae ab vna parte tantum sunt dentata, illa duntaxat, quibus labri prominentia tenuis est, atq; idcirco inter animalia, quae herbis vescuntur, soli boues hyeme pastu indigent, quoniam nequeunt exiguam herbam aut *σαρξίλει*, id est dentibus abscindere, aut labris prehendere: boues. n. non habent labra ita tenuia, vt exiguam herbam circumplicare atq; comprehendere possint, quemadmodum & caprae & oves. Haec tria animalium genera multos pedes habent: sed solidi pedis sunt, quae vtrinq; sunt dentata, appellantur autem graece *μόνονυχα* contracto vocabulo, vt asserunt, qui nominum interpretationem excolunt, a dictione *μονώνυχα*, eo quod vnū vnguem habeant, graeci *μόνον βύχον* dicunt: solidi pedum. n. pedes extremi vnguib; hominis respondent. / Minus q; inflammatione tentantur, quum facilius articulus excidat, sequitur, vt similiter recondatur: quo fit, vt nulla vel certe quam minima inflammatio superueniat. namque, vbi magna vi procidat, ac reuertatur, musculi dolore vexantur, quem subsequitur inflammatio.

29 Minus q; in posterum articulus alligatur. Atque si circa inflammationem mucii in isto plures fuerint, dicitur etiam facile procidat. Per e autem circa articulos mucii redundans magis in gracili, quam in pleno.

Quod inquit in posterum referri potest ad duo tempora, & ad id, quod reposito articulo proximum

Aximum est, cum inflammatae partes curantur, & ad id, quod deinceps citra molestiam insequitur, eo quidem tempore, quod reposito articulo proximum est, vbi inflammatio sit, articulus ab ipsa constringitur, quod ipse etiam narravit: post curationem a validis eiusmodi hominum musculis, & a quadam duritie, quam musculis ingens inflammatio relinquit, articulus quasi vinculo coarctatur.

30 Sed & caro quoq; gracilium, qui arte non fuerint recte extenuati, mucosa magis est q; eorum, qui pleni sunt. Vbi enim, autem mucii cum inflammatione sunt, inflammatio articulum illigat: ac propterea non admodum elabitur, vbi mucii redundans: qui lapsurus vtiq; fuisset, nisi locum vel amplius, vel minus, inflammatio occupasset. Qui reposito articulo, partibus, quae iuxta sunt, nulla inflammatione affectis, protinus humero vti sine dolore possunt, hi nulla cura sibi opus esse arbitrantur: sed medici officium est praesagire contra eorum opinionem, siquidem his rursus prolabitur, magis q; quibus nervi inflammatione tentantur. Hoc in omnibus articulis ita habet, & praecipue in commissura humeri cum lato scapularum osse, ac in genu, naque hi praecipue luxantur. At quibus nervi inflammatione vexantur, humero vti non possunt, dolore. n. prohibentur, atq; inflammatione extendente. His itaq; mederi oportet cerato panis q; & nullas fascias circumdare: tum lanam mollem ac mundam in alam subiicere, donec id cauum compleatur, vt vinculum sulciat, & articulum sustineat. Continere autem humerum oportet, plerumq; in superiorem partem conuersum: sic. n. fiet, vt humeri caput longe collocetur a loco, in quem proruperat. Conuenit autem humeri articulo deligato humerum ipsum ad latum deuincire, fascia in orbem circa corpus peracta.

Quicumq; seu fame, seu obsidione, seu luctu, seu morore, siue etia cibi fastidio, alimenti non satis sumentes extenuati sunt, caro non statim siccescit, sicut illis, qui arte recte sunt extenuati: sed ferè in omnibus propositis casibus madentior efficitur, quibusdam tunc ob inopiam liquatis. Magis adhuc tabescunt, qui in morore sunt, quem graeci poctae *μελεδδω* idcirco dicunt, quasi membra edat, deuoretq; sub hoc itaq; adeps omnis tabescit, & quaecumq; caro mollis ac recens concreuit. Sed, vbi medicus de industria corpus aliquod extenuat: per ea, quae excogitauit, moliri id contendit deinceps frictione vitur, quo tpe opus est, si quid liquatur, exhaurire vel per sudorem, qui sensui turbidit, vel per expirationem, quae non sensu sed ratione percipit. Ad haec par est ipsum esculentia & poculenta non temere dare, sed conari per haec, vt quaecumq; educenda sunt, bene exitum habeant, non modo quae per deiectiones, sed & quae per vrinam. eo. n. pacto, si quis in corpore humor liquatur, vndiq; extra corpus efflueret. nam, vbi in corpore maneat, tempore mucosae carnes efficit. Quodcumq; igitur tenue omnino ac ferè naturam habens liquatur, effertur: & per expirationem, quae sensui non comprehenditur, magis q; alio modo, discutitur: tantum autem subtilit id, quod aliqua tenus crassum est, quod tempore glutinosum efficitur, & a mucis non abhorret.

31 Neceesse est in super humeri commissuram sensim molliterq; perfricare. Opus autem medico est multarum rerum & frictionis etiam experiente: siquidem ab eo, quod eodem nomine appellatur, non idem effectus oritur: potest enim frictio laxior em articulum illigare, & iusto durior em soluere. Verum de frictione ne alibi pertractabimus. Ergo hanc humeri commissuram conuenit mollibus manibus perfricare, tum leniter, quod alioquin utile est.

Efficat frictio sensim molliterq; adhibita, ne quae remaneant inflammationis reliquiae, variè autem procedat, oportet, modo manus a superiori parte deorsum, modo ab inferiori sursum ferantur: deinde obliquae non solum ab inferiori parte sursum, sed a superiori deorsum: post haec in orbem, & quasi transuersae a dextra in sinistram, & rursus a sinistra in dextram, vt musculorum fibrae oēs molliantur. Maiores enim graeci ad frictionem significandam mutati sunt vocabulū *ἀνὰ τρεῖς* pro *τρεῖς*, at nolim tibi persuadeas (quemadmodum non nulli existimant) Hippocratem velle manus in perfricanda humeri commissura ferri ab inferiori parte sursum, q; *τρεῖς* frictionem, *ἀνὰ* sursum significet: nam verbum *ἀνὰ τρεῖς* vniuersum frictionis genus exprimit, non eam duntaxat, quae ab inferiori parte sursum procedit, quod & ipse indicauit, quum inquit, sed de frictione alibi pertractabimus: vbi frictionem *ἀνὰ τρεῖς* vocauit, non enim pollicetur se de vna specie tractaturum ceteris omnibus omissis. Sed in libro etiam de officina medici omnes exposuit, genus vniuersum *ἀνὰ τρεῖς* appellans, quum inquit, Frictio ad resoluendum valet, & adstringendum, praeter haec ad implendum ac minuendum. & quae sequuntur, quae tum in commentariis in eum librum persequuti sumus, tum in opere de tuenda sanitate lausimè narrauimus.

32 Articulus non violenter dimouendus est, sed quatenus citra dolorem moueatur. Confirmantur autem omnes, aly quidem longiori tempore, aly breuiori.

Inflammatione remissa nihil expeditius est, q; eiusmodi motus, soluit. n. illius reliquias omnes: quibus neglectis articuli contracti atq; illigati redduntur, vtriq; enim vocabulis appellantur.

33 His autem indicis exciderit ne humerus, intelligendum est.

In libro de fracturis ante ad eos, qui errant, aggreditur, quod nunc quoque facit. nam postquam errantes

† Inter omnes v detur legitte dicitur *παύσασθαι*, sed *βασίλειος* codex habet, et melius *παύσασθαι* id est vehementer & continue tina. † Melius sic hoc quod *λενδι* latet, *aperitur* ne demps.

S. 7. t. 2. 5. 7. 218. d

Sec. 1. t. 5. 7. 225. a

errantes redarguit, reponendi rationem subiicit, quæ non solum sequitur, quod propositum erat, sed eius etiam fidem facit. Eam ergo primum exequutus, nunc deinceps indicia subiicit humeri capitis luxati, quæ in exercenda arte necessario procedunt, in tradenda non item necessario, eorum vero, quæ præcedunt, aut sequuntur, illud tibi indicio sit, quod non recte effici potest opus, quod sequitur, aut precipi quod præceptum est, antequam intelligatur quod præcedit. Ratio quidem luxati restituendi, antequam intelligatur in quam partem articulus eruperit, aperte demonstrari nequit: sed nihil tam addisci prohibet, priusquam notæ enarrentur. Principio itaque orationis, si id unum edocui simus, humerum in alam prolapsi, & ipsi inuenire modum reponendi possumus, & ab altero etiam doceri: non tamen comprehendere modum reponendi, nisi ante sciuerimus humerum in alam incidere: sicut neque quo pacto in alam incidit, nisi prius nouerimus naturam uniuersæ commissuræ. Si quis igitur restituendi modum præfatus, deinceps adiciat, in quam partem articulum luxatum restitui docuerit, necessarium ordinem perturbat, id quod accidit etiam ei, qui primo incipit ostendere, in quas partes articulus erumpat, dein transit ad commissuræ naturam exponendam. nam, si quis penitus nosset, quomodo articulus in alam excideret, superuacuum esset commissuræ naturam hunc docere: sed, si quis primo audiat, precipiatque, quo nam modo hæc habeat, deinde in quam partem articulus venerit, huic nihil opus est ad hoc, ut restituendi modum doceat. Eodem etiam modo nunc nihil nos prohibuit signorum inscitia, quo minus reponendi rationem intelligeremus. quæ res communiter euenit in omni curatione tradenda: potest enim doceri quis, qua ratione curetur inflammatio iocinoris, seu ventriculi, seu renis, siue intestini crassioris, antequam ipsorum affectus teneat: non tamen curare potest, priusquam eos intelligat: sicut neque ratione curationem inuenire, aut doceri ab altero, priusquam naturam calleat partis, quæ curatur.

34 Partim quidem, quomodo homines iustum habeant corpus, & brachia, & crura, ad exemplum integri extimare vitiatum oportet, et ad exemplum vitiatum integrum, neque spectare alterius hominis articulos.

Quod ab utraque parte tam dextra quam sinistra æquale est ad vnguem, iustum appellauit. Sed quoniam membrorum forma in hominibus varia est, imperat, ut affectum membrum cum pari ipsius affectu hominis membro conferatur: atque inde quatenus à naturali statu recesserit, coniectura fiat.

35 Alijs enim magis extant, alijs minus, sed ipsius laborantis, an integer vitiatum dissimilis sit.

Eos, quibus articuli naturaliter extant, prominentque, & ἀρρηκτα appellauit.

36 Quæ res recte quidem ostendetur, omnino autem magna eius inscitia est. Hac de causa non satis est ratione artem hanc scire, sed usu experiri ipsam oportet.

Insцитiam dixit ὁμοσύνεσιν, non omnem simpliciter intelligens, sed eam, quæ coniuncta est a proxima scientiæ, indicabit autem ipse in sequentibus, qui fiat, ut interdum decipiantur, qui protinus cum vitiatum integrum conferunt.

37 Multis enim articuli præ dolore vel alia de causa, ut non exciderint, nequeunt tamen eo modo, quo in sanis corporibus figurari. Intelligere igitur, ac scire huiusmodi habitum oportet: nam multo magis in ala sentitur caput humeri prolapsi, quam eius, qui naturaliter habet: ad hoc locus, qui à superiori parte super commissuram est, cauus apparet: item latum os scapularum summum, quæ cum iugulo committitur, extare videtur, cum articulus inferiori loco recipiatur.

Insцитiam, quam ipse ὁμοσύνεσιν dixit, nunc unam ponit, quæ in figurando accidit. Interdum enim nequeunt affecta membra aliquo modo figurari, quamuis hoc aegris non accidat, propterea quod articulus eruperit, sed vel dolore, vel musculorum intentione. Deinceps inscitiam alteram subiicit,

38 In quo etiam accidit inscitia, de qua in sequentibus agemus: est enim memoratu digna.

In eo quod locus, qui humeri commissuræ superiectus est, cauus conspicitur, quendam incidere errorem ait, quem in sequentibus diciturum se pollicetur, id autem interdum euenit, ubi iugulum à lato scapularum offe diducitur.

39 Partim etiam à latere cubiti eminentia recedere magis videtur ab eo humero, qui prolapsus est, quam ab altero: si quis tamen cogat, adducitur quidem, sed cum dolore.

Indicium quoque hoc fallax est, nisi sub ala humeri caput contingas, quod in eam venit, quo fit, ut brachium adduci ad latus sine dolore non possit.

40 Adde quod cubito extento brachium iuxta eiusdem partis aurem non ita porrigi potest, quemadmodum & integrum, neque in latera similiter. Hæc itaque indicia sunt humeri capitis luxati: restituendi vero modi hi, qui scripti sunt, & curationes eadem.

Hoc quoque signum ex illis est, in quibus esse inscitiam proposuit, quod euidentissimum est ex his, quæ prodidit, cum inquit multis enim articuli præ dolore, vel alia de causa, ut non exciderint, nequeunt

Anequeunt eo modo, quo in sanis corporibus figurari. Si quis (ut ipse ait) promptè brachium possit ad latera porrigere, id certum indicium est articulum naturaliter habere: quod si aliqua ex parte probi beatur, potest huius rei causa esse dolor, vel musculorum intentio.

41 Maxima autem animaduersione dignum præceptum est, qua ratione curare eos conueniat, quibus sæpe humeri caput elabitur, cum multi ob calamitatem hanc, quamquam alioquin idonei, certare prohibeantur: multi etiam ea de causa redditi sint inuitiles ad bellum, ac perierint. Ob id etiam animaduersione dignum est, quod neminem nouerim, qui recte curaret, sed alios quidem manus homini non iniicere, alios contrarium ei, quod expediret, excogitare, moliri. Adusserunt iam complures medici, ubi humeri articulus excideret, eum locum, qui à superiori parte commissuræ est: & cum, qui à priori, qua prominet humeri caput: & à posteriori parte paulo infra superior em sedem commissuræ. Profecto huiusmodi uisiones commode fuissent, si humeri caput in superiorem, priorem, aut posteriorem partem uenisset: nunc, cum in inferiorem erumpat, expellunt magis quam cobibent: excludunt enim humeri caput à spacio superiori. Sic autem adurere hos conuenit: cuius sub ala prehendenda digitus est, atque attrahenda è regione potissimum eius partis, in quam humeri caput elabitur.

B In hac etiam oratione pleraque plana sunt, quare à me prætermittentur, nisi si qua videantur obscura.

42 Tum, cute sic attracta, ita admoendum candens ferramentum est, ut traiciatur.

Imperat, ut ex cute extenta nihil relinquatur, quod non vratur, sed candens ferramentum traiciatur à dextra parte alæ in sinistram, atque ab hac ad dextram.

43 Ferramenti autem adurere oportet, non crassis, neque nimium rotundis, sed oblongis: celerius enim manu impulsu traiciuntur.

Ferramenta extremitate rotunda appellauit φαλαγγεα, cuiusmodi sunt capitulata illa, quibus ad alas vruntur (πυγίτες vel διαπυγίνα nuncupantur) atque item spathe capitulata: quæ uero, his contraria, oblonga sunt, ἀρομήνη dixit, quorum extremitas non est rotunda, sed acuta, illis aliquo modo similis, quæ ad perforandum accommodantur.

44 Sintque candentia, ut traici quam celerrime possint: quæcumque enim plena sunt, tardius traiciuntur, et cruste inde latiores resoluuntur, periculumque est, ne uicera abrumpantur: quod & si nihilo deterius esset, inrpius tamen atque expers aris penitus haberentur. Tibi ergo candens ferramentum traicceris, ferè abunde erit in inferiori parte duntaxat adussisse.

Candentia esse uoluit ferramenta, quæ ad alam admoentur, quod expressit uocabulo διαφανή.

45 At si nullum in ilare periculum uideatur, ne uicera abrumpantur, sed magnum spacium in medio intergrum relinquatur, instrumentum, quo ad illinendum utimur, tenuè traiciendum est, ab una uisionis parte ad alteram, cute adhuc extensa, non enim possit aliter traici: quo facto remittenda cutis est: postea à inter utranque plagam alia media faciendâ est, admoto tenui ferramento cadenti, donec ad prius demissum instrumentum pertineat. Quatenus uero prehendere cutem sub ala conueniat, hinc conicere poteris, quod glandule sub ala sitæ sunt, atque, in multis alijs corporis partibus.

Vicera uocauit ὠτειλάς, quemadmodum & poeta, qui de recenti uulnere inquit,

Ὄφρα δὲ αἰμὴ ἐπιθερμὸν ἀνήνοθεν ὕψωτειλῆς. Vbi extentam cutem (ut ait) transuersam ferramento traicceris à dextra in sinistram, præcipit, ut iterum aduras, demisso candenti ferramento, non amplius transuerso ab una parte ad alteram, sed prorsus in altitudinem. Oportet autem inter utramque plagam, quam candens ferramentum fecit, non exiguum spacium intericere, namque, ubi exiguum sit, periculum est, ne uicera abrumpantur, atque una magna exulceratio fiat, quam obrem & si nihil deterius accidat, si quidem adurimus, ut partem excicemus, atque adstringamus, non tamen necesse est magna indurata cicatrice locum deformem reddere, quum per exigua foramina liceat æquè succurrere.

46 Sed alibi glandularum uniuersam naturam persequemur, quid sint, quidque, & in quibus indicent, aut possint. Glandulas itaque prehendere non conuenit, nec quæcumque glandulis interiora sunt, id si quidem ualde periculosum est.

Glandularum uniuersam naturam appellauit ὁμομήνη, quam pollicitus est alibi docere, non tamen extat hic liber Hippocratis de uniuersa glandularum natura. Sed quidam ex medicis iunioribus, qui Hippocratem sequuntur, paruum libellum confecit, quem inscripsit, Hippocratis de uniuersa glandularum natura, qui tam loquutionibus, quam sententiis, longè superatur à germanis libris Hippocratis, adde quod neque ullus ueterum medicorum eius libri meminuit, neque ab iis, qui indicem scripserunt, commemoratur.

47 Proxima enim sunt nervis, qui magnam vim habent. Extra glandulas plurimumprehendendum est, E nam id sit innocenter.

Secl. 4. circa medium.

Subiectos esse ait glandulis in ala nervos magnam vim habentes, quos nuncupavit τόνες. Ridiculè igitur quidam ex recentioribus medicis existimant nervos illos duntaxat ab ipso appellari τόνες, qui coniugati à cerebro oriuntur, quoniam in secundo de morbis vulgaribus, cum dixit duo enim nervi à cerebro iuxta os magnæ vertebræ & quæ sequuntur, nervos appellavit τόνες. nervi enim, qui ad brachia intendunt (vt in confesso est apud omnes, qui incidendi corporis peritiam habent) à spinæ medulla in cervicibus dependent, qua parte ad thoracem accedit: quos constat ab ipso nominari τόνες, tum in propositis verbis, ac deinceps bis in iis, quæ subiciuntur: tum infra rursus, vbi de spinæ agens, nervos appellat τόνες.

48 Illud etiam ignorare non oportet, quod vbi humerum valdè in superiorem partem porrexeris, nihil prehendere ex cute sub ala poteris, quod extendere oper. eprecium sit: nam, vbi in superiorem partem porrigatur, cutis, quæ sub ala est, absumitur. Ad hæc nervi etiam nulla ratione violandi sunt: hi siquidem in eiusmodi habitu prominere, atque extenduntur. Sed, si humerus paulum excisus, multum cutis apprehendi poterit: & nervi, quos canere oportet, intrò magis recedent, longiusq. aberunt ab eo, quod apprehenditur.

Absumi in ala cutem ait, vbi totum brachium sursum porrigatur. antè siquidem laxa erat, ita, vt superesse videretur. brachio autem sic figurato extenditur circa partes, quas contegit, ita, vt quod prius superesse videbatur, pereat, & quasi absumatur, quum brachium sursum porrigitur.

49 At nonne in vniuersa arte in primis dàda opera est, ut quo pacto singula iuste figurentur, inueniamus?

Iuste intellexit quasi æqualiter. hoc autem fit, vbi seruetur, quod vnicuiq. rei conuenit, & proprium est. Id nunc, quo de agitur, vsus cutis in ala est, quam admouere oportet, humero conuenienter figurato. nam, si ita demittatur, vt latus attingat, nimis parum excitabitur, neque poterit alitudo alæ se ostendere, neque cutis sanè digitis extendi atque aduri: sed, si humerus plurimum attollatur, digitis extendi nihil ferè cutis poterit, sub hoc enim habitu circa subiectas partes extenditur: adde, q. nervi prominent. Eatenus igitur attollere humerum conuenit, atque ab ala reducere, vt locus in conspectum veniat: sitq. quæ subiicere digitis facile possimus, & cutem extendere, atque adurere. Quæ, quum primum excitato brachio fieri possunt, admouenda manus est membro ita figurato, neq. vterius attollendum. non. n. alia de causa humerus attollitur, nisi vt possit cutis sub ala digitis extendi hæc tenus, vt candens ferramentum admoueat, prout ipse indicauit, ita, vt si hæc præstare potuissemus humero demisso, eiusmodi habitu nihil antiquius fuisset, quum laxiorem cutem efficiat. sic enim plurimum attrahitur, ac manus sine vilo periculo penitus admouetur.

50 Hæc circa alam: satisq. est sic prehendere, modo quæ conuenit, candentia ferramenta demittantur. Prehendere dixit de cute.

51 Extra alam duæ tantum sedes sunt, quum aduruntur morbo auxiliantes.

Dictionem/extra/dixit ἐξωθεν, quam posuit non vt loci differentiam notaret, sed quemadmodum apud Demosthenem, atque alios rhetores vsurpatur, qui cum ἐξωθεν τὴν ἀράματα dicunt, præter rem significare volunt. Id igitur, quod Hippocrates asserit, tale est. Præter vitionem alæ, duæ aliæ sedes sunt morbo auxiliantes, quum aduruntur. vsus autem est vocabulo τιμωρίσαι, quo constat ipsum non aliud significasse, quam auxiliantes, quod fecit etiam Euripides, cum Orestem in Hæduxit hæc loquentem, ἀνόσια μὲν δ' ἐστίν, ἀλλὰ τιμωρεῖν τὸ πάρελ. Differunt autem inter se τιμωρῶν, & τιμωρήμερος, quod vocabulum cum accusandi casu iungitur, hoc siquidem significat crucians, ea dem ratione & Menandri fabula inscribitur ἐαυτὸν τιμωρήμερος.

52 Vna quidem est à priori parte inter caput humeri, & chordam, quæ ad alam est.

Nos quoque vidimus articulum contineri in hoc loco, qui pars totius prioris regionis est. nam, quum ea lata sit, vna quidem eius in medio ad vnguem est, duæ autem vtrinq. : vna ab interiori parte, cuius nunc meminit, altera ab exteriori, de qua paulo infra loquitur. Est autem admiratione dignus, qui, quum nunquam viderit humeri caput in aliam partem excidere, quam in alam, non contentus fuerit ipsam tantum adurere, sed adiungens duas alias regiones, illas coniecerit, in quibus nos vidimus caput humeri fixum: ex his in eam, qua vena sita est, per summum humerum procedens, vbi duo musculi concurrunt, & magnus ille, qui à pectore oritur, & qui à literæ Δ similitudine Δελτοειδὲς nuncupatur, quater vidimus humeri caput prorupisse: in exteriorem verò partem mediæ regionis semel, de qua tractabit in sequentibus.

Quæ

53A Quæ demittere candens ferramentum conuenit, vt cutem traiciat, non tamen nimis altè: proxima enim est crassa vena, ac nervus, quorum neutrum calefaciendum est.

Crassam venam intelligit nunc eam, quæ per summum humerum fertur ad cubitum (ἀμυδα græcè vocatur) quasi latam vel grandem, cui innectitur coniunctio duorum musculorum propoli torum, cuique adiungitur nervus, qui distribuitur in partes cutis, quæ iuxta venam est. Cavendum autem esse, ne in adurendo nervus aut vena attingatur, apertè declarauit, non tamen ostendit, à priori ne an ab interiori parte venæ, vel prorsus super ipsam, adurendum sit. Fieri enim hoc potest, in primis cutem attrahendo, quo modo in ala diximus, dein transuersam adurendo, post hæc instrumentum, quo ad illinendum vtimur, traiciendo, atq. in orbem iterum adurendo. Quemadmodum autem in ala, quamuis subint nervi maximi, & cum ipsis arteria ac vena latissima, tamen aduri cutem voluit, securitatem subiectarum partium comparans eo instrumento, quo illinimus, demissio sic in proposita nunc vitione nihil mirum, si cutem venæ superiectam aduri iubeat, illos autem nervos dixit ἐπιμαγεστέρας, quod vocabulum mutuari solet ad ea, quæ magnam vim habent, quemadmodum illi, q. non longè distent à spinæ medulla, & maxime pleni sint. Sed circa venam, quæ ab interiori parte tendit ad cubitum, nervum simpliciter dixit, non adiciens ἐπιμαγεστέρας: multum enim distat à medulla spinæ, atque exiguus est.

54 Rursus alio loco licet adurere ab exteriori parte multo supra chordam, quæ ad alam est paulo infra humeri caput. Traiciatur autem cutis candenti ferramento, sed non nimis altè, ignis. n. nervus est inimicus.

Venit ad tractandum reliquum ex his locis, in quibus recipitur humeri caput prolapsum. hic autem est in exteriori parte, prioris regionis, in quam semel etiam conspexi humeri caput venisse, non rectè autem in plerisque exemplaribus legitur/rursus alius locus quem licet adurere à posteriori parte est, hic enim locus non à posteriori, sed ab exteriori parte committitur est. Si quis igitur exquisitè definire loca velit, quæ iuxta humeri commissuram sunt latitudinem habentia, hic profectò omnia intuitus in priori regione mediam dicet esse quandam lineam, sine latitudine conceptam in medio ad vnguem, quæ superne in humeri longitudinem tendat: & vtrinq. in latitudinem terminari priorem regionem, ab interiori quidem parte ea vena, quæ ad interiorem cubiti sedem pertinet, ab exteriori verò alia quadam linea, quæ distet à linea mediâ, sine latitudine concepta, quantum ipsa vena recedit. Hi sunt ergo termini prioris regionis. duo autem alij vtrinq. sunt, quæ feruntur chordæ ad alam: vnus interiorè regionem, alter exteriorè finit. eam verò intelligito interiorè commissuræ regionem, quæ est inter venam, & chordam, quæ ab interiori parte alam terminat: sed exteriorè in, eam, quæ incipiens à linea, quæ tantum distabat à mediâ linea sine latitudine concepta, quantum ipsa vena tendit ad chordam, quæ ab exteriori parte alam finit. Quare iuxta diuisionem hanc quidquid erit superius chorda, quæ ab exteriori parte alæ sita est, non dicetur vtiq. à posteriori regione commissuræ, sed ab exteriori, siquidem regio posterior in commissura est, quæ latum scapularum os sinum est: inferior in ala continetur: superior verò inter lati scapularum ossis summitatem atque humeri caput.



55 D

A Linea latitudine catens.
B Humeralis vena.
C Alterum tantum interuallum.
D Posterior pars.
E Interior.
F Exterior.
G Inferior.
H Superior.

Porro mederi in tota curatione vlcibus debemus, videntes, ne multum attollatur humerus, sed modicè, quatenus vlcera curatio postulat, quoniam frigus vò minus adspirabit. Adusta. n. omnia tegenda sunt, non secus etiâ moderatè curanda: nam sic minus hiant, minus sanguis erumpit, minus nervorum distentio sequitur.

Causas ipse exposuit, cur edicat, ne multum humerus vnquam attollatur, primum, quod vsta omnia tegere expedit, sic tamen, vt curari possint, & non frigeant, quum alioquin (vt ipse testatur) frigus vicera mordeat, cutem induret, pus fieri in dolore non patiatur, ac multo magis in iis, quæ calor excitauit, sicuti nunc ignis / minus (inquit) hiant / hoc est diducuntur vlcera oræ, ob id enim frigore magis

magis excipiuntur, & tardius sanescunt, grandioresque cicatricem recipiunt. Quod autem subditur E minus sanguis erumpit/communiter ad omnia vlcera refertur, non proprie ad ea, quae proposita nunc sunt. nam si quis sic eum vratur, quemadmodum praecipit, periculum nullum sanguinis eruptionis sequetur. fortasse autem nervi tantum distentione periclitantur ob frigus, quod cute nudati contraxerunt: cuius rei in fine orationis meminit.

56 *Vbi vlcera pura sint, & ad cicatricem intendant, tunc sanè oportet humerum diu nocturnè, semper ad latus deligatum continere.*

Ω τειλας nunc proprie de cicatricibus dixit, non de vlcibus, quemadmodum antè. monet autem maxime dandam operam esse, ne humerus, nisi paululum duntaxat, à latere diducatur, idque, quum vlcera curantur, quoniam pura vlcera opportunissima sunt illis omnibus casibus, quos in oratione proxime praecedente narrauit, atque iis praesertim, qui ab exterioribus causis oriuntur. antea siquidem sordida erant, atque inflammata, sordemque & humorem praeter naturam superatam pro velamento ac tegmento quodam habebat, quin & inflammationis calor extrinseco frigori obfistebat: at vbi inflammatio conquieuit, & pura reddita sunt, ac sine superate humore, magis quam ante sentiunt ea, quibus laeduntur. Ob haec igitur omnia facile sub exterioribus causis ac praecipue F frigidis dolent, & refrigerantur, propter sensum vero acriorem vehementiori dolore cruciantur, cui accedunt ea mala, quae sequi dolorem solent.

57 *At vbi vlcera conualuerunt, humerus diu debet ad latus similiter deligari: namque hac via cicatrix maxime confirmabitur, atque id spatium, in quod maxime humerus proccidit, contrahetur.*

Hic etiam indicauit, quo consilio haec praeeperit, quum inquit/namque hac via cicatrix maxime confirmabitur, atque id spatium, in quod maxime humerus proccidit, contrahetur/quasi ita dixerit, quo minor cicatrix inducetur, eo magis alae cutis contrahetur: quod maximum momentum habet in prohibendo, ne in hanc partem humerus elabatur.

58 *Quibus recondi humeri caput non potuit, si adhuc crescunt, humerus non aequè augetur atque is, qui integer est: sed quamuis aliquid augetur, aliter tamen breuior redditur.*

Ea nunc persequitur, quae necessario iis accidunt, quibus humeri caput suo loco non est. Primum ac maxime commune, cui reliqua omnia superueniunt, est, quod minus alitur: quam rem, si membrum iam perfecte increuit, gracilitas sequitur: si adhuc augetur, exiguitas. Non alitur autem membrum ob musculorum & venarum, quas continet, deprauationem. eius quoque rei causa est totus articulus immobilis: nam & inegra membra, vbi diutius omnino immobilia mancant, aperte graciliora conspiciuntur.

59 *Iam verò, qui à primo natali die humeros breuiores habent (γαλιόγκωνες graecè appellantur) ob duplicem noxam id mali experiuntur, vel quod dum in vtero sunt, humeri luxentur: vel aliam ob noxam, de qua postea aliquando scribemus.*

Dicitur nescire γαλιόγκωνες à similitudine felis (γάλη graecè dicitur), an ab alio quopiam, relinquenda quaestio est iis, qui in huiusmodi studia incumbunt. medicum vero scire conuenit nasci quosdam vtriusque humeri articulo luxato, dextro & sinistro, sicque humeros breuiores esse: neque ignorare alteram huius vitij causam, de qua tractaturum se pollicetur. Difficile autem est alteram inuenire, praeter illam, quam ipse deinceps ait illis accidere, qui teneri sunt. Inquit ergo.

60 *Sed, quibus tenera adhuc aetate iuxta humeri caput in intimis partibus alteque suppurationes oriuntur, omnibus sanè humeri breuiores fiunt: ac sine secuntur, siue vratur, siue per se pus aperiat, scire licet haec ita se habere. Maxime verò brachio vti queunt, quibus à primo natali die humeri breuiores sunt: neque ipsi tamen sursum ad aurem porrigere brachium possunt, cubito extento, nisi multò minus, quàm ab integra parte.*

Potest hoc etiam, dum in vtero sunt, accidere: aliam verò noxam, quae iis, qui in vtero geruntur, causa sit, vt articulus elabatur, difficile est inuenire. sed has ambas accidere nihil prohibet: potest, n. dum infans in vtero est, à natura suppuratio fieri, aperiri, & ad cicatricem vlcus perducit: quod magis adhuc euenit, vbi humeri caput elabatur ob humorem infantis naturalem, & quia cauum commissurae ipsius humeri tale est, vt facile articulum expelli patiatur.

61 *Quibus verò aetate iam robusta humeri caput erumpit, neque restitutum est, pars, quae super commissuram est, tenuatur, et gracilioris habitus fit. vbi dolore liberatur, non aequè p̄stare possunt opa oia, quae cumq; regunt, vt cubitus à pe-
ctore*

A *Et ore diductus in latera attollatur. Ad ea autem valent quaecumque, efficienda sunt humero vel in priora partem, vel in posteriorem ad peccus adducto: nam terebra, ferris, secure, ac rastris vtuntur, dummodo cubitum non admodum attollere neesse sit, atque ad alia omnia idonei sunt, quae brachia postulat ita figurata.*

His, qui hoc vitio tenentur, pars, quae super humeri commissuram est, protinus etiam inter initia tenuior apparet, & gracilior, quum humeri caput lati scapularum ossis cauum reliquerit: sed & istiusmodi in posterum adhuc amplius conspicitur, eo quod procedente tempore emacrescant partes musculi, à literam referentis, quod redditus sit imbecillius, quum sequens humeri caput, vi deorsum feratur ad alam: & quod immobilis maneat, neque suo munere fungatur, quod erat humerum attollere: quare frigidior & imbecillior redditur, atque emacrescit: quandoquidem labor firmat, ignauia tabidum reddit.

DE SUMMITATE LATI SCAPULARVM OSSIS,
QUA CVM IUGULO CONIUNGITVR

62 B *Quibus lati scapularum ossis summitas diducitur, extare videtur os, quod recedit: est autem haec ligamentum iuguli cum lato scapularum osse. Diuersa autem est hac parte natura hominis à ceteris animalibus. Medici itaque in hoc casu maxime decipiuntur: excitato enim osse, quod recedit, humeri commissura pars superior apparet depressa, & caua, ita, vt quasi procciderit humeri caput, prouideant. Non ergo complures medicos alioquin non ignobiles, qui summopere laederent, dum nitentur huiusmodi humeros restitueri, vt qui luxatos esse extimarent: nec prius desisterent, quàm vel rem desperarent, vel iudicarent per se non posse humeri articulum restitueri. His eadem curatio conuenit, quae ceteris eius generis, nempe curatum, panni, fasciae, atque eadem vinciendi ratio: verum tamen deorsum cogendum est id, quod excedit, tum ea parte plurimi panni iniiciendi, maximeque adstringendum, humerusque ad latus continendus est, suspensus à parte superiori. Hac ratione id, quod recessit, proxime adducitur: quam rem scire optime licet, atque praedicere, omni periculo vacare, si alioquin tibi videatur: ex hoc. n. casu, nec paruum nec magnum in humeri commissura oritur detrimentum: sed aliquid decoris eo loco amittitur: nunquam. n. huiusmodi os in naturalem & antiquam sedem reuertitur, sed necessario, siue amplius, siue minus, à superiori parte prominet: neque. n. aliud os vllum in pristinam sedem reuertitur, quod recesserit ab aliquo osse, cui quo naturaliter iungeretur. Paucis autem diebus à dolore liberatur latus scapularum os summum, si comode vinciatur.*

C *Indicat lati scapularum ossis summitatem esse coniunctionem. dicit etiam ipsam esse os, quo alligantur proposita ossa ambo. constat autem summitatem lati scapularum ossis esse cartilaginosa, quod litum est, quia iugulum cum lato scapularum osse committitur, à quo dependent membranae, quibus extrema ossium colligantur. Hoc, vbi recedat, iugulum etiam sequi consistit, & idcirco restituitur iugulo deorsum compulso, sic, vt ea parte in orbem quodammodo inclinetur: quos fit, vt in iuuenibus facilius cogatur, nam, quo magis aetas procedit, eo magis corpora nostra siccantur. Ergo, quemadmodum sicca ligna minime idonea sunt, quae curuentur, madentia autem & viridia facile id patiuntur: eodem modo & ossa eorum, qui adhuc increverunt, coacta curuari possunt, ac multo magis vbi rara sint, & cauis plena, quale est iugulum. Equidem experimèto sensu iugulum inue ipso curuari: nam, quum in vinculi vi vehementer compelleretur, aliter vrgebat, quod ego pertuli quadraginta dies, quibus iugulum ad humeri caput ita adductum est, vt iis, qui nunc aspiciunt, nūquā recessisse videatur: quibus tunc quum recessit, diductum interuallo trium digitorum viderunt, rem admirarentur. Inde tñ factum est, vt humerus id temporis minime nutrireretur, ita, vt penitus emacresceret, cumque eo brachium etiam nutriti desineret. Sed his omnibus, vno vinculi p̄sidio succurrens, nō multo tempore à soluto vinculo totum membrum refeci. In adolescente autem, ac multo magis in puero,*

D *os facilius vinculo cogitur: ego verò, quum id mihi accidit in palaestra, annū agebam trigelimum quintum, nullum tñ alium ex iis, qui firmissima aetate essent, aequè licuit ad sanitatem perducere, eo quod vinculi vim minime ferret. Ipse igitur locū sensu frigidum prorsus, sic, vt totum diē ac noctem perfunderet calidū oleum cogere, pelle toto corpori subiecta, sup̄ qua nudus facebā, quum caniculā alius vigeret. A pedibus igitur inani pelue subiecta pellis ita figurata erat, vt oleum per eam commodè funderetur, quidquid autem in pelui coactum erat, in ollā conticiebatur iuxta ignem, vt calefieret, eoque inde accepto totus affectus locus perfundebatur. at quum, vel modicum quid aliquando intermittebatur, sentiebam continuo musculos iuxta ceruices distendi, sic, vt aperte constaret sequitur esse nervorum distentionem, si ignauis fuissent, qui perfundebant. Mihi etiam aliud euenit, quod non parum in causa fuit, vt musculi male afficerentur, atque id quoque enarrasse opera precium erit, ne quis existimet male affici musculos, propterea quod iugulum duntaxat deorsum fuerit coactum. In palaestra enim lati scapularum ossis summitate diducta magister intuitus partem superpositam humeri commissurae, depressam, existimans humeri caput in alam excidisse, intentionem tentat, atque impulsit: quae quidem artificiosè agit, at quum sine vilo profectu operam perderet, arbitror peccati aliquid in impellendo: quamobrem alios adhiberi subeo, qui cum ipso humerum, & ab inferiori parte,*

& a contraria extendantur: atque ipse integra manus digitos, quantum possum, intro demitto ad humerum, qui excidisse videbatur, ut inditi inter latus & humeri caput, ipsum impellerent: nihil autem inueniens in ala præter naturam, iubeo, ut extendere cessent, qui cum magistro simul vim adhibebant, eo quod humeri caput non procidisset. hi vero existimantes me fracti animi ob dolorem esse, hortantur, ut sibi me ipsum committam, ne ab extendendo desistant, ita, ut musculum auulsiissent (quæ res alijs iam accidit) nisi forte alter aduenisset, qui optime nouerat me nullo modo ob molli-
tatem extendentes prohibere. hic eos remouet, ac me rogat, quid mali sit, quidque faciendum censeam. respondeo summitatem humeri diduciam esse, opus autem mihi esse oleo, linteis, lana. eo igitur ad balneum, multoque oleo perfusus maneo in labro, quoad possum, dum, quæ ad curationem facerent, afferrentur. Quare musculis assidua perfusio necessaria fuit, quum male affecti ea ratione fuissent. multi autem vinculum non sustinent, etiam si id non accidat, sed malunt in posterum, quæ ex eo malo molestia sequitur, ferre, quam id quadraginta diebus sustinere: neque enim breuiori spacio con-
sequi eos posse existimo, ut iugulum ita exquisitè curuetur. Reliqua Hippocratis uerba plana sunt.

DE IUGULO FRACTO

63 **Iugulum comminutum, si ex toto fractum sit, facilius curatur: si in longitudinem, egrius: hæc autem contraria sunt, atque aliquis existimet. Id igitur, quod ex toto fractum est, magis utiq; in suam sedem compelli potest: ac, si summa cura prouideatur, quod sublimius est, magis deorsum cogetur idoneo habitu, ac debito vinculo: quamuis autem ex toto in suam sedem non collocetur, tamen ea pars, quæ excedit, non ualde acuta appareret. At quibus in longitudinem frangitur, simile vitium est, atque ubi ossa diducuntur, de quibus supra tractauimus: non ita enim in suam sedem restituitur, extansque ossis extremitas aspicitur admodum acuta. Ita uniuersum autem scire conuenit, nihil humeri commissuram aliamque partem laedi, quam iugulum frangitur, nisi (quod raro accidit) corrumpatur.**

Ex toto frangi dicit, quod nulla parte hæret: cuius contrarium est, quod non ex toto abrumpitur. Id uno modo fieri expressit, quum inquit: si in longitudinem, egrius: si multum demonstrauit, quod ex toto abrumpitur, transuersum abrumpi: quod non ex toto, in longitudinem, ergo, ubi ex toto com-
minuitur, partes cedere inter se plerumque solent, atque una sursum ferri, altera deorsum, tum altera in interiora, in exteriora altera. qua de causa uidetur fractura grauis, & ægrè sanabilis. Verum altero modo, quum fractura in longitudinem est, leuior quidem apparet, egrius tamen curationem admittit: nequit enim iugulum fascia excipi in orbem, sicut membra: qua uia duntaxat propelli, atque adduci possent, quod in longitudinem fillum est. Quod si hæc, quæ nunc ostendimus, in memoria habeantur, nihil obscurum uidebitur ex iis, quæ ab Hippocrate in sequentibus ponentur.

64 **Iuguli fractura deformitatem affert: deformitas autem principio maxima est, deinde minor. Satius fuisset dicere/minus apparet/ principio enim rei nouitate deforme vitium uidetur: procedente tempore, sicut alia omnia, quibus alluiscimus, ita deformitatem paruifacimus.**

65 **Sanescit autem cito iugulum, atque alia ossa, quæcumque rara sunt, quoniam callo hæc maturius obducuntur. Igitur, ubi casus recens est, egrius solliciti sunt putantes malum grauius esse, quam sit, medici autem sedulos in probè curando se exhibent: procedente tempore laborantes, ut qui non dolcant, neque ingressu, neque cibo prohibeantur, rem contemnunt: at medici, ut qui locum reddere decorum non possunt, se subducunt, neque offensorum negligentiam iniquo animo ferunt: interim callus festinat crescere. Deligandi autem ratio ea conuenit, quæ plerisque, cæcato, pannis fasciis mollioribus, adhibitis. Hæc autem prouidisse oportet, atque item nouisse in hac præsertim curatione, plurimos pannos, quæ os extat, obiciendos esse, ac fascias plurimas, ubique, maxime premendum. Nonnulli existimarunt plumbi aliquid alligandum, quod operari esset, ut deorsum cogaret, quod extaret. Fortasse autem nec illi sapiunt, qui simpliciter uincunt, quædoquidem neque propositus modus fracto iugulo conuenit: nihil enim ferè cogere potest, quod excedit. Sunt & alij, qui cognoscentes uincula ipsa aliena esse, neque in naturalem locum adducere, quod extat, deligunt quidem eiusmodi egrotantes pannis fasciisque superdati, perinde atque alij: sed hominem fascia aliqua circumgunt, qua parte commodissime cingitur: ubi pannos obiecerint, quæ fractura extat, sic, ut ea parte in tumorem assurgant, caput fasciæ ad iugulum a priori parte deuincunt, fasciamque, è regione iuguli porrigit ad partem posteriorem, & in cingulum demissam ad priorem adducunt, atque inde rursus ad posteriorem. Alij fasciam in cingulum non demittunt, sed inter anum & naturale: tum iuxta anum ipsum, dein circa spinam ducentes, sic fracturam comprimunt. Hæc, quum ab eo audiuntur, qui usum non habet, prope uidentur secundum naturam esse: at, ubi quis ea experiat, inuilia comperiet, neque enim aliquod tempus immobiles manent, etiam si homo cubet, quanquam hoc modo proxima essent: tamen si cubans cruris flexus, aut ipse curuetur, omnes fasciæ mouebuntur: præterquam quod hæc uinciendi ratio alioquin sæda est.**

Causam ipse adiungit, quamobrem hæc celeriter sanescant: sed cur callus maturè increseat, causam

A causam non expressit, ut quæ ex natura ossium, de quibus tractatur, percipi possit, quoniam in iis, quæ rara sunt, multum humoris contrahitur. In prioribus autem demonstrauimus, recepto humore ob affectu ossis vim spissato, in oris fracturæ callum increcere, qui, ubi satis increuit, fracturæ oras illigat, atque adstringit, neque enim os altioribus partibus solidatur, quemadmodum caro, sed (ut dictum est) in summo, quali uinculo adstringitur. Quæ sequitur, si diligenter cõsiderentur, oia plana sunt.

66 **Siquidem anus comprehenditur, fasciæque in hac loci angustia colliguntur. Quod uero ad eas fascias pertinet, quæ in zonam induuntur, non ita arctè hæc cingitur, quum sursum ferri cogatur: quod ubi excidit, necesse est totum uinculum relaxari. Proximè autem moliri quis sibi uidebitur, quamuis nihil magnum efficiat, si fascias non nullas in cingulum demittat, sed plerumque, ad primum uinculum adhibeat: hæc enim ratione maxime stabiles erunt, & alteri circuitu alter auxiliabitur. Plurima quidem dicta sunt ex iis, quæ ad iuguli fracturam attinent. Scire autem licet, iugulum plerumque, ita frangi, ut ea pars, quæ a pectore est, sursum feratur: quæ à summitate lati scapularum ossis, deorsum: cuius causa est pectus, quod neque, admodum sursum, neque, admodum deorsum mouetur.**

Locum angustiam dixit ενωρροχωρῶν, quod nomen (ut quibusdam placet) non componitur ex uocibus ὄρη, ενωρ, & χωρῶν, quæ significarent humidum, angustum, locum, sed deducitur à uoce ενωρροχῶν, quæ nihil amplius sibi uult, quam ενωρ, quod significat angustum, unde quadam additione (quæ figuram παραγωγῆν dicit) deducitur ενωρροχῶν, quæ nihil aliud sibi uult, quam angustiam, quod ex iis euidenter colligitur, quæ Simonides sic scribit πρὸ τοῦ ὀστέου ἀσπίδος ἐν ἕρεσιν ἀνὴρ λέγειται λη, ἡ δὲ πᾶρδ ἀλιν μούνος ενωρροχῶν συντυχῶν ἐν ἀτραπῶν, cõfertur autè secunda syllaba tenui spiritu.

67 **Exiguus enim est motus articuli, a parte ossis pectoris.**

Exiguum motum uocauit κίχλισμόν. At siue uocabulum sumatur à motacilla aut, quæ græce κίχλος dicitur, eo quod affidue eandem moueat, siue à quouis alio, non pertinet proprie ad hunc locum: sed magis persequi causam oportet, cur commissura iuguli cum pectore, quamuis sicut alia non nullæ referri inter minimas non debeat, tamen nihil ferè moueatur, sed quam huius rei causam Hippocrates tradat, audiamus de uerbis ipsius. Os pectoris στήθος appellat, quo nomine significat se nunc uidetur, non omne id, quod est à priori parte thoracis, sed medium os, in quod se inferunt costæ, quod græcè à iunioribus medicis στήθρον uocatur, de quo rectè dixit.

68 **Ipsum enim os pectoris sibi continuatur, & spinæ.**

Os pectoris sibi ipsi continuari manifestissimum est, sed & spinæ etiam. liquidò constabit, si quum in cadauere detracta carne costas uideris à posteriori parte, spinæ: à priori, ossi pectoris, inherere.

69 **Sed & iugulum prope humeri articulum supernat. Cogitur autè moueri sæpissime, eo quod cum summitate lati scapularum ossis iungatur. Maxime autem, ubi perumpitur, pars, quæ ab ossè pectoris est, sursum fertur, neque facile solet deorsum repelli, quoniam natura leuis est, spaciūque ipsi latius patet à superiori parte, quam ab inferiori: latius uero scapularum os, humerus, & quæ his inherescunt à costis & ossè pectoris, optime soluuntur: quamobrem possunt plurimum attolli, atque demitti. Itaque, ubi iugulum frangitur, ea pars, quæ est à lato scapularum ossè, deorsum conuertitur: facilius enim deorsum fertur omnia cum humero ac lato scapularum ossè, quam sursum. Quando igitur sic se res habet, decipiuntur, qui censent posse, quod super excidit os, deorsum compelli: namque, in aperto est inferiorem partem ad superiorem adducendam esse, easi quidem mouetur, ea à naturali sede recedit: constat autè hanc aliter nullo modo propelli posse, uincula enim nihil magis adducunt, quam repellant. Si quis autè humerum, ad latus, quantum potest, adductum sursum attollat, ut humeri commissura maxime acutam se ostendat, hoc pacto concurret cum ossè pectoris, à quo recessit.**

D Solet Hippocrates quasdam figuras ac linguarum proprietates usurpare, quamuis consuetam locutionem sequatur. Simile quid apud Xenophontem legitur, ipse enim, si quisquam est, qui uilitata locutione utatur, in his nomen proficitur suum, sæpius tamen inserit uocabula lingue propria, ac translata: quod ratio apud hunc, frequentius apud Hippocratem reperitur: quemadmodum in præcedentibus uerbis, ubi κίχλισμόν dixit paruum motum, nunc uero, πλοῦδης ἐστὶ, quod supernat, id autem quasi sine fulcro significat: cuius rei testimonium facit, quod subiicit, quum inquit/ cogitur autem moueri sæpissime / eo quod cum summitate lati scapularum ossis coniungatur / at summitas lati scapularum ossis rursus ob humeri articulum sæpissime mouetur, quum ipse imbecillissimè sit, & maximè motus. Initio uero sermone prope dixit, dubium autem est ad locum hæc, an ad rem debeat referri: uel enim accipiemus, prope articulum, frequenter iugulum moueri, quæ sententiæ magis probò, uel (ut quibusdam placet) prope referemus ad frequentem motum, ita, ut mens eius sit, iugulum maxime prope accedit ad ea, quæ frequenter mouentur, quum humeri articulo iungatur.

70 **Si quis igitur legitimum uinculum adhibeat, ut celeriter glutinetur, cetera uero omnia extra huiusmodi habitum super uacua existimet, rectè utiq; sentiet, celeriterque hominem ad optimam ualeitudinem perducet: quem iacer e maxime ad rem pertinet, satisque sunt quatuordecim dies, si quiescat, sursum uiginti.**

Septima Classis, LLLLLL Legitimum

Legitimum vinculum appellat, quod omnibus in consuetudine est, ac iam est veluti lex quædam non scripta. sic enim & in vita fit, ut quos mores omnes student, legibus similes sint. Vinculum igitur quod ad fracturas pertinet, huc non admodum accommodatur, atq; idcirco fulius de ipso scripsit in primo de fracturis: hic autem nullum vitium exponitur, ad quod eiusmodi vinculum adhibeatur. Ostendimus enim in commentarijs in eos libros, & nunc etiam in memoriam redigimus, morbos omnes, quibus accommodatur id vinculum, quod ad fracturas pertinet, traditos fuisse ab Hippocrate in eo volumine: in hoc autem omnes, qui alteram vincendi rationem postulant. Porro autem in eo vinculo, quod ad fracturas pertinet, fascia super affectum membrum in orbem circumdatur, sed in altera vincendi ratione fertur ad alias partes, ac plurimum ad eas, quæ vitæ sedi contrariæ sunt: quod in libro de officina medici testatur, cum inquit, Consentit autem cum capite humeri fascia ad alteram alam demissa.

71 Si in iuguli fractura (quod raro accidit) contrarium eueniat, ut scilicet in os, quæ à pectore est, subiciatur, id, quod à summitate lati scapularum ossis sublimius fertur, ac super alterum excedat, nullo magno presidio opus est: demisso enim lato scapularum osse, cum humero, recte ossa inter se concurrent: ac quævis ratio vincendi satis erit, & callus paucis diebus increset.

In superioribus quidem demonstrat, ubi totum iugulum transuersum abrumptur, ferè quod à pectore est, sursum conuertitur: quod à summitate lati scapularum ossis, deorsum. nunc cum modum persequitur, qui rarius accidit, sub quo ea pars iuguli, quæ est à summitate lati scapularum ossis, sursum fertur, quæ à pectore demittitur: atque hic (ut ait) facilius sanescit. nam demissa summitate lati scapularum ossis, simul etiam demittitur ea iuguli pars, quæ ipsi continuatur, sicq; alteri æquata illigatur, curatur que.

72 Quod si non comminatur hoc pacto, sed ab hac vel illa parte in latere erumpat, in suum locum collocandum erit, lato scapularum osse una cum humero excitato, quemadmodum & in superioribus explicauimus: ubi restitutum fuerit in pristinum statum, reliqua curatio celerissime perficietur. Plurimq; igitur, cum partes inter se cesserunt, ipso humero sursum coactò restituitur.

Quod ab ipso nunc proponitur, accipere debemus in osse, quod in interiorem vel exteriorem partem prolabitur. intellige nunc, quam dico interiorem partem, eam, quæ altè sita est in corpore: exteriorem, quæ in superficie ad cutem.

73 Vbi cumq; autem, quod à superiori parte est, in latus vel in inferiorè partè veniat, commodè restituitur, si homo resupinetur subiecta aliqua re inter scapulas, quæ attollat sic, ut pectus quæ maxime recuruetur: aliquis item humerum iuxta latus extensum sursum adducat: medicus verò altera manu ad humeri caput data prominiore palmæ parte repellat, altera quod diductum est, componat: sic enim maxime in natura sedem restituet. Sed (sicut iam diximus) superius os deorsum ferri maxime solet. Plurimq; ubi alligati sunt, conuenit ita figurari, ut cubitus iuxta latus contineatur, sicq; humeri caput excutietur.

- A Æger supinus collocatus.
- B Puluis inter scapulas subiectus.
- C Alter brachium à coltis diductum attollens.
- D Medicus fracta ossa componens.



Περὶ ὀρθῆς δὲ τραπεζῆς κατὰ πρῶτον. Homine igitur ita figurato, præcipit, ut medicus altera manu humeri ad latus adducti caput in exteriorem partem repellat, sic enim diductæ iuguli partes plurimum inter se recedent, recuruato pectoris habitu multum ad eam rem cõferente: altera manu componat, atque in vnum adducat diductas iuguli partes. humerum vero iuxta latus sursum compellit interdum satius esse in sequentibus adscribit.

Sed

Vbi ea pars iuguli, quæ cū pectoris osse cõmittitur, vel in latus, vel in inferiorè partè prorumpat, tunc aut cõmodè restituit, si homo resupinet, subiecto H inter scapulas iuxta spinâ puluino, seu ceruicali, siue tali quopiam, ut hac via thorax totus recuruetur. hoc autem expressit vocabulo περιπνδης, quod poeta etiam vsurpauit, quum inquit,

74A Sed quibusdam (ut narrauimus) debet humeri caput sursum urgeri: cubitus autem ad pectus adduci: manus verò ad summitatem lati scapularum ossis ab integra parte porrigenda est. Quod si homo cubare non recuset, aliquid imponere conuenit, quo fulciatur, sic, ut humeri caput maxime sublimè sit: at si inambulet, fundam à cervicibus suspendere ex fascia oportet, quæ cubiti eminentiam complectatur.

Hæc figurandi ratio efficit, ut humeri caput in exteriorem partem compellatur, cum quo adducitur & iuguli pars, quæ summitati lati scapularum ossis adiuncta est. Sed eiusmodi habitu inquit ferè opus non esse, quod superiori fati restituatur, sub quo humerus iuxta latus extensus adducebatur, cubito ibidem collocato, non quemadmodum nunc pectori superimposito. Abstinere igitur debemus ab imponendo cubito super pectus, non quod hic habitus priori sit deterior, sed quod per illum duntaxat, pleraq; præstari possint, quæ ad reponendum idonea posita sunt. Quomodo, si res non succedat, ad habitum transibimus secundo loco ostensum.

GALENI IN HIPPOCRATEM
DE ARTICVLIS
COMMENTARIVS SECVNDVS

Vido Vido Florentino interprete.


ARGVMENTVM LIBRI

Agit de reliquis Manus articulis: de Faciei malis, ac maxillis: de Naribus & Auribus curandis: cum luxata vel fracta fuerint.

DE CVBITO



- A Ala subiecta habena.
- B Manibus depellens.
- C Medicus articulum palmis coaptans.



set fascia subiecta, & cubitum super rem aliquam collocare, ac iuxta articulum graue aliquid appondere, Septima Classis, LLLLLL ij aut

Vbi articulus, ubi paulum dimotus suo loco excefferit, vel ad pectus, vel in partem exteriore, maneatq; pars eius acuta in cavo humeri, rectè extendere oportet. Et qis extat repellere, atq; ad latus urgere. At ubi toto loco motus fuerit in hanc vel illam partem, idè extendendi modus aptatur, qui fracto humero, cum deligandus est: sic in curua pars cubiti non impedit, maxime verò versus costas erupit. Restituitur aut plurimum reduectus, ne humeri caput attingat cubiti processum: ita aut collocatus ut non hæreat, circūagitur ac circumflebitur, non rectè cogitur: eodemq; tpe utriusq; in contraria compulsi in suam sedem restituitur. Expediit & cubitum nunc prout, nunc supinè conuertere. In curuatione ita figurare brachium oportet, ut manus paulo sublimior cubito habeatur, humerus verò ad latus: sic aut & suspensum & collocatum nature & vsus commodum erit, modo callus non malè increset: increset aut celeriter. Linteæ uerò adhibenda eo modo sunt, quo articulorum ratio postulat, ut pars quoq; acuta adligetur. Malum aut luxato cubito maxime recrudescit febre, dolore, vomitu pure bilis: præcipue cū in posteriori partem exciderit, quod cartilaginosa sit: deinde cū in priorem: sed curatio eadem est. Vbi in posteriori partem prolapsus reponitur, rectè extendere oportet: signum aut sic prolapsus est, quod homo extendere brachium nequit, nam ubi in priorem venit, flectere non potest: tunc aut durum aliquid implicitum conuenit inijcere, & cubitum porrectum plurimum repente circa ipsum flectere. Diducta aut ossa intelliges, ubi eam partem tangas, quæ uena in humero diuiditur: sed hæc celeriter callo circūdantur. Ossæ autem à primo natali die breuiores sunt, præsertim quæ proxima sunt cubito, deinde quæ manui, tum quæ digitis: Humerus aut & scapula propter motum validiora euadunt: sed & alterum brachium propter opera validius est. Minuitur caro ubi in exteriori partem venit ab interiori, alioquin à contraria illi, in quam venit. At ubi cubitus in interiori vel exteriori partem prolabitur, distentio ita adhibenda est, ut cubitus ad rectum angulum cum humero collocetur. Attollere autem alam oportet

aut manibus deorsum urgere. Suspenso aut articulo necesse est prominentioribus palmarum partibus adur- gere, quæ admodum in manibus. Hæc figura conuenit dum deligatur, dum suspenditur, dum collocatur: ubi in poste- riorè partem subito extendere oportet, & prominentioribus palmarum partibus in sua sedem compellere, quæ similiter seruandum est in alijs reponendis: ubi in priorè imposito lineo in pile speciem inuoluto flectere si- mul, & reponere necesse est: quod si in alteram partem uergat, cum reponitur, utrumque fieri debet. Figura aut, quæ communiter aptatur, cum reponitur & cum deligatur, idonea esse etiã potest, cum distenditur, ita, ut in omnibus communiter requiratur. Quod spectat ad modos reponendi, reponuntur alij suspendendo, alij distendendo, alij circumducendo: quæ celeriter fiunt, ubi figura in hanc uel illam partem excedant.

DE MANU

2 Manus autem articulus in anteriorem, uel posteriorem partem promouetur: sed maxima ex parte in- teriorem. Manifestum indicium, ubi in anteriorem, quod curuari: ubi in posteriorem, quod porrigi digiti non possunt. In restituendo collocentur digiti super scammum, & in diuersas partes distendantur: quod extat ex offe uel prominentiori palma parte, uel calce simul repellatur, & in anteriorem & posteriorem partem uergatur: sed ab inferiori iuxta alterum os, pila aliqua mollis subiciatur, manui pronæ, ubi à superiori est: supina, ubi ab inferiori. Curatur aut lineis. Prolabitur tota manus uel in anteriorem, uel in posteriorem partem, uel in hoc aut illud latus, maxime aut in anteriorem. Promouetur aliquando & appendix: aliquando & alterum os diducitur, tunc autem uehementer extendere conuenit, & quod extat repellere: reliquum uero à contra- ria parte adurgere, duobus modis retro, & ad latus, uel manibus super scammum, uel calce. Maxime autem recrudescunt & deformitate afferunt, tpe tamen confirmantur, ita ut usui sint. Curatio aut lineæ postulat, quæ ad manum & cubitum pertineant: tum ferulas, quæ usque ad digitos accommodentur. Alligata aut ferulis sepius resolucere oportet quam fracturas, & uerberius inungere. Verum à primo natali die breuior sit manus, & minuitur maxime caro à parte contraria illi, in quam os uenit: ei uero qui iam adultus est, ossa manent.

- A Extendentes in diuersa.
B Medicus palmas os emittens retrudens.
C Inuoluerum molle alteri ossi subiectum.



Sec. 1. 1. 1. 2. 5. 1. c

DE DIGITIS

3 Digni articulus, ubi excidit, in aperto est. Resti- tuitur rectè à distendendo, in quod extat repellendo, & in contrariam partem adurgendo. Curatio fasciis & lineæ postulat. Nisi restituitur, callo extrinsecus circumdatur. Luxata autem ossa uel à primo na- tali die, uel ei qui adest, ab inferiori parte bre- uiora euadunt, & caro minuitur, à contrario illi in- quam prolapsa sunt, sed iam adulto manent.

Maxilla paucis hæc enis toto loco mota est.

4 Qui operam dant corporibus incidendis γνά- θων dicunt eam partem, quæ genis subiecta est: genas uero, quæ μήλα uocant, eas, quæ leniter ro- tundæ in facie prominent. Quemadmodum igitur Hippocrates dixit, articulum autem lati sca- pularum ossis, pro articulo, qui cum lato scapula- rum osse committitur, sic nunc maxillæ articu- lum intellexit, quum maxillam ait, quam γνά- θων appellat. Sic etiam poeta dixit.

κόπτων ἀμφοτέρησι χαμαὶ δ' ἄπαντας ὀδόντας,
Γνάθων ἐξελάσασμι σὺς ὡς λήϊστονήρην.

ubi uidetur appellasse γνάθους, malas & maxillâ, H.

quas ipse etiam Hippocrates in sequentibus γνάθους nominat. Atque hæc de vocabulo, cur autem scripserit paucis maxillam toto loco moueri, ipse deinceps docebit, animum igitur adungito.

5 Os enim, quod à malis procedit, cum eo coniugatur, quod ab aure, hoc autem maxillæ capita excludit: quorum unum à superiori parte situm est, alterum subiectum. Item ex maxillæ capitibus unum quidem ob longitudinem non facile expellitur, quod rostro simile, iugale os excedit.

Antea quoque diximus in expositione libri de fracturis, & in primo commentario, si quis non in- telligit, quæ ita clare ab Hippocrate exponuntur, huic opus esse monstratione offiij, præcipue homi- nis, uel certe simiæ, satius autem est non tunc, cum liber legitur, sed prius per oculi ossa inspicere. Dixi- mus item scriptum fuisse à nobis librum de ossibus ad eos, qui primas institutiones addiscunt, in quo ante exerceri melius est eum, qui percepturus est, quæ ab Hippocrate scribuntur. Atqui, ut in superio- ribus scripsi, sic etiam nunc faciã mediã quandam doctrinã, inter eam, quæ conuenit ijs, qui inspe- xerint, & eã, quæ ijs, qui non inspexerint. Hoc enim pacto, qui inspexerint molestè sermonis longi- tudinem non ferent: qui non inspexerint quasi descriptionem quandam habebunt exquilitè cogni- tionis, quæ haberi non potest, nisi ossa ipsa inspiciant. Intelligito igitur ex partibus oris, quæ dentes continent,

A. l. 4. f. 5. 1. 1. c. 2. 47. d

A continent, eam, quæ mouetur, esse maxillam: quæ immobilis est, malas in utroque item osse dentes con- tineri, tam magnitudine, quam numero, inter se æquales. Procedit autem à malis os tenue continua- tum illi ossi, quo continetur angulus oculi temporibus propior. cum hoc alterum os necitur, in quo situm est foramen auris, quæ uero coeunt hæc inter se, commissura sit futura similis. Hoc igitur os, quod malas capiti annectit, ab ijs, qui incidendis corporibus operam dederunt, iugale os appella- tur: quandoquidem & ipse Hippocrates coniugatur/inquiens, ostendit duo ossa inter se coniungi, quali iugo subiecta. huic autem iugo cauum subiectum est non mediocre, in quod se inserit alte- rum maxillæ caput, quod rostrum refert, hoc & foeminino genere κρόνον, & neutro κρόνον, græci appellant. Iuxta hunc processum maxilla quoque alterum exigit, per quem cum capite prope aurem committitur. Sed hic breuior est, alter multo longior, uterque distinguitur iugali osse, quod medium inter utrumque situm est, longiori humilius, breuiori sublimius, utroque maxillæ processus Hippocra- tes nominauit capita, quum inquit/hoc autem maxillæ capita excludit/hoc est, diducit, separatque in- ter se, alterum ab inferiori parte, à superiori alterum. Constat igitur procidere maxillam non pos- se, nisi processus rostro similis iugali osse humilior demittatur, at non propterea simpliciter luxabi- tur, ubi illud accidit, aperto enim ore in suum locum reuertitur. Ad hoc igitur, ut luxetur, necesse est reditu prohiberi, eo quod ipsa in latus conuertatur. Rectè igitur in sequentibus inquit/luxari autem non potest, nisi ore uehementer aperto in latera conuertatur/neque enim ferri potest ipse pro- cessus infra os iugale, priusquam maxilla à malis plurimum diducatur, quod accidit, ubi homo ma- xime hiat: neque reditu in suam sedem prohibetur, nisi in latus conuertatur. Ægrè igitur prolabi- tur & ob hæc, & ob musculorum robur, quibus ad superiores partes alligatur, de quibus agit proximis uerbis.

6 Iam uero ab utraque harum summitatum neruosa oriuntur chordæ, quibus musculi illigantur, qui κρο- τωφίται, & μασσητήρες dicuntur.

Quæ autem κρωφίται id est capita maxillæ uocauit, nunc ἀκρεια id est summitates appellat, ab utris- que inquiens neruosa chordas oriri, quas τένοντας uocat. solet autem sic appellare eas musculorum extremitates, quæ græcè ab ijs, qui uersantur in corporibus incidendis ἀπὸ νεύρων τένοντες nuncupantur. Semper autem magis neruosa sunt, quam medijs musculis: uerum inter se differunt, eo quod alia natura magis neruosam habeant, alia minus. ubi carnosâ natura plurimum abundat, musculi ex- tremis carnosam uocant, contra ubi neruosa superat, neruosam. nunc quia neruosa magis sunt, quam carnosa, iure dixit ab utroque horum capitum neruosa chordas oriri: innecti enim inquit sum- mitatibus maxillæ musculos, qui κρωφίται & μασσητήρες nuncupantur. Sed incertum est, num eisdem musculis his uocabulis appellerent, an alios esse uelit κρωφίταις, alios μασσητήρας, quoniam, qui post Hippocratem uersati sunt in corporibus incidendis κρωφίταις uocant eos, qui à tempo- rum ossibus oriuntur, quos ubi intenduntur, claudere & contrahere os aperte uidentur: eos uero, qui maxillæ, quæ latefcit, illigantur, utrinque scilicet vnus, μασσητήρας nominant, eo, quod in man- dendo maxillam circumagant: quod efficere non amplius possunt, qui à superiori parte oriuntur. hi enim sursum solummodo ipsam adducunt, non tamen in latera mouent. Quocirca ipsi opus est in contrahendo ore, non secus etiam, ubi prioribus dentibus aliquid mordentes abscindimus, uel ubi comminuerè aliquid caninis uolumus. Sed ubi cibum, ut contundamus, conteramusque, super maxillares imponimus (quæ actio μάσσησις græcè dicitur) musculi tunc suo munere funguntur, qui maxillam, cui illigantur, quæ latefcit, in latera mouent. Probabile igitur est hos musculos appel- lari μασσητήρας: eos uero κρωφίταις, qui à musculis iuxta ossa temporum (quæ græci κρωφίταις di- cunt) oriuntur, qui & neruosa chordas continent, maxillæ summitatem rostro similem circum- agentes. Atqui conditum est in ore par aliud musculorum, qui superne ab osse, quod ab alarum si- militudine πτερυγοειδές uocatur, & à toto sinu iuxta posito oriuntur, iunguntur autem maxillæ, ca- potissimum parte, unde processus ad commissuram fertur. perueniunt autem hi musculi ad eos, qui μασσητήρες dicuntur, quibusque (ut dixi) maxillæ inhaerent ab exteriori parte, quæ latefcit, quum ab interiori parte duo, qui propoliti sunt, utrinque vnus, maxillam, quæ latefcit, comprehendant. Ergo, quum Hippocrates ait/iam uero ab utraque harum summitatum neruosa oriuntur chordæ, quibus musculi illigantur, qui κρωφίταις, & qui μασσητήρες dicuntur: constat nullo modo loqui de muscu- lis, qui ab exteriori parte maxillæ superiniectuntur, sed duo musculorum paria indicasse, eos scili- cet, qui euidenter ab extrema fronte oriuntur, & eos, qui iuxta sinum ossis πτερυγοειδές: hi enim alte- rum processum attrahunt, quem inseri in commissuræ cauum diximus: sed alterum musculorum par, quod (ut retuli) maxillæ extremitatem rostro similem in orbem amplectitur, rursus ipsos ma- xillæ processus sursum ad caput adducit.

7 Et propterea uocantur, ac propterea mouentur, quod inde illigantur.

Quum propositos musculos dixerit nominari μασσητήρας, causam reddidit, cur ita appellerent. Septima Classis. LLLLLL iij inde

inde enim illigantur, hoc est, maxillæ summitatibus: propterea mouentur, quum mandimus, & Ε μασσητες vocantur.

8 Nam, quum edimus, loquimur, aut aliter ore utimur.

Maxilla solummodo mouetur, quum a malis ipsam reducant priores duo cerpicum musculi, cumq; μασσητες illam adducant. Iure igitur euidenter mouetur, quum ei ossi, quod maxime mouetur, illigentur. Dicit autem sunt ob huiusmodi motum μασσητες, a mandendo, quæ maxillæ actio valentissima est, leuiter enim mouetur, dum loquimur.

9 Male quidem quiescunt: innectuntur enim capiti, sed non insinuantur ut articuli: at maxilla mouetur, ut quæ articularum modo cum malis & capite committatur.

Verbum/innectuntur/συνήρθησθαι dixit, non nulli scribunt συνήρρωται, id est iunguntur, propterea quod Hippocrates ait συνήρρωσι esse iuncturam ossium, interdum eorum, quæ vix, interdum eorum, quæ nullo modo moueri videntur: sicut δ'ιάρρωσι naturalem commissuram ossium, quæ aperte mouentur. In propositis autem verbis commissuram articularum διαάρρωσι vocat, quod idem notat ac δ'ιάρρωσις, si quidem & διαρρωσθαι δ'ιάρρωσθαι significat.

10 At quamobrem nervorum distentionis, rigorisq; hic articulus primus indicio sit, ubi contrahitur: & quam ob rem plaga in temporum musculis graues sint, & stuporem inferant, alibi explicabimus.

Paucis persequi rem potuit, quoniam hic articulus ad nervorum initium propius accedit, primus nervorum distentionem concitat, plagasq; habet stuporem inducentes. Nescio autem quo pacto reseruaerit, fortasse voluit in scribendo demonstrationem vitæ, mentionem faciens nervorum, qui a cerebro ad hos musculos perueniunt, quod necessarium non fuit, in proposita doctrina, atq; idcirco in alium locum, perfectum sermonem distulit.

11 Atque hæc causa sunt, cur non admodum prolabitur.

Sed quæ nam sunt: nempe non alia, quam quæ dictæ sunt, quarum duplex est caput, natura ossium (vt narraui) & robur musculorum.

12 Illud est in causa est, q nulla ferè in edendo necessitas est, quæ cogat hominem aperire os, ultra q possit: luxari aut aliter maxilla non potest, quocumq; figuretur, q cum ore vehementer aperto in altera parte conuertitur.

Præter duas superiores causas, quæ efficiunt, vt maxilla raro luxetur, tertiam adscribit, scilicet, nisi plurimum os aperiat, luxari minime posse. Verum non saepe fit, vt nobis opus sit ore plurimum aperto: quandoquidem eiusmodi actio duplici vsui accommodatur, vel vbi volumus ore magnæ molis quidpiam apprehendere, vel vbi quam maxime hiamus: quorum illud raro accidit, hoc delirantibus duntaxat. Quod & aliquando accidisse vidimus Plutius Placino, cum quantum poterat, os aperiret, deinde maxillam in latus deduceret, consueuerat autem sic subinde figurari, ac tanquam egregium factum, vltro semper hiam amplius conabatur.

13 Veritatem illud est efficit, vt maxilla excidat, q ex oibus nervis ac musculis, qui iuxta articulos sunt, vel non longe ab articulis, quibus illigantur, quicunq; in vsu frequenter dimouetur, aut extenditur, maxime idonei sunt, q extenit sequantur, perinde atq coria, q, quum optimè mollita sunt, plurimum extendi possunt.

Quod ad propositas causas attinet, necesse est maxillam vel nullo modo, vel raro admodum, luxari. Videtur tamen res aliter habere, excidit enim raro, at non adeo, vt permulti nostrum eiusmodi casum non viderint, quod in his euenit, quæ sunt rarissima, eo enim quod eiusmodi commissura multum mouetur, musculi nerviq; ipsius tenduntur, & opportuniore sunt, qui extendantur, quam H quibus raro motus opus est: quemadmodum (ait) et coria vnde λεπτότατα, hoc est, optimè mollita, plurimum extendi possunt: quoniam poeta verbum δ'είν mutatur ad significandum mollire, quum inquit κηρόν δ'είσας μελινδα.

14 Ergo (quod propositum erat) maxilla raro excidit, mutatur tamen subito saepe, quum homo hiat, vt com pluribus alijs musculorum, nervorumq; motionibus accidit.

Mutatur subito dixit σχάσαι, quod verbum quid significet, intelligemus, si ea, cum quibus in oratione coniungitur, animaduertamus. inquit enim vt compluribus alijs musculorum, nervorumq; motionibus accidit, quare σχάσαι vitium est nervorum ac musculorum articulo non erumpente. Quid nam hoc vitij sit, aperit, quum inquit/motionibus/, voluit enim ex naturali situ in alterum mutari, idq; subito, idem & paulo post indicat significari verbo σχάσαι, quum ait / dein subito mutare ad tres habitus simul consilio directo /, vbi mutare dixit σχάσαι, hoc est, subito mouere priorem habitum, adde, quod nunc etia in Co, ac ferè in omnibus Græciæ ciuitatibus, σχασήρια dicunt, id super quod pedem imponentes, protinus efficiunt, vrid in carceribus cadat, cui adstant, qui cursuri

A cursuri sunt. In palæstra item verbum σχάσαι significat brachium a priori situ celeriter retrahere. Vbi ergo dixeris maxillam σχάσαι, ad musculorum vitium referendum est, repente mirantium alias partes, sic, vt musculi antiquam sedem minime retineant, sed aliqua ex parte deprauentur, aliqua etiam extendantur.

15 Hinc autem euidentissimum est, cum excidit: maxilla enim in priorem partem proiectitur, conuertitur q in contrariam, atq, unde luxata est, summitas q ossis rostrum referens magis extat iuxta malas, maxillaq, cum malis egrè committitur.

Diximus etiam in superioribus os, quod iugale appellatur, ita situm esse, vt superiniiciatur maxillæ summitati rostrum referenti: ac nisi in alteram partem prolabatur, maxillam ad suum locum reuersuram. Necessè igitur est, si quando maxilla excidat, propositam summitatem extra iugale os ferri, nullus enim alius locus est, in quem impellatur. Quare merito extat iuxta malas, quæ situm est iugale os: sed quæ pouissimum situm sit, facile percipies in homine gracili, musculum temporis, genamq; intuitus, inter vtiturq; enim situm est iugale os. In memoria itaq; habens eius situm, vbi aliquem videris, qui os claudere nequeat, maxilla in priorem partem protecta, atq; in alteram inclinata, conari debes, & quietè oculis, digitisq; summitatem comprehendere, quæ iuxta genam & iugale os extat. At vbi sic habere comperies, optimum indicium erit maxillam excidisse.

16 His quatione aperte reponi debeat, in aperto est. Oportet enim aliquo laborantis caput continente, alterum digitis maxillam ad mentum comprehendere, tam ab exteriori parte, quam ab interiori, homine hiante quantum modicè potest: ac primo quidem aliquandiu maxillam manu in hanc, atq, illam partem adductam dimouere: imperareq;, vt ipse homo maxillam relaxet, simulq, cum medico ipsam adducat, & adducenti quam maxime pareat.

Ratio reponendi euidentissima est his, qui in corporibus incidendis, partium, quas narrat, compositionem diligenter inspexerint ad quos respectu habens, hæc scripsit. Quæ deinceps adiugit de restituendo, omnia plana sunt, nisi sicubi vnū vel alterum verbum occurrat, quod a nobis notabitur.

17 Dein subito mutare ad tres habitus simul consilio directo: siquidem ab ea sede, in quam peruersa est, ad naturalem adducenda, præterea in posteriorem partem adurgenda est: tum ager obsequens eam debet cum malis committere, ac minime hiare. Ratio quidem reponendi huiusmodi est, neq, reponi maxilla potest, si aliter figuretur: lenisq; medicina abundè est, neq; panni cum cerato, laxiori fascia alligati. Tutius aut est admoouere manū homine resupinato, capiti subiecto scorteo puluino, maxime facto, vt q minime cedat.

Vbi, prius nervis & musculis agitatibus atq; emollitis maxillam deorsum traxerimus, & quantum potest a malis reduxerimus, debemus agere, quod ab Hippocrate iubemur, quum inquit/dein subito mutare/, quod σχάσαι dixit, id est repente ac simul articulum collocare e regione suæ sedis: tum ita collocatum rursus in posteriorem partem momento impellere, homini imperantes, vt os claudat. Antea quidem præcipiebat, vt homo hiaret, laxam maxillam præbens, id est nullum musculum intendens: id enim maxime confert ad nervos musculosq; agitandos, repenteq; ad naturalem sedem adducendum maxillam deprauatam, atq; ad compellendum in posteriorem partem. Nunc, iā, vbi vtraq; maxillæ summitas sita est e regione suæ sedis, permittit musculos, qui κροταφίται dicuntur, agentes, eam totam ad se ipsos attrahere: agunt enim, vbi æger comprimere, claudereq; os velit.

18



Aliquis autem caput offensi contineat.

Dum maxilla agitur, ac modicè deorsum demittitur, præcipit, vt caput contineatur, ne sequatur maxillam, quod perpetuum est in omnibus, quæ in diuersa duci debent. Offensum appellauit τρωπίνοι, lones enim quamlibet offensam τρωμα dicunt.

19 Quod si maxilla vtraq; parte elabatur, curatio eadem est: sed homo minus comprimere os potest. tunc enim mentum magis prominere, sed in neutram partem inclinatur: intelliges autem in neutram partem inclinari, præcipue ex dentium finibus, ubi inferiores e regione superioribus respondeant.

Maxilla ab vtraq; parte, dixit, γὰρ οἱ ἀμφότερα, videbit autē γὰρ ὅτι appellasse nō maxillā totā, sed vtraq; eius partē, quā latefcit: mentū quoq; cū γένυας dixerit, videri poterit intellexisse maxillæ imū, quā nudū os est sine carne, quū inq; tūc. n. mētū magis pminet, sed paulō post maxillā totā nū cupauit γὰρ ὅτι, quū ait sed si maxilla, quā ad mētū iūgit, diducat: sola autē hæc iūctura est in maxilla, in malis multa. Quare apud Hippocrate significaciones verbi γὰρ ὅτι & γένυας cōfundunt. qd tūc ait in ppositis verbis huiusmodi est: Quod si maxilla luxet ab vtraq; cōmissura, magis quē in priorē partē pPELLITUR, q̄ vbi excidit altera parte dūtaxat, magisq; a malis recedit: nō tūc deprauatur, aut perueritur, sed naturalē sedem sine inclinatione tuetur. id autē indicant dentes, qui e regione respondent, hoc est, inferiores superioribus, qui secant secantibus, canini caninis, maxillaribus maxillares.

20 His quā celerrimē restitueda est: quā autem ratione, supra explicauimus.

Celerrimē quē reponēda est, priusq; musculi distēti ob cōsortiū cerebrū afficiāt, modus autē repo nēdi, quē docuit, vbi altera parte prolabitur, mihi nō videtur ex toto idē nūc accommodari: tunc. n. paulatim maxilla in alterā partem conuertitur, nūc pariter in vtramq;, quare satis est concutere, mētūq; adducere deorsum, vt processus extemitas rostro similis, iugali osse inferius collocetur, sicq; in interiorem partem vtrinq; totam maxillā compellere, simulq; præcipere homini, vt os claudat.

21 Si reuertit nequeat, mortis periculum instat propter febres continentes, atq; marcorem, & inexpugnabilem dormiendi necessitatem.

Periculo quidē non vacat maxilla, etiā si altera parte luxet: sed, si vtraq; ægrius restituitur, quū musculos oēs, quibus maxilla continet, intendat. sunt autem quatuor (vt dictū est) duo scilicet, qui a temporibus incipiunt: duo, qui a sinibus iuxta os, quod πτερυγοειδές nominatur. Habent autem hi musculi nervos ab ipso cerebro, ac propē ipsum contingunt: quo fit, vt celerrimē afficiantur. Hi ergo quatuor musculi, vbi maxilla prorumpit, maxime affliguntur, quū inter oēs præcipui sint, vt qui nervos ex cerebro habeant a tercia coniugatione, quæ non longē ab ipso principio sita est. At qui sit etiā, vt musculi, qui maxillā extrinsecus comprehendunt, orti ab vtraq; parte eius, præter naturā extendantur, vbi maxilla luxetur: quāq; non ita præcipui sint, sicut quatuor prædicti, magis enim a cerebro recedunt, ne uisq; qui in hos distribuit, longius oritur, & nō ab ea cōiugatione, vnde nerui ad quatuor musculos feruntur, qui & ipsi non parū vsuti sunt, perinde atq; alij vniuersi corporis musculi, & si non æquē præcipui sint, atq; hi. Ob hæc igitur omnia, periculum mortis impendet, quū præter naturam musculi intendantur, ac propterea doleant, & idcirco inflammatione premantur, ac simili vitio cerebrum afficiant, quo affectio acuta febres sequuntur, simulq; læduntur omnes animi actiones. non enim solet, vbi cerebrum inexpugnabili dormiendi necessitate prematur, eius vitio sensus dūtaxat lædi & motus, sed ratiocinatio, memoria, sensus & motus voluntarius corrumpi.

22 Huiusmodi enim musculi inexpugnabilem dormiendi necessitatem inducunt, quum alienantur, & præter naturam extenduntur.

Potest vtrūq; ex propositis inexpugnabilem dormiendi necessitatē inferre, & alienatio musculorū, & distentio, quū vterq; affectus ob cōsensum ad cerebrū pertineat. Distentio inde proficitur, q; fibræ, quæ prius laxæ erant, nūc oēs ad rectā lineā extendantur: alienatio, vbi vltra modū calefiant, frigeant, madescant, siccentur, inflāent, erysipela prehendantur, vel putrescant, in quibus oibus eorū natura alienatur: sed in distentione fibræ dūtaxat extenduntur citra naturā ipsius alienationem. H

23 His solet alius bilem puram, atque exiguam reddere, ac si euomant, vomitus purus est.

In febribus admodū acutis nihil mirū, si pura bilis in corpore producat, siquidē & adeps & caro tenera ac paulō antē concreta, sub hmōi febribus tabescit, & sanguis aduritur, concurrere autem hæc ad aluum, atq; intestina, quū tabent, propriū est, vbi tantū nervosæ partes laborant: cum ipsis enim vitia lædunturq; os ventriculi, quod maxime nervosum est. Recte autē ab ipso dōcemur proximas, communesq; partes primū potissimumq; affici: præterea, vbi ventriculi os lædatur, dolorem ne leuem quidē posse sustinere: sequitur enim animæ defectio, vbi ipsum malè affligat, & quū animus deficit, oia, quæ supersunt, tenuia ad ventrem concurrunt, quā etiā, si hoc nō accidat, sub vehemēti dolore, atq; marcore, quæ superant in corpore huius generis, videntur ad ventriculū atque intestina decurrere: quæ in ventriculo coeunt, vomitu excernuntur: quæ in intestinis, deiectione.

24 Decedunt autem hi maxime decimo die.

Verbum maxime μάλιστα dixit, inuenitur autem, & apud alios veteres ita acceptum, sicut nunc ab

A. l. 4. c. 1. t. 1. c. 7. 478. c

A. ibidem.

A. ibidem.

A. ibidem.

Ab Hippocrate accipitur, vt coniecturam numeri eius rei, quæ proponitur, proximè ostendat, quā ita dixerit: Hi ergo decedunt plerunq; circiter decimum diem, ita vt, quamuis nono vel vndecimo intēreant, vera oratio sit. Testantur autem exemplā vocabulum μάλιστα ita vsurpari. Thucidi des quidem in primo libro inquit, Hæc omnes græcorum, & inter se, & contra barbarum res gestæ fuerunt maxime quinquaginta annis, atq; ibidem, Distat sexaginta stadia maxime. Andocides item de mysterijs inquit, Homines maxime trecentos, vbi maxime μάλιστα dicunt, in quam significacionem huiusmodi vox a græcis sapenūmero accipitur.

25 Sed, si maxilla comminatur, vbi non frangitur omnino transversa, sed aliqua parte ieta ossa inter se cohærent, in suam sedem compellenda sunt, digitis vtrinque prementibus, tum ab ore lingua in latus adducta, tum a cute, vt conuenienter repellendo. Quod si perueriantur dentes ad fracturam moti, vbi ossa in suam sedem collocata sunt, non solum bini, sed etiam plures, inter se ligandi sunt auro potissimum, vel ceru in lino, donec ossa confirmentur. Quo factō vincire oportet paucis pannis ceratoq; iniectis, paucisq; fascijs, non valde strictis, sed laxioribus.

Vbi comminuto osse nihil integrum relinquitur, partibus inter se recedentibus, ita, vt nullo pacto cohæreant, huiusmodi fracturæ speciem recentiores medici græcè κωλυιδόν a fracti caulis similitudine appellant, eo quod Hippocrates illud vbi non frangitur omnino transversa dixerit: τὸ μὴ δῖον κωλυιδόν τῶν ὀστέων. Reliqua omnia tam in hac oratione, quā in sequētib; plana sunt, sed, si parum quid offendemus, id quoque explicabimus.


26 Scire autē conuenit maxillā fractā fascijs parū iuuari, si recte iniiciantur: vbi minus recte, multū lædi.

Commune est omnibus fracturis summopere lædi a vinculo, quod non recte superdetur: at non admodum iuuari maxillæ fracturam vinculo recte iniecto non pertinet communiter ad omnia ossa, sed ad ea duntaxat, quæ fascia comprehendit in orbem nequeunt, quæ vitiatum os quo modo a medico compositum exceptum fuerit, seruetur. Adde q; in maxilla vinculum præcipue infestum est, quū semper solita sit nuda esse, ac sine velamento.

27 Subinde autem circa linguam altè inquirere oportet, ac diutius digitis vtrinque reprimere, dirigereq; id ossis, quod inclinatum est: optimū autē esset, si semper id fieri posset, sed non potest. Quod si os transversum omnino abrupatur, quod quidem raro incidit, collocare eo modo, quo dictum est, os in suam sedem oportet. Quo factō deligare dentes inter se conuenit, veluti supra ostendimus: hoc siquidem maxillam valde immobilē præstat, si quis capita recte, vt oportet, futura insuper coniunxerit. Vniuersam verò manus curationem ad vnguem scribere non facile est: sed ex ijs, quæ scripta sunt, exprimenda est.

Μάρτεδς significat inquirere, sed ἐομάττεδς altè inquirere, sicut nunc, vbi altè inquirere ἐομάττεδς dixit, præcipit enim Hippocrates digito in os demisso considerari, num fracti ossis partium altera super alteram excedat: atque ita digito adurgeri, quod expedire videatur, id quod in interiorem partem conuersum est, in exteriorem repellendo. In aperto autem esse existimo Hippocratem imperare, non vt medicus assidue, sed vt ager hoc efficiat.

28



A Habena interiori parti maxime agglutinata. B Habena superior.

Dein, si is, quem fractura male habet, puer sit, satis erit corij Carthaginensis, exterioris partis id, quod diutius est & magis densum, adiuuare: sed, si robustior fuerit, ipsum corium. Incidenda autē habena est, quæ trium digitorum latitudinē æquet, vel quanta conuenit tum maxilla gummi inungenda, maxille enim, quæ transversa fracta est, firmiter hæret extrema habena agglutinata interposito digiti spacio, vel paulo longiori, idq; ab inferiori parte: incidaturq; habena hæc media in longitudinem, vt vtrinque mentum complectatur, altera item habena æqualis, vel paulo latior superiori parti maxille agglutinatur, distetq; a fractura quantum prior, scindatur autem, quantum possit aurem comprehendere.

Molle accipi voluit coriū, cuiusmodi tūc fortasse fuit Carthagini, huius. n. exēpli cā nominatim meminuit, quæ admodū Ægyptij corij antea in opere de fracturis, constat autē in eo como partis, q; maxime summa est, id quod curius est ac magis densum, nunc λπδὸν ab ipso nūcupari. At quō illud adhibeat, vt maxillæ fractæ partes in diuersa extēdat, ipse nobis euidentissimè aperiet, si quorsū de his agat intelligamus: vult sigdē fracti ossis alterā partē deorsum a mēto extēdi, alterā a capite sursum, Schenker

Sec. 1. t. 29. 7. 245. c

29 *Acuantur autem habena, quae coniungi alligariq; inter se debent.* E

Præcipit hic, ut habena quodammodo angustiores sint, paulatim latitudine imminuta, quod iunctura firmior reddatur. capita enim, quae lata sunt, quamuis summa cura vinciantur, non tamen fideliter continentur.

30 *In glutinando corij caro cutem contingat, sic enim magis inhaerescit.*

Corium fit ex pelle animalis duplicem naturam habente, id enim ex ipsa, quod exterius est, cum ambienti aeri obiectum sit, magis densum euadit, & neruosum est: quod interius, mollius & rarius, atque ex hoc ipso minus id, quod ad exteriorem partem magis accedit: quod ad interiorem, quae id tangit quod cuti subicitur, rarius est & carnosum, quod sane corij carnem nominauit, à qua parte glutinari voluitnam, quum rarius & mollius sit, ad eiusmodi usum magis accommodatur.

31 *Deinceps extendenda est huiusmodi habena, magis autem, quae à mento sita est, ut potissimum cautio sit, ne maxilla in acutam figuram ducatur: in vertice autem iungenda sunt utraq; habena, dein circa frontem fascia alliganda.* F

Ut utraque habena extremitates dari debent ad caput laborantis, atque in vertice deligari, magis autem extendi voluit inferiorem, ne maxilla (vt ipse dixit) *προσμιλαίει*, id est in acutam figuram ducatur.

32 *Aliquid etiam super omnia extrinsecus injici debet, ut fieri solet, quo vincula immobilia reddantur. Cubet autem homo in maxillam integram, non tamen huic, sed capiti innixus. Corpus vero extenuandum est, usq; ad decimum diem: postea reficiendum est non tarde: nam, ubi primis diebus inflammatio non oritur, maxilla vixit diebus confertur: celeriter enim callus increfcit, sicut in alijs ossibus, quae rara sunt, nisi corrumpantur: sed restat alius sermo longus de cunctis ossibus, quae corrumpuntur. Intentio autem, quae per gluten adhibetur, firmiter manet, intendi & minui potest, & ad multa dirigenda saepenumero proficit. Medicorum vero, quicūq; incogitantes sunt, & in alijs casibus, & in maxillae fractura promptè manus admovent: comminutam enim maxillam variè, & bene, & malè denunciant.*

Quod super omnia extrinsecus iniicitur *κατάβλημα* appellauit, siue panniculus sit, siue aliud eius generis. vocat autem panniculum *παράρμα*, sicut etiam nunc dici solent *σφραγίματα*, quae ex vestimentis præciduntur ab iis, qui ea suunt. haec siquidem ad propositum usum propter mollitiem commodissima sunt, quae vbi non sint, licebit aliquid simile admoouere.

33 *Omne enim vinculum maxillae ita abrupte ad fracturam ossa inclinatur, magis quam secundum naturam.*

Maxillae inquit ita abrupte, hoc est, quae transuersa fracta sit, vinculum ad fracturam magis ossa conuertit, quam dirigat, propterea, quod fascia in orbem circumdati nequeat circa sedem affectam, sed ab exteriori parte duntaxat imponi.

34 *Sed si maxilla, quae ad mentum iungitur, diducatur (sola autem iunctura est hac in maxilla, in malis multi, sed à proposito sermone discedere consilium non est, in alijs enim morborum generibus de iis dicendum est) si iunctura inquam, quae in mento est, diducatur, componi à quouis potest: nam quod extat, intus repellendum est digiti superdati: quod in interiorem partem conuertitur, in exteriorem adducendum digiti adurgendo: hac autem faciendae sunt ossibus in diuersa diductis.* H

Maxilla quidem ex duobus ossibus constat, quae in imo mento ad vnguem inter se iunguntur: Mala vero, ex multis, quae iuncturam habent omni motu carentem, *κατὰ συναρθρώσιν* dicunt. sed curiosum hoc huiusmodi vocabulorum studium apud veteres non fuit, atq; idcirco Hippocrates iuncturam ossium malarum sub *επιφύσεως* genere posuit, id tantum in ipsis indicium spectans, quod in eiusmodi ossium iuncturis nullus sit motus, qui sensui subicitur.

35 *Ossa enim sic facilius in suum locum reuertentur, quam si quis tentet altero sub altero condito compellere.*

In omni eiusmodi commentario scire licet consueuisse Hippocratem in iis præceptis, quae singulis communia sunt, cum semel vnus mentionem facit, exponere vim rei communem esse omnium simili-
tudinumque admodum, & nunc volens maxillam prius extentam ita componi, subicit ossa, sic facilius in suum locum reuertentur, quae si quis tentet altero sub altero condito compellere. Hoc autem, quod nunc proponitur, attinere ad ossa omnia, quae componuntur, propositis verbis indicauit.

Composita

36A *Composita maxilla alligare inter se dentes conuenit, qui sunt hinc atque hinc, sicut antea quos, dictum est, mederi q; cerato, ac pannis paucis fascijsq;. Vt inculum autem exiguum variumq;, maxime huic loco accommodatur: prope enim sine inclinatione est, quanquam non ex toto sine inclinatione sit.*

Pars exquisitè sine inclinatione est, vbi simillimam cylindro figuram representat, voco autem cylindrum, non quo pueri ludunt, sed qui columnae imaginem refert: haec autem ex toto in nullo esse reperitur, magis tamen in femore atque humero, quam in alijs ossibus, conspicitur. In maxilla autem constat non esse huiusmodi figuram: quocirca eam inclinatione vacare non protulit, prope tamen sine inclinatione esse, eod quod sinistra eius pars dextra ex toto similis sit & aequalis, atque idcirco, quod ex utraque componitur sine inclinatione est, & in neutram partem inclinatur, admittit autem maxilla varia vincula, sicut in fasciando, quae exercitatio omnium prima est, didicistis.

37 *Attrahi autem fascia debet, si maxilla à dextro latere extat, à parte dextra: tunc autem à dextra parte esse indicatur, cum dextra manus fasciam ducit: sed si ab alio latere maxilla excedat, alio sane modo attrahenda fascia est. Vbi autem rectè componatur, atque, ut oportet, immobilis seruetur, cito sanescit, dentesq; integri remanent: sin secus, longiori tempore confirmatur, tum peruertitur, dentes autem vitiantur, atque inutiles redduntur.*

Antea quoque dictum est in vlcibus, quibus orae excedunt, caput fasciae secundum oram excedentem iniiciendum esse: atque ita fasciam voluendam, vt ad alteram oram vlcis, ipsam adducat, est autem hoc perpetuum in omnibus, quae restitui ad pristinam naturam debent, quod commune etiam hunc seruandum est, quo excedens pars repellatur, cogaturq;. id autem continget, si ea fasciis ad alteram adducatur, adducetur autem, si dextra parte, vt puta, excedente, fascia inde orsa porrigitur ad sinistram: si sinistra laesa sit, ab hac incipiens ad dextram feratur. Hippocrates igitur, vbi à dextra parte incipiens ad alteram fascias adducit, huiusmodi vinculum à dextra parte nuncupat, attendens non quod ferantur fasciae, sed vtra præcipuè manu attrahatur, namque, vbi intuearis medicum è regione eius, qui deligatur, collocatum, fascia, quae à dextro latere maxillae ad sinistrum procedet, à dextra manu attrahetur: contraria, à sinistra.

DE NASO

38C *Quod si nasus perfringatur, fracturae modus non est vnus.*

Ipse deinceps modos adscribet, aut enim pars eius abruptitur, ipse tamen seruetur perpetuus, sic, vt neque deorsum inclinetur, nec in alteram partem conuertatur: aut horum alterum fit, idq; aut in parte eius, quae cartilaginosa prominere, aut in reliqua, quae ossibus continetur.

39 *Sed, qui praestantia vincula amant sine mente, complura alia ledunt, atque aded nasum.*

Præstantia *κατὰ* dixit irridens, non quod verè significauerit præstantia, quorum consilium est affectam partem ad suam naturam restituere, sed pulchra & aspectu iocunda, qualia haec sint, in sequentibus ostendet.

40 *Inter omnia n vincula hoc maxime varium est ac plurimis locis ascie imaginem refert, & aliquod spacium cutis nudum, ac sine fascia intermittit, quo rhombi variè admodum representantur. Igitur (vt dictum est) qui sine mente huiusmodi vinculis student, comminutum nasum libenter deligant: sed vinculo iniecto, vno, vel altero die medicus letus est, letus item & qui deligatur, deinceps agrum cito satietis capit, inuentio enim noxia est: abunde si, medico est, ostendisse peritiam, quam habet, nasum variè deligandi. Efficit autem haec vincendi ratio omnia contra atque oporteat, tum quod, qui ob fracturam simili sunt, si à superiori parte adstringantur, magis adhuc simili euadent: tum, quod quibus in hanc, vel illam partem, seu quae cartilago est, seu supra nasum conuertitur, nihil superposito vinculo iuuandos, sed magis ledendos esse manifestum sit.*

Fasciam appellat, vbi fascia à transuerso circuitu recedens paululum inclinatur, vt supra ostensum est. spacium vero, quod fascia intermittit, dixit *επιφύσεως* rhombi vero figuram, eam, quae equa latera habet, sed angulos non rectos, nam & Euclides ita rhombum finit, nostri autem ex fascijs primam ferè nominari rhombum, quum eam figuram potissimum representet.

41 *Sic autem pan ni à latere nasi haud bene aptantur: quanquam neque hoc faciunt, qui alligant.*

Nihil conferre ait vinculum ad nasum sub fractura in latus conuersum, cum id præstare non possit, quod vtile esse videtur, videtur autem vtile esse per pannos nasum fulcire ab ea parte, in qua facit, sed neque ad hanc rem inquit id prorsus accommodari.

Proximè

42 Proximè autem vinculum mihi videtur occurrere, si in medio naso, quò acutus est, caro iuxta os conte-
ratur, vel paululum etiam os ipsum ledatur, non tamen multum: his siquidem nasus callo obducitur, & ali-
quanto asperior fit: neque tamen vinculo egent magni negotij, si sanè alligandi sunt.

Commune vinculum nasi proximè ad salubre accedere videtur, vbi in medio cutis confusa fue-
rit, vel os parumper vitiatum, sequitur autem, vt prominèat, quò callo circumdatur. Vinculum ita-
que in huiusmodi casibus coercens, repellensq; affectum locum, prodesse aliquid videbitur. sed ne
que his villo modo necessarium est, conari enim debemus, quò confusa sunt, maximè ab inflamma-
tione defendere: atque vbi inflammentur, celerrimè inflammationem tollere, quin & callus, quò
paruus increfcit, nihil profectò huiusmodi vinculis eget.

43 Satis est ad contusum, pannum admonere cerato imunctum, dein semel fasciam circumdare, quò in
vtraque partem ducatur.

Media fascia medio naso iniicienda est: cuius vtraque capita ad posteriorem capitis partem non
magna vi adducenda sunt, atque inde fronti circumdata inter se vincienda.

44 Optimum tamen presidium est illinere hæc farina tritici huius anni, lota, glutinosa, resperfa, pauca. **F**

Qui optimè videntur verba Hippocratis enodare, asserunt σπράγιον triticum ab ipso appellari,
id quod satum est σπρέγ, quod attici vtraq; syllaba per τ prolata σπρέγ dicunt: quo verbo significari
volunt hoc anno id est quod vere satum est, quod & duorum mensium, & quadraginta dierum,
appellatur. Equidem in Co, & in tota Græcia Asia, vidi tritici genus σπράγιον appellatum, sed pa-
rum furfurum habet, & eius farina ex aqua subacta plurimum glutinosa est. quam rem nunc Hip-
pocrates maximè exigit, quemadmodum ipse deinceps narrabit: qui, vbi farina hæc non sit, impe-
rat, vt puluis qui ex concusso thure habetur, vel gummi admisceatur. feritur autem eiusmodi triti-
cum vere ineunte, vt duorum mensium sit: rectèq; sic dicitur, quoniam summum ad id temporis
perducitur, cuius farina ex aqua subacta maximè glutinosa redditur, vbi molito tritico furfures ex
toto detrahantur, id quod fit & cribris tenuibus, & tritico ante eloto. Nam idem tritico euenit, atq;
hordeo: ex hoc enim, vbi pitissima preparanda est, cortex magis remittitur, si antea madefactum fue-
rit. Quo pacto igitur dixit lota, quò non idem sit madefieri, & lauari? in quolibet enim pristino
madefit triticum, priusquam molatur: non tamen lauetur in quolibet, sed in compluribus Asiae ciui-
tatibus: vbi calathos habent magnos intextos ex tenuibus iuncis exigua spacia intermittentibus, **G**
per quò externi puluis possit & arena, sed triticum retineatur. Id ergo triticum, quod molendum
est, primò in calathos concisunt, atq; excutiant: deinde calathos in aquam demittunt, sic, vt triti-
cum lauetur, ac modicè madefiat. calatho ex aqua recepto humoris plurimum effluit: ratum autem
in tritico remanet, quantum idoneum est, vt molit possit. nam nisi madefiat, cortex circumpositus
qui tanquam innata cutis est, sub mola in tenues partes dissipatur, atq; ita, cum farina per cribrum
excernitur, educitur aliquid etiam ex furfuribus in tenues partes diuisis: sed tritico prius madefa-
cto, furfures, grandiorum partium quàm sint, manent, & cum farina non excernuntur. atque idcir-
co tritico prius madefacto farina magis purgatur, & quod ab inferiori parte est tritici huius anni, lo-
tum (vt ait) & glutinosum, quod scilicet post cutem est, veluti caro ipsius, in farinam, vt proposui,
redactum, valde glutinosum redditur. Puto itaque ab ipso lotam farinam appellari, vbi ex tritico fit,
sic purgato, & prius madefacto. nam, nisi ita accipiatur, restat, vt intelligamus farinam, vbi ex aqua
madefacta variè agitatur, deinde sinitur consistere, tum super innatans aqua excipitur, ac decoquitur,
non enim respergitur huiusmodi humor, sed coquitur duntaxat. Ex verbo igitur resperfa, quid si-
bi voluerit, magis demonstratur. **H**

45 Vti autem conuenit ad omnia hæc huiusmodi farina, si ex optimo tritico fuerit, facileq; duci possit: sed,
si non omnino benè ducatur, modicum pulueris illius, qui ex thure concusso habetur, in tenuissimum polli-
nem redacti, & aqua diluti, farina adiacere, vel paulum omnino gummi similiter admiscere. Quibus igitur
fractus nasus in inferiorem partem demittitur, firmusq; efficitur, si ab inferiori parte, qua cartilago
est, desinat, potest in nares indè aliquid, quod dirigat: quod vbi non fiat, omnia hæc excitanda sunt digi-
tis: si fieri potest, in nares coniectis.

Optimum triticum dixit ἀγὰς πύρεξ: maiores enim soliti sunt ἀγὰς vocabulo vti, ad
notandum id omne, quod in suo genere primum est: nunc autem omnes, qui in panificijs ver-
santur, asserunt optimum triticum esse, quod densum est: nam quod rarum, multis furfuribus con-
tinetur, farina que eius ex aqua subacta non æquè efficitur glutinosa, atque illius, quod densum
est glutinosum autem expressit, cum ait facile ducitur/ea loquutione sumpta ab eo, quod ipsi
accidit, quandoquidem à nobis in diuersa attractum, seruatur perpetuum, neque dissipatur: contra
quod

Aquod minimè glutinosum est, quò ita tractatur, diuellitur: sed si diuellatur, quo pacto sequi dicei,
cum manu trahit: ac si non sequit, qui nam dicitur facile ducit: id verò quod non dissipatur, sed ppe-
rium est, iure quis dicit facile seq, quemadmodum & viscum, hoc liquidè manibus nostris prehè-
sum in contrarias partes plurimum attrahit. Quare ex his conflat velle Hippocratem farinam ex
aqua subactam glutinosam esse, atq; vbi huiusmodi non sit, gummi vel puluerem ex concusso thure
colleat: (quò *μαύρον* appellat) adiacere iubet, vbi eius pulueris copia non sit, contundere thus ipsum
ea de causa oportet, atq; ex eodè id, quod maximè pingue est. Ego interdū, quò nec thuris, nec gū-
mi copia esset, resina ligda vsus sum, hanc fortè nactus: at vbi, neq; hæc sit, melle vti poteris, sed vti-
lius puluis ex concusso thure vel gūmi adiacitur. nā mel & resina quodāmodo calefaciunt, sed talia
ab initio aliena sunt: precedente verò tēpore remanentibus inflammationis reliquijs, vt si quid aliud cō-
modissima. Quemadmodum igitur in superioribus gratia exēpli meminit prius corij Aegyptij, ac
rursus Carthaginensis, sic etiā nunc tritici huius anni: quali ita dixerit, Farina vti debemus, quæ ex
aqua subacta glutinosa sit, qualis efficitur ex tritico huius anni, quod σπράγιον appellauit, fortasse
eiusmodi vocabulo significare volens triticum omne, quod densum est, & farinam reddit glutino-
sam, ita, vt nomen ab eo, quod ipsi accidit magis, non ab aliqua singulari specie, sumptum fuerit.

46 **B** Vel certè eo instrumento, quo ad illinendum vtitur, pleniori digitis compulso, nō in priorem partem,
sed quò desinat: extrinsecus autem digitis vtrinq; cōpressis impellere simul conuenit, & excitare. Sed, si
fractura omnino in inferiori parte fuerit, licet aliquid in nares inferere, sicut iam diximus, vel linamen-
tum, vel aliud linteo colore cinctum, vel magis Carthaginensi pellicula, circūsumq; & ita figuratum, vt ido-
neum sit, quod in hunc locum demittatur. At, vbi fractura fuerit superior, nihil demitti intus potest: nā,
si in inferiori parte id presidium alienum est, qui non in superiori? Primò itaq; & ab inferiori parte diri-
gere nasum oportet, et ab exteriori vtrinq; compellere, atq; in pristinam sedem restituere: cōmodissimè n.
restituatur nasus fractus, præcipuè eodem die, vel certè paulo post. Sed torpēt medici, & primò mollius rē
pertractant, q̄ opus sit: vtrinq; n. digitos, qui naso accommodentur, demittere oportet, quantum fieri potest
in intus, et ipsum ab inferiori parte sursum compellere, atq; excitare, simulq; ab interiori parte dirigere:
ad quò rem nullis aliis medicis magis idoneus est, si homo id dare operam velit, audeatq; q̄ ipsius digiti
indices, hi enim maximè secundum naturam sunt. Admonere aut vtrūq; digitum conuenit, vt tati naso
inhereat, atq; ita quiescere, potissimum, si fieri possit assidue, donec glutinaretur, vel certè plurimum tem-
pus, vt dictum est: aut si non ipse egrotans, saltem puer, vel mulier aliqua digitos demittat: mollibus siqui-
dem manibus opus est, vt optimè nasus curetur. Verum, vbi non reddatur firmus, sed deorsum spectans, in-
neuriam partem inclinetur. Equidem nullum vnquam nasum vidi ita fractum, qui non possit protinus
componi, si priusq; callus increfcet, compelleretur, modo quis rectè mederi vellet. At qui deformitatem
homines maximè oderunt: curationem verò partim ignorant, partim non sustinent, nisi dolore preman-
tur, aut mortem perimescant: quòquàm in naribus callus cito increfcit, nam decem diebus sanescit, nisi
corrumpatur. Quibus os à latere abruptum, curatio eadem est: dirigere nimirum oportet, non æquè ab
vtraq; parte, sed eam, quæ inclinatur, ad naturalem situm adurgere ab exteriori parte compellendo: in nari-
bus item alie conquirere, quod in inferiorem partem conuersum est, dirigendo assidue, dum restituitur,
cum eo, vt sciamus nasum, nisi protinus dirigatur, dirigi postea non posse, sed perueri. Quo ad naturalem
sedem compulso, ad eum locum admonedi sunt digiti, vel vnus, vel plures, seu ipsius hominis, seu alterius,
vt quò excedit, repellatur, dum fractura sanescit: sed & minimus digitus in nasum subinde conicien-
dus est, quo componantur, quæ declinant. Vbi his inflammatio superueniat, farina vti conuenit ex aqua
subacta: digitosq; similiter dare, eiusmodi etiam farina indueta. Verum, si quò cartilago est, nasus à late-
re perfringatur, necesse est extremum perueri: itaque oportet ad extremum nasum aliquid ex ijs, quæ di-
cta sunt, adhibere, quod ipsum componat, vel aliquid tale demittere: multa enim inueniri possunt accom-
modata, quæ odorem non mouent, & alioquin mollia sunt. Ego interdum frustum pulmonis ouilli conieci,
id enim fortè nactus sum: nam si spongia indantur, humorem combibunt.

Si nequeant (inquit) digiti in nares demitti, adhibendum est id instrumentum, quod nūc sicut in
superioribus etiam, *σπράγιον* appellat, quo verbo intelligitur omne id, quo ad illinendū vtitur,
qualia sunt specillū, spatula, idq; inlīn, quod *σπράγιον* dicitur, q̄ omnia in summo capitulū ha-
bent rotundum, sed quemadmodum in superioribus ad alæ vltionem opus fuit tenuissimis, ita nūc
plenioribus, quandoquidè & digitos, vbi licet, admouemus, & in nares coniciemus, eos nēp̄, qui
aptantur, & q̄ fractam nasi partem componant. Qua ratione autē vti cōueniat hoc instrumētō, ipse
apertè exposuit, in perans, vt indatur in cauum, non in inferiorē partem nasi, sed quò potissimum
fracta pars in eius cauum decidit: ea liquidem est, q̄ impulsu eget, vt excitata possit in suam sedem
reueri. nihil, n. aliud est componere quamlibet partem, q̄ vnamquamq; eius particulam in suum
locum compellere. Quæ subiiciuntur, per magnam partem orationis plana sunt.

47 Ad hæc ex parte exteriori corij Carthaginensis incidenda habena est, quæ vel pollicè lata sit, vel quan-
tum conuenit: & extrinsecus naso, quò declinatur, agglutinanda: post hæc intenda est, quò in
parto

paulo autem magis quam ut nasus dirigatur, intendi debet: tum sub aure (longa. n. esse habena debet) sursum circa caput adducenda. Licet autem fronti extremam agglutinare: licet & ulterius ferre, & circa caput volutam vincire: hæc siquidem iuste nasum dirigit, & intendi & remitti potest, atque ubi velis, nasum in contrariam partem, ac tacet, magis aut minus repellere. Nam et quibus a latere nasus abrumptur, in ceteris eadem curatio convenit, quæ proposita est: plerisque, autem opus est naso extremam habenam agglutinare, ut in contrariam partem repellatur, atque inclinetur. Quod si fracturae vulnus accedit, nihil sollicitare nos debet, sed nutriendum est cerato, quod picem habeat, vel aliquo ex his medicamentis, quæ proventus cruentis vulneribus iniiciuntur, hæc siquidem facile curationem admittunt. Aequè etiam, ubi ossa recessura sint, primò dirigere assidue convenit, nulla re pretermissa, & in posterum digitis compellere laevius superdati, superdati tamen: nasus enim ex omnibus corporis partibus facillimè componitur. Aliqui habenam agglutinata, & impulsu in contrariam partem, atque nasus declinatur, nihil uti omnino prohibet, neque si vulnus sit, neque si inflammatio, innocenter enim eiusmodi præsidia adhibentur.



A Habena nari inclinata, & fronti agglutinata.

Appendatur, dixit ἀπαρτῆν: quo verbo significavit uniuersam rationem extendendi & quasi dirigendi nasum peruersum, per ea, quæ agglutinantur, quod autem nunc præcipit, experimento imbecillum comperi: nam, si habenam vehementius intendatur, gluten discutitur, resolutumque: si modicè, nihil ferè proficitur.

DE AURE

In fractura auris quodlibet vinculum inimicum est, neque enim ita laxum circumdabitur: quòd si magis adstringatur, plurimum officiet, quandoquidem integra auris sub vinculo adstricta dolet, pulsu vexatur atque inflammatione.

Vbi continuum soluitur græcè in carne ἔλκος appellatur, in osse κήραγμα: in cartilagine nō habet proprium vocabulum, sed eam fracturam Hippocrates abusus κήραγματος nomine nuncupauit.

Sed & cataplasmata, quæ maximi oneris sunt, penitus aliena sunt: plerumque etiam noxia sunt, atque abscessum concitant, & mucos plurimos, suppurationemque infestam reddunt: quibus minimè opus est auri comminuta.

Omnia sigillatim iis consentanea sunt, quæ ostendimus in libro de ratione curandi. nāque Hippocrates etiam nunc laedi aurem asserit cataplasmate, quod experimento conspicitur, abundè enim siccare eam voluit, quòd natura siccissima sit, eo quod ex cute constet & cartilagine. Ostensum autem est unamquamque partem, quatenus sicciore est, eatenus sicciorem curationem requirere.

Proxima quidem est (modò quid superimponi conveniat) farina glutinosa. Hæc autem necessariò grauis nō sit, ac minimum contingat: interdum enim optima medicina est, medicinam non facere, & ad aures, & ad alia multa. Cauere insuper homo debet, ne in eam partem dormiat. Extenuare autem corpus expedit, illi potissimum, qui auri suppuratione periclitatur, & aluum mollire.

Proximum inquit esse ei, quod non obest, cataplasma ex farina glutinosa: constat enim hoc magis siccare, quàm alia. diximus autem paulo ante, ubi de illinendo naso tractauit, qualem appellet farinam glutinosam. huic simillimum cataplasma conficiunt experimento edocti, qui in palæstra versantur, ex farre in aceto madefacto, dum maceretur, atque ita temperato.

Sed, si homo facile vomat, vomere debet, ut modicè exhauriatur.

Veteres appellabant ὑπριασμός, quòd modicè homo exhauriebatur, seu vomitū, seu deiectione. tale quid nunc fieri iubet eodem vocabulo usus. Multa autem sunt medicamenta, quæ hoc præstant, nam & mel copiose assumptum, & mulla minus diluta, vel cremor pituitana ex aqua decoctus, seu per se, seu cum melle: magis adhuc vomitum citat radícula, & bulbos narcissi. His efficacior est, non dum ramen valens radícula, in qua surculos radicum veratri albi defixeris, data postridie siue per se siue ex oxymelle.

Sed, si ad suppurationem veniat, non est celeriter aperienda: multa enim ex his, quæ videntur suppuratione, interdum absorbentur, etiam si nullum cataplasma inducatur.

Cauendū est, ne auri incidatur ob cartilaginem cuti subiectā, nam, nisi, ubi incisa est, consolidetur & glutinetur,

A& glutinetur, periculum est, ne cartilago obesa reddatur. Absorbentur (quod dicitur de dicit) hoc est, discuti ac digerit plus ibi collectum, non nunquam per ea quæ superimponuntur simplicia medicamenta, ac leuia, sine morfu siccamdi vim habentia; cuiusmodi est mucos cochlear adiecto thure: ac, si valentius siccare opus sit, vel aloë, vel myrrha, vel vtriusque. Eodem modo siccare potest mel acticum inunctum in sperio quouis ex propolis medicamentis, bene conuito, voco autem sine morfu thus, aloë, & myrrham.

At, ubi incidere coactus sit, celerimè sanescit, si candens ferramentum ab una parte ad alteram demittatur. Scire autem certum licet aurem curtam reddi & mancam magis quam alia, si candens ferramentum traiciatur.

Curta necessariò fit, & manca, cum non exigua pars & cartilaginis, & cutis ipsam comprehendens, vitione absumatur. Ad quod præsidium monet, ut confugiamus, non nunquam veritus, ne cartilago agrè sanescat. namque ubi nudatur, cicatricem non recipit, præsertim si res aliquot dies prorahatur, neque cutis à sectione proventus coeat & glutinetur.

Sed si cædenti ferramento nō traiciatur, incidere conuenit, quòd magis excedit, sectione nō admodum exigua. Nequid super sit puris, quo cartilago lædatur, incidi non parum iubet.

Quandoquidem pus altius inuenitur, quàm quis existimet.

Decipiuntur, qui fecant, in cognoscendo pure, quod subiectum est, ita, ut existiment id in summo contineri, & cutem extenuatam esse. Quo pacto autem in hunc errorem incidant, ipse Hippocrates proximè demonstrabit.

Verum (ut summatim dicam) cetera quoque, omnia, quæ mucosa sunt, & mucos producant, ut potè glutinosa, ubi tangantur cito in hanc vel illam partem digitis elabuntur: quamobrem aliorum hæc medici reperiunt, quàm existiment.

In dignoscendo loco suppurante, ubi in affecta parte, quum tangenti moderatè cedit, sectione adhibita contentum pus inuenitur, medici postquam eundem cedendi modum in quauis alia parte comprehendunt, putantes eam similiter suppurare, ut illæ, quas prius intuiti fuerint, venientes ad sectionem errant: isque error interdum duplex est, & quod nullo modo ibi pus inueniatur, quum hæc multo crassiora sint quæ opinentur: & quod medicis ea suppurare videantur, quæ mucosum humorem in se continent, id, quod euenit, quum huiusmodi humor (ut ipse ait) ubi tangatur, cito elabatur, contrahi autem solet in cartilagine, chordis, neruis, ac ligamentis, ut deinceps ostendat.

Quandoquidem & ea tubercula, quæ ganglia dicuntur, cum humida sunt, & mucosa carne continentur, à multis aperiuntur, inde fluxurū humorē putantibus. Medicū itaque, in sectione animus fallit: sed ei, qui sectus est, nullum affertur detrimentum. Quæ autem loca aquosa sint, vel mucorum plena, quibus ne partibus singula, quæ aperiuntur, hominem interimant, vel alterius noxa causa sint, alibi exponuntur.

Hæc enim ganglia circa cartilagosas partes, & circa neruos, ex horum alimento increfcunt, oriunturque ex humore glutinoso ac mucoso: hoc enim est proprium neruorum alimentum.

Vbi quæ igitur aurē seuerit, abstincere ab omni cataplasmate, atque omni linamento debet, mederique, vel medicamentis, quæ protinus cruentis vulneribus iniiciuntur: vel alio, quòd neque onere ledat, neque molestiam affirat.

Auris quia sicca est, idcirco siccantia medicamenta requirit, non tamen plus iusto sicca est, ubi à sectione protinus medicamenta inducuntur, distendunt enim, cum nihil habeat, quod leniat. Sed necque onerari auris debet mole eorum, quæ superimponuntur, dolet enim & infestatur. Optimum est igitur à sectione medicamentis uti, quæ modicè licent, cuiusmodi sunt, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur. Cataplasmata leniunt quidem, sed resoluunt, atque effocinant: superantem verò humorem non discutunt, præsertim cum glutinosus sit & crassus.

Namque, ubi cartilago nudari incipiat, coitumque habeat purulentū ac mucosum, res infestissima est.

Adiicere orationi oportet humorum, sicut non nulli adscribunt, ut uniuersa sit huiusmodi, nāque, ubi cartilago nudari incipiat, coitumque humorum habeat: Vocat autem ὑποσείσας coitum humorum, qui intus continentur, & excerni debent, puris videlicet & mucos. res (inquit) infestissima est, hoc est, dolorem affert: quod patet, quum cartilago vitatur.

Fiunt autem hæc ob illas curationes. In omnibus autem, quæ recrudescunt, maximè abundè est candens ferramentum traicere.

Quam curationem damnat eam ne, quam paulo supra indicauit, præcipiens ut cataplasma, linamentum, quod onerat, quod dolorem excitat, vitemus.

Accidet igitur ijs, qui gibbi sunt, ambulare ita figuratis, sicut cæteris omnibus, cum totum collum E spinamque inclinant, & virumque curuantes a posteriori parte gibbi terram spectant. quod ut euent, qui gibbi sunt, coguntur collum in posteriorem partem recuruare, eius vertebris, ut quæ minimum mouentur, ad hoc parum conferentibus; sed, quæ potissimum moueri aliquid possunt, valde recuruatur: possunt autem quæ duæ primæ vertebræ inter se & cum capite committuntur. Quemadmodum igitur figurantur iuxta capitis commissuram illi, qui bene valentes caput in posteriorem partem compellunt, ita gibbi, cum erecti sunt, prætereâ, ut ijs, qui naturaliter habent, guttur extat, ubi caput in posteriorem partem recuruatur, sic gibbis, cum rectum continetur. Vocauit autem *ἐξέχου* & *ἐσθλα* eos, quibus in priorem partem extat *ἐσθλα*, quo vocabulo verisimile est vel asperam arteriam totam, vel guttur duntaxat appellasse. hinc autem maxime fit, ut spiritus cum sono reddatur, quandoquidem maxime etiam sterunt, qui sic figurati dormiunt: quamobrem scribitur nam & ijs, qui natura recti sunt, id offis, si in interiorem partem inclinatur, spiritus difficultatem asserit. dicit autem id offis, ad illud referens, quod principio orationis proposuerat, cum inquit atqui coguntur etiam ceruices iuxta magnam vertebram in priorem partem conuertere, vnde posset quis conijcere magnam vertebram appellari secundam, quæ magis potest in priorem partem virgeri, atque inde rursus repelli. Constat autem eandem regionem, & priorem, & interiorem, ab ipso vocari priorem F quidem, quum vertebræ a posteriori parte in eam erumpant: interiorem, quum sit in profunditate corporis, si spectetur summa pars siue prior, siue posterior.

9 *His tubercula plerumq; circa pulmonem sunt, eaq; dura & cruda: pleriq; enim eiusmodi tumores sunt causa gibbi, & distentionis, quibus nervi afficiuntur.*

Quibus spina supra septum transversum gibba est, his plerumque ait tubercula fieri circa pulmonem: constat autem, & quibus ad lumbos gibba fit, his ea parte tubercula versari. Dixit / plerumque / propterea quod & casu & ictu spina gibba redditur, & tum in priorem partem tum in latus conuertitur. At cum inquit plerumque enim eiusmodi tumores causa gibbi sunt, & distentionis eandem sententiam tradit, quam a principio, cum ait / spine vertebræ, quibus ob morbos trahuntur, ut gibbum efficiant. Quod autem nunc scribitur quibus proximi nervi afficiuntur ad nervos dorsii refertur, ac vertebrarum, nos vero antea causati sumus vertebrarum ligamenta attrahentia, quibus cum & ipse vertebræ trahuntur. non enim arbitramur nervos, qui a spinæ medulla oriuntur, attrahere secum vertebras posse, cum & propter exiguitatem & propter mollitiem longè imbecilliores sint, quam G ut præstare id possint: quippe, qui ab offibus non dependent, quemadmodum ligamenta, quæ firmiora sunt & nervis coniuncta: ac, si tuberculis afficiantur, secum trahere vertebras possunt.

10 *Verum ex his quibus sub septo transverso gibba spina est, nonnullis renu & vesica vitia superueniunt: sed & abscessus ad ilia & inguina, qui diu manent, & ægrè sanantur: quorum neutrum gibbum soluit.*

Ob consensum sanè propositi affectus superueniunt. consensu autem afficiuntur, & quæ sunt eiusdem generis, & quæ vicina, quæ supra significauit, quum proximos dixit: sed quæ communia primo sunt, maxime læduntur. Tormina igitur, & varices, quorum causa erat succorum tubercula excitantium transfusio, gibbum curant: sed ex ijs malis, quæ consensus causa oriuntur, nullum est, quod priorem morbum depellat.

11 *His autem coxæ extenuantur, magis quam quibus spina supra gibba est.*

Quibus spina ad lumbos gibba est, his coxæ graciliores sunt, quam quibus ad pectus. hinc autem manifestum est coxas, quibus spina ad pectus gibba est, graciles modicè reddi propter consensum, H quem habent cum spina.

12 *Tota autem spina longior his est, quam quibus a superiori parte gibba est.*

His qui ætate non dum robusta sunt, præterquam quod communis est macies, accedit quod affectus partes non augentur, quemadmodum & antea dictum est: Nunc discrimen aliud adiungit, non ab ætate, sed a locis affectis: nam spina, quo magis versus suum initium vitatur, eo minus augetur, cum habeat & originem & incrementum supernè.

13 *Pubes autem & barbæ serius incrementum, & minus completur, minus item fecundi sunt, quam quibus gibba est pars superior.*

Ad communem rationem consensus accedit differentia ex natura locorum. Communis igitur ratio est, ut quæ vitiatas locis proxima sunt, consensu afficiantur: propria autem, ut ubi hæ partes læduntur, quæ spiritui accommodantur, sequatur, ut spiritus ægrè, & cum sono moueatur: ubi, quæ infra septum transversum, pubes serius incrementum, lædaturque etiam barbæ.

Sed

14A *Sed quibus corpore iam robusto gibba spina fit, his euidenter soluit morbum tunc existentem: tempore tamen eius aliquid se ostendit, sicut & ijs, qui iuniores sunt, aut plus aut minus: plerumque autem, hi affectus minus maligni sunt.*

Euidenter *ἀπαρτινὸν* nunc dixit, quod non nulli alij ex veteribus dixerunt *ἀπὸ τῆς ἀρτίας*. A parte igitur, & (ut dixerit quis) quasi res manu teneatur, gibba spina admittit ea, quæ quum morbus iudicatur, id est soluitur, expelluntur, videturque ex toto morbus summotus: super sunt tamen reliquæ partæ, quæ iritantur, si quid vel in ratione victus peccetur, vel noxium extrinsecus occurrat.

15 *Multi quidem gibbi, facile, & non secus, quam bene valentes, iam usque ad senectutem id mali sustinuerunt, præsertim quibus corpus carnis plenum & pingue effectum est: pauci tamen ex ijs ad sexagesimum annum perueniunt, plerique enim citius moriuntur.*

Ob validas vires, ob morbum leuem, iamque ob vniuersam victus rationem, qua viuunt, non nulli gibbi quali sani ad senectutem usque vitam degunt.

16B *Nonnullis etiam vertebræ ab hac vel illa parte in latus mouentur. Hæc tamen vel omnia, vel complura incidunt, eo quod spina ab interiori parte deprauetur.*

Antea iam diximus spinam ad latus conuerti orto ab eius latere tuberculo, quod ad se traheret ligamenta. hoc Hippocrates fieri dixit *ἡσυχίας τῶν νεύρων*, id est, per neruos.

17 *Quosdam etiam in id vitium compellit, vna cum morbo habitus ille, quo iacere consueverunt.*

Concurrit ad spinam gibbam efficiendam, et quod materia magis confluat ad id, quod humilior est: & quod pars, in quam quis cubat, magis comprimatur. Prima autem & præcipua causa, & tuberculi, & cuiuslibet vitij, est partium natura morbo opportunior. demonstrauimus enim ad eiusmodi partes concurrere ea, quæ superant.

18 *Verum de his agemus, quæ de diuinis affectibus pulmonis: ibi enim de his futurorum pulcherrime prognosticationes traduntur.*

Multi quoque alia in hoc libro scripturum se pollicetur, quæ nunc non extant. Ea fortasse vel non scripsit, vel interierunt, quemadmodum & multa alia antiquorum volumina, quæ nunc non extant, de quorum interitu complures scripserunt. De diuinis igitur affectibus pulmonis multa habentur & in maiori libro de morbis, cuius initium est, || Si pulmonis arteria exulceretur, atque etiam in primo libro de morbis, qui non rectè ita inscribitur, cuius initium est, Qui utique interrogare de curatio ne rectè velit, rogatusque respondere. Sed in neutro horum plenè exequitur, quæ hic pollicetur.

In initio libri de Interius affectibus.

19 *Quibuscumque cadentibus gibba spina fit, paucis ita conualescit, ut dirigatur.*

Adhuc scripsit de spina citra exteriorem causam deprauata, quæ deinceps adscribit, omnia sunt de vertebris, quæ ob casum vel ictum aliquem læduntur. Pleraque autem plana sunt, nisi licubi opus sit omittam causam adijcere, quemadmodum & nunc, cum asserit rarò luxatam spinam restitui, cuius rei causam, et si nunc asserre potuisset, in sequentibus demonstrat, cum scribit vertebras cardinis modo instructas, ita, ut, ubi vna aliqua quouis modo exciderit, in suam sedem magno negotio reuertatur, cum in singulis multi processus sint, multi sinus, hoc autem & aspectu ipso in offibus didicistis.

20 *Iam verò intentio, quæ super scalam adhibetur, nullum, quod sciam, restituit. Ea potissimum vtuntur medici, qui apud vulgus videri volunt magnum aliquid moliri. Apud hoc enim admirandum est suspensum hominem intueri, vel proiectum, vel tale quiddam: semperque hæc ab ipso laudantur, cui nec ultra cura est, qui nam effectus sequatur ex huiusmodi presidio, bonus ne an malus: medici vero, qui hæc student, rudes sunt, quos quidem non inuentio quidem vetusta est: atque ego sanè primum auctorem laudo, non solum huius, sed cuiusque machinamenti secundum naturam excogitati, minime enim dissido non nulla restitui posse, si quis rectè præparans concitiat: sed turpe existimaui eiusmodi morbis ita mederi, quum eiusmodi machinationes magis sint impostorum.*

Quoniam (ut ostendimus) in omnibus articulis restituendis, præcedere debet in diuersas partes extensio, eandem quoque ad spinam ossa necesse est adhibere. qua verò ratione intendere in diuersa conueniat, in sequentibus docebit. nunc de ea intentione loquitur, quæ minus rectè adhibetur, quod facere consuevit, sicut in prioribus iam monstratum est. Primum enim reijcienda sunt, quæ cunq; male à quibusdam medicis fiunt, deinceps tradenda sunt salubriora. Igitur, quum medici complures luxatam spinam per scalam extendant, asserit in primis eiusmodi inuentionem nihil proficere: si quis tamen ea vti velit, docet, quomodo facere id optime possit. Ergo in intendenda spina propositum est superiorem partem intendere per vincula prope affectum locum inter-

Septima Classis.

MMMMMMMM ij cta:

ca:inferioreim,per corporis pondus. Ad hoc itaq; spectans, quæ ab ipso subijciuntur, percipies, E maxima enim ex parte clara sunt.

21 Quibus prope ceruices spina gibba fit, par est minus succuri i intentione adhibita per caput deorsum de missum, parum enim ponderis habent caput, & utriusq; lati scapularum ossis summitas, cum deorsum spectant: sed hoc verisimile est in pedes deorsum concussos magis restitui, in eam enim partem demissi maius pondus habent. At quibus infra gibba fit, hos concutere magis conuenit capite deorsum spectantes. Si quis igitur concutere velit, rem sic recte molietur. Scalam si erueret scorteis puluimns transfuersis debet, uel ex lana bene alligatis, ac paulo plus & longitudinis et latitudinis scala tenentibus, quæ occupet hominis corpus.

Quum spina uel prope initium laedatur, uel prope finem, uel in medio spacio, primo agit de noxa ipsius prope ceruices. Ergo in hoc casu, si quis super scalam à pedibus hominem suspendat, sicut non nulli medici Hippocratis seculo consueuerunt, nulla ferè intentio fiet ab inferiori parte, quæ parum ponderis sit in capite, & ceruicibus: sed, si in ima uitium sit prope os sacrum, maxime sperare quis poterit huiusmodi vim ab inferiori parte abudè futurâ. subdit deinceps, qua ratione id optime fiat.

22 Post hæc homo super scalam resupinetur, dein pedibus non diuicatis iuxta talos ad scalam alligetur vinculo, quod quidem firmiter ac sine compressu teneat, sed molle sit: uinciatu item, & ab inferiori, & à superiori parte circa utrumq; genu, & tum circa coxas, circa ilia in super & pectus, habena ita lata, ut conculi non prohibeatur: sed brachia iuxta latera extenta ad ipsum corpus, non ad scalam religentur.

Exprimit omnia euidenter, uinculum, quod firmiter ac sine compressu teneat, & uoxon dicit.

23 Scala ita preparata attrahenda est ad turrim altam, uel ad culmen domus.

Turrim dixit & uoxon: culmen uero domus, id est altissimam partem ipsius, & uoxon, ita enim appellant eam tecti partem, quæ attollitur in speciem trianguli. Si quis enim solarium faciat, pro tegulis tectum struet planum, quod calorem non prohibeat: sed, si tegulæ imponantur, propositum est, ut pluuialis aqua possit effluere. Hac igitur de causa medium tectum in longitudinem à priori & posteriori parte attollitur, utriusq; autem à partibus humile est. Maiores igitur ad exemplum alarum demissarum hanc partem domus ab aquila uidentur & uoxon appellasse, quo uocabulo tectum appellat & Pindarus in pleiadibus, ubi ait,

Χρῦσα δ' ἐβλήθη ἀπὸ τοῦ ἀέρον κληδόνες. & Euripides in Hylipyle, cum inquit, Ἴδὲ πρὸς αἰθέρα ἔλαμιλλήσαι κόρυμβόπτερος δισὶ πρόσβλεπον τύπης. Quod τῶρος turrim significet, idoneus testis est Diocles Charistius, qui iuxta uerba (ἀδύφρονον græci dicunt) locum hunc exponit in libro de fascijs. Inquit igitur attrahenda scala est ad turrim altam, uel ad culmen domus, ubi turrim, quam Hippocrates τῶρον, ἀύρον dixit.

24 Locus autem super quem conculi homo debet, renitatur: qui uero sursum attrahunt, non ignari sint, ut equaliter, recte, & in neutram partem inclinantes repenteq; demittant, ne scala in alteram partem inclinata ad terram perueniat, ne ne ipsi in priorem partem conuertantur.

Summam scalam à sublimiori loco suspensam, quæ (ut dictum est) alligatum hominem habeat, in pauimentum subito demittit, ut cadente hac, atq; concussa recondantur spinæ vertebræ sito loco motæ. Merito autem ad hunc usum duro & renitenti pauimento opus est: nam, si ita molle sit, ut cedat, spinæ concussus remittitur, ac sine ullo effectu res erit.

25 Vbi uero à turri demittas, uel à malo, qui carchestum habeat annexum, commodius adhuc rem parabis, si à trochlea uel ab axe funes demittas, sed molestum est in his longius immorari. Per his tamen machinationes conculi quis maxime poterit. Quod si spina in parte admodum superiori gibba fuerit, atque omnino conculi hominem oporteat, expedit in pedes conculi, ut iam dictum est: hoc si quidem pacto magis in inferiorem partem compelletur.

Quum scala ex sublimiori aliquo loco suspensa in terram demittenda sit, repente, equaliter, & in neutram partem inclinata, fatius est, inquit, uincula ipsa circa trochleas uolui, lic enim facile, æqualiter, & sine inclinatione ducuntur. Antea turris tantum & cacuminis domus, mentionem fecit, nunc malum adiungit, quem & uoxon appellat, significans maximum atq; erectum tignum, cui summo superpositum est aliud lignum transfuersum, à quo suspenditur uelum, quod & uoxon græce nuncupatur. Differunt enim inter se & uoxon trium syllabarum, & & uoxon duarum: hoc liquidem uocabulo malus significatur, quæ (ut retuli) uignum est, quod in naui erectum affigitur: sed illo lintheum, quod à uentis inflatur: funes uero in summo malo, carchestij nominantur. Ergo ubi cunq; ad suspendendam scalam malo utendum est, id efficiendum est per trochleas, & carchestios, nihil etiam deterius esse affirmata hæc uti axiculis, quos appellat & uoxon.


Fulcire

26A Fulcire autem pectus debes ad scalam fortiter alligans, atque item ceruices habena ualde laxa, quatenus, quod excesit in suum locum reuertatur: atq; in super caput à fronte ad scalam deuincire, ac brachia extenta ad corpus non ad scalam: reliquum tamen corpus solutum sit, nisi quod pluribus locis habena laxa circumdatur, quatenus, quod excesit, in suum locum reuertatur.

In superioribus quoque ostendimus ἐπιματὰ dici ab Hippocrate fulcimenta, & ἐπιματὰ fulcire: atque hoc esse, quod à poeta scribitur, Ἴπποκράτης ἐπιματὰ νῶον.

27

- A Scala cum scorteis puluimns.
- B Aer per scalam alligatus.
- C Turris alta.
- D Trochlea.
- E Pauimentum durum ac renitens.



28

Sed uidentum est, ne huiusmodi uincula concuti hominē non sinant. Crura uero non ad scalam, sed inter se uincenda, ut è regione spina depredeant: hæc si quidē ita ad mouere conuenit, si homo super scalam omnino conculiendus sit. Turpe autē est in omni arte, nec minus est in medicina sine ullo profectu magnā adhibere turbam, magnū spectaculū polliceri, et multa uerba facere.

Quod si homo, qui conculitur, nullis corporis partibus, exceptis superioribus, ad scalam uinciatu, facile in latera deuoluitur: at rursus si fortiter alligetur, ut immobilis sit, concussu nihil leuatur. Ambo hæc igitur spectantes ita hominem uinciemus, ut neq; immobilis sit, quum conculitur sub uinculis firmiter adstrictus: neque ita laxè super scalam contineatur, ut in latera deuoluatur. Hippocrates autem huiusmodi extendendū rationem contemnens, quo tamen modo optime adhiberi posset, adscripsit: quandoquidem uidit, qui ea utuntur nescire ipsam optime adhibere. huc accedit quod superius dixit / minimè enim diffido non nulla restitui posse, si quis recte preparans extendat /.

In primis quidē cognoscendū est, quæ sit natura spina: ad multos enim morbos ea opus est.

Notare semel alicubi uolumus, atq; in memoriā reducere, quæ à nobis dicta sunt à principio in primo libro de ratione corporum incidendorū Hippocratis, in quo empiricorū impudentiā cognoscens, qui audent Hippocratem appellare empiricū. Fuit enim omnium, qui medicinā exerceuerunt, maxime experiens, maximeq; experimentorum spectator: isq; omnia comprobauit, quæ multis fretus rationalibus argumentis inuenit, potissimumq; rationi corporum incidendorum operam dedit, ut quæ mirum in modum ad artem conferat: quod nunc aperit docet, cum spinæ naturam intelligi uelit, quam empirici non secus quàm cæterarum partium omnium, esse inutilem dicunt.

29D Vertebra igitur ab interiori parte, quæ ad uentrem spectant, inter se sunt æquales.

Vertebræ à posteriori parte processum exigunt acutum, extrema parte cartilaginosum, qui spina nuncupatur: à contraria uero, priori scilicet, siue interiori (utroq; enim uocabulo nuncupatur) æquè cartilaginem superiectam habent, quæ rotundæ sunt & leues, nullumq; acutum processum exigunt, neq; profus eminentiam aliquam uel breuissimam, quemadmodum & à posteriori parte, & à latere. Quales igitur singularum vertebrarum processus sint, ex cadauere arido intelliges: ex quo planum etiam fiet id, quod ait, vertebras ab interiori parte esse æquales, hoc est, æquari singulas, quæ inter se iunguntur. Quoniam igitur ea parte nullum processum habent, apertissimeq; inter se conueniunt, æquales esse inter se dixit, hoc est æquari ea parte, qua cohærent.

30 Alligantur autem inter se mucoso ac ueruofo ligamento, quod à cartilagine orsum usque ad spinæ medullam progreditur.

Naturam commissuræ vertebrarum ad uinguem indicat, non, n. altè admodum in unitatem coeunt à parte interiori, sicut non nulli existimarunt: nam sic ubi in posteriorem partē plurimum curuanda spina esset, uel ex toto reniterentur, uel diuellerentur. nunc autem res alter habet, quum non Septima Classis. M M M M M M M M iij coeant

coeant in unitatem, sed veluti vinculo alligentur mucoso nervosorum, atque idcirco leniter aliquid hac E parte mouentur, qua nullo modo mota fuissent, si continuarentur. At neque vinculum earum ad ipsam medullam usque pertinet, sed interiecta aspera membrana in orbem medullam ipsam complectitur, quae non secus, ac cerebrum, tenui membrana primo velatur, postea crassiori, sed praeter ea quae in cerebro sunt spinae medulla septa est, hoc tegmento, quod vim habet prohibendi ne doleat, quum vertebrarum ossibus offenditur, vbi spina mouetur. Circa ipsas autem vertebrae innatum est vinculum mucosum, hoc est glutinosum, & quasi pituitae plenum, vt vertebrae promptius moueantur, ipsumque vinculum minus laedatur. In vehementi enim motu abrumpuntur, quae sicca sunt, & sine humore, atque idcirco qui loris ad vehicula & iumenta vtuntur, ipsa inungunt, quanquam eiusmodi mucosus humor in omnibus articulis ob eandem causam inuenitur.

31 Quaedam alia est ligamenta nervosa, perpetua adnascitur, & hinc atque hinc a lateribus ipsarum intendunt.

Perpetua ligamenta intellexit, quae a superiori parte deorsum feruntur plurimum longa, nihil tamen habeo, quod scribam, quamobrem ligamenta, quae iuxta intendunt, nervosa dixerim, quia n. fuit, non nervosa, sed nervi, nisi si valida appellavit nervosa, nervi autem euidenter per vniuersum thoracem iuxta vnamquamque vertebrae intendunt, quorum superiorem originem in corporibus incidendis demonstrauimus, ad ceruices autem & lumbos super vertebrae musculi sunt, per quos feruntur nervi.

32 De venis autem & arterijs huc pertinentibus alibi tractabimus, quot & quales sint, unde inchoentur, quidque in quibus possint.

Has quoque didicistis in corporibus incidendis, sed & in libris, quos de venis & arterijs, de nervis item incidendis habetis, quae omnia diligentius tradidimus in libro de ratione incidendi corporis, quare pluribus hic de illis agere opere precium non est, quum neque ipse Hippocrates persequi in hoc opere vniuersam earum naturam vellet, sed eam sicut alia multa in alium locum differat, licet, quae de venis & arterijs scripta nunc pollicetur, non extent, de nervis autem iuxta vertebrae tendentibus in secundo libro de morbis vulgaribus, non plene quidem, sed in commentarij modum tractauit, tanquam de alijs, quae nos ostendimus in eo libro commentarij modo & non plene ab Hippocrate scripta, solo modo enim primum & tertium librum de morbis vulgaribus absoluit, ita, vt ediposset.

33 Tum de medulla spinae, quibus tegmentis tegatur, unde originem ducentibus, qua parte finitis, quibus cum coniunctis, quidque valentibus.

Tegmenta ac velamenta alicuius rei veteres appellant *ελλυτες*, atque idcirco Hippocrates nunc medullae spinae tegmenta *ελλυτες* nuncupauit, quae nos paulo ante narrauimus, duo quidem intrinsecus omnino sunt: ex utroque vero communia omnium vertebrarum ligamenta, oriuntur autem membranae a membranis, quae cerebrum tegunt: sed tertium velamentum, quod extrinsecus eas complectitur, originem habet a caluaria, qua cum prima vertebra committitur. Huiusmodi autem ligamenta non secus, atque ipsa medulla, ad imam spinam finiuntur. / Finitis / Hippocrates dixit *πράινουσι*, sicut poeta quum inquit,

Επισπερ δ' η κρανίω γε και ει τετελεσμενον εσαι, quid vero possint, exquisitè iam ostendimus in opere de ratione corporum incidendorum, atque etiam in proprijs libris, inter quos precipuus est, qui de vniuersi partium inscribitur. nunc autem scripsisse abundè est membranas, quae cingunt spinam medullam, eundem praestare usum, atque in cerebro, quod crassa membrana defenditur, ne a circumpositis ossibus laedatur. Est & aliud cerebri velamentum, & quasi cutis innata, quo haec nectuntur, nempe tenuis membrana, de tribus autem his tunicis in medulla spinae paulo supra pertractauimus.

34 In vltiore autem parte, vertebrae cardinis modo commissuras habent.

Quum explicare spinam naturam instituerit, orsus ab interioribus partibus ipsius, qua vertebrae apertè inter se cohaerentes ad ventrem spectant, & inter se sunt aequales, iure nunc subdit / in vltiore autem parte vertebrae cardinis modo commissuras habent, vltior enim pars ipsa, quae proposita sunt, erit posterior, qua inquit vertebrae cardinis modo inter se committit. Non debes autem intelligere posteriorem partem eam, quae sita est contra ligamentum propositum, quod scilicet a iunctura vertebrarum procedit, is enim locus medius exquilitè posterior est, vbi spina tanquam est: sed eam, quae vtrinque est a commissuris ipsarum vertebrarum: quae, si ad spinam referatur, erit a lateribus spinam: si ad priorem partem, in qua dixit vertebrae inter se colligari, posterior. Scripsit autem eas commissuras cardinis modo esse, quoniam quatuor exigunt processus, quibus committuntur: duobus quidem admittunt eminentias proximè vertebrae, duobus se in alteram inclinuant, efficitur autem quodammodo structura cardinum similis.

35 Nervus omnium communes, & ad exteriorem partem, & ad interiorem procedunt.

Pars vertebrarum, quae ei opponitur, qua illigantur, posterior & exterior appellari potest: sicuti

A sicuti ea ipsa, qua illigantur, interior, & prior, verum a posteriori parte non reperiuntur nervi, quos nunc *πόνες* dixit, si nervi intelligantur, qui motum voluntarium praestant, qua enim vertebrae inter se committuntur, foramen est, per quod vnusquisque nervus a spinae medulla traiectus, protinus distribuitur, cuius aliae partes ad priorem regionem intendunt, aliae ad posteriorem, atque in musculos dissipantur, qui, quum spinae superficie sunt, *ραχιται* graece nominantur.

36 Singula autem vertebrae, tam maiores, quam minores, in exteriorè parte singulos processus exigunt: his autem processibus adiecta est cartilago, atque ab ea germè oritur ligamentorum, quae nervis exterioribus germana sunt.

Singularium vertebrarum processus per medullam dorsum intendunt, atque vniuersam spinam componunt: extremo autem processui cartilago innexa est, a qua oritur germen ligamentorum, quae (vt ipse ait) nervis germana sunt: quo significat, vel simillima, vel inter se coeuntia, immixtaque, vtrinque, n. verum est.

37 Adiunctae autem costae sunt capitibus in interiorem partem spectantibus magis, quam in exteriorem, quae sigillatim cum vnaquaque vertebra committuntur.

Costae, id est thoracis ossa, quae a spina intendunt transuersa ac modicè obliqua ad pectus, graece non modo ab Hippocrate, sed ab omnibus iunioribus medicis, nota sunt (*πλευρα*). Has inquit cum vertebrae committit, quod *προσηροει* dixit, quasi dicat *προσηροει*, quod vocabuli a pud iuniores medicos magis in vsu est: eo. n. significat ossium commissuras quibus talis inest motus, vt sensu aliqua tenus percipi possit. Costarum capita vocauit extrema, per quae cum vertebrae coniungunt, in radices processuum a lateribus se infinuantes. Exquilitè autem dixit ipsas magis in interiorem partem spectare, nolitis enim rem ita se habere: ipsarum vero commissuram quodammodo duplicem conspeximus, quam rem Hippocrates praetermisit, vel quod non ex toto vniuersam naturam commissurae fuerit intuitus, vel quod tam diligentem eius inquisitionem ad propositum pertinere non existimauerit.

38 Maxime autem flexae sunt hominis costae, & modo eorum, quae curuae sunt.

Inter omnia animalia homo costas habet maxime curuas, quoniam & pectus omnium latissimum: ex ceteris vero animalibus alia magis, alia minus, acuto pectore sunt, latissimum autem pectoris est homo, deinde simia, quae pectus habet angustius hominis, latius quae cetera animalia. Commune est autem omnium animalium, quae thoracem habent, costis esse ab exteriori parte, qua tangimus, gibbis: a contraria, intrinsecus scilicet, limis. Id. n. necessarium hominibus fuit, vt thoracis spatium latum redderetur, quoniam iuxta os pectoris dirigit costas oportuit reliquas earum partes, quum deberent ad spinam vertebrae peruenire, opus fuit plurimum curuari. Res igitur, quam proponit, ex eo aperte intelligitur, quod ipse ait costas maxime curuas esse, quodque earum figura talè euidenter se ostendit. Restat quaestio, quae ad rem non pertinet, sicut prior, sed ad vocem, quae Hippocrates explanationis vel exempli causa vsus fuerit verbo *ροιοειδεια*, quod maiorè affert obscuritatem, quam ipsa, cuius gratia id exemplum affertur, tunc fortasse vox erat vsitata, alioquin verba haec / *μο εορ*, quae curua sunt / non dixisset *ροιοειδεια* *τερον*, deinde vsu explorata, obsecura esse cetera est. Vox *ροιοειδεια* *π* apud Theocritum curuum significat in eo carmine, vbi inquit,

Ροιόν δ' ε' αργελαίας δεξιτέρας κόρυνας.
Idem quoque significat apud Archilochum, quum scribit,
Αλλα μικρός τις ειη, και πει κήμας ιδ ειη.
Ροιός ασφαλώς βεβηκώς προσληρότης πλέως. Apud Nicandrum similiter.
Αλλοι δ' ε' ροιοειδεις ισήρεις αυτα παγκύροις, γυια βαρύνονται.
Per se autem scriptum *ροιβον* nescio quid sibi velit. Quanquam in non nullis exemplaribus per se scribatur, sed in magis probatis, per *κ*.

39 D Quod autem inter costas est, quodque inter processus ossium vertebrarum, vtrinque complent musculi, qui a ceruicibus orsi usque ad nexum intendunt.

Quod in corporibus incidendis apparet, non admodum consentit cum verborum sententia, nam quod apparet homini est. A costarum capitibus, quae cum vertebrae committuntur, musculi sunt a posteriori parte, qui *ραχιται* nuncupantur, alij in longitudinem spinae tendunt usque ad initium crurum: a priori parte in longitudinem musculi non procedunt, sed transuersi inter costas, quos *μυοσπλαγχοειδεις* appellant. Deinde ad aliquot costas pertinent musculi, qui stomacho subiecti sunt, a quibus totum collum in priorem partem attrahitur, & paululum et annuit, vbi capitis commissura non moueatur: ipsa. n. per se maximum habet motum in annuendo, & abnuendo, si quis eam cum vertebrae conferat, quae post primas sunt: aliarum. n. inter se commissura paululum mouent. Sed & a regione iuxta lumbos procedunt ad extremas thoracis costas eorum musculorum summitates, qui *φοαι* dicuntur: in medio autem thoracis ad costas musculi non pertinent, qui siti sunt ad vertebrarum processus a lateribus positos, quae committit costas posui. Sunt & alij duo musculi angusti, atque exigui, qui ab exteriori parte per vniuersum thoracem iuxta musculos, qui *ραχιται* dicuntur, intendunt a priori parte, non a posteriori versus spinam. Haec igitur est positio, ac natura musculorum circa vertebrae, quae ex corporibus incidendis inuenitur.

Septima Classis. MMMMMMM uij Videamus



Videamus deinceps de quibus nā Hippocrates meminerit, ac de ijs quidē q̄ inter costas sunt, patet E
ipsum minime egisse, quōm ait/musculi, qui à ceruicibus orsi, superest igit, vt eos intellexerit, vel q̄
παρὰ τὰς dicuntur, vel qui iuxta hos siti sunt. sed neutri rectē dicent, quod inter costas est, quodq̄ in-
ter processus ossium vertebrarum, cōplere. Παρὰ τὰς quidem musculi vniuersis propolitoi ū ossiū
cōmissuris in toto thorace superinieci sunt à posteriori parte, nihil relinquentes, quod nō cōiegiat,
sed oēs costarum radices, & vertebrarum processus, qui à lateribus sunt, ad hæc quod inter ipsas ra-
dices est, complectuntur. Angusti autē musculi, qui iuxta hos versus priorem partem siti sunt, proti-
nus post commissuram sunt, ad extremitates eorū processuum, quos vertebra à lateribus exigunt:
quin ēt, quod in fine propolitorum verborum adiungit/ vsq; ad nexum / si de angustis musculis in-
telligatur, necesse est ad septi transuersi nexum referamus: sin de ijs, qui παρὰ τὰς vocantur, ad crurū
nexum, quem ἁπόφυσιν dixit, crurum fortasse iuncturam intelligēs. Equidem verba hæc nequeo
accommodare ad id, quod sensui apparet, arbitrōq; in initio protinus errasse primū librariū, sicut in
alijs multis veterum scripturis. Sed, quōm ita habeant, quæ in corporibus apparet, quæstio idoneæ
expositionis cōmuniter oibus proponatur, quod autē distinctum, & aliquatenus probabile videtur,
huiusmodi est. Costas accipiēmus pro ipsarū costarū capitibus; processus ossium vertebrarum, pro
ossibus, quæ spinā constituunt; sed musculos cōplentes vtrinq; eam regionē, quæ interiorē est, παρὰ τὰς
intelligemus: nexum, septi transuersi. Pelops autē præceptor noster costas, nunc ab Hippocrate
voluit nominari oēs vertebrarū processus, q̄ à lateribus sunt: sed nexū retulit ad septi transuersum.

40 Ipsa autem spina in longitudinem recta obliqua est.

Obliquam dixit σκολιαν, eam sic appellare solitus, quæ in latus inclinata est: nunc autem non in
latus, sed in posteriorem & priorem partem significare vult, spina enim in longitudinem recta pau-
lulum in posteriorem & priorem partem inclinatur, vt ipse deinceps docebit.

41 Ab osse sacro vsq; ad magnam vertebram, quæ imberet crurum nexum, spina cana est, quoniam nescia,
partes naturales, & id intestinum, quod laxum est supra anum, hac parte continetur.

Crurum nexus multis modis intelligi potest, maxime quidem proprie fortasse is, qui à coxarum
commissura est, quōm scilicet femoris caput coxarum ossi per lata ligamenta illigatur, & per id, qd̄
rotundum est, quo altissimis partibus caui ipsius coxæ innectitur: tum per musculos, qui commissu-
ram femoris mouent, merito vtiq; dici potest crurum nexi superioribus partibus: deinde per neruos,
postea per arterias, & venas. Videtur autem hic Hippocrates nexum per neruos exponere, quū ab
extrema lumborū vertebra, quæ cōmittitur cum osse, quod & latum & sacrum nuncupatur, orian-
tur nerui, qui tendunt ad crura, comprobatur autem, vel ex eo, quod in corporibus incidēdis appa-
ret, vesicam, & partes naturales, & id intestinum quod laxum supra anum est, hac parte contineri,
quamobrem ab exteriori parte gibba structa est. Naturales partes quas γοναίς dixit, intellexit eas, q̄
generationi accommodantur, veterum in foeminis: q̄ semini aptant in maribus, ἁρνιτικὰ nuncupan-
tur. id autē, quod laxū est: supra anum dixit χαλαρὸν ἁρῶν, id siquidem sacro ossi superimpositū est,
& re vera laxum est, quōm non habeat musculos, qui extremum intestinum rectum adstringunt.

42 Ab hac ad septi transuersi nexum, recta in anteriorem partem recuruat.

Hac parte nihil tale spinæ insidet, quales in inferiori vterus & velica. Quare non necesse fuit ab
interiori parte sinam esse, atq; idcirco, neq; ab exteriori parte gibbam, sed hac parte spinam paulu-
lum intus spectare, sulcitra enim ab ipsa magnam arteriam, ac venam oportebat.

43 Atque hic locus solus ab interiori parte adiunctos habet musculos, quos ἰσῶς appellant.

Ex his potissimū verbis conijcere quis posset, Hippocrate spinæ non annuerasse vertebra cer H
uticū, quali. n. spina vniuersa lato osse & vertebra, q̄ ad lumbos, & quæ ad thoracē sunt, continea-
tur, dixit atq; hic locus solus ab interiori parte adiunctos habet musculos. Nam, si spinæ ceruicū
quoq; vertebra annumeret, fallūm vtiq; erit hunc locū duntaxat habere adiunctos musculos, cum
& in ceruicibus ab interiori parte grandes musculi contineant: quos, quōm grandes sunt, nō latuisse
Hippocratem nemo ignorat, quādo etiam, si exigui fuissent, nullo modo ipsum latuissent. horū tñ
musculorū, qui ἰσῶς nominantur, particulā vsq; ad eā regionē pertinere, quæ septi transuersum in-
nectitur, propositis verbis nō notauit, vt qui operæ pretium esse tā exquisitè docere nō existimari.

44 Ab hoc item ad magnam vertebram, quæ sita est sublimior commissura humeri cum lato scapularum of-
se, recta in gibbum vertitur, sed magis adhuc videtur, quā sit: habet enim spina in medio ossium proces-
sus altissimos, ab utraque autem parte humiliores.

Vertebra, quæ ad costas sunt, ab interiori parte sinæ paululum videntur, à posteriori gibbæ
multum propter spinæ processus. vertebra autem, quam magnam dicit sitam super comitis-
suram humeri cum lato scapularum osse, nouissis, & reminiscendū causā habetis in commenta-
rio,

A rio, quem de ossibus scripsi. His autem, quæ proponuntur, accommodanda illa sunt: neque opus est
me vterius explanante, nisi si quod verbum alicubi occurrat, quod expositionem requirat, cuius
causa huiusmodi commentaria scribuntur: quemadmodum euenit in hoc ipso loco.

45 Ipsa verò ceruicū commissura in anteriorem partem spectat. Quibus igitur vertebrae gibbæ sunt, ma-
gna vi coniunctione abrupta expellitur vel una vertebra, vel plures: quæ res non accidit multis, sed pau-
cis, non enim facile incidunt huiusmodi casus, nam nec facile in anteriorem partem veniunt vertebrae,
nisi à priori per ventrem vehementi ictu truantur, sic autem homo interiret: aut nisi quis ex superiori
loco decidens, in coxas vel scapulas cadat, sed & sic quoque expiraret. A posteriori autem parte non faci-
le expellitur vertebra in anteriorem, nisi aliquid graue admodum super ipsam incidat: ossa enim, quæ ab
exteriori parte procedunt, singula talia sunt, vt potius frangi possint, quàm coactis ligamentis, valde in
interiorem partem erumpere.

Speciat in priorem partem, dixit ἁπόδον, ita enim conspicitur. Duæ autē sunt primæ vertebrae,
quibus ceruicū commissura efficitur: post quas relinquuntur tres, quarum non meminit, quō col-
locatae sint inter secundam & sextam, nempe tertia quarta & quinta, quæ maximè videntur rectum
positum habere. hæc autem vertebrae lōgē minores sunt duabus, & præcipue tertia, quarta enim hac
maior est, sicut his rursus quinta, sexta verò non his duntaxat maior est, sed septima etiam. Ab hac
autem vsq; ad extremam spinam pro ratione altera maior altera est, si hæc in homine perpendatur,
vel in ea sumia, quæ hominis faciem magis repræsentat, & magis q̄ cætera, iecta in ambulat, namq;
hæc, & in alijs, & in ossibus homini simillima est, vnum autem in spina habet aliarum quoq; qua-
drupedum commune, quod in homine nō reperitur, nempe lumbos pro magnitudine reliquarum
partium corporis longiores, q̄ homo, cui ad lumbos quinque duntaxat vertebrae sunt, in simijs au-
tem sicut in alijs quadrupedibus sex. Illud autem animaduertere in propositis verbis oportet, quod
Hippocrates, quōm de spinæ figura tractare constituisset, orsus hæc modo ipsa autem spina in lon-
gitudinem recta obliqua est in extrema oratione adiecit: ipsa verò ceruicū commissura in ante-
riorem partem spectat, videbitur enim hic rursus ceruices spinæ partem posuisse.

46 Et articulis, qui alios recipiunt, & in alios coniciuntur. Medulla item spinae laboraret, si parumper
comota inclinaretur, vertebra hoc modo expulsa. Luxata insuper vertebra medullam comprimeret, si nō
laceraret: hæc autem compressa detentaq;, multis locis grandibus & præcipuis torporem afferret, ita, vt
medico non amplius curæ esset, quæ ratione dirigere vertebram deberet, circumstantibus nullis alijs ma-
lis violentis: sed manifestum quoque est restitui non posse, neque concutiendo, neque alia vna.

Vertebrarum articulos dicit in processibus à lateribus sitis, quorū alter alterū excipit, eos autem
ait recipere, & in alios conici, eo q̄ vtraq; vertebra duobus processibus sublimioribus cū superiori
vertebra comittatur: duobus humiliores cū inferiori, sic, vt alijs, pximæ vertebrae processus ad-
mittat, alijs in alterius processus coniciatur. q̄ omnia perfectè exequuti sumus in libro de ossibus.

47 Nisi hominem feces, deinde manu alte in ventrem indita ab interiori parte in anteriorem compellat:
quod quidem mortuo fieri licet, viuente, nullo pacto. Quorsum igitur hæc scribimus? quoniam non nulli
libi persuadent se sanasse eos, quibus vertebra articulis ex toto excedentes in anteriorem partem venerūt.
Quamquam non nulli facillimum existiment vertebras eo modo luxatas euadere, nihilq;, opus esse restitue-
re, sed eas per se restitui. Multi sanè ignari sunt, & ob imperitiā lucrum faciunt, vulgo enim suadent.
Hoc itaq; pacto decipiuntur. Spinam, que in dorso extat, putant esse ipsas vertebrae, nam singula tactu ibi
rotunda sentiuntur: neq; intelligunt hæc ossa à vertebrae procedere (de quibus paulo supra tractauimus)
ipsas verò vertebrae multo magis in anteriorem partem sitas esse: siquidē ex omnibus animalibus homo pro
magnitudine ventrem habet angustissimum à posteriori parte in anteriorem præcipue ad thoracem. Ergo, ubi
aliquod ex ijs ossibus, quæ valde excedūt, comminuat, sine vnum, sine plura, se locus humilior sit, quā
qui hinc est, atq; hinc: ac propterea errant, putantes vertebrae in anteriorem partem prociidisse. Quos
item fallit habitus eorum, qui icti sunt: nam, si curuari velint, dolent, cum qua parte percussi sunt, cutis
tendatur, sicq; ossis fragmenta carnem magis vulnerent. sin ita figurari vt spina à posteriori parte cana
sit, leuamur, cutis enim, quæ fractura est, laxior efficitur, & ossa minus vulnerant: quin si ea parte tan-
gantur, cedunt, spinam in priorem partem compellentes, isq; locus inanis & mollis tangenti apparet. Hæc
omnia, quæ dicta sunt, medicos fallunt: cito autem, ac sine aliquo detrimento, huiusmodi homines per se sa-
nescunt, hæc enim ossa omnia, quæ rara sunt, callo celeriter glutinantur.

Manum altè inderè in ventrem, causa conquirendi, quæ ibi sunt, dixit ἱσπόδορον & α.

48 Iam verò iis, qui sani sunt, obliqua spina sit pluribus modis: nāque & natura, & vsu sic habet, sed & ob
senium, & sub dolore, hæc siquidem colligandi vim habent. Gibba autem plerūq; sit, quōm homo vel in co-
xas vel in scapulas cadit: necesse enim est in spina gibba vnam aliquam vertebram reliquarum omnium
conspici maxime sublimem: eas autem, quæ hinc atq; hinc sunt, minus. Nec plurimū huiusmodi vertebra
ab alijs

ab aliis recedit, sed parum, quando singula subito plurimum cedunt. Hac igitur de causa, & spina medulla E facile fert, quum ita peruertitur, quum fiat gibba in orbem, non ad angulum.

Vbi spina gibba fit, hoc est, in posteriorem partem conuertitur, κούρσιον appellat: λόρδωσιον, vbi curua, spectatq; in priorem: vbi obliqua & in latera, σκολιωσιον, quo verbo vitur alio modo & ad omnem spinam deprauationem significandam, indicans verbum generale magis esse quam aliam. in qua significatione nunc quoq; ait spinam σκολιάνειδαν, quasi dicat quouis modo peruerit: atque in superioribus etiam dixit ipsa autem spina in longitudinem recte obliqua est, obliquam vocans σκολιόν, vbi eam inclinare in priorem & posteriorem partem indicauit.

49 Oportet autem restituendi rationem huiusmodi praparare. Commodè quidem lignum firmum ac latum, quod in longitudinem incisum sit, foditur: commodè etiam pro ligno paries in longitudine excanatur, quod cauum à pavimento, vel cubitum, vel quantum res exigit, attollatur. Dein veluti quadrata columna quæna transfuerfa adhibetur, quæ à pariete eatenus recedat, ut aliquis inter utrumq; vbi opus sit, transfereat: sternitur columna hæc vel tunicis, vel quapiam re, quæ mollis sit, & non admodum cedat. Homo fitur, & si sustinet, multa aqua calida lauatur: deinde in ventrem iacet extentus, brachijs secundum naturam porrectis, atq; ad corpus alligatis. Lorum item molle latumq; abundè, & longum, quod constet duobus habenis, medium medio pectori injectum bis circumdatur, quantum potest iuxta alas: postea, quod ex loris superest, circa alas humeri capiti obuoluitur, capit. q; ad aliquod lignum cuiusmodi pistillum est, alligantur, eorum enim longitudo aptatur longitudini eius ligni, quod subiectum est, ut hoc pistillo extendenti mora sit. Huiusmodi etiam aliud vinculum super genua, & super calces datur, capit. q; eius ad aliquod tale lignum vincuntur. Aliud in super lorum latum molle ac valens habena modo conuenienter longum ac latum coxis in orbem firmiter deuincitur, quàm maximè potest prope coxas: deinde lori, quod superest, utrumq; caput simul ad lignum, quod ad pedes sit, alligatur. Homine ita figurato intentio in diuersa adhibetur, siue vlla inclinatione simul, & recta: nullum enim magnum deprimè in inferre eiusmodi intentione potest, si rectè præparatur, nisi q; de industria id agat. Medicus verò vel alius quis modo prævalens sit, & nõ imperitus, sublimiori unius palma parte, quæ spina gibba est, data, at que alterius palma sublimiori parte superinieceta, comprimit, intuius nõ rectè deorsum versus caput, vel versus coxas debeat, comprimere. Adhibetur autè hoc modo vis maximè innocèter: innocèter etiã, si q; super eam partem, quæ spina gibba est, sedeat: simulq; vbi homo extenditur, se attollens conculiat. Sed & pedibus consistere super spinam, quæ gibba est, sustineriq; & leniter conculcere, nihil prohibet, ad quam rem satis idoneus est quilibet palaestra affuetus.




A Columna quæna quadrata pannis strata.
B Laquei pectus circumdantes, qui seruntur ad superius pistillum.
C Laqueus supra genu & talos.
D Lorum illibus alligatum.
E Pistilla ad caput & pedes.
F Manibus comprimens.




A Columna quæna quadrata pannis strata.
B Laquei pectus circumdantes, qui seruntur ad superius pistillum.
C Laqueus supra genu & talos.
D Lorum illibus alligatum.
E Pistilla ad caput & pedes.
F Insidens & attollendo conculcens.

utrumq; caput simul ad lignum, quod ad pedes sit, alligatur. Homine ita figurato intentio in diuersa adhibetur, siue vlla inclinatione simul, & recta: nullum enim magnum deprimè in inferre eiusmodi intentione potest, si rectè præparatur, nisi q; de industria id agat. Medicus verò vel alius quis modo prævalens sit, & nõ imperitus, sublimiori unius palma parte, quæ spina gibba est, data, at que alterius palma sublimiori parte superinieceta, comprimit, intuius nõ rectè deorsum versus caput, vel versus coxas debeat, comprimere. Adhibetur autè hoc modo vis maximè innocèter: innocèter etiã, si q; super eam partem, quæ spina gibba est, sedeat: simulq; vbi homo extenditur, se attollens conculiat. Sed & pedibus consistere super spinam, quæ gibba est, sustineriq; & leniter conculcere, nihil prohibet, ad quam rem satis idoneus est quilibet palaestra affuetus.

Aptissime



A Columna quæna quadrata pannis strata.
B Laquei pectus circumdantes.
C Laqueus supra genu & talos.
D Lorum illibus alligatum.
E Pistilla ad caput & pedes.
F Insidens & pedibus sensim incuruens.



A Paries excanatus.
B Columna quæna quadrata pannis strata.
C Habena pectori circumdata.
D Laqueus supra genu & talos.
E Habena illibus circumieceta.
F Pistilla ad caput & pedes.
G A flex è tilia.

Aptissime autem cogitur, si paries, qui excanatur, vel lignum, quod foditur, quatenus conuenire videbitur, infra hois spinam incidatur: asser nerò è tilia, vel ex alio ligno non tenuis secetur: ut super spinam, quæ gibba est, vel multiplex paniculus, vel paruis alijs puluibus ferretis, iponatur: sed quantum minimè potest, conuenit hac subicere: vnde deudè est solimodo, ne asser p duritie frustra adolori sit: ea autè pars spinæ, quæ gibba est, sit maximè è regione eius partis, quæ paries excanatus est, ut asser, quæ maximè spina extat, superimpositus, maximè premat: adhibitus verò asser, à ministro vno vel altero si opus fuerit, cogatur, alij (vbi supra ostensum est) hinc atq; hinc in longitudinem corpus intendant. Licet & per axes extendere vel iuxta lignum defossum, vel cõretos i gubndâ lignis in ipsâ defixis, q; erigatur, siue utring, à lateribus paululû extatia, siue in utraq; eius extremitate. Accommodatur autè vis, q; per hæc adhibetur, et vbi uehemètiore, & vbi leniore opus est: tantum n. roboris habet, ut si quis non in medicina, sed ad torquendos homines eam adhibeat, præstanter ad id valeat, ita, ut, siue tantum extendamus in longitudinè, hinc atq; hinc nihil inuadè cogentes, siue citra intentionem asserem duntaxat admoeamus, abundè sit. Optimum autem est, uti eiusmodi via, quam in ipso usu, & intendendo, & remittendo moderari potes, quæ ne secundum naturam est. Quæcumq; igitur extant, compressa, in suum locum redeunt: quæ præter naturam coerunt, intentia, secundum naturam compelluntur. Equidem cogendi alium modum meliorem aut infioremem habeo nullum.

D Quæ subicit, plane omnia explicat. quare si quis non percipit, quæ proponuntur, huic non explanatione opus est, sed monstratione. quim & commentaria ad eos scribuntur, qui eiusmodi curationes iam inspererunt. Monui etiam in superioribus, ut, si quis prima lectione non intelligat, quæ ita clare ab Hippocrate scribuntur, iterum, & tertio, & septimo, diligenti animaduersione relegat, q; si hoc faciat, quæ plane ab ipso traduntur, omnino intelliget.

50 Nam quum è regione ipsius spinæ intentio adhibetur, ab inferiori parte, & iuxta os, quod sacrum appellatur, non est locus, qui prehendi possit: à superiori iuxta ceruices & caput, est quidem, sed aspectu indecorus, præterquam, quod, si corpus ab hac parte valentius extendatur, alia quoq; noxa asferetur. Expertus aliquando sum utrem non inflatum, quem resupinato homine spina, quæ gibba erat, subieci, dein fistula anea demissa inflauit, sed parum profecit: cedebat enim vter, quum homo bene extendebatur, neq; spiritus impellere quidquam poterat, sed alioquin vter promptè labebatur, quum se compellerent & gibbus spina locus & repleti vtris tumor: at contra, quum non valde homo extendebatur, vter ob spiritum in tumorem assurgebat, sed homo magis quam expediret, in priorem partem conuertebatur. De industria autem hæc scripsi, pulchra enim huiusmodi monumenta sunt eorum, quæ quum experti sumus, siue effecti inuenimus: & causarum, cur parum processerint.

Locum, qui prehendi possit επιλαβόν, quasi επιλαβόν, & επιλαβόν dixit, eo q; obex & morali

si iniectionis laqueis, sic, ut hereant, quae eminent, & minime decidat. Ab osse sacro nullus talis locus est. H
 a superiori parte, quae uis ceruices sint, & caput, homo tñ stragulari videbit, si hac parte prehensat:
 atq; idcirco ea intendendi rō indecora habebitur, sed & noxā inferet, si laqueus ad guttur delat.

51 Quibuscūq; autem vertebrae in anteriorem partem conuertuntur, vel q; homo ceciderit, vel q; graue ali-
 quid super ipsum incidit, plerūq; nulla vertebra valde ab alijs recedit: ubi nō valde recedat, sine vna,
 siue plures, hominē non precipitat, sicut antea dictum est, cum spina in orbem, nō ad angulum peruertatur.
 His quidem vrina, & aluus magis supprimitur, q; quibus vertebrae in anteriorem partem conuertuntur,
 pedes q; & crura tota magis frigescent. atq; haec magis mortifera sunt, q; quae posita sunt: quibus, si euadūt,
 vrina sine voluntate magis prorumpit, cruraq; magis resoluuntur, & torpent. Quod si superior spina in
 priorem partem conuertatur, vniuersum corpus resoluuntur ac torpet. Machinationem autem nullā habeo,
 quae spina restitui possit, ubi sic luxatur. Quod si nihil proficiat concutiendi modus, qui per scalam admo-
 uetur: vel alia similis curatio, seu extendendi via, qualis paulo ante dicta est: nullum noui impellendi si-
 mul & extendendi modum, qui id prae stare possit, quod asserit, ubi spina gibba erat: nam, qui fieri poterit,
 ut à priori parte, per ventrem impellatur? Ergo, neq; hoc licet, neq; tussis aut sternutamentum vim aliquā
 habet, quae ad extensionem conferat. Nihil etiam proficies, si spiritum in ventrem indas. Quin, & qui
 magnas cucurbitulas defigunt, ut sursum attrahant vertebrae, quae in interiorē partem exciderunt, sum-
 mopeere aberrant: expellunt, n. magis, quam attrahant, quam rem ignorant, qui eas defigunt: nam quo ma-
 ior cucurbitula est, eo magis spina caua fit, quā à superiori cute vergeatur. Alios item concutiendi modos
 praeter iam positos adducere possem, quos existimet quis ad vitium magis pertinere, sed eos scire potest, qui-
 bus parum confidam) omitto. Illud autem in vniuersum, ut summam dicamus, intelligere oportet, q;
 ubi spina in anteriorem partem conuertitur, ad interitum agrotantem precipitat, & infestissima est: ubi
 in posteriorem, vacat mortis periculo, vrinam non supprimit, & plerunq; torporem non inferit.

De vertebrae agens in anteriorem partem luxatis, inquit casum asperiores esse, q; si in exteriorē
 ferantur, causam esse in aperto dicit. nerui. n. omnes, qui à spinæ medulla oriuntur, in anteriorem
 partem procedunt. Premuntur ergo magis, ubi spina in hanc partem conuertitur, q; ubi in exteriorē
 rem, cumq; iis vrgentur, quaecūq; partes spinæ superinsident. quo fit, ut interdum superior quoq;
 pars vesicae comprimatur, & quae cum his consortium habent, omnia inflammatione occupentur.
 Quamobrem neq; vesica vrinam, neq; aluus deiectionem reddit: expellentis enim facultatis, quae
 vna ex naturalibus est, vitium est vrinam atq; aluum supprimit: torporis autem membrorum causa
 est, neruorum affectus: sed vesica & intestinis affectus, periculum est, ne homo interim decedat, dñ
 tollitur inflammatio, quae efficit, ut nec aluus, nec vrina respondeat. Quemadmodum autem mu-
 sculus, qui vesicam adstringit, cum nimium suo munere fungitur, non patitur vrinam euadere, ita
 verisimile fit affici muscolum anī, quem graeci ab adstringendo σφιγνῶν nomīnarunt.

52 Quam nec alui itinera distendat, nec prohibeat, quo minus facilem exitum habeant, spina, quā in
 anteriorem partem conuertitur: sed quā in anteriorem, vtrunq; hoc efficiat, accedant q; alia complura.

Quā proximē proposuerit his vrinam & aluum magis supprimit, quā quibus vertebrae in
 anteriorem partem conuertuntur, nunc causam adiecit his verbis: quā nec alui itinera distendat
 id est exitum eorum, quae per vesicam & per anum expelluntur. Distendi autem partes, per quas
 haec feruntur, & à compressione vertebrarum, & à consortio, quod cum neruis habent, à ratione mi-
 nime abhorret.

53 Multo autem pluribus crura, & brachia resoluuntur, corpus torpet, vrina supprimitur, quibus verte-
 brae nec in anteriorem partem, nec in anteriorem exciderint, sed concussa vehementer fuerint, manentes
 è regione spinæ: quibus spina deprauatur, minus hac patiuntur.

Vt deprauationem exprimat, mutatur βωμα vocabulum tanquam generale, agens de verte-
 bris, quomodocūq; suo loco motis. Vniuersa autem oratio clara est, venit. n. ad quartum genus vi-
 tiorum spinæ, quod graeci à concutiendo σέσιν appellat. Id autem est, quā vertebrarum spinæ
 compago vniuersa dimouetur, periculumq; est, ne conuellatur atteraturq; spina vehementer con-
 cussa: quod malum ipse testatur multo deterius esse, quā, si spina non concussa vertebrae peruer-
 tantur. In sequentibus ad costas pergat, quibus abruptis huiusmodi quidpiam accidit.

DE FRACTURA COSTARVM

54 Multa quoque alia medicinali arte quis inspiciet, quorum, quae vehementia sunt, quā morbi momen-
 tum omne in se contineant, non nocent: quae leniorem offensam afferunt, mala concitant diuturna, & reli-
 quum corpus plurimum afficiunt:

Locus de vitio, sub quo spina concutitur, vertebrae nullo modo sua sede excedentibus, subit
 multa in medicina leuiora esse re vera, quamquam grauiora videntur: multa enim, quae minus
 afficiunt partes cum vitio loco consortium habentes, ut, quae nullam ex praecipuis partibus læ-
 dant, sed in se morbi momentum habeant, minus molesta sunt, quamuis grauiora videantur.

In

Aln sequentibus gratia exempli de costarum affectibus meminit, indicans eorum alios graues appa-
 rere, alios esse.

55 Quin & costas abruptis tale quidpiam accidit. Quibus enim costa vna, vel plures abruptuntur, sicut
 permultis abruptis videmus, si commixta ossa, neq; in anteriorem partem compellantur, neq; in superio-
 rem, pauci adhuc febricitantur: sed neq; multi etiam sanguinem sputant, nec multis item contractum est
 pus in thorace, aut linamentis opus fuit, aut vitiatum os est: victus autem quibus idoneus est.

Ex proposita oratione, quae longa est, non parum intelligi potest orationis modum ad facilita-
 tem conducere. Nos priorem partem supra attigimus, quam Hippocrates longius labens obscur-
 ram fecit, paucis autem ita loqui potuit: Vbi costa abruptitur, si fractura simplex & sola sit, casus
 quidem asperior videtur, licet leuior sit, q; ubi atteritur, celerim enim curatur & sine periculo: sed
 absq; fractura, ubi caro circa costas atteratur, in maximo interdum periculo reuoluntur, qui sic af-
 fecti sunt. Caput quidem orationis huiusmodi est, singula autem deinceps videamus. Si primam
 partem huius orationis paucis Hippocrates explicasset, quemadmodum ego, quā dixi, ubi sola
 & simplex costarum fractura sit, apertis scripserit. verum ipse, quali exponens ait, si ossa abrupta,
 B neq; in anteriorem partem compellantur, vocauit autem anteriorem partem interius spacium tho-
 racis, in quod erumpere os abruptum, per se non potest, nisi nudetur à tota carne superiecta: nisi
 trem scindatur membrana, quae costas cingit, per haec igitur simplicem fracturam indicauit. Deinceps
 notauit casus leuitatem, quā ait, paucos febricitasse, raros item sanguinem expulisse, aut pus
 in interiori thoracis regione contraxisse, raroq; opus fuisse linamentis, vel costarum os vitiatum fuisse,
 & idcirco abunde esse victus rationem quamuis, hanc ipse (vt didicisti) ubique φάλλον nominat,
 eam, quae exquisitae contraria est, significans. Propolite igitur partis orationis vniuersus sensus hu-
 iusmodi est: ad reliqua igitur pergamus.

56 Quin, & ubi continens febris non inuadat, deterior est inedia, quā cibis: & dolorem, febre, ac
 tussim magis concitat, venter enim modice repletus costas dirigit, quae inedia suspendit: at ubi suspen-
 dantur, dolorem inferunt.

Tumor ventris costas fulcit: quare, ubi haec rumpuntur, qui magis ventricosi sunt, minus dolent:
 quibus gracilis venter est & contractus, dolore magis vexantur, quā costas sentiant sine tulo
 suspensas. Quod si continens febris hominem occupet, inedia vti debet (quod ipse significauit ver-
 C bo νεανειν) quoniam magis læditur à cibo, q; à costis non fulcitur. At si nulla febris sit, expedit ea-
 tenus cibum sumere, vt venter in eum tumorem allurgat, vt costis sedes sit ac fulcimentum circa of-
 fensa partis compressionem.

7 Ab exteriori parte vincire rursus quouis modo satis est: tantum cerato, pannis, fascijsq; leniter ad-
 strictis debemus equale vinculum reddere, aut etiam lana aliquid superimponere. Conseruet autem costa
 viginti diebus: in huiusmodi enim, ostibus cito callus increuit.

Vinciendi modum quemuis φάλλον vocat, quemadmodum & victum: qui contrarius est ei, qui
 summa diligentia adhibetur.

58 At carne circa costas detrita, quod homo percussatur, cadat, re aliqua vergeatur, aut alio tali modo, mul-
 ti iam sanguinem experunt.

In memoria habendus est hic sermo propter eos, qui existimant in lateris dolore necessarium es-
 se, aliqua ex fibris pulmonis afficiatur. nam, qui in proximis sit lateri inflammato, allerunt aliquid
 ad eum transmitti ex tenui sanguine, qui in inflammatione subilit. Pulmone ergo nihil violato,
 D sed costa affecta, quosdam ait sanguinem expuere, quo pacto autem hoc fiat, licet per osium requi-
 rere. Nos sane quaestionem hanc perpendimus in iis, quae scripsimus in librum Erasistrati de san-
 guinis sputo: nunc illud duntaxat intellexisse abunde est, quosdam sine vitio pulmonis sanguinem
 spueri, propterea, q; morbus circa costas versetur. Vidistis saepe, & in alijs inuoluta cute, quae fra-
 cturam tegit, effundi cruorem, sic, vt fascias impleat, quamuis cutis membrorum densior multo sit,
 q; membrana, quae costas amplectitur. Quare nihil mirum est, si sanguis per hanc ab affecta costa
 in anteriorem regionem ducatur: dein protinus in ipsa expiratione in asperam arteriam, quae in pul-
 monem distributa est, transferatur: quemadmodum in iis videmus, quibus membrana haec vulne-
 ratur, quicquid enim per vulnus in thoracem instillaueris, per os continuo reddetur, quam rem,
 quā Erasistratus ignorasset, absurda scripsit in libro de sanguinis sputo, sed qua in re decipiatur,
 eius scripta de me audientes saepe numero didicistis.

59 Vna enim & arteria, quae per id, quod est inter costas, intendunt, & nerui, ex iis, quae in corpore pra-
 stantissima sunt, oriuntur. Multi igitur saepe tussi, tuberculis, pure in thorace collecto oppressi sunt, et ad id
 venerunt, vt linamentis egerent, colla q; vitaretur: sed & quibus nihil tale superuenit, carne circa costas
 attrita,

attrita, tardius dolore liberantur, quam quibus perfecta costa est, atque in eiusmodi casu saepius lo-
cum repetit. Verum non nulli longe magis haec mala contemnunt, quam si abrupta costa esset.

Arterias & venas οχτεις vocavit: quod aut est inter ossa singularum costarum λαπαρον dixit, qua
parte musculi sunt, quoniam in medijs costis interiecti sunt, μεσοπλευριοι, graece noiantur: nervos vero
appellavit τόνους. Oriri aut ait haec omnia ab iis, quae praestantissima sunt, quoniam initium harum venarum, per-
inde atque arteriarum, est in vicinia cordis: nervorum autem ad spinam medullam, quae ad thoracem est,
quibus aliquid cognationis est cum alio pari nervorum, qui a cerebro proficiscuntur. Quae deinde
adscribit, evidentissima sunt iis, qui meminerint, quae prodita sunt in prioribus commentarijs.

60 Sed & curatione egent magis exquisita, si sapiant: convenit enim inedia extenuari, corpore quam ma-
xime conquiescere, abstinere a venere.

Exquisiteorem ubique appellat σπαρτοειδην, cui contraria est simplex & quavis, quam φαλιν
nominat.

61 Item ab esculentis pinguibus, & fauces exasperantibus, ac tussim mouentibus, & ab iis, quae valentis-
sima sunt materia.

Esculenta, quae fauces exasperando tussim mouent, περιχλωδην nuncupat: huiusmodi aut sunt pin-
guia, acuta, atque acra. valentissima materiae intelligit, quae aegre concoquuntur. In exemplaribus aut ma-
gis idoneis, verbi περιχλωδων secunda syllaba scribitur per v, ducto vocabulo a milio, quod Iones περιχλον
appellant. id accidit, ubi in faucibus aspera quaedam milij modo exigua sentiuntur. Quod aut in su-
perioribus dixit, de iis, quibus circa pulmonem tubercula sunt diuturna, quae aegre ad maturitatem perue-
niunt, & spiritus redditur cum sono, περιχλωδεις absque v scribitur. ducitur aut a verbo περιχλω, quod sonum
notat, quod vel angustia loci, quo spiritus redditur, vel humoris multitudine accidit, plerumque in vtroque co-
currente, quem spiritum non nulli δυσπνοια, id est asperum vocant. Sed qua de causa abstinere homi-
nem vclitab esculentis tussim mouentibus manifestum est, quoniam affectae partes omnes quietem po-
stulent, atque idcirco silentium rursus imperat: manifestum item est, cur cauere voluerit ea, quae vehe-
menter dimouent vniuersum corpus, quandoquidem cum toto pars etiam dimouetur.

62 Ad haec venam secare in cubito conuenit: & quam maxime silentium habere: inducereque super se-
dem attritam pannos non multiplices, sed complures, & multo latiores quam sit attritus locus, cerati in-
unctioe adhibita: linteusque, latis, ac fasciis item latis, & mollibus alligare, modiceque adstringere, ita, ut
qui deligatus est, dicat sentire se vinculum non valde adstrictum, neque item laxum: inde autem ordiri
debet, ubi locus est attritus, ibique maxime insidere.

Memnisse huius loci oportet aduersus eos, qui existimant venam solummodo secandam esse,
ubi ea concurrunt, quae multitudinem denunciant. E quorum numero est Menodotus Empiricus.
Ostendimus autem in opere de venae sectione, & in eo, quod de multitudine scripsimus, falsam es-
se eiusmodi opinionem, quae praeter alia multa, vel ex eo reicitur, quod, ubi quaedam partes eius-
modi plagas acceperint, medicina ad venae sectionem confugiunt, quantquam, qui icti sunt, multitudine
non tentantur, eo quod, nisi iis sanguis detrahatur, maximae inflammationes oriuntur: quod cum
euenit, alia insequuntur, quae morbo accidere solent.

63 Iniciendum vero vinculum medium est, & in vtraque partem attrahendum, ne cutis circa costas in al-
terutram partem inclinet, sed sine inclinatione seruetur. Deligandum autem, vel singulis diebus, vel ter-
tio quoque die. Satius item est aluum mollire leui aliquo medicamento, quod deiectionem citet, ac decem
diebus inedia vti, dein corpus reficere & implere.

Cutis superiecta costis plerumque laxa est, praesertim, si quo tempore homo plagam acceperit, ple-
nior non fuerit. his ergo ait magis quam alijs opus esse fasciis, quae mediae primum iniiciantur, nam cutis
peruerit, si ab vno capite fascia ordiatur, quod si, ut cautior sis, crassos quoque ita alliges, nihil laedas,
praecipue ubi regio prope alam atteratur, ibi enim cutis semper laxa est.

64 Ad haec dum offensus inedia vtitur, arctius alligandus est: ubi pleniore victu, laxius. Quod si ab ini-
tuo sanguinem expuat, quadraginta diebus habenda cura, alligandumque est: si sanguinem non expuat, se-
re viginti abunde sunt. Conicere autem tempus ex vi casus oportet.

Commune hoc est omnibus fracturis: quod vna cum multis alijs, quae hic ab ipso traduntur, an-
te etiam exposui, quoniam librum de fracturis explanarem. Ea igitur magis sunt vobis in memoriam
reuocanda, quam saepius a me repetenda.

65 Quicumque aut rem parum fecerint de huiusmodi ictu, sub quo atteritur quae circa costas sunt, quamvis in aliud
malum deterius non incidat, carnem tamen magis mucosam habent in loco attrito, quam prius. At, ubi talis relin-
quitur,

Aquitur, nec curatione ad bonum habitum restituitur, res peior est, si mucosa circa os ipsum relinquatur,
quoniam caro non amplius similiter os attingat, & ipsum os morbis opportunius reddatur. Ob eiusmodi an-
tem causas ossa multis vitiantur, quod malum diutius extrahitur.

Mucosum humorem appellare consuevit glutinosum & album, qui colligitur in partibus exan-
guibus, ut in osse, & cartilagine, ubi ipsorum natura recte concoquere alimentum non possit. relin-
quit enim quasi quoddam semicoctum, quemadmodum relinquunt infirmae oculorum membra-
nae pituitam crassiorem, quae λημιν graece nominatur. Vis autem imbecillior redditur, vel ob suam
temperamentum immoderatam, vel ob multitudinem concurrentis humoris, quod etiam euenit in
tumoribus praeter naturam. Caetera omnia orationis huius clara sunt.

66 Quod si non, quae iuxta os sunt, sed ipsa caro mucosa fiat, nibilo minus subinde morbus & dolor reuer-
titur, si quis corpore laborauerit: quo circa dare vinculum expedit, & bonum, & valde accommodatum, donec
succetur discutiatque, sanguis in attrito loco suffusus, & caro integra ibi augetur, augetur autem ossis caro.

Caro, & qualibet pars sanguinem habens, non per se mucosa fit: id enim, quod proprie in ipsis
B superat, tale est, quale in fluxu, atque in deiectionibus ob iocinoris imbecillitatem conspicitur. Quo-
circa, ubi ossa, cartilago, membranae laeduntur, mucosus humor saepe contrahitur: carne affecta raro,
idque vel propter confortium, quod haec habet cum eiusmodi partibus: vel propter humorem co-
piose delluentem, ubi mucosus succus, aut pituita in ea contrahitur. constat autem eiusmodi succum
maximo negotio excerni, eo quod nec perfusione, cataplasmate, aut medicamentis, euocari digerique
possit, neque villo alio praesidio educi, nisi ex toto antea tenuetur, atque in vapores resoluatur. Ergo,
quia succus glutinosus in vapores solvendus est, idcirco aegre mouetur. ubi vero tale aliquid supe-
rans relinquatur, leui de causa pars attingitur, cum ob infirmitatem quodquid in reliquo corpore
qualitate vel modo superans collectum fuerit, prompte recipiat.

67 Quibus autem neglectus morbus inueterauerit, & locum dolor exerceat, carosque, mucosa sit, his ferra-
mentum candens medicina optima est: quod si caro ipsa mucosa sit, adurere conuenit usque, ad os, ea observa-
tione, ne hoc ipsum calefiat: ubi inter costas haec fuerit, neque sic, in summo conuenit adurere: cauendum
tamen est, ne candens ferramentum penetret usque ad partem interuorem. Vbi sedes iuxta os attrita esse
videatur, sed recens casus sit, neque os adhuc vitiatum fuerit, si exiguum vitium sit, ita vtere conuenit,
sicut dictum est: si oblongum sit, quod in osse atollitur, pluribus in locis adurere expedit. De costis autem
vitiatis dicemus simulatque, de his tractabimus, ad quorum curationem linamentis est opus.

Mucus glutinosus cum diffusi per medicamenta non potest, reliqua curatio est adurere, quae
quo pacto admouenda sit, aperte declarauit.

DE FEMORE EX COXA PROLAPSO

68 Quod si femoris articulus de coxa prorumpat: prorumpit autem in quatuor partes, saepissime in interio-
rem, deinde in exteriorem: in priorem & posteriorem excidit quidem, sed raro.

Qui coxae cauum inspexerit, non est, quod desideret causam a me doceri, quamobrem in interio-
riorem partem saepissime moueatur, deinde in exteriorem, quoniam in unum cauum, non sit omnibus par-
tibus aequale: & articulus, qua parte ora humilior est, facilius elabatur.

69 Vbi ergo in interiorem partem venit, crus longius est, si cum altero conferatur, idque iure duplici de causa.
Ossis enim, quod a coxa sursum procedit ad pectus, femoris caput inhaeret, cervicisque articuli cauo sustinetur:
rursus ab exteriori parte clunius cauus apparet, ut ipse quoniam femoris caput in interiorem partem exciderit.

Orationem hanc fere vniuersam initio orsus ipse ita euidenter adscripsit, ut nemo loqui possit
euidenti: sed & eorum, quae tradit, causas etiam adiecit. Quare quod saepius dicere consueuimus,
nunc etiam adducemus. Si quis consideret, quae proponuntur, ca, si non ubi primum, saltem ubi se-
cundo, vel certe tertio legerit, percipiet.

70 Extremum rursus femur iuxta genu spectare cogitur in partem exteriorem, similiter crus & pes.
Ergo, quoniam pes in exteriorem partem conuertitur, imperitus medicus cum hoc alterum confert, non
hunc cum sano, atque idcirco crus lussum multo longius videtur, quam integrum.

Hoc etiam communiter pertinere ad omnia ossa luxata antea quoque demonstrauimus, quoniam
altera extremitas spectet semper in contrariam partem, atque ea, quae prolapsa est. Nunc igitur fe-
moris capite in interiorem partem prolapsio, altera extremitas, quae ad genu est, merito in exteri-
orem conuertitur.

71 Nullisque alijs modis error in his accidit.

Errorem *ἁποβου* dixit: quo vocabulo cōfuisse Hippocratem appellare non quemlibet errorem, sed eum, qui vero proximus est, & ea de causa probabilis, supra quoque indicauimus. Errant ergo nunc, quatenus in conferendo affectam partem cum integra in naturali habitu decipiuntur: debuerunt enim integrum cruri recto statu extento, quod vitiatum est comparare, sed contrarium faciunt, integrum enim aestimant ad exemplum vitiatum.

72 *Quin, nec ad inguen flectere crus possunt similiter, atque ab integra parte. Adde, quod femoris caput, si contingatur, inter anum & naturale prominens sentitur. Ex his itaq; indicys colligitur in interiorē partem femur uenisse.*

Flectunt quidem, sed cum dolore, ac minus perfectē: cuius rei causa sunt posterioris partis musculi illi, qui femur inflectunt, oppositi, quod donec ex toto femur curuetur, sine dolore non sequantur: quoniam, ubi sic femur exciderit in maximo flexu maiorem distentionem ferunt, quam secundum naturam conueniat.

73 *Quibus ergo articulus prolapsus fuerit, neq; repositus sit, sed reponi non potuerit, neglectusq; sit, dum F ingrediuntur, crus circumagunt, perinde ac boues, plurimumq; in integro pede nituntur.*

Quum vitiatum crus longius reddatur femore ita prolapsa, necesse est hominē bouis modo ingredi, ille siquidē coxæ articulum laxiorem habet, sicut ipse supra in principio huius operis testat. Fortasse autem non oportuit laxiorem duntaxat articulum caulari, sed mouentium quoq; musculorum imbecillitatem, nam, si validi fuissent, facile utiq; commissuram curuassent, quo factio non necesse esset crus in exteriorē partem circumagere, ambulamus. n. utriq; crus in vicem sistētes, mouentesq; ubi, n. sinistrum sistimus, tunc dextrum ex posteriori parte in priorem agimus: quod ubi in priori parte stabiliuimus, alterum rursus a posteriori parte in priorem transferimus: sicq; rursus hoc in priori parte sistentes ad dextrum mouendum reuertimur, altero crure recto humi innixio, altero, quod mouetur, excitato. Quod si crura nec ad inguen nec ad genu curuarentur, cogere mur prorsus utriq; transferre ligni modo, aliquantisper altius excitantes, & circūagentes: at quum possint ad utramq; commissuram curuari modis inter se contrariis, qui tamen cruri toti aptissimi sunt, ambulamus hæc neq; circūagentes, neq; tanquam ligna excitantes: quoniam commissura, quæ ad inguen est, atollit femur in partem priorem: quæ ad genu id, quod inter ipsos & talum est, in posteriorē. Quare crus, quod transfertur, si longius esset, quàm quod humi insistit, nihil oporteret in exteriorē partem circumagere, modò haberet idoneos musculos, qui celeriter flectere tanquam commissuram possent: sed, quum ob imbecillitatem flectere promptē nequeant, & ob dolorem recusent, superest, ut in orbem circūagent, quum infirmi ac dolentes musculi nihil excitare sublimē possint, quod ligni exemplo nequeat curuari. Hac igitur de causa, magis quàm quod crus longius redditum sit, circumagi in orbem, dum homo ingreditur, euidenter intelliges, de exemplo, quod ipse Hippocrates adicit, in sequentibus. n. ait, quandoquidem quicumque vlcus habet in pede, aut crure, non ita possunt crure uti ad ambulandum, & pueri quoq; ita inambulant: his enim licet crus longius non reddatur, accidit, ut ita ambulent ob superuenientem dolorem, ubi commissuras flectant, præcipue circa inguen & circa genu, ac ter id eam, quæ ad talos est, cum necesse sit iuxta commissuram hanc, extremum crus summum in ingressu euadere, & sublimē in ferre pedem vniuersum: nam, nisi hoc fiat, offendet, ac potissimum in solo inæquali.

74 *Cogunturq; regionem iuxta eius partis ilia, & iuxta articulum prolapsum, cauā ostendere & obliquā.* H

Necesse habent ita figurari, non ubi crus integrum sistentes moueant quod luxatum est, & in orbem transferunt: sed, ubi vitiatum innixi, quod integrum est, transferunt: nam, quod vitiatum est, superpositi corporis fulcrum esse non potest, erectum sicut quando naturaliter se habebat, ad rectam lineam solo hærens, sed obliquum, ita, ut ab inguine in exteriorē partem conuertatur, in quam etiam inclinant id corporis, quod e regione est affecti cruris, quum periculum sit, ne in contrariam cadant. quo fit, ut corpus circa ilia prehendant, ilia autem vocat *ναρὴν α*, eam regionem intelligens, quæ est inter ossa coxarum, & costas nothas, quæ omnino sine osse est. Sed, quum neque sic vitiatum crus ferre corpus possit, & propter imbecillitatem, & propter habitum, ope indigeat: quam afferunt non nulli ærotantes, qui re ipsa docti affectum cruris manu fulciunt; quæ maxime opus est, ab exteriori parte femoris insidente, quæ res, quum eos cogat spectare in regionem cruris affecti, eius partis ilia obliqua magis reddit, quæ si crure, etiam in exteriorē partem non conuerso, ita figurentur, caua videbuntur.

75 *Clunē verò integri lateris necesse est ab exteriori parte rotundū esse: si quis, n. ambularet, pede integri cruris*

A *cruris in exteriorē partē conuerso, reliquū corpus à vitiatō crure ferri utiq; cogeret, à quo sustineri minime posset: nā quo pacto? necesse igitur est hōiē ambulare integri cruris pede in interiorē partē conuerso, nō in exteriorē: sic, n. integrum crus, & partem suam, & eam, quæ ad vitiatum pertinet, maxime feret.*

Explicandi ordine permutato paulo obscurior fit: conuenientem verò ordinē seruasset, si ita scripsisset, sicut ego nunc: Clunem verò integri lateris necesse est ab exteriori parte rotundū esse, eo quod homo inambulet crure hoc in interiorē partem spectate, nam, si in exteriorē spectaret, reliquū corpus vitiatō crure ferri utiq; cogeret: quod fieri minime potest, siquidem hoc modo integrum crus (ut dictum est) maxime corpus fert, scilicet quando homo ambulat integro pede in interiorē partem conuerso: sic enim corpus totum ita sustineri ab ipso poterit, ut nequeat facile perueriti.

76 *At quum regio iuxta ilia eius partis & iuxta articulum sinuetur, parui apparent, & à latere coguntur ligno inniti ab integro crure: ea enim parte indigent aliqua re, quæ obiecta resistat, in hanc enim clunes conuertuntur, & ab eadem onus corporis sustinetur.*

Quia vitiatū crus corporis partem sibi superiectam ferre nequit, propterea integro toto maxime in interiorē partem compulso nituntur, & in id spectat corpore vniuerso. Euenit igitur, ut in alterā partē inclinati in periculo sint, ne cadant in eam partem, quæ vitiatæ cōtraria est. Quemadmodum igitur, cum vitiatō cruri innixi sanum transferunt ad priorē partē, vitiatū manu fulciunt: ita, quum periculum sit, ne conuersi in integrum grauiter in terram cadant, ad baculi præsidium confugiunt.

77 *Coguntur item inclinari: necesse enim habent manu, quæ e regione affecti cruris est, à latere femur fulcire, quoniam, ubi transferenda crura sunt, non potest, quod vitiatum est ferre corpus, nisi continetur, acorsumq; urgeatur.*

Rursus hic etiam obscurus fuit, quum non præfatus sit pergere se ad alteram partem ambulationis. hæc enim de ea parte tractauit, in qua crus, quod naturaliter habet, humi consistit, affectum in priorem partem fertur: nunc agit de altera, in qua affectō cruri innixus, sanum transfert, de qua parte ambulationis paulo supra tractatum est.

78 *His itaq; modis figurari necesse est eos, quibus articulus in interiorē partem clapsus, reconditus non fuerit, homine nullum consilium capiente quomodo aptissime figuretur, sed calamitate ipsa edocto, ex his figurandi modis, qui dantur, eum eligere, qui sit commodissimus: quandoquidem quicumq; vlcus habet in pede, aut crure, non ita uti crure possunt ad ambulandum: & pueri quoque ita ambulant, ingrediuntur enim affectō crure in exteriorē partem conuerso.*

Quum non vno tantū, sed duplici statu, in ingressu utantur, qui sic affecti sunt, merito dixit/ his itaq; modis figurari/. vnus quidē status est, cum femur manu fulciunt, alter, quum integro cruri innixi in id toti inclinantur, atq; idcirco baculo egent, quo fit, ut in cōtrarias partes corpus inclinent, modò in dextram, ubi dextro pede insistunt, modò in alterā, ubi altero. hi quoq; magis indecorē ambulant, quàm quibus femur coxa excidens in exteriorē partē prorupit, quos in sequentibus persequetur.

79 *Duo autē lucratur, duobus enim indiget: nam corpus in ingressu nō equè fertur eo crure, quod in exteriorē partem conuertitur, atq; eo, quod in interiorē, quum onus nō sit e regione illius, sed multo magis huius, e cuius regione in ambulatōe & cruribus transferendis onus collocatur. Præterea, si ita figuratur, ut affecti cruris spectet in partē exteriorē: quod integrum est, in interiorē: integrum vicem alterius quàm citissimè subbit. Quod ad propositum attinet, magni momenti est inuenire statum corpori commodissimum.*

Vbi læsum crus in exteriorē partem circumagunt, & integro spectante in interiorē nituntur, duplex sibi lucrum comparant: siquidem quod læsum est, nec toto corpore superiori oneratur, nec diu subseruit, cum quod integrum est paulum interualli moueatur. Nam, si diligenter intueri tempus volueris, quo crus utrunq; subseruit, non modò duplum, sed & triplum reperies: per breuissimum enim spatium celeriterq; recta duntaxat integrum crus fertur: per multum tardēq; quod affectum est: siquidem conspicuum est, quanto longior sit ambulatione in orbem, quàm quæ recta est, quamuis utraque isdem finibus terminetur.

80 *His autem, qui non dum perfectē increuerunt, si excidens non recondatur, breuius redditur femur, crus, & pes: neq; enim ossa, similiter in longitudinem augetur, sed breuiora sunt: femur præsertim.*

Minus aut reddi crus totum, quibus non dum auctis femur luxatum relinquitur, quod (ut in superioribus ostendimus) omnium quoque articulorum commune est. Communis autem rei nunc Septima Classis. NNNNNN causam

causam assignat, quemadmodum solitus est. semel enim, vbi aliquod singularium tractat, eius meminuit, quod commune est. hac igitur de causa inquit cruris non augeri, neque alii, partim quod articulus loco motus sit: partim quod nequeat suo munere fungi. Ego autem in superioribus retuli ocium causam esse, cur partes neque augeantur, neque alantur, quæ ambo eveniunt articulo luxato. quare non video quo pacto Hippocrates luxatum articulum causatus, ocium subiiciat: luxata enim non possunt primo prohibere, quo minus partes alantur, sed intercedente venarum & articularum depravatione, atque ocio.

81 *Cruris ite uniuersum sine carne & sine musculis efficitur, ad hæc effæminatum tenuius q̄, partim quod articulus loco motus sit: partim quod nequeat suo munere fungi, quum naturalis statum non retineat.*

Partes, quibus musculorum natura continetur, caro sunt, vt in musculis incidendis sapè vidistis, quum duo esse eorum principia demonstrarem, quæ sensu comprehenduntur, nempe fibras nervosas, & carnem super ipsas spissatam. Ergo, vbi quis exercitatione & frictione robustior euadat, fibræ melius aluntur, caro gracilior fit, sed firmior. ignavis contrarium ferè accidit, graciles enim fibræ sunt: at caro admodum quidem abundat, sed ob humorem mollis est. eiusmodi enim carne caseus, F qui adhuc concreuit, representatur: sed carne eorum, qui exercentur, ille, qui iam spissatus est. quocirca his musculi duri, nervosi, & proprijs finibus circumscripti, conspiciuntur: in exercitatis verò molles & carnosus apparent, ac vel nullo modo vel vix circumscripsi, quibus propterea sine carne cruris reddi Hippocrates asserit. Sed quum hoc quoque fieri ex multa exercitatione intelligeret, vbi dixit sine carne/proximè subiectis sine musculis/ quasi musculis non circumscriptis à finibus, qui sensu comprehendantur, nullus siquidem ex ipsis musculis ex toto corrumpitur, sed, sicut corpus sine venis dicimus, vbi venæ non apparent, ita sine musculis, cum musculorum fines penitus delitebant. Ad hæc, quum clarius ostendere vellent, in his cuiusmodi forma cruris sequatur, adiecit effæminatum, hoc est madens, molle, non adstrictum, sed laxum, quales sunt scemina, de quarum carne conuenticter hæc omnia dici possunt: à quibus translatione vsus mutuatur verbum/effæminatum/. Adiungit autem in extrema oratione/tenuius/indicans partes eius omnes extenuari, quam rem in principio dixerat his verbis/breuius redditur/. nam quod ait/sine carne/ ad solam carnis carentiam refertur: quod verò dicit breuius reddi cruris, ad partes omnes, quæ breuiiores redduntur.

82 *Namque, vsus aliquis id, quod valde effæminatum est, confirmat: soluit etiam aliquid ex eo, quod augeri membrum in longitudinem prohibebat. Potissimum autem leduntur, quibus scuzq̄, dum in utero sunt, hic articulus elabitur: deinde quibus id accidit, dum in ætate sunt admodum tenera: minime, quum iam robusti sunt. Quæ ratione autem ingrediuntur, qui robusti sunt, iam ostendimus.*

Verbum/aliquis/μετ'εἶς dixit, quod apud Iones nihil amplius sibi velle, quam quod nobis dicitur εἶς, id est alter, licet ex Herodoto colligere. vtitur enim eo frequenter, sicut & verbo μετ'εἶς, quo significat id, quod nos vocabulo τινος, id est aliqui: sed & nunc quoque μετ'εἶς tale quidpiam sonat. præfatus enim ob ignauitiam cruris ipsis minui, ne quis fortasse rem minus bene accipiens existimet quemlibet partium motum efficere, vt alantur, asserit non omnem, sed quandam hoc præstare, nempe moderatum, sicut cætera omnia in vniuerso vitio salubri: quod ipse & alibi, & in vno capite in sexto de morbis vulgaribus testatur, cum inquit, || Labor, cibus, potus, somnus, venus, omnia moderata |.

Sec. 6. à principio.

83 *Quos tenera ætate calamitas hæc inuasi, plerique, in dirigendo corpore negligentes sunt, maleq̄, super integrum cruris circumuoluunt, manu, q̄ è regione eius est, deorsum vrgentes. Negligentes ite nonnulli sunt in rectè ambulando, quibus, post q̄, ætas induruit, hoc vitium accidit. Sed, qui tenera ætate huiusmodi calamitatem experiant, si rectè educuntur, integro crure rectè inambulant, baculum tamen ale, quæ integro cruri respondet, subiiciunt: nonnulli baculum ad vtrumq̄, brachium admovent, vitiatum verò cruris suspensum habent.*

Quum homo ætate iam robusta eiusmodi calamitatem experitur, crure vti potest, quamquam claudicante: paruulis pueris (qui, quamuis crura naturaliter haberent, quo nam ipsi pacto vti possent) superuenit ignauia quædam circa membri actiones: atque ea de causa ἡγετα βλαβήους ἰν ὀρθῆ- & αἰ, id est, in dirigendo corpore negligentes sunt, atque ignaui. At quid mirum, si ambulantes pueri rectè claudicare non student, quando ipsi, qui iam robusti sunt, non sustinent interdum claudicare, sed (vt ipse dixit) super integrum cruris circumuoluuntur? manifestè autem aperuit modum motionis ipsorum verbo/circumuoluuntur/.

84 *Eo autem facilius agunt, quo affectum cruris breuius habent. Facilius agentes appellat eos, qui promptius ingrediuntur, quod contingit, vbi vitiatum cruris breuius*

A breuius habent, non enim coguntur id circumagere, quemadmodum, qui ætate firma sunt, quum luxatus articulus non reponitur, quibus cruris ob prolapsum articulum longius efficitur, cogunturq̄ (vt ipse antea indicauit) ipsum, dum ambulant, in orbem circumferre.

85 *Atque integro crure nihilo minus valent, quam si vtrumque integrum esset.*

Merito hoc adiungit, iure siquidem integro crure vtuntur æque, ac si vtrumque integrum esset, vt quod eundem vsum præstet: atque vbi vtrumque integrum erat, similiter nutriatur, & robustum sit.

86 *Iam verò his omnibus caro cruris effæminatur, plerumq̄, autem magis ab exteriori parte, quam ab interiori. Nonnulli autem ferunt Amazonas suis maribus protinus infantibus articulos sua sede expellere, alias ad coxas, ad genu alias, vt claudi stant, ne scilicet mares feminis insidiantur. sed operarium loco sint, & sutoriam, fabrilcm, alias ue sedentarias artes exercent: Quæ vera nec ne sint, ignoro: sed hæc sequi certò scio, si, dum infantes sunt, articuli expellantur.*

Omnibus ait effæminari carnem ab exteriori parte magis, quam ab interiori, vbi in interiorè partem prorum pat, quando quidem ea pars magis in ocio est: nam femoris caput ab interiori parte, licet B præter naturam moueatur, mouetur tamen aliquantum, vbi femoris caput interiori parte continet.

87 *In coxis quidè multum refert, in interiorem ne partem articulus excidat, an in exteriorè: in genu refert quidè, sed minus. Suis verò claudicandi modus vtriusq̄, est: nã quibus in exteriorè incidit, vari magis sunt: minus autè rectè stant, quibus in interiorè partem luxatur. Similiter, vbi circa talos articulus prorumpat, si quidem in exteriorem partem, vari sunt, sed stare queunt: si in interiorè, valgi, & stare minus possunt.*

Varos dixit κωλύει, quo nomine quidam significari volunt depravationem quamlibet, generale ipsum existimantes: alij, eam solummodo, sub qua membrum in exteriorem partem conuertitur, in quo casu necesse est extremum eius, pedem scilicet, in interiorem partem spectare: quæ res non mediocriter ad id confert, vt pes firmiter inlisset, ita, vt ipsi, qui naturaliter curuis sunt cruribus (καὶ βό) aut πόμοι græcè nominantur) firmiter pedibus insidant, & maiori negotio subuertantur, quam ipsi, qui recta penitus habent crura, id vel ex Archilcho patet, quum inquit/imperatorem magnum non probo cruribus diuariantibus, sed paruam cruribus curuis, pedibus firmiter inlissentem, & animi audacis/. Verum curiosa inquisitione significationis verbi κωλύει, nihil ad præsentem locum confert: ex ipsa enim oratione ita planum sit, vt Hippocrates nullo modo obscurus esse videatur.

C Ergo quibus in exteriorem partem articulus incidit, stare magis posse affirmat, quam quibus in interiorem venit, nam quibus coxæ articulus in exteriorem partem incidit, pes è regione totius corporis collocatur: recedit autem à situ, qui è regione est, vbi articulus in interiorem partem conuertitur, constat autem omnes homines, qui naturaliter valgi sunt, deterius stare, neq̄ posse celeriter currere, tum paruo momento ac leui de causa cadere. Hoc igitur rerum discrimen in coxa maximum est, deinde in genu, tertio ad talos, commissuræ enim magnitudinem noxæ quoque magnitudo conficitur. hinc ergo manifestum est eos melius stare, atq̄ ingredi, quibus femoris caput in exteriorem partem prolapsum est, de quo paulo inferius tractabit.

88 *Ratio autem incrementi ossium hæc est. Quibus ad talos cruris exciderit, his pedis ossa minimum incrementum, hæc enim vitio finitima sunt. In crure augentur, neque multo minus, caro tamen minuitur. Sed quibus articulus, qui ad talos est, suo loco manet, ille qui ad genu, elabitur, his cruris ossa non eque incrementum, sed breuissima sunt, vt que vitio proxima sint. At in pede minuitur quidem, sed non similiter, quæ admodum paulò antè dictum est, quonia articulus, qui ad pedem est, inuolutus seruetur: quod si vti pede liceret, sicut cum varus est, minus adhuc his minuerentur pedis ossa. Quibus verò coxæ articulus promouetur, his femoris os non pariter incrementum, proximè siquidem vitium attingit, sed integro breuius euadit: his tamè ossa cruris & pedis etiam, non eque incrementum prohibentur: id autem euenit propterea, quod & femoris articulus, qui cum crure committitur, & cruris, qui cum pede, suo loco manet: cruris tamen uniuersum his gracilior redditur. Quod si crure vti possent, ossa magis adhuc augerentur, sicut antea quoque, dictum est, se more excepto: & minus caro minueretur, multo tamè magis quàm in sano crure. Fluius autè rei indicio sunt illi, quibus humeri luxati, vel à primo natali die, vel diu incrementum, priusquam robusti sunt, breuiiores redduntur: hi humeri os breuius, brachium verò & manus, paulo minora habent ob causas superius dictas, quia humerus lesò articulo propior est, idcirco breuior redditur: brachium verò eiusmodi noxæ non similiter cedit, quonia humeri articulus, qui cum brachio committitur, in pristina sede manet: manus ite longius distat à vitio, quam brachium. Ob propositas igitur causas, quæcumq̄, ossa vitium attingunt, incrementum prohibentur: que non attingunt, non prohibentur. Multum autem facit ad bonum habitum totius brachij labor manus, nam qui humerum iam luxatum breuiorem habent, pleraque ex manuum operibus non minus prestare possunt, manu eius partis, quam integræ: neq̄, enim, quemadmodum cruribus, ita manibus ferendum corpus est, sed earum opera leuia sunt: propter vsus verò ipsi, qui luxatum iam humerum breuiorem habent, caro manus ac brachij non minuitur, sed & humerus inde aliqua parte impletur.*

Septima Classis,

NNNNNN ij vbi

Vbi vero in interiore partem coxae articulus excedit, vel in utero matris, vel adhuc infantibus, caro magis minuitur, quam in brachio, ea de causa, quia crure uti non possunt.

Sermo hic, qui sequitur, vniuersus perspicuus est, doctrinae autem capita duo habet. Quae ad prolapsum articulos propitius accedunt, magis incremento prohibentur, emacrescuntque: minus, quae longius abfunt, femore autem luxato multo magis membrum incremento prohibetur, atque emacrescit, si in interiore partem, quam si in exteriorem prorumpat, siquidem deterius mouentur, & claudicant magis. Merminit autem eorum, quos γαλιάνωνας vocat, quo vocabulo reulii apud ipsum significari eos, qui ob humeri caput in aliam prolapsum, dum adhuc crescunt, humerum breviorum habent. his aut minus laedi brachium totum, quam crus totum illis, quibus luxatur articulus, qui in coxam inferitur, quoniam in multis vite operibus satis laborant: at non similiter uti crure possunt, quibus femoris articulus in interiore partem promouetur.

89 *Hac ita habere id testabitur, quod paulo infra subiiciemus.*

Quae nam sunt, quorum testimonium adduciturum se pollicetur: haec sane, quod ex ijs, quae praeter naturam habent, quae minus mouentur, magis alimento, incrementoque prohibentur: quae vero magis vicina sunt partibus habentibus actionem secundum naturam, minus eliminantur, minusque priuantur alimento atque augmento. Pollicetur ergo ipse Hippocrates ostensurum se in ijs, quae paulo infra subdet, eorum testimonium, ego, quum ad locum veniam, vbi eam rem agit, hanc ipsam orationem in memoriam reuocabo.

DE CAPITATE FEMORIS IN EXTERIOREM
PARTEM LUXATO

90 *Quibus in exteriori partem femoris caput elabitur, crus, si cum altero extendatur, breuius est, idque non immerito, quum femoris caput non feratur super os sicut quando in interiore partem procidebat: sed iuxta os, quod non prominet, sed natura residet, in carnem humidam cedentemque, insigatur: hac itaque de causa breuius apparet. Interior autem regio, qua crura diducuntur, cana magis conspicitur, & gracilior sit: exterior vero gibba, ut in qua venerit femoris caput. Sed & clunus apparet superior, quum, quae ibi caro est, cedat capiti femoris: femoris item extremitas, quae ad genu est, intro spectat, non secus etiam crus & pes.*

Agit nunc de coxae articulo in alteram partem luxato, narratque mala, quae ibi apparent, & causas adijcit, quemadmodum in omnibus fecit: nihilque praeterit ex ea doctrina, quae in experimento aut ratione consistit, quae oratio vniuersa similiter in aperto est.

91 *Sed neque curuare crur possunt, pinde ac sanis. Haec sunt ergo nota femoris in exteriori parte excidentis.*

Hoc vero accidit ob musculos posteriores, qui flexui pugnant, quoniam ita figurati plurimum extendi non sistent.

92 *Quibus ergo etate iam robusta, plapsus articulus non reuertitur, totum crus breuius sit: calce ingressu terra non contingit, sed planta ima, extremis, digiti parum in interiori parte spectant: meliusque id crus superius corpus fert, quam quibus in interiori partem excedit, partim quia femoris caput, et articuli ceruix, quum natura a latere contineatur, magna ex parte coxae subijciuntur: partim quia extremus pes non cogitur in exteriori parte inclinari, sed prope e regione corporis est, & aliquantum magis in interiore partem conuertitur.*

Imam plantam dixit ἡ δόξα, quam ἡ δόξα appellant, qui corporibus incidendis versantur. ea est ad radices digitorum: nam pedis medium naturaliter cauum est, quod calce extremo a posteriori parte terminatur, a priori plantae principio, sic, ut pes humi insidat calce, ima planta, & ea carne quae extremis digitis subiecta est: reliquis partibus omnibus, quae propolis interiectae sunt, attollatur, excepta pedis parte exteriori, qua humi totus insidet. Habent autem non nulli pedum structuram prauam, ut quibus medius pes ab interiori parte non sit cauus, quos a pedibus planis graeci nominant λειπὸδ'ας, sed hos, ut qui similem valgus pedum structuram habeant, in hoc sermone praeteriit. Quae sequuntur igitur animaduertens in ijs, qui naturaliter figurati sunt, perpende. namque hi, quum moderate progrediuntur, toto calce, ima planta, ac digitorum parte carnosa humi haerent, quod si enitantur, maxime progredi, principio calce insidunt: deinde, quum iam transferrunt in priorem partem alterum crus, tunc imae quoque plantae innituntur: postremo, vbi plurimum similiter altero pede progressi sunt, calce terram contingere incipiunt, tuncque pedis ante consistentis calcem quidem attollunt, extremos vero digitos in solo collocant. Eorum igitur, qui naturaliter habent, ambulatio huiusmodi est, sed, ut quibusdam ex vitio aliquo crus longius sit, aut breuius, vtrumque duplici de causa accidit. longitudinis causa est humor multus nervorum, vel articulus luxatus, quo modo supra diximus: breuitatis liccitas, & articulus luxatus in eam partem, quam

nunc

A nunc proposuit, priores quidem ingrediuntur ad eum modum, quem paulo supra indicauit: reliqui sicut nunc docet, primo ostendens femoris caput carnoso loco excipi, & non osse, ut in primo casu femoris erumpentis, quem proposuit. Cedit igitur in hac parte caro, singulisque musculis ad suum initium attractis fit, ut totum quoque femur sursum trahatur. Merito itaque crus breuius altero se ostendit, neque terra contingere similiter potest, atque vbi naturaliter habuit. Hi ergo, quum ingredi necesse habent, contrario modo pedem figurant, atque ij, qui ante propoliti sunt, quibus affectum crus integro longius reddebatur: illi enim iuxta talum pedem simum figurabant digitos excitantes: contra hi pedem inclinant, inflectuntque, & terram contingere extremis digitis cupiunt: atque hac de causa ab affecta coxa se demittunt, ut humi innituntur non solum extremis digitis, sed magna ex parte ima planta, quam reulii ab ijs, qui in corporibus incidendis versantur, vocari π'εδ'ισον: Hippocrates autem eam dixit ἡ δόξα, quod si velint calce terram contingere, demitti multum ab affecta coxa cogentur, periculumque erit, ne inclinati in alteram partem cadant, qua de causa neque vti calce eiusmodi homines tentant.

93 *Vbi caro, in quam articulus excedit, iam trita est, & glutinosa euasit, dolor tempore conquiescit: quo cessante, ingredi ab ijs, baculo possunt, si alioquin velint, potestque affecto crure ferri corpus. His ergo, cum crure utantur, caro minus effeminatur, quam paulo ante propolitis, effeminatur autem vel magis, vel minus: ferè autem magis ab interiori parte, quam ab exteriori. Alij vero ex ijs nequeunt calciamenta se induere, propterea quod crus non curuetur, alijs id licet. Quibus autem seu in utero matris, seu vbi dum adhuc crescunt huiusmodi articulus iam exciderit, neque repositus fuerit: quibus item morbo elapsus fuerit expulsiusque, complura enim talia eueniunt: vbi aliquibus horum femur corruptatur, suppurationes habent diuturnas, & linamentis indigent: atque ossa non nullis nudantur, & femoris os, tam vbi corruptitur, quam vbi non corruptitur, multo breuius redditur, neque ad sani exemplum augetur: praeter ea ossa huius cruris breuiora sunt, quam alterius, parum tamen ob easdem causas, quae ante exposita sunt.*

Locum tritum dixit translatione vsus a locis ambulatione tritis, est autem eius oratio talis: Femoris caput suo loco motum in exteriori partem figitur in carne: ijs vero, quae sic affecti sunt, a principio dolet caro, quam premit femoris caput: procedente tempore occalescit, perinde quali fossorū manus, vbi id accidit, sedes fit commissurae similis, quum femur trito loco utatur, non secus atque antea cauo coxae: nam praeter caetera quidam ea parte humor colligitur, qui principio quidem copiose ob inflammationem coit, dein tenuior sui parte et aquosa magis a superiectis medicamentis dissipata, reliqua remanet, quae glutinosa est & mucosa: haec ad motionem capitis femoris maxime confert, ob quem humorem trito hoc loco, tanquam articuli sinu utuntur: magis autem inclinantur in exteriori partem, quam in interiori. Dicitur autem est in superioribus quoque partes contrarias ijs, quae luxatum articulum recipiunt, graciliores fieri, & molliores, quatenus magis in ocio sunt: eas vero in quas prolapsus articulus figitur, quamuis praeter naturam, aliquantum tamen mouentur: illae, vnde recessit, per se quidem non mouentur, sed paululum per alias, quae primo mota sunt, quum partes in quibus articulus erat, efflorescunt, atque hoc est id testimonium, quod allaturum se pollicitus est. In sequentibus de partibus, quae plus minusve emacrescunt, extenuanturque.

94 *Ingressus huiusmodi homines possunt, non nulli quidem eo modo, quo illi, quibus etate iam firma articulus excidit, neque repositus est: non nulli vero toto pede insistentes, cogunturque ob cruris breuitatem in ingressu a recto habitu, & qui sine inclinatione est, in affectam partem inclinari: & ab inclinatione, quae in affectam partem est, rursus attolli, atque erigi. Haec itaque sic eueniunt, vbi, & quod ad figurandi rationem attinet, & quod ad caetera, quae conueniunt, fuerint diligenter a pueris instituti, priusquam ita confirmentur, ut in ambulare possint: diligenter item ac recte postquam confirmati fuerint. Summam vero curam postulant, quibus etate maxime tenera hoc infortunium accidit: nam si negligantur, quum teneri sint, crus vniuersum inuile efficitur, & minime increfcit: caro item totius cruris magis minuitur, quam in sano, multo tamen minus ijs, quam quibus in interiori partem excedit, idque vsus ac laboris causa, quum statim vti crure possint, quemadmodum supra de ijs diximus, quibus ob humeri caput iam in aliam prolapsus humerus breuior redditur. Inueniuntur autem non nulli, quibus in utero penitus, alij, quibus sub morbo, vtriusque cruris articulus in exteriori partem prolabitur. His ergo ossa eiusmodi vitio vexantur, sed caro minime effeminatur, crura autem habitiora sunt, nisi si ab interiori parte parum emacrescant: ea vero de causa habitiora sunt, quia hi utroque pariter utuntur.*

A recto habitu, & qui sine inclinatione est, in affectam partem inclinari, & rursus ab inclinatione attolli atque erigi, ἡ δόξα dixit: quod quid sibi velit, & in superioribus ostendimus, & hic quoque ostendimus. Namque vbi femur in exteriori partem promouetur, a musculis, qui ibi sunt, sursum attractum (quemadmodum ante dictum est) innexum crus totum sublimius reddit, atque ea de causa vix terram contingit, quam obrem coguntur ima tantum planta humi insidere, dum ambulant vniuerso corpore in affectum crus conuerso, quum huic innituntur, necessario itaque, vbi sano inniti debent, cum quod laesum est in priorem partem transferunt, in sanam rursus conuertuntur femore erecto, ita, ut semper in ingressu duos habuit inuicem mutent, varientque, nam,

Septima Classis.

NNNNNNN ij quo

quo tempore integro crure insunt, erecto corpore attolluntur simul & ambulant: quo rursus laeso humilior nituntur, demittunt se, atque in id inclinatur. Mutare igitur corpus modo a recto habitu & sine inclinatione, in affectam partem inclinando, & ab inclinatione, quae in affectam partem est, rursus attollendo atque erigendo, διαπέπειν dixit, vno verbo propositam habitus mutationem exprimens.

95 *Similiter enim ab utraque parte in ingressu agitantur, cum quibus apparent admodum in exteriorem partem prominentibus, propterea quod articuli excefferint.*

Quibus utriusque crurum articuli in exteriorem partem exciderunt, mutatio totius corporis, dum ingrediuntur, in utroque crure similis est habitui, qui accidit, quum altero duntaxat luxato aeger ipso innititur, atque ad illa curuatur, deprimiturque. altero enim tantum luxato, quum homo affecto cruri insistit, eo modo, quem nunc diximus figuratur: sed contrario, cum alteri nititur, corpus enim attollit erigitque, & illa recta continet. Constat ergo eum tunc dissimiliter figurari, sed in hoc casu aegri eodem statu ab utraque parte tam dextra quam sinistra continentur. Agitantur autem hic nihilo minus, dum inuicem utriusque cruri innituntur, quod ipse dixit σαλευσιν ἐν τῇ ὁδοῦ ποδί, id est, in ingressu agitantur, agitari expressit vocabulo σαλευσιν, quod idem significat, ac διαπέπειν. Accidit igitur hic, ut similiter utraque corporis partes figurentur, quum utrunque crus inuicem terrae innitatur: quod (ut ostensum est) ipsis ante non eueniebat.

96 *Sed, nisi his ossa vitentur, neq. gibbi supra coxas fiunt (non nulli enim huiusmodi vitij apprehenduntur) nisi inquam tale quid eueniat, in ceteris satis sani degunt.*

Non nulli ex ijs, quibus crura sic luxantur propter communitatem gibbi fiunt: nempe, quum inflammatio in vertebrarum ligamentis primo oriatur, tum durae quaedam reliquiae remaneant. id siquidem & extrinsecus accidere videmus popliti, cubito, & digitis non raro, quum articulus contrahitur, ἀγνώστην graeci dicunt: patiens in eiusmodi iuncturis articulum praetumoris duritie contrahi, cum chorda musculos, qui eam partem tendunt, minime sequatur: sicuti, cum ob durum tumorem flescentes non sequitur, commissura, quae sic affecta est, tenditur, quod malum graeci nominant ὀρθόκωλον. Potest igitur ob talem quandam durum tumorem spina deprauari: potest & propter consortium sub crudo duroque tuberculo idem vitium experiri. Sed quo pacto eiusmodi affectibus spinæ peruersio superueniat, supra posuimus, ubi de ipsa proprie tractauimus.

97 *Minus tamen toto corpore crescunt capite excepto.*

Quibus coxae articulus in exteriorem partem prolabitur, melius ingrediuntur, quam quibus in interiorem, ubi inflammationis periculum effugerint, & praecipuarum partium, cui oportunitates sunt, quam illi. Articulus enim, cum in interiorem partem luxatur super os fertur, quod non premitur, cum durum sit, neque huic malo patet: exterior femoris regio, cum maximis musculis comprehendatur, ingenti dolore torquetur: premuntur enim articulo in eam prolapsa, terunturque, & extenduntur tumore praeter naturam, nempe femoris capite: & sentiunt omne id, quo vexantur, ac propterea dolent. Ergo propter musculos, qui articulum admittentes teruntur: premunturque, atque idcirco inflammantur, & ceterae partes adiunctae, & quae circa spinam sunt, afficiuntur: quae si quando afficiantur, & aeger adhuc increseat, non secus ac femur incremento prohibentur, & minores fiunt, atque omnino deteriores. Illius autem meminisse oportet, quod iam saepius dictum est, & eorum testimonium est, quae paulo ante proposita sunt: Vbi, qui adhuc augentur, sic laeduntur, partes minus crescunt: quibus vero arate firma id accidit, minus aluntur, & molliores euadunt. Spina minus augeta, sequitur, ut reliquum corpus huiusmodi hominibus minus reddatur: infra enim crura afficiuntur: super crura usque ad caput spina sita est: Itaque, ubi haec minor sit, minus item crus totum, H merito dicit his hominibus vniuersum corpus minus crescere excepto capite.

DE FEMORIS CAPITE IN POSTERIOREM
PARTEM LUXATO.

98 *At ubi in posteriore parte femoris caput prolabitur (prolabitur autem raro) extendi non potest crus, neq. ad articulum luxatum, neq. admodum ad poplitem: sed ex omnibus partibus, in quas hic articulus excidit, ubi in posteriorem excidit, commissura, quae ad inguen, & quae ad poplitem, minime extenditur.*

Femoris caput ob causam, quam supra declarauimus, in propositam nunc partem paucis excidit, quoniam scilicet caui altitudo inaequalis est, quo circa qua minor est, magis procidit, atque ea de causa magis in interiorem partem: qua maior, paucis, et ob id in posteriorem raro procidit, in quam ubi mouetur, crus ad inguen nullo modo extenditur, ad genu non ex toto, utriusque causa est musculorum situs, quorum naturam perfecte indicauimus in opere de musculis incidendis, & in secundo libro de ratione corporum incidendorum. Vt autem in memoria habeatis, quae saepius intui estis incisa

A incisa simia (hoc enim animal structuram habet maxima ex parte homini similem) primum meminisse debetis musculi, qui a lumbis ortus ad paruum femoris tuberculum pertinet: deinde alterius, qui ab osse, quod pubi subest ad idem tuberculum intendens, cum superiori coniungitur. hi ergo vehementer extenduntur, quum femoris caput in posteriorem partem elabatur, ibi implicati, & circa coxae cauum in orbem voluti, atque, ubi is, quem hoc vitium exercet, extendere articulum tenet, oportebit vniuersum femur in posteriorem partem circumuolui: in quo casu propositi duo musculi potissimum laeduntur, ut qui plurimum trahantur, extendanturque: nam, quum longiores, quam ante facti sint, ulterius extendi citra dolorem nequeunt: cumque longiores fieri non possint, commissuram extendi non patiuntur. Haec igitur de causa, qui sic affecti sunt, extendere crus ad inguen non possunt, neque etiam ad genu, propterea, quod femoris caput suo cauo prolapsum continetur in posteriori parte illius ossis, a quo recipi solet, quod si futurum esset, ut femoris caput extentum ad genu, inguine penitus curuato multum attolleretur, necesse esset, ut femoris caput a coxa plurimum in posteriorem partem excederet: quod fieri non potest, nisi conuellatur musculus, quo exceptus est, quum ex naturali sede procidit. In commissura ergo, quae ad inguen est, neutrum fieri potest ex ijs, quae fiebant, priusquam articulus procidisset, nam neque perfecte extendi, neque perfecte curuari potest. Quid ergo Hippocrates alterum duntaxat adscripsit: An quia, postquam luxatus articulus est, crus curuatum protinus apparet: ut pote quum imum femur ad genu catenus in priorem partem excedat, quatenus summum in posteriorem, & quatenus ad inguen crus curuatur: quo fit, ut posteriores musculi, qui ad poplitem sunt, superioribus capitibus extendantur, quum femur sic retrò prolapsus est: his autem superne extentis, extenditur vna reliquum eorum corpus usque ad chordas, quae pertinent ad crus: quibus extentis poples curuatur. quo circa quibus sic articuli luxantur, curuata merito utraque commissurae conspiciuntur. Igitur quia extendere ipsas nequeunt, praecipue eam, quae ad inguen est, idcirco non dixit solummodo has commissuras non posse extendi: sed in ea, quae ad coxam est, id simpliciter protulit, in ea, quae ad genu, adiecit κέρτα, hoc est admodum, ut pote quae extendi possit, non admodum tamen: nam si id posset, nihil a naturali statu recederet, superuenit autem haec noxa ob eandem causam, ob quam ab articulo luxato protinus poples curuatur. Illud enim scire licet commune omnium deprauationum, quod, ubi partes aliquae extendantur, quae cum his continuantur, sequentes ad ipsas conuertuntur, nulla enim ex ijs, quae sic suo vitio conuersae sunt, naturalem sedem relinquit, sed ab ea, cum qua continuatur, attrahitur: haec autem attrahit communi vna ratione quod tendatur: sed tenditur, non vna de causa, siquidem intendi solet, ubi ultra debitum humore impleatur, liceat inflammatione, vel duro tumore teneatur, vel locum mutet. quare cuncta haec Hippocrates in sequentibus latius adscripsit, cuius nos sermonem sequuti verba omnia enodabimus.

99 *Illud etiam ignorare non oportet, utilissimum enim & maximi momenti est, ac plerisque laet, quod nec qui bene valent, extendere poplitis commissuram possunt, nisi simul extendant eam, quae ad inguen, praeterquam, ubi pedem admodum attollunt, sic enim possent. Et ergo poplitis articulum curuare non similiter possunt, sed multo aegrius, nisi inguinis quoque articulum curuent.*

Coniunctionem, quam posuit in partibus, quae moueri aliquo modo prohibentur, non suo vitio, sed earum, cum quibus consortium habent, nunc docere incipit in musculis, qui naturaliter habent, quorum nullus initium sumit a femore, quamquam multi sunt. non nulli enim ab osse, quod ad ilia pertinet, oriuntur: non nulli a coxa: vnus tantum ab osse, quod pubi subest. Haec igitur de causa commissuras moueri simul necesse est, sicut nunc in pede & poplite ostensum est, in quibus apparet etiam consortium, quod cum inguine habent, nam (sicut demonstratum est) quem admodum musculi, qui posteriorem ipsorum partem mouent (ut dixi) in imo femore ad radices tuberculorum incipiunt, ita, qui per priorem cruris partem feruntur, ex eodem imo femore dependent. quare necesse est intendi posteriores quidem, quum poples extenditur: priores, quum curuatur. ubi ergo tendantur magis, quam eorum naturae conueniat, oppositi renitentur, & minime sequuntur, voco autem oppositos eos, qui extendunt, ijs, qui curuant, id est priores posterioribus. Duobus autem musculis gratia exempli contentus ero ad huius loci explanationem, quum qui in corporibus incidendis omnes cruris musculos intui sunt, ex his possint de reliquis facere coniecturam: alij vero, qui nullo modo intui sunt, neque sermo de duobus clarus erit. Hi ergo orsi ab eo osse, quod ad ilia pertinet, procedunt, primo quidem per femoris commissuram, quae ad inguen est: dein, ubi per femur totum ad alteram eius commissuram, quae ad genu est, intenderunt, alter, qui angustior est, fertur iuxta interius femoris tuberculum, quod humilior est, tum spectans in priorem tibiae partem, cruri ex interiori parte innectitur: alter, qui magnus est, latescit degenerans in valentissimam chordam, quae miscetur cum altera chorda dependente a maximo ex musculis prioris partis, qui a clune inchoatur. patellae autem primum superinnectitur, dein fertur ad crus. Septima Classis NNNNNNN iij Itaq

Itaque si crus ad inguen flexatur, ea parte musculi breuiores reddentur: si extendatur, longiores. Et commissura verò genu ac poplitis, vbi extendatur, qui super patellam fertur, breuior fit: qui ab interiori parte, longior. quare cogetur maximè extendi, qui à priori parte est, si extendentes commissuram, quæ ad inguen est, conemur poplitem curuare: qui à posteriori, si poplite extento inguen curuetur, ex sublimiori enim loco per priorem partem femoris descendens flexatur, inde conuertitur obliquus, et ad priorem tibiæ partem porrigitur. Merito igitur ipse longior euadens primas partes cruris ac femoris longiores reddit, vbi excitantur. ostendimus enim in libris de motu musculorum summam contractionem, summamq; extensionem, dolori esse: & musculos quidem contrahi, dum agunt, extendi verò, dum ab oppositis attrahuntur. si quando autem, quum musculi in se ipsos contracti agunt, oppositi non dolent, simul extenduntur naturaliter quidem in commissuris, quæ propositum consortium habeant, præter naturam verò in illis, quæ deinceps adscribentur. complures autem medici decipiuntur, putantq; eos musculos affectos esse, quorum prohiberi actionem viderint, quod magis adhuc perspicuum est in sequentibus.

100 *Multa quoq; alia in corpore inueniuntur, quæ similiter germana sunt: de neruorum item extensione & musculorum habitu multa etiam sunt, et magis scitu digna, quam quis existimet: præterea de intestinis ac ventre vniuerso, de utero, qui huc atq; illuc fertur, contrahiturq;. Sed alibi de his verba faciemus germana his, qua nunc traduntur: quod ad hunc locum attinet, & extendi crus non potest (sicut iam dictum est) & breuius appareat duplici de causa, tum quia non extendatur, tum quod articulus in carnem clunus eruperit.*

Antea quoq; diximus consueffe Hippocratem eas partes nominare germanas, quæ inter se consortium & cognationem habent, quarum id caput est, quod vna parte vitata, alterius actio, situs, habitus, vel magnitudo læditur. communis horum omnium causa est in contrariam regionem extensio. In situ exempli causa (vt ab euidentissimis ordiamur) multos vidimus, qui mederi aggressi sunt, quod non rite didicerunt: & protinus, vbi aliqua pars contraheretur, & breuior fieret, primumq; situm penitus non seruaret, ad eam ipsam remedia adhiberent, quamuis nullo v exaretur affectu, qui curatione indigeret. Itaq; vbi musculi ab altera maxillæ parte resoluantur, fit, vt altera breuior appareat, & quasi contracta, sed, quæ læsa est, eam sequuta, extendi videatur. nam, cum musculi omnes vnam propriam habeant actionem, qua scilicet ad sua initia contrahuntur, quando illi, qui à sinistra parte maxillæ siti sunt, agendi potestate priuantur, qui à dextra sunt robusti, ac naturaliter habentes agunt, dextram maxillam vniuersam, & labra ad se contrahentes: atque ita conspicitur sinistrum labrum extensum, & longius redditum: dextrum breuius, & contractum. ergo in hoc casu breuius fit, quod integrum est, attrahens ad se ipsum maxillæ partem, quæ resoluta est. Alibi verò ab eo, quod affectum est, attrahitur, conuelliturq; id, quod sanum, sicut vbi musculus vel chorda, cum induruit, nequit simul cum oppositis, dum agunt, extendi. Multa quoq; similia euenire constat, id digitis manus, cubito, poplite, cum contrahuntur propter vitia musculorum & chordarum interiorum: sed, vbi extenduntur, græci ὀρθῶν λέγουσιν dicunt, ita enim appellare medici solent articulos, qui extensi sunt, & curuari non possunt. Huiusmodi quid accidit cicatricibus magnis ac duris, quæ, quum ab interiori parte sunt, articulum contrahunt, cum ab exteriori (vt dixi) sic extendunt, vt curuari non possit, quod ob siccitatem, & ob ingentem humorum vel spiritus instantis concursum euenire etiam solet. nam, quum partes, quæ sic affectæ sunt, in se ipsas contrahuntur, sequitur, vt oppositi musculi agere nequeant, quum, qui contrahuntur, partes in contrarium auellant. Sic neruorum distentiones fiunt, quum ipsi musculi primo ac præcipue se ipsos, deinde partes, ad quas perueniunt, ad suum initium contrahunt. Sic & vterus interdum sursum fertur, non nunquam in latus conuertitur: non quod ipse sua actione naturalem sedem relinquat, sed quod ab alio trahatur. multa verò sunt, quæ attrahunt, nam & ea, quibus appenditur, & nerui, & arteriæ, & venæ, quæ cum eoiunguntur, efficere id possunt, vbi in tumorem assurgentes eatenus breuiores fiunt, quatenus in latitudinem augentur: namq; hoc commune est corporum omnium, quæ extenduntur, contrahunturque, non modo animalium, sed eorum, quæ inanimata sunt, cuiusmodi sunt vitæ, fæculi, calathii. Vterus igitur hac de causa sursum, ac deorsum fertur: & quædam intestina, musculi que complures, ac propterea membra, & maxilla. Simile quid supra ostensum est in spina, vbi gibba, caua, vel obliqua redditur.

101 *Est enim hæc natura ossis coxæ, vbi & caput, & ceruix femoris recipitur, quod, quum hoc luxatum in exteriorem partem natum decliue fertur, curuare quidem homo crus potest, si dolore non prohibeatur.*

Tenuis est natura ossis coxæ, in quo cauum continetur. pater autem, quum femoris caput in posteriorem partem prorumpit, ab ea parte, quæ post cauum est, sustineri, vt inter cauum & femoris caput id os sit, quod à posteriori parte cauum complectitur: hoc quidem est pars coxæ, cuius nunc meministi, quum aut in exteriorem partem natum decliue fertur. Manifestum est autem ipsi, qui

A qui viderint eiusmodi locorum sectionem, femoris caput vbi cum tota ceruice expelli in magnū musculum natum, qui commissuram hanc extendit: à quo musculo chorda oritur, quæ à membrana non abhorret, coniungiturq; cum ea chorda, quam paulo supra diximus, quæ ex duobus musculis orla à priori parte femoris vltra patellam tendens cum tibiæ capite connectitur. Ergo hic musculus prolapsus femoris caput admittens omnium maximè torquetur, quum sub ipso prematur, dilendaturq;: quare necesse est inflammatione ipsum prehēdi, sursumq; ad se trahere chordam, quæ paulo antè commemorauimus à membrana non abhorrentem: quod quum accidit, consequens est, vt homo dolcat, vbi poplitem flexit, quatenus enim hic flexatur, hætenus chorda extenditur, atteriturq; à patella; hæc autem extenta musculus extendit, à quo dependet, nempe magnū illum, quo (vt retuli) recipitur femoris caput. Proccedite tēpore, quum musculus hic ab inflammatione soluitur, contrahiturq; humorem quendam glutinosum, pars eius, quæ articulum contingit, occalescit, & poples circa dolorem extēditur: ad quam rem faciunt & alia, quæ prius posita sunt de cruris musculis.

102 *Tum crus & pes modicè recta se ostendunt, neque multum in hanc vel illam partem inclinata.*

Hippocrates modicè ὀρθῶν dixit, quo verbo significari, neq; perfectè aut omnino vehementer, neq; ex toto, sed mediocriter, ex ipsius verbis colligitur: ipse enim subiungens/neq; multum in hanc vel illam partem inclinata/apertè demonstrat, quum adscripserit/in multum/id cruri accedere, vt non multum, sed vt parum peruertatur, depraueturq;: atque ob eam rem dixit/tum crus & pes modicè recta se ostendunt/, quasi dixerit has partes apparere mediocriter rectas.

103 *Præterea in inguine caro mollior sentitur, præsertim si tangatur, vt potè quum articulus in alteram partem exciderit: sed in natibus, si tangatur femoris caput, videtur magis promouere. His ergo notis indicatur femoris caput in posteriorem partem procidisse. Cui autem state iam robusta prolapsum restitutum non fuerit, ambulare quidem potest, quum tempus processit, & dolor cessauit, atque articulus volui in carne confuenit: cogitur tamen, dum ambulat, vehementer ad inguina curuari, idq; duplici de causa quia ob ea, quæ proposita sunt, crus multo breuius redditur, & multum calx abest vt terram contingat: nam si vel paulum tenuit eo pede sustineri, nulli alteri rei innixus, cadet vniue in partem posteriorem: coxæ enim, quum magis in posteriorem partem, quam pedum basis, excedat, in eam plurimum inclinabitur, & spina item in coxas, vixq; ima planta consistet: neque hoc accidet, nisi ad inguina se curuet, & alterius cruris poplitem flexit, quandoquidem necesse est, vt manu, quæ à parte affecti cruris est, in quolibet passu super femore bareat: quæ res cogit ipsum flexi aliquid ad inguina, nam quum in ingressu crura permittitur, nequit corpus affecto crure sustineri, nisi id cruris manu deorsum ad terram compellatur, quoniam articulus corpori non subicitur, sed in posteriorem partem ad coxam prominet: ambulare tamen offensus sine baculo potest, si alioquin assueuerit, propterea, quod basis pedis à regione pristina spectat, neque in exteriorem partem conuertitur. Idcirco igitur nihil egenti baculo, quod renitatur, quicumque vellet femur non amplius comprehendere, sed in vicem baculo inniti, quod ab affecto latere subicitur: quod si longius baculum adhuc non, magis erecti ambulant, pes tamen terra non innititur: si inniti velint, breuius admovent, coguntur autem ad inguina curuari. Emacerescit etiam ipsa caro pro ratione, quemadmodum antea diximus: nam quibus suspenditur crus, minimèq; laborat, maximè extennatur: sed, quum in ingressu vni admodum est, minimè gracile fit: integrum tamen crus non innatur, sed potius deformius redatur, si vitiatum vitatum terre innixus: nam, dum sanum vitiatum iuberit, coxam & poplitem curuari necesse est: quod si vitiatum crus terram non contingat, sed suspensum sit, & homo baculo innitatur, hoc pacto integrum robustius reddetur, quum naturaliter habeat & exercitatione magis firmetur. At dicet quis hæc præter medicinam esse, nam quid vltra scire nobis conuenit de his, quæ curatione non admittunt? conuenit tamen summopere, intelligenda enim hæc sunt ab eodem professore, quum tanquam aliena sciungi nequeant: siquidem tractare debemus, quæ curationem recipiunt, ne insanabilia euadant, intelligendas quæ potissimum ratione occurramus, quo minus insanabilia efficiantur: illa verò in quibus medicine locus non est, dignoscenda sunt, ne maximè noxia reddantur. Præclara autem & ardua prædictio in eo consistit, vt intelligamus, quò, qualiter, & quando singula vermentur: ac sine in ea mala vertantur, in quibus remedio futurus locus sit, sine euadere in insanabilia debeant. Ceterum quibus vel à primo naturali die, vel aliquam, dum inerefcunt, articulus similiter in posteriorem partem excidit, neque reconditus fuit, seu vi, seu morbo exciderit (multis propter morbos sic articuli luxantur, cuiusmodi verò sint hi morbi posthac multabimus) si prolapsus (inquam) reuersus non est, femoris os breue efficitur: vitiatum item crus vniuersum, minusq; increfcit, & gracilius redditur, quum nulli vni sit.*

Præsertim *proxi* dixit, quæ vocè in superioribus etiā retuli ab Hippocrate vsur pari, vbi intēdere velit, quod proponitur, est aut eius oratio talis: In inguine caro mollior sentitur, si aspiciat, & multo magis si locus tangat. Quæ sequuntur oia patent ipsi, qui in memoria habeant, quæ antè posita sunt.

104 *Vitiatum n. bis & articulus, qui ad poplitē est, quoniam nerui ob propositas causas intēduntur. Quare, quibus sic coxa exciderit, extendere poplitē non possunt: nā (vt summam dicā) quæcumq; in corpore ad aliquem*

quæ vsum fabricata sunt, si quæ moderate utatur, exerceatq; in eo laboris genere, cui singula assueverint, E
eo pacto bene valent, augentur, & ad longam senectutem perducuntur: si in vsum non sint, sed ociosa degat,
morbis patet, non augetur, & mature senescunt: id præcipue accidit nervis, atq; articulis, nisi quis illis utatur.
His igitur de causis vitiantur magis, quàm hoc modo articulus luxatur, quàm cū alijs: totū enim crus
in crementō prohibetur, & quod ad carnē, & quod ad ossa pertinet. Huiusmodi ergo hoīes, quum atate iam
robusta sunt, suspensum curuatiq; crus tenent, sed altero feruntur baculo innixi vno, vel etiam altero.

Evidentissimum est Hippocratem dixisse coxam excidere, pro coxæ articulo. sæpe enim nar-
rauimus maiores nostros nō dum tenuisse exquisitam tenuemq; nominum rationem, in qua poste-
riores exercentur, sed sat existimasse in ijs, quæ explicabant, eo tantum incumbere, vt quæ dicerēt,
ab auditore intelligerentur. quod inquit igitur, huiusmodi est: Quibus femur in posteriorem par-
tem prorupit, vitiatum non solum articulus luxatus, sed & qui ad poplitem est, propterea & con-
iunctionem adiunxit, neque simpliciter dixit vitiatum articulus, qui ad poplitem est, quo autem
vitio occupetur, ipse aperte exposuit, cum ait /nerui intenduntur/: sed nervos ne intellexerit eos,
qui propriè nerui sunt, quiq; à spinæ medulla oriuntur, vel in quas muscoli degenerant chordas,
quæ ad crus pertinent, in hoc loco nihil interest, cum vtraque fidem facere possint rectè à nobis ex-
posita fuisse, quæ ab Hippocrate dicta sunt, vbi asserit non posse poplitem extendi, quibus hoc mo-
do femur promouetur. Quandam præterea communem rationem adiecit, nempe partes aliquas va-
riè lædi, quod ad habitum pertinet, magnitudinem, positionem, ac motum, quamuis ipsæ nullo
proprio morbo lædantur, sed à quibusdam alijs afficiantur, quibus cum confortium habent. In-
tentionem verò in huiusmodi affectibus præcipue causatur, quam persequutus tribus modis in-
dicat, vno, quum musculus aliquis resoluitur, tunc enim, qui integer est, contrahit videtur: altero,
quum oppositus tenditur: tertio, vbi quod integrum est, trahitur ab aliquo eorum, cum quibus
contingitur, sicut accidit, quum vterus mouetur. Nunc ergo, quum posteriores nerui, muscoli, &
chordæ tendantur, curuatus poples extendentibus musculis non parit. Caterum de chordarum,
musculorumq; extensione antea dictum est: nunc de neruis, qui à medulla spinæ orti ad crura in-
tendunt, quorum initia tria sunt, vnum à priori parte iuxta magnum foramen ossis, quod pubi sub-
iectum est: alterum ad inguina, vbi neruus fertur, & cum magna vena, & absque ipsa à priori par-
te femoris, atque hæc parua sunt: maximum autem neruorum initium à posteriori parte fertur ad
vniuersum crus, primumq; procedit ab ea regione, quæ est inter os latum, & id, quod ad anum ter-
minatur, νόκωξ græcè dicitur. hoc igitur initium, vbi articulus in posteriorem partem elabatur,
premitur, tenditurq;: atque idcirco diximus Hippocratem hoc loco posse intelligere eos tendi, qui
propriè nerui vocantur.

DE FEMORIS CAPITE IN PRIOREM PARTEM LUXATO

105 At quum femoris caput in priorem partem erumpit (quod quidem rarè accidit) perfectè excedi crus
potest, sed ad inguen minimè curuari, laborat enim homo, etiam si flectere poplitem cogatur: ad calcem
verò, & in vniuersum crus, æquè longum conficitur.

Propter cauum, quod non æquè vndiq; altum est, articulum in aliam partem rarò, in aliam fre-
quenter luxari, antea sæpe numero demonstrauit: nunc autem de femore differens in priorè elapso,
contrario modo affici ait eos, quibus in hanc luxatur, atq; eos, quibus in posteriorem. illi enim ex-
tendere crus non poterant: hi, cum in ipso flexu nūc sit femoris caput ac ceruix, curuare ad inguen
non possunt nec ad poplitem propter musculum priorem, qui oritur ab osse, quod ad ilia pertinet:
ille enim cōprimitur, tensusq; auollitur à femoris capite, cumq; extendi amplius non possit, reniti-
tur, si quis flectere poplitem conetur, apparet aut cruris longitudo consimilis. In superioribus au-
tem de femore luxato in partem anteriorem sic ad verbū scripsit /os enim, quod à coxa sursum pro-
cedit ad peccinē, femoris capiti inhaeret, ceruixq; articuli cauo sustinetur/, à quo prius non susti-
nebatur ex toto, sed magna ex parte in eius caui altioribus partibus insidebat: in calu autem, quem
nunc ponit, in inguine prominet, atque is locus intentus apparet, cum femur nunc à suo cauo rece-
dens in priorem partē & paulo inferius venerit. quo fit, vt vitiatum crus sanū longitudinem æquet:
id, quod præsertim ipsis accidit ad calcem, extremum enim crus minus demittit in terram potest: cuius
rei causa in superioribus explicata nunc rursus summam etiam enarrabitur.

106 Sed pes extremus spectare minus potest in partem anteriorem: crus verò totum rectam positionem na-
turaliter seruat, nec in hanc aut illam partem inclinatur.

Potest, dixit ἐθέλει, vbi verbum ἐθέλω, id est velle, pro posse vsurpauit, quemadmodum etiam
Homerus, cum ait, Οὐδ' ἐθέλει ἀπορρέειν, vbi ponit, ἐδ' ἐθέλει, id est noluit, pro non potuit. Ex-
tremum pedem appellauit eam partem pedis, quæ à planta ad digitos est, & vngues, accidit enim
(quemadmodum supra ostensum est) vt extento poplite non bene articulus tali in priorem par-
tem

Attem inclinatur. Hæc itaque nunc exponere volens ait /sed pes extremus minus spectare vult in par-
tem anteriorem/ indicans digitos, quibus continetur extremus pes, non facile extendi posse, aut de-
orsum conuerti, & terram contingere.

107 Ferè autem his dolor protinus accedit, & vrina supprimitur, magis q; quàm si articulus in aliam par-
tem luxetur.

Quam obrem hæc sequantur, ipse causam adiungit.

108 Venit enim femoris caput maximè prope neruos magnam vim habentes, & in inguine prominet, at-
que is locus extensus apparet, in clunibus rugæ conspiciuntur & summa gracilitas. Quas quidem dixi-
mus, notæ sunt femoris in priorem partem prolapsi.

Neruos appellauit τόνους, eos intelligens, qui cum vena & arteria per inguen feruntur, /magnam
vim habentes/ vocauit ἄνωγοι τόνους, licet in superioribus etiam didicimus, habent autem hi ma-
gnam vim, quum medullæ spinæ proximi sint, atq; inde oriantur, vnde initium sumunt nerui, qui
ad velicam feruntur, quo fit, vt femoris capite in hanc partem luxato, velica quoq; afficiatur, inflā-
meturq; & reddere vrinam nequeat. Fortasse etiam aliquādo ob inflammationis magnitudinem,
qua velicæ ceruix affligitur, vbi musculus est, qui eam adstringit, vrina supprimitur, eo quod in-
flammatis partibus excecatur iter claudatur.

109 Quibus verò atate iam robusta articulus in hanc partem elapsus, minimè restituitur, hi quum dolor
finitur, & articulus assuecit in eo loco conuerti, in quem prociat, recti protinus ingredi possunt sine baculo,
ac recti ex toto, quum vitiatum crus neque ad inguen, neq; ad poplitem, facile complicitur. Ergo, quum
ad inguen non flectatur, crure in ingressu magis recto utuntur, quàm quum integrum erat.

Quo tempore articulus excidit, dolorem dixit protinus accedere, & vrinam supprimitur: proceden-
te verò tempore, vbi hæc cessant, ingredi hominem possent qua de causa hæc finiantur, quamquam
femoris caput maneat, comprimaturq; & similiter neruos extendat, docuit, quum orationi adiecit /&
articulus assuecit in eo loco conuerti, in quem prociat/. Videtur enim in ea re cōsuetudinem cau-
sari, quoniam, quæ ab aliquo premuntur, quum tempore occallefcant, id facilius ferunt: & ea, quæ
tunc tendebantur, quum huic molestiæ allucuerint, dolere cessant. Cur verò sine baculo recti ingre-
diantur, ipse subiicit, caput autem orationis id est, quod crus erectum seruatur, & neutra commissu-
ra, nec quæ ad inguen, nec quæ ad poplitem est, flectitur.

110 Non nunquam etiam pedem per terram trahunt, vt qui superiores commissuras non facile flectant,
quamquam pede toto inambulant: namque hi minus calci, quàm priori parti pedis, in ingressu nituntur.

Superiores commissuras nominat, eam, quæ ad inguen est, & eam, quæ ad poplitem, quatuor au-
tem commissuræ ingressui accommodantur, quæ ad inguen est, quæ ad poplitem, quæ ad talum, &
quæ ad digitos, postremam, quæuis multiplex sit, vt vnam tantum annuero, quum vsum atque
actionem communem præster, hæc non admodum confert, dum per æquale solum ingredimur: ea
verò, quæ ad talum, ad progrediendum, atq; ad crura transferenda nihil proficit, maximè tamen ef-
ficat, vt pes humi hæreat, ad quam rem parum faciunt digitorum commissuræ. Vniuersa autē cru-
ris actio, dum ingredimur, & multo magis dum currimus, à commissura, quæ ad inguen est, & ab
ea, quæ ad poplitem, proficiscitur, his enim curuatis crus à terra attollitur ac facile transferitur: at
nunc, quum neutra flectatur, iure per terram trahi pedem ait. Adiecit /non nunquam/ propter solā
differentiam, & vim noxæ, illi enim, qui per æqualia & decliua loca ingrediuntur, si vel parū quid
crus ad superiores commissuras inflectant, pedem haud trahunt: sed, qui per inæqualia ambulant,
& accliuia, minimèq; eas curuant, tantum ab eo absunt, vt pedem non trahant, vt eam offendant
in ea, quæ in solo eminent. Quiq; pede toto inambulant /inambulant pede toto, qui calce, planta, &
extremis digitis terram contingūt, illi enim, quibus in posteriorem partem femoris caput elabitur,
de quibus ante hos tractauit, cum breuius crus redderetur, non utebantur calce in ingressu, sed ter-
ram contingebant ima planta duntaxat, quæ (vt diximus) ab ijs, qui in corporibus incidendis ver-
santur, & dicitur, vt ijs, quibus in priorem partem coxæ articulus promouetur, calce primum
in terra confidente, quum ea parte pedis, quæ ad digitos est, ingredi nequeant: quæ postea vtuntur,
quum iam affecto cruri in sistentem transferre alterum incipiunt.

111 Verum, si valde progredi possent, calce admodum ingrederentur: nam & qui bene valent, quanto ma-
ximè procedunt, tanto maximè calce ingreduntur, quum vni pedi insistant, & alterum attollunt.

Eos,

Eos, qui valde procedunt, calce terram contingere, supra ostendimus, quod evidentissime apparet. non minus etiam in aperto est, non posse omnino valde procedere, qui superiores commissuras curvare ob quamvis causam nequeunt. id autem ipsis accidit, propterea quod molestiam non ferant, qua, dum transferunt extremum crus, vexantur, nihil enim aliud prohibet, ne nimis procedant. quod si sano cruri insistentes id facere vellent, possent quidem, sed non sine labore, quamobrem satius fortasse fuit hac orationem, ita explicare: Quibus coxae articulus in priorem partem erupit, his nihilo minus quam ima planta & digitis, ad ambulandum uti calce licet: ac si sustineant longius affecto crure procedere, & calce omnino ingredientur: verum non sustinent, quoniam, ubi extantum crus cum difficultate transferunt, dolore torquentur.

112 Præterea, quibus sic procidit, magis adhuc calci inhaerent, quam priori parti pedis.

Inhaerere dixit ἐγγεισθῆναι, quod vocabulum mutuari solet ad ea significanda, quorum alteri alterum inhaeret, iuxta quam significationem eo vititur, quum in fracturis componendis imperat, ut fracta ossa prius intenta inter se diducantur: sic, n. ait facilius componi, quam si ἐγγεισθῆναι, id est, quum alterum alteri inhaeret, propellantur. Quod igitur paulo ante proposuerat, clare in hac oratione demonstravit, namque hi nihilo minus calce ingredientur, quam priori parte pedis, quod clarius adhuc & melius dixisset hoc modo/non enim minus hi calce ingredientur, quam priori parte pedis, sed magis etiam, non tamen adiecit in superiori oratione/sed magis etiam/.

113 Pedis enim anterior pars, quum reliquum crus extantum est, non aequè potest in priorem partem curvari, atque, ubi flexum est: neque item semper pes redditur, ubi crus inflexum est, sicut ubi extantum. Crus igitur natura, quum bene valet, sic se habet, ut diximus. Vbi vero articulus luxatus restitutus non fuerit, homo ob propositas causas inambulat, sicut ostensum est, crus tamen altero gracilius redditur, & à clune, & à carnosa parte, qua in posteriori crure prominat, & è regione posterioris partis. Quibus itaque tenera aetate articulus elapsus minimè restituitur, vel à primo natali die id mali incidit, femoris os magis minuitur, quam tibia, aut pedis.

Pars pedis, quæ ad plantam & digitos est (quam priorem appellat) extento poplite contingere terram non potest, vocavit autem huiusmodi pedis habitum κενυμένον, id est curvum: nam commissura, quæ ad talum est, neque extenta dici solet, neque flexa, sicut ea, quæ ad poplitem, & ea, quæ ad inguen. Ergo, ubi priores musculi eam partem pedis, quæ inter talos & plantam est, attollunt, dici solet aliquo modo pes σιμῆδες, id est, simus fieri: ubi vero posteriores calcem ad se trahunt vnà cum ea parte, quæ inter talos & digitorum radices est, nullum est nomen vsitatum, quo istiusmodi habitus nominetur, quare Hippocrates (ut ostendimus) eum appellavit κενυμένον, vocem inueniens rei, quam exprimit, accommodatam, neque enim potest pes simus fieri, attollitque à prioribus musculis, quod non aliud est, quam simum fieri, quum crus inflexum est, sicut quando erat extantum: quemadmodum nec curvum fieri, nisi crus flectatur: potest autem utroque modo figurari, sub utroque cruris proposito habitu, sed paulum & violenter, multum & sine vi, non potest. Ergo, cum musculi (ut diximus) orti à posteriori parte cruris, quæ carnosa prominat, non ab interiori, calcem & vniversum pedem trahunt ad partem posteriorem, eiusmodi habitum pedis, græcè non nulli κενυμένον, nō nulli κενυμένον nuncupant: quemadmodum, ubi pes in contrariam partem à prioribus musculis mouetur, alij κενυμένον, alij κενυμένον nominant, in quo casu (ut retuli) dici solet pes σιμῆδες, id est simus fieri: in contrario nullum est nomen, de quo inter omnes conveniat, sed nihilo deterius habet rerum peritia propter vocabulorum dissensionem. Equidem absque vocabulis, de quibus non conveniat inter omnes, oratione utrunque mihi clarè videor explanasse.

114 Minimum autem femur minuitur, quum in hanc partem promouetur: minuitur tamen caro ubique à posteriori parte præsertim, sicut in superioribus quoque dictum est. Ergo quicumque rectè educati fuerint, uti crure possunt, cum crescant, quamquam aliquando breuius altero est, baculo tamen fulciuntur à parte cruris vitiat: neque enim absque calce ima planta consistere, quod quibusdam alia de causa claudicantibus licet: quamobrem nequeant, paulo supra declarauimus: idcirco igitur baculo egent. Iis vero, qui negligenter habitus fuerint, neque crure terram contingant, sed id suspensum habeant, ossa magis minuitur, quam alijs, qui crure utuntur: circa articulos autem crus, quod ad rectum habitum pertinet, magis deprauatur, quam quibus articulus alio modo luxatur.

Quidam ex his, qui huiusmodi dictiones exponunt, tantam videntur earum habere peritiam, ut minimum/arbitrentur/nullo modo/significare/nō minimum/ maxime/. hi ergo Hippocrate dixisse existimarent his, qui sic affecti sunt, femur nullo modo minui. At minui ipsum constat, non æquè tamen, atque ubi in alias partes prolabitur: causæ enim, ob quas minuitur, leuius sunt in hoc casu, quam in illis. Duas autem causas reddidimus, instrumentorum deprauationem, & actionum noxam, ob quam patum crure vitantur. sed, quum in hanc partem femoris caput erumpit, præterquam quod instrumenta non admodum deprauantur, ac si ipsa cruris non multum læditur.

Galen

GALENI IN HIPPOCRATEM
DE ARTICVLIS
COMMENTARIVS QVARTVS,

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

De Differentijs ac de Curatione Luxationum tractat, quæ in Cruribus, & Manibus, horumque partibus contingunt. Ratio item interponitur Excidendorum ossium, & Structuræ illius machinamenti, quod Scamnum Hippocratis appellatur.



1 **V** summam igitur dicamus, articuli, qui excidunt, & elabuntur, non eodem modo semper excidunt & elabuntur: modo enim multo plus, modo multo minus. Vbi quidem multo plus & elabuntur & excidunt, in vniversum maiori negotio restituntur: ac nisi reuertantur, ossa, caro, atque habitus, & magis & apertius deprauantur, vitianturque. At, quum minus excidunt & elabuntur, ossa hæc facilius conduntur: & ubi vel negligantur, vel reponi nequeant, minus debilitantur, & cum leniore detrimento in hoc casu, quam in eo, quem proximè posuimus. In reliquis ergo articulis multum inierit, magis ne an minus sua sede excedant: sed vtrūque caput tam femoris quam humeri semper omnino æque prolabitur: quoniam absque villo excessu simpliciter rotundum est, & cauo recipitur, quod in orbem est, & optimè sibi aptatur: quocirca euenire non potest, ut in his articuli dimidium procidat: nam, cum rotundus sit, vel totus erumpet, vel intro reuertetur. Id ergo, quo de agitur, ex toto sua sede mouetur, alioquin non excideret: interdum tamen magis, interdum minus, à naturali sede recedit, quod magis femori euenit, quam humero.

Non modò huius orationis, sed & omnium, quæ sequuntur, caput vnum est, luxata non medio-criter inter se differre, quatenus magis aut minus à naturali sede recedunt, non nulla enim multum, non nulla parum absunt, utrunque autem magis aut minus patiuntur. In alijs quidem articulis res clara est, ut in cubito, manu, crure, pede, digitis: sed humeri & femoris caput indicat non posse paulum suo loco excedere (quod vitium græci ἀσφάλεια dicunt) quum rotundum sit, & in cauum inferatur, quod oras in orbem habet, in quibus consistere caput nequeat, necessario enim, vel protinus reconderetur, vel ex toto excideret. utrunque tamen caput ait interdum longè, interdum paululum, à naturali sede recedere, ubi verò & plurimum & minimum datur, non paucas, quod ad plus & minus attinet, differentias intercedere manifestum est.

2 Quandoquidem non nulla ex his, quæ à primo natali die sua sede mouentur, si parum excesserint, restitui possunt, præsertimque ad pedis articulos.

Quod ait primo natali die/non nulli ad eos referunt, qui in vtero sunt alij ad eos, qui non multo ante nati sunt, horum sententiam comprobant, quæ sequuntur: sed illi proculdubio errant, qui accipiunt in iis tantum, qui in vtero sunt. fatius enim est ad utroque orationem referre, Præterea, quæ sequuntur cum alijs facere paulo post demonstrabimus, ubi eum locum aperiemus.

3 Quibus à primo natali die crus varum est.

Crus varum, id est in exteriorem partem conuersum: supra etiam nuncupauit κενυμένον, ubi spectare intro pedem ait. dixit autem pedis articulos, quoniam plures numero sunt, omnes iuxta tali commissuram siti, cum quo non vnum os tantum committitur, sura, n. ab exteriori parte, ab interiori tibia, vtraque magno processu complectitur talum, cuius pars prior, quæ rotunda est, & quasi caput habet rotundum ceruici superimpositum, à cauo excipitur illius ossis, quod scaphæ similitudinem refert, qua parte commissuræ pes potissimum & sursum extenditur, quum simus efficitur, & in posteriorem partem ducitur: sed & ab inferiori parte talus cum calce committitur, quomodo in libro de ossibus explanauimus, in quo exerceri iussimus eum, quod debeat in his expositionibus versari. Verum pes tunc potissimum varus redditur, cum tibia in exteriorem partem creuit, sic, ut inferior suræ processus, quo talum ab exteriori parte complectitur, sine vlla sulctura suspendatur.

4 Plerique sanabiles sunt, nisi ita magnus excessus sit, aut pueris iam adultioribus res incidat. Communissimum itaque his est celerrimè subuenire, antequam & pedis ossium, & carnis in crure magna admodum defectio sequatur.

Adultiores

Adultiores vocat eos, qui plurimum increuerunt, quorum ossa non aequè tractari & componi possunt, atque infantium propter mollitiem. Hinc itaque colligitur Hippocratem de his agere, qui nati iam sunt: at loquatur ne de illis, qui in utero sunt, non similiter manifestum est, sed in superioribus saepius retulit in utero matris articulos luxari.

5 *Modus ergo eius vitij, sub quo pes varus fit, non simplex est, sed multiplex. Plerumque autem varus redditur, non quod articulus ex toto luxatus fuerit, sed quod pes consueverit re aliqua exceptus figurari.*

Modum τέρτον dixit, quod verbum plerumque mutuari solet, quum de vnoquoque eorum loquimur, quae inter se differunt singula: sed nunc agere potest, qua ratione pes varus fiat, quod multis modis accidit. namque id, quod subiicitur, vtramque sententiam comprobatur, quum ait plerumque autem varus efficitur, non quod articulus ex toto luxatus fuerit, sed quod pes consueverit re aliqua exceptus figurari. Nam, quum inquit non quod articulus ex toto luxatus fuerit, vnum quaedam vitij modum exprimit: quum vero dixit sed quod pes consueverit re aliqua exceptus figurari, vnde is fiat, ostendit. Neque alienum est depruari tenera & veluti cerea infantium ossa, praeuè à nutricibus figurata, cum in cunis collocantur quodammodo contorta, vel pluribus velamentis inuoluta, vel sic, vt à quibusdam etiam vrgeantur, à quibus omnibus deprauationes fiunt.

6 *Hæc autem in curatione animaduertenda sunt. Os cruris, quod ad talos extat, ab exteriori parte in anteriorem propellendum, dirigendumque est: calx contra è regione eius in posteriorem repellendus, vt ossa, quae excesserunt, inter se concurrant, & in medio, & à latere pedis: digitique omnes vnà cum pollice repetite in anteriorem partem inclinandi, atque ita cogendi sunt.*

Sec. 2. t. 34. 7.
236. c

Scribit ipse in libro de fracturis, Cruris binis ossibus continetur, quorum alterum altero tenuius est, ab vna parte multo paulo ab altera. solent autem recentiores hoc os, quod ab exteriori parte situm est, graecè nominare τέρτον. Iubet igitur, vt illud in anteriorem partem cogatur, simulque calx repellatur in posteriorem, idque praesertim ex calce, quod è regione est, cruris videlicet, quod super ipsum naturaliter situm est. De hac autem restituendi ratione antea saepius mentionem fecit, quae omnium communis est: siquidem necesse est, quod naturali sede excessit, in pristinum locum propellere: & quod subiectum est, in contrariam partem adducere, vt ossa inter se concurrant. Quae subiicit de ipsis dirigendis euidentissima sunt iis, qui in memoria habeant, quae superius diximus in expositione huius libri, & ante, eius, qui de fracturis est, siquid autem occurrat, quod obscurius videatur, illud duntaxat enodabimus.

7 *Deligare item conuenit adhibito cerato, quod resinam copiose acceperit, et fasciis mollibus, non paruis, neque admodum arctatis.*

Partibus compositis aptatur ceratum, quod resinam acceperit, quoniam fasciae cuti melius inhaerent, & partes corporis magis siccantur. ex eo quod faciae inhaerent, sequitur, vt partes, quae curantur, immobiles, vt compositae sunt, seruentur: ex eo quod partes siccantur, vt spissentur, & confirmantur, quae res etiam composita fideliter tuetur. Porro autem fascias molles adhibet ob corporum mollitiem, quae infantium corporibus propter aetatem inest, quas leniter adstringit, cauens, ne vehementer arctata comprimant, praecipue cum corpora mollia sint, sed quia minus adstringit, idcirco imperat, vt plures fasciae iniiciantur: scripsit enim vinculi firmitatem vel pressu comparari, vel numero fasciarum.

8 *Non secus autem circumagenda fascia est, quam si pes manibus dirigendus sit, vt paulo magis valgus appareat.*

Hoc item praecipuum communiter ad luxata fractaque omnia pertinet, quod saepius ab ipso memoriae proditur, non enim vult in dirigendo, quae composita sunt in naturalem sedem exquillitate restituta, ita relinquere, sed paulo ultra compelli, vt ad contrarium eius loci, in quem diu peruersa spectant, à nobis impulsae, consistant in medio, quod prorsus secundum naturam fuit: nam si collocata in hoc dimitterentur, ad diuturnam deprauationem redirent. Constat autem praecipuum hoc ad id consilium pertinere, quod in curando maxime commune est, in quo contraria contrariorum esse praesidia docuit: quum nec refrigerata, moderate calefaciamus: nec calefacta, moderate refrigeremus: sed eatenus à medio in contrariam partem recedamus, quatenus in alteram morbus recessit. Nunc quia pes varus est, cui vitio contrarium id est, sub quo valgus efficitur, idcirco Hippocrates iubet, dum componitur, vt in valgum conterratur, scilicet ultra sedem prorsus naturalem.

9 *Solea item conficienda est, aut ex pelle non multum dura, aut ex plumbo.*

Hoc etiam ad stabilendam iuncturam molitur: quamobrem iubet ipsum postremum omnium super iuncturam deuinciri, vt eam totam contineat, & carnem ipsam non comprimatur, id quod in sequentibus expressit, inquit enim.

Alliganda q.

10A *Alliganda q. non vt cuti insidat, sed cum postrema linea circumdantur, vbi iam alligaueris, caput vnius ex fasciis, quibus vincitur, è regione minimi digiti assuendum est illis fasciis, quae sub pede sunt, vt dum moderatè se habere videatur, fascia sursum ducta circa posteriorem cruris partem, quae carnosa prominere, voluatur, atque ita firmiter maneat. Sed (vt vno verbo dicam) quasi eam fingamus, debemus & manibus in naturalem sedem compellere, & vinculo similiter non magna vi, sed leniter adducere.*

E regione minimi digiti, hoc est, ab exteriori parte pedis fasciam appendit, quam attrahit ad posteriorem partem cruris, quae carnosa prominere, quoniam quidem pedi varo medet: quod si valgum curaret, ab altera parte fasciae caput assueret, quoniam inclinare pedem oportet in contrariam partem atque conuertere, sic, vt, quae extra spectant, compellantur intro: quae intro, similiter in contrariam regionem cogantur.

11 *Assuenda autem fasciae sunt, vt quomodo opus est, suspendantur: alia enim deprauatio aliam suspendendi viam postulat.*

Quod ego nuper posui, ipse nunc declarat, alijs deprauationibus alias suspendendi rationes accedendi modari. constat autem, vbi pes in anteriorem partem spectet, ita suspendendum esse, vt extremum crus in anteriorem partem compellatur, pes in posteriorem: vbi pes in posteriorem inclinatur, ita, vt crus in posteriorem, pes in anteriorem vrgeatur: vbi in vtramque partem paulum excesserit, appensa fascia moderatè in contrariam partem cogi debet: qui longè à naturali situ recessit, validius repellendus est. Ideo deprauationem (quam χαλωρα dixit) commune nomen omnium prauitatum accipito.

12 *Calcei vero è plumbo instruantur, qui super iuncturam obligentur, ad eam formam, quam Chiae crepidae habebant: quibus opus non est, si quis manibus rectè componat, rectè item fasciis alliget, rectè suspendat. Curatione igitur haec, neq. sectionem, neq. vstionem, neq. aliam varietatem requirit: celerius enim opinione huiusmodi vitia curatione cedunt, tempore iam superanda sunt, dum corpus in flo habitu increseat.*

Quae nam fuerit chiae crepidae forma, non satis patet, quoniam neque Hippocratis seculo in vfu erat: atque idcirco inquit ad eam formam quam Chiae crepidae habebant, quum potuisset dicere/haberi. Constat autem infantibus, cum diriguntur, id calciamenti genus maxime idoneum esse, quod ad vnguem pedem excipit, & carnem non comprimit: ad quam rem spectantes, parare nunc idoneum calciamentum poterimus, quamuis cuiusmodi chiae crepidae fuerunt, non requiramus.

13 *Vbi autem ad calceos veniatur, aptissimi sunt, qui per loca luto plena gessari solent, πηλοπατίδες nuncupantur.*

Veniunt ad calceos pueri, qui curantur, quum pars, quae dirigitur, confirmata fuerit, & aliquid increuerit, atque ossa ipsa non amplius mollia sint. nam nec permittendum est, vt prius inambularent, ne pars ad priorem deprauationem iterum reuertatur: vbi tuto ingredi possunt, calceis vtantur licet, quos Hippocrates ἀβύλας appellat. est autem calciamenti genus cauum, quod arctè pedem vniuersum exquillitè vsque ad talos complectitur. Manifestum est autem eiusmodi esse, ex eo, quod Hippocrates subiicit, quum inquit πηλοπατίδες nuncupantur, hoc enim nomen inuentum est: quod si per π scribatur, πηλοπατίδες, ductum erit à luto, quod πηλος graecè dicitur, quum ab ipsis lutum calcetur, calcari enim πατίδες dicunt: si per β, βπηλοπατίδες, à luto similiter, & à verbo ambulare, quod βαίνω dicunt, quum, qui iis vtantur, tuto in luto ambulent.

14 *Namque hoc calciamenti genus à pede minime coercetur, sed magis ipsum coerces.*

Et natura, & vsu, alius homo alio modo inambulat, alius enim pede prorsus recto, alius in anteriore parte inclinato, alius in posteriorem: atque insuper alius planta, iam alius calce magis ingreditur, alius aequè toti pedi insidit: quin & calcei videntur semper in ambulandi modo similes reddi, vbi neque alti sint, neque exquillitè pedem comprehendant: quorum calceorum si quem intuearis, conicere licet, quomodo ingreditur, qui illis vtitur, calceus enim rectus & in neutram partem inclinans, sed talis permanens, qualis intrusus est à futuro, hominem recto pede ingredi denunciat: sed, si vel intro, vel extra spectet, inambulantis pedem conuertit in eam partem demonstrat. Idem euenit, vbi calceus vel in anteriore, vel in posteriore parte vergit. Non secus etià clauis, vbi attriti magis sint vel ad calcem, vel ad plantam, vel ad anteriorem partem, vel ad posteriorem, indicio sunt ambulantis pedem in eas partes conuertit. Hunc igitur calceum Hippocrates coerceri ait à pede, hoc est superari: sicut à contrario, qui rectus seruatur, & in neutram partem declinat, coerceri pedem, cogitque rectum, ac sine inclinatione terrae insidere. caput autem huius structurae id est, vt calceus vniuersum pedem arctè contineat, & abundè altus sit: arctè autem complecti pedem non potest, nisi multis locis findatur. Quamobrem venatores huiusmodi calceis induuntur, cum per inaequalia loca, & saltare, & currere necesse habeant, in quibus obtorquentur conuellunturque iuxta talos, nisi calcei ex toto cuti haereant.

15 *Idonea item est ratio calciamenti Cretensis.*

In Asia

In Asia nostra, & non minus in Creta nunc calciamenta in vsu sunt, quæ ad medium vsque crus pertinent in quibus filia pellis est multis locis, & ab vtraque parte dextra scilicet & sinistra æqualiter extensa: extremis partibus foramina habet, per quæ traiectum lorum partes pellis incisas inter se contrahat. In aperto autem est huiusmodi calceis pedem cum vniuersa commissa, quæ ad talos est contineri, atque adstringi. his autem vtuntur apud nos venatores potissimum, quum feras sectantur: quandoquidem in asperis, atque inæqualibus locis non solum currere, sed saltare etiam coguntur. Eadem causa Cretenses ad talium calceorum vsum impulit ob vastos inflexæ montes, atque asperitatem.

DE OSSIBVS, QUAE EXCIDVNT SIMVL ET NVDANTVR

16 *Vbiunque cruris ossibus luxatis accedente vulnere articuli, qui ad pedem sunt, siue in interiorem, siue in exteriorem partem, penitus excedant, reponendi non sunt, sed sinendum est, vt cui placet medico, eos reponat: scire enim conuenit, vbi repositi seruentur hominem decedere, paucisq; diebus vitam trahere: nam pauci septimum diem excedunt, cum neruorum distentione absumantur.*

Ossa *κνήμης*, id est cruris, suram intelligit ac tibiam, quæ *κνήμη* græcè dicitur, & cognominis est cum eo toto, quod inter genu & pedem est. nudantur autem hæc & cute excedunt, ad vtranque cruris commissuram, cum pede scilicet & cum femore. Antè igitur tractat de commissa cruris cum pede, imperans, vt, vbi tibiæ os luxatum nudetur, à reponendo caueamus, propterea, quod neruorum distentio superueniat: quod vbi incidat, dictum est in opere de fracturis musculos alios conuelli, alios contineri, & continuatos seruari. Vbi ergo ad suram initium contrahantur, vniuersum membrum breuius redditur, sequitur enim, quum à musculis attrahitur. quare si quis extendens os extans reponat, muscoli & ipsa intentione non mediocriter lædentur, & longitudine membri simul distenti dolorem sentient intolerabilem. atque idcirco, quum muscoli grandes sint, neruorum distentionem sequi necesse erit: nam & vbi exigui essent, quemadmodum in digitis, neque sic res periculo vacaret. Multi tamen ex his ob summam in curatione diligentiam seruantur. Hactenus, quod curationi vtile erat. superest quæstio quædam ad locutionem spectans, quæ curationi non prodest, aut officit: vt si requirant aliqui, cur Hippocrates de cruris ossibus *ἔκαστην* id est luxari dixerit, quum id vitium esse eorum ossium affirmet, quæ in cauis se innuunt, non eorum, quæ processus accipiunt, hos enim vocat *ἀπὸ ἐξῆς* id est articulos, vt antè sapientius ostendimus. non debuit igitur (inquiunt) dicere *ἔκαστην* de crure, sed de talo. Is, qui hæc requirunt, respondendum est id, quod in prioribus sæpenumero diximus, Hippocratem eò tantum intendere, vt propositam rem exprimat, quod ipse Plato & præcipit, & primus exequitur. Alibi autem demonstrauimus veteres non aliò quàm huc spectasse: solus enim Prodicus studuisse videtur tenui huic nominum inquisitioni, quam qui Prodicum sequuntur, solent exquisitam diligentiam nuncupare. Hippocratem verò nihil obcurius rem expressisse, ex verbis eius aperte conspicitur, quum inquit/vbiunque cruris ossibus luxatis articuli, qui ad pedem sunt, penitus excedunt, nam, si omnino dempseris verbum luxatis, apertum est quod proponitur. sed Hippocrates hoc adiecit nihil respiciens ad tenuem huiusmodi nominum inquisitionem, cui qui student, plerumque non sunt eloquentes: nam, qui dicendi facultatem habent, ad vim enunciationis respicientes, verba singula non attendunt, sed græcorum more illis vtuntur, quorum copiam habent: quomodo videtur nunc Hippocrates loqui volens ossa cruris à commissa recedentia cute excedere. si quis enim id, quod extat, & extra commissuram valde prominet, luxatum dicat, clarius rem exponet, auditorq; H imagine rei docebit.

17 *Pedem insuper & crus gangrana prehenait: quæ sic futura esse certum scire conuenit.*

Gangranam quoque his superuenire ait, ob inflammationis scilicet magnitudinem, vbi excedentia ossa recondita fuerint. Inflammata ergo partes, cum rubor inflammationis recedit, livida euadunt, minus que dolor videtur, eo quod sensus torpeat: sed, vbi, quæ sic affectæ sunt, ex toto sentiendi facultate carent, græcè id vitium non amplius gangrana, sed sphacelus vocatur. Inter hunc autem & magnam inflammationem media gangrana est, quæ tanto grauior eiusmodi inflammatione est, quanto leuior sphacelo: sub hoc enim natura membri vniuersa corrumpitur: idem que, vbi iam hæret, curationem non admittit, sed solum à principio, cum non dum sphacelus est, sed magna gangrana sphacelo vicina. Verum abutimur interdum vicinorum affectuum nominibus ad eos significandos, qui ad hos accedunt, quanquam non dum ex toto ipsorum speciem & naturam habent, sic igitur & ingentem inflammationem, cum non amplius suum

Al. li. 4. f. 3. c. 1. c. 15. lo. 454. b.

A surum colorem tuetur, dolori que est, interdum nominare gangranam consueuimus, quæ quamuis gangrana non dum penitus sit, futura tamen est paulo post, si negligatur.

18 *Nec mihi etiam videtur idoneum esse veratrum eodem die datum & rursus opotum, sed vt quoduis tale ad idoneum proximè accedere, cui tamen confido. Quod si neq; ab initio reponantur, neq; tentet aliquis ea reponere, pterisque se explicare manifestum est.*

Tractauimus de vsu veratri ad eiusmodi vitia in commentarijs in librum de fracturis.

19 *Fulcire autem crus & pedem oportet eo modo, quo ipse velit.*

Fulcire crus & pedem *ἠπιόει* dixit, hoc est, stabiliter collocare: quod spectans imperat, vt membrum figuremus, quemadmodum maximè cubantem iuuat. nam, quod ait/ eo modo quo ipse eger velit/ huc euadit.

20 *Tantum ne dependant, ne ue moueantur.*

Eius quod nunc ait/ ne ue moueantur/ vim antè proposuit, cum fulcire præcepit, quod significauit verbo *ἠπιόει*. Neq; enim aliud est fulcire membrum, quàm ab omni parte stabiliter collocare, sic, vt nullo pacto moueri possit. Rectè autem adiecit/ ne dependant/ prælatum enim continentium à nobis membrum, quemadmodum cubantem iuuat, non ignorans contineri membrum posse etià dependens, edicit, vt eiusmodi habitum vitemus, cum ad affectum locum materiam concitet, quæ causa inflammationis est. Meministis quidem eius, quod narrauit in superiori opere de crure figurando, vbi extantum pedem collocari voluit, paulo sublimiorem, quàm vt exquilitè rectus seruari: nunc verò permittit agris videtur, vt ipsum rectum habeant. nam cum tribus modis figurari possit, dependens, rectus, ac tertio in superiorem partem spectans, permittit egrotanti, vt quo pacto velit, crus figuret, modò non dependeat: sed antea præceperat, vt sublimiorem duntaxat contineret. Perspicuum itaq; est Hippocratem in huiusmodi affectibus, eò potissimum incumbere, vt dolor vitetur, veritus ne sequatur neruorum distentio, quam in neruosis partibus dolor maximè infert. quamobrem, si quæ hoc modo vitata sunt, neq; refrigerentur, neq; dolore tententur, neruorum distentione prehendi minimè possunt.

Al. li. 3. f. 1. c. 5. lo. 215. c.

21 *Mederig; cerato, quod picem habeat, paucis pannis ex vino madentibus non valde frigidis, quandoquidem frigus in his neruorum distentionem concitat.*

De his quoque iam loquuti sumus. nam ceratum, quod picem habeat, vlcibus accommodatur: vinum, præsertim que (vt ipse docuit) nigrum & austerum affectas partes inflammari non patitur. Quod autem inquit sugiendum esse frigus cum neruorum distentionem efficiat, in carnosissimis partibus forte aliqua expositione indiget, in neruis euidentissimum est, quibus vtrunque inest: nam & facile refrigerantur, vt qui natura frigidi sint, atque exangues: & cum læduntur, in distentionem incidunt, cum neque in alia parte distentio incidere possit, nisi nerui afficiantur. commissuras verò inter alias partes maximè neruosas esse manifestum est, in quibus muscoli posita carne, quam alijs suis partibus habebant, in chordas degenerant. Quare magis inquirendum est, cur vtatur modicè frigidum, quum non mediocriter frigidum, sed calidum adhibendum videatur: cuius ratio sic habet. In curandis partibus exulceratis propositum est, vt ab inflammatione defendantur: defendentur autem, si nullus humor ad eas concurret, quam rem eas refrigerando consequemur. nam, si admoueantur, quæ calidum & humidum corpus efficiunt statim rubicundius, paulò post tumidius ipsum exhibebunt, & in alium affectum inflammationi similem compellent. contraria omnia præstant, quæ refrigerant, cum non modò nihil humoris à superioribus partibus ad refrigeratum locum concitent, sed quod in eo subsistit, exprimant, & ad proximas partes depellant. Est autem refrigerantium duplex genus, quædam aduentitia qualitate tactu frigida sentiuntur: quædam innatam refrigerandi facultatem habent. adstringentia quidem frigida sunt, sicut in opere de simplicium medicamentorum facultate demonstrauimus, vbi reliquum genus refrigerantium ab his ducitur: ad hoc spectat papaueris lachryma, mandragoræ succus, cicuta, & cætera, quæ madefaciunt simul & refrigerant. nanque austera omnia terrenam naturam habent cum facultate refrigerandi. De vsu autem horum medicamentorum non pauca scripsimus in eo volumine, quod est de ratione curandi, nec non in commentarijs in librum Hippocratis de vlcibus. Sed quod ad hunc locum pertinet, id nouisse abundè est, quod madefacientium & refrigerantium medicamentorum vis penetrat omnino ad altiores partes eorum corporum, quibus admouetur, citò que ipsas vltra debitum refrigerat, torporem que affert potentæ corpora administrant. Quæ verò cum refrigerandi vi terrenam naturam habent (vt ostensum est in libris, quos commemorauimus) ad confluentes succos depellendos maximè aptantur, atque hac de causa illis vtuntur. sed quia calor ad se humores concitat, ideo aduentitia qualitate frigida admouemus, neq; illa calefacimus. Nunc verò quod spectat ad exulceratarum partium affectum, Hippocrates frigidis vtetur, quemadmodum

Septima Classis. ○○○○○○

modum & in alijs vulneribus: sed quatenus nervorum distentionem timet, quam afferre frigus solet, veretur ex toto frigida imponere, atque idcirco adijcit, cum de his loquitur non valde frigidis.

22 *Recte etiam folia beta, vel tusillaginis, vel cuiuspiam alterius talis, in vino nigro austero semicocta, vlceri atque adiectis partibus imponuntur.*

Tussillago herba quaedam est proposito affectui salutaris, quum modice siccet, id quod in omnibus vlceribus requirit demonstrauimus. De vino autem nigro atque austero loquuti sumus in commentarijs in librum de fracturis, hoc repellendi facultatem habet, similiter vt alia vina, & cum crassiorum partium sit, quam ipsa, exulceratas partes non mordet: ea de causa praestantius est.

23 *Tepido item cerato vlcus inungitur.*

Admouet nunc ceratum, non vt vlceri medeatur, ostendimus enim in expositione libri de vlceribus, vitari ab Hippocrate huiusmodi medicamenta, quae vlcere glutinationem prohibent: sed quoniam nunc vlcere quatenus vlcus est, non succurrit, quum neque id glutinare propositum sit, sicut alia recentia vulnera. Primum autem curationis consilium eo spectat, ne homo nervorum distentione prehendantur, quocirca neque reponendum articulum censet, sed magis permittendum, vt crus ex vlcere turpiter claudicat. Non tamen simpliciter adhibet lenia medicamenta, quae vocat in libro de vlceribus *μαλακώδη*, quamuis possint inflammatas partes lenire, primo enim eo incumbit, vt inflammatio minime oriatur, atque idcirco repellentibus vitatur: neque his rursus per se, quemadmodum in alijs casibus, timet enim nervorum distentionem: sed compositam curationis rationem indicat, per medicamenta contrariae facultatis iusto modo inter se mixta, quod maxime tendere in sequentibus videtur, ad quae iam animum adiungito.

24 *Quod si hybernum tempus fuerit, lana quoque succida madens ex vino atque oleo tepido imponenda est. Et perfusionem in super utendum.*

Neque medicamenta tepida adhiberet, neque oleum prorsus adijceret, si loco subueniret, quasi simpliciter vlcerato, sed (quod supra retuli) veretur nervorum distentionem: atque ob eam rem oleum admiscet, & tepida cuncta superimponit, nec, vt qui tantum pugnet contra nervorum distentionem, vlcere curationem relinquit: sed neque ad vlcus spectat duntaxat, mixti enim morbi mixta quoque praesidia exigunt, quocirca praecipit, vt lana succida inducatur, quam *δυστηραν* dicunt, propterea quod gypsum habeat, quandoquidem (vt in libro de simplicium medicamentorum facultate ostendimus) huius medicinae proprietas simplex non est, sed mixta ex contrarijs qualitibus ac viribus, adstringendi scilicet & modice calefaciendi. Perfundi autem voluit hos affectus, non hyeme tantum, sed aestate etiam: hoc siquidem, quod in fine subdit, commune est totius propositae curationis, quoniam huiusmodi affectus non hyeme duntaxat assiduam perfusionem requirunt, quum aestate quoque magis eam postulent quam hyeme, quod tunc his lana imposita magis siccescat, imperat igitur, vt haec omnia assidue perfundantur: id vero quo perfundimus tale esse debet, quale in principio protinus curationis admoueri iussit, nempe vinum aestate per se, hyeme cum oleo. Caloris autem modum consicies ex temperamento aeris, in quo vitimus: vbi enim valde frigidum fuerit, humoris, qui perfunditur, calorem augebis: vbi calidum, remittes, ad calidi enim usum nunquam venit, quo circa caloris modum augens atque remittens, pro ambientis caeli temperamento variabis. In quibus omnibus meminisse debes eorum, quae in vniuersum dixit, nec omnia vbiq; velle percipere. At quae nam haec sunt: nimirum ea, quae in commentarijs in eas sententias Hippocratis, quae aphorismi inscribuntur, & in alijs compluribus, recensenda duximus: quorum, vbi vnum aliquid positum fuerit, omnium, quae eandem vim habent, meminisse oportet, existimareque sermonem in omnibus accipiendum esse, quasi omnium communis sit. Sic igitur & nunc Hippocrates hyberni temporis meminit: tu vero regionem, aetatem, usum, corporis naturam, reuocare in memoriam debes, nempe regionem frigidam, aetatem senilem, usum eorum, quae corpus refrigerant, corporis naturam frigidiorum. siquidem haec omnia idem hortantur, ac tempus, cuius Hippocrates meminit. Sed quemadmodum hyeme curationem calidiorum adhibet, sic aestate contra tu frigidiorum admouebis: & sicut in aestiuo tempore, ita in aetate, regione, consuetudine, & natura corporis calida, quod si omnia calefaciendum esse denuncient, calidioribus praesidijs vtis: si refrigerandum, frigidioribus: sin alia ad calefaciendum, alia ad refrigerandum hortentur, ipsorum numerum ac vim spectabis, sic enim maxime conuenientem calefaciendi & refrigerandi modum consicies.

25 *Neque vlla re quidpiam denuncies, neque aliquid impones. Scire enim licet huiusmodi vitijs, omnibus modis alienum esse pressum & onus.*

Subtrahit in hoc casu non modo eas fascias, quae prima inijciuntur, quas vbiq; ad comminuta & ad luxata

A luxata ossa adhibuit, sed & eas, quae super lanam voluuntur, cuius rei causam ipse reddit, cum inquit huiusmodi vitijs omnibus modis alienum esse pressum & onus, sufficit autem ipsis solummodo lanam imponere, quae cum mollis sit, & leuis, oneri esse non potest, hoc autem timet, non vt qui vlcere medeatur, sed vt qui nudatis attritisque chordis ac nervis caueat, ne distendantur.

26 *Ad haec autem pertinent non nulla ex ijs medicamentis, quae cruentis vlceribus inijciuntur, ea scilicet, quae idonea sunt, quibus imposita lana vino perfusa, longiorem moram trahat.*

Medicamenta, quae vlceribus statim inijciuntur, & in his libris, & in eo, qui de vlceribus est, *ἐναυμα* appellat, inter haec, quae longiori tempore resoluuntur, & interim, dum soluantur, perfundunt, admoueri potissimum debent: siquidem constituit, quemadmodum in tota reliqua curatione, eo spectandum esse, vt leniendi vim habeat, hac enim de causa neque vinculum imponit, neque frequenter soluit. Ex medicamentis autem, quae cruentis vlceribus protinus inijciuntur, ea longiori temporis intervallo soluere licet, quae validiorem siccandi facultatem habent, ea tamen cautione, ne ob vehementem vim contrahendo laedant. Duo autem medicamenta, quae nota vobis sunt, gratia exempli commemorabo, leguntur enim in omnibus libris de medicamentorum compositione, quae

27 *Bles sunt duo Andromachi, & vnus Herae, & aliorum permulti, componuntur medicamenta haec ex bitumine alterum Barbarum, Cyzicenum alterum nominatur. hoc cum magis siccescat, quam opus sit medicamentis, quae cruentis vlceribus inijciuntur, obest magis quam prosit, cum membra contrahat, & dolorem afferat: alterum vero medicamentum idoneum est, si moderata mixtura fuerit, ex ijs siquidem non nulla plus iusto exiccant, & dura sunt, verum de huiusmodi medicamentorum discrimine in opere de compositione ipsorum fusius tractauimus. Quae post haec ab Hippocrate scribuntur, magna ex parte plana sunt, si quae supra, & in commentarijs in librum hunc de articulis, & ante in eum, qui de fracturis est, prodidimus, in memoria habeantur.*

27 *Quaecumque autem ex ijs medicamentis, quae cruentis vlceribus protinus inijciuntur, paucorum dierum sunt, vel picem accipiunt, non aequè atque illa proficiunt, quandoquidem vlcerum purgatio porrigitur in longius tempus, diutius enim madent: horum tamen non nulla utiliter deligantur. Scire autem aperte conuenit necesse esse hominem turpiter claudicare, quum versus partem superiorem pes trahatur, & ossa luxata ab exteriori parte prominent. Ferè enim nullum ex ijs ossibus nudatur nisi paululum quid, neque recedit, sed cicatrix inducitur tenuis: atque infirma, eaque non nisi multum temporis conqueiscant: alioquin periculum est, ne remaneat vlcusculum, quod curationem non admittat. Sed, quod ad propositum malum attinet, si hac ratione curentur, seruantur: si articulus reponatur, maneatque, in exitum precipiantur.*

Quae nam ex ijs medicamentis, quae cruentis vlceribus protinus inijciuntur, paucorum dierum vocet, non magno negotio inuenies, si in memoria habeas, quae in explanatione proxime posita rationis tradidimus, patet enim eum sic appellare, quae ex paucorum dierum intervallo soluantur, ex intervallo autem paucorum dierum soluere conuenit, quaecumque ex propositis infirmiora sunt: partuntur enim in vlceribus multum colligi saniet, eo quod non satis exiccant. Haec à non nullis ex veteribus resina extrinsecus excipiebantur, quorsum nescio, multa enim dici possent: sed, quum Hippocrates ab omnibus his medicamentis abstinere, longius labi operepretium non est: in opere enim de medicamentis, quae de his scire conuenit, omnia exequuti sumus, nunc autem, quod attinet ad proposita, satis haec sint. Quae sequuntur omnia praeteribimus, quum manifesta sint ijs, qui eorum meminerint, quae ante explanauimus.

28 *Eadem ratio est, si brachij ossa ad manum adiecto vlcere, sive in interiorem partem, sive in exteriorem excedant: certum enim scire conuenit, hominem paucis diebus interiturum tali genere mortis, quale supra posuimus, si reposita ossa fuerint, continerenturque: sed, si nemo haec uel reposuerit, uel reponere tentarit, longè sapius liberatur. Cui malo mederi eadem ratione expedit, qua supra diximus: deprauationem vero deformem reddi, ac digitos manus infirmos atque inutiles fieri, necesse est.*

Quemadmodum in crure totum id, quod inter talum & genu est, duobus ossibus contentum *ὑνὸν* appellant: sic brachium, quod inter manum & cubitum est, *πῆχυον*, quod similiter non ex vno osse, sed ex binis constat, quorum alterum *ῥαδίς*, id est radius, alterum graece *ῥῆχυν* proprie nominatur, id est cubitus: quod similiter euenit *ῥῆχυν* *ῥῆχυν*, hoc est, in crure, commissura igitur, quae ad manum est, commissurae tali responderet: quae ad cubitum, illi, quae ad genu. Maiorum tamen partium mala, seu fracturae, seu prolapsae sint, semper grauiora sunt, quam rem si animaduertas, exigua expositione ad sequentia indigebis.

29 *Nam digiti, vbi ossa in interiorem partem luxantur, curuari non possunt: vbi in exteriorem, extendi.*

Cur luxari dicat in superioribus ostendimus, vbi cruris ossa adiecto vlcere dixit ad pedem luxari: nunc reddere causam volo, quam ob rem, cum brachium accedente vlcere in interiorem partem

Septima Classis. ○○○○○○ ij tem

Non longa a principio.

tem prorumpit, digiti curuari nequeant, in hoc casu sane accidit, ut brachij ossa ab interiori regione ossibus, quæ in prima palmæ parte sunt, superindant, ab exteriori subijciantur, quum prima palmæ pars tendatur à chordis, quæ ab exteriori parte ad ipsam perueniunt, sursum que ad humerum tendunt, quod, quum euenit, necesse est digitos versus exteriorem regionem trahi, quo sit, ut extendantur, idcirco neq; flexi ex toto possunt, cum exteriores musculi, & chordæ flexentibus renitentur, sæpius enim diximus perfecti actionem non posse, nisi oppositi musculi ipsi pareant, qui agere nituntur. Hinc etiam fit, ut digiti minimè extendantur, cum brachij ossa in exteriorem partem moventur, interiores enim musculi, & chordæ vehementer intenduntur, atq; idcirco cum cedere exterioribus nequeant, necesse est exteriorum actio intreat. Sed & ipsorum, ossium positus, cum brachium in interiorem partem clapsum primæ palmæ parti insidet, prohibere flexum potest: cum in exteriorem promouetur, parrektionem.

30 *Vbi unq; autem cruris os ad genu cute siue in interiorem, siue in exteriorem partem excedit, quibus reconditur, maturius intereunt, quam alij, quamuis illis quoq; vita periculum instet: sed, si curationem adhibeas reponere minimum tentans, hac via tantum spes salutis superest: hæc autem ossa eo magis periculosa sunt, quæ cetera, quo superiora sunt, & robustiora, et à robustioribus prolabantur. Quod si femoris os ad genu luxetur, ubi ponatur, maneatq; maiori vi, & citius adhuc homo absumitur, quam superioribus casibus: si non reponatur, res longè periculosior est, quam in superioribus: hæc una tamen salutis spes superest.*

Hoc etiam, & id quod proximè subdit, non parum comprobatur, quæ paulo supra indicauimus de ossibus, & ad talum, & ad manum cute excedentibus, neq; enim talus in commissura cruris, quæ ad pedem est, nudatur, neq; prima palmæ pars in commissura cubiti cum manu, sed in crure ossa cruris, & in brachio similiter ossa brachij, iure igitur excedere hæc, & luxari dixit, ut, quæ extra commissuram excedant. Nunc itaq; crur interdum excidere inquit ad tali commissuram, ac modò ab exteriori parte, modò ab interiori: quanq; subdit, nò crur, sed femur luxari, idq; non immeritò, nã in commissura genu modò crur modò femur excidit, ad pedem verò crur duntaxat, sicut ad manum brachium. Cætera, quæ in hac oratione sunt, ipsa patent, qui in memoria teneant, quæ superius dicta sunt.

31 *Eadem ratio est articularum, qui ad cubiti commissuram sunt, nempe cubiti & humeri. Quicumq; enim ex his cum luxantur, cute excedunt, si restituantur, omnes mortiferi sunt: sin minus, res nò omnino desperationem habet, sed ipsi, qui liberantur membrum remanet deprauatum: magis autem mortiferi sunt, si recondantur, articuli superiores, sed & ijdem, si non recondantur, alijs similiter sunt periculosiores. Si cui ergo superiores articuli luxati, cum ulcere cute excedant, ubi restituantur, celerimè in exitum precipitant: ubi non restituantur, ceteris periculosiores sunt: curatio autem, quæ mihi commodissima videtur, iam exposita est. At quibus digitorum pedis, vel manus, articuli luxati adiecto ulcere cute excesserunt, ossè quidè non fracto, sed ab ipsa commissura recedente, si repositi maneant, nervorum distentionis periculum impendet, nisi rectè attendantur: expedit tamen, ubi prædixeris summa cura & diligentia opus esse, eos reponere. Facillimè autem & maximè promptè, magnoq; cum artificio reponuntur, si adigatur paxillus, quem admodum supra diximus in ossibus fractis, luxatisq;: quo facto quiescere homo debet, cibareq; & modico cibo uti: satiusq; est leui aliquo medicamento, quod vomitum ciet, ipsum purgare.*

Merito hic articulos dixit multitudinis numero, quemadmodum in genu: ubi verò de commissura, quæ ad talum, & de ea, quæ ad manum loquitur, non posuit articulos multitudinis numero, propositam verò nunc partem non vno tantum articulo contineri in tertio commentario in librum de fracturis ostendimus, eandem inquit rationem esse huius commissuræ, & eius, quæ ad genu, de qua prius tractauit: nam quemadmodum ibi modò tibiam, modò femur, excidere dictum est, ita nunc modò cubitus, modò humerus, in idem malum compellitur. Quæ sequuntur, omnia plana sunt. H

32 *Auxilium autem aduersus ulcera in medicamento est, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur: in illis scilicet, quæ perfusioni accommodantur, aut in buphthalmi herba, aut in ijs, quæ fractis caluaria ossibus succurrunt: nihil autem induci debet valde frigidum. Ac primi quidem articuli minimè periculosi sunt: superiores magis periculose laeduntur. Eodem autem die restituendi sunt, vel certè posteriori, tertio aut quarto minimè, si quidem quarto die malum recrudescere maximè videmus: ubi ergo non protinus recondantur, his diebus super sedendū est, contineri enim solet, quod intra decem dies conditur. Quod si reposito articulo nervorum distentio supernascat, cito expelli debet, & subinde calido humore perfundi.*

Quæ nam ex medicamento, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, idonea sint, quæ perfundantur, antea declarauimus, præcipit autem, ut herbe buphthalmi (quam *πολύφθαλμον* appellat) non secus atq; ante tu sillaginis, quæ eandem vim habet, folia imponantur, huius quoq; herbe meminit Diocles in libro de oleribus. Totius autem curationis caput ait id esse debere, quod in libro de vulneribus capitis demonstrauit, in quo ostensum à nobis est curationem requiri sicciorem, quam quæ in vulneribus, circa articulos præsertim,

Conuenit

33A *Conuenit item vniuersum corpus magis curuatum esse, quam extentum: expectandum tamen est fore, ut repositi digitorum articuli abscedant, plerumq; enim ita accidit, si quæuis inflamatio superueniat. Quare, nisi vereretur medicus, ne vulgo imperitus haberetur, nihil reponere prorsus deberet. Ossa igitur, quæ ad commissuras sunt, si cute excedant, ubi recondantur (sicut ostensum est) periculosa sunt.*

Extentum esse non idem significat, atq; extendi, sicut neq; curuari, & curuatum esse, si quis, n. m. brum extentum dicat, vnum tantum exprimit eius habitum, rectum videlicet, qui neq; plus, neq; minus admittit: curuatum, omnes eius habitus, qui post extensionem sunt, notat vsq; ad vltimum flexum, qui quatenus maiores minoresq; sunt, inter se differunt. si quis extendi & curuari dicat, motum, qui accidit, ubi maturatur habitus membrorum, significabit: nempe, quum extendi ait, eum, qui euenit in mutatione, quæ fit à summo flexu ad summam extensionem: quum curuari eum, qui à summa extensione rursus ad summum flexum. Nunc ergo Hippocrates curuatum, inquit, corpus esse magis conuenit, quam extentum, verbo/extentum/rectum habitum notans, quem solum vitandum censet: sed, cum ait curuatum, habitus medios inter hunc & extremum flexum significat, inter quos ille eligendus est, qui maximè accommodatur, modò qui parum, modò qui longius ab extremo flexu abest, quo tempore uterque accipiendus sit, licebit, & ex superioribus conijcere.

DE OSSIBVS PRÆCIDENDIS

34 *Quæcumq; circa digitorum articulos ex toto abscinduntur, plerumq; detrimentum non afferunt, nisi, dum secantur, homo animi defectione laedatur.*

Nunc tractare incipit de ossibus præcidendis, aperte autem, sic omnia narrat, ut mea explanatione opus non sit, illud duntaxat me præfari abundè est, quòd ferè quæcumq; ab ipso traduntur, intelliges, si id species, quod ostensum est in articulis cute excedentibus (iuniores medici *ἐν ὑπορωμαρα* dicunt) dimetiendum, scilicet esse periculi magnitudinem pro magnitudine articularum, quod sicut in illis euenit, sic & nunc in ossibus, quæ præciduntur, euenire solet. adijciemus tamen eorum, quæ obscura videbuntur, expositionem.

35 *His aut ulceribus, quæuis curatio idonea est. Sed & quæcumq; ossa, non ad articulos, verò ad aliquam aliam regionem præciduntur, similiter sine noxa sunt, & alijs promptius adhuc curationem recipiunt: similiter quæcumq; ossa fracta in digitis cute excedunt, non ad articulos, hæc quoq; innocenter reponuntur. Ex toto aut ossa, ad articulos, in manu, in pede, & in crure nò nullis ad talum, atq; in brachio, non nullis ad primam palmæ partem, plerumq; citra noxam præciduntur, nisi protinus anima deficiat, vel quarto die continens febris superueniat. Caro tamen corrupta, & in vulneribus sanguinem fundentibus, & in ijs, quæ valentius adstringuntur, in ossium fracturis plus iusto compressis, in ijs itè, quæcumq; vinculis violenter comprehensa fuerint, compluribus decidit, quorū pleriq; liberantur. Liberantur & illi, quibus in femore pars aliqua carnis & ossis decidat, & quibus in humero: sed citius adhuc & facilius ad sanitatē perducuntur, quibus aliquid in brachio & crure decidat. Quibus verò fractis ossibus aliquid protinus alienatur, & nigrescit, huius cito abrumpitur: & quibus casurū est, cito cadit, quum ossa ita cesserint: at quibus ossè inuoluto nigrities accidit, his celeriter caro emoritur, os verò tardè abscedit, & quæ nigrities terminatur, & quæ nudatū os est.*

Curationem quamuis *φάλλω* dicit: quo vocabulo iam sæpius ostendimus Hippocratem nuncupare eam, quæ exquisitè contraria est.

36 *Ceterum partes, quæ citra sinem nigrities fuerint, ubi iam prorsus emoriantur, & dolorem non sentiunt, iuxta articulos excidendæ sunt ea animaduersione, ne quid violeatur: nã, ubi qui secatur, dolet, quum nò dum quæ secatur, emoritur corpus fuerit, maximum periculum est, ne sub dolore anima deficiat: eiusmodi autem anima defectio plurimos repente iam sustulit. At femoris os hoc modo nudatum vidi octogesimo die abscedere: crur tamen huic homini ad genu vigesimo excisum est: mihi verò propius etiã videbatur, cum non eodem tempore, sed antè prouidendū ex illis marè. Cruris verò ossa, quæcumq; nudata fuerunt, circa mediū omnino eam huiusmodi nigrities sexagesimo die deciderunt: curatio enim à curatione distat, quantum ad id pertinet, ut nudata ossa maturius vel ferius decidant: pressus itè à pressu distat, quatenus vnus altero validior est, aut imbecillior, ad efficiendum, ut nervi caro vena citius aut tardius emoriantur: nã, quæ emoriantur, quamuis non fuerint adstricta, non omnia ex altis ossium partibus decidunt, sed quadam ex summis. Quocirca tempus, intra quod singula hæc soluantur, certum de finire non licet.*

Quum dixerit necessarium esse, ubi nigrescat & corrumpatur caro, quæ sita est circa ossa, ut ossibus tempore idem eueniat: atque ea de causa imperauerit, ut præciderentur: nunc præcipit, ut excidantur, ea cautione, ne integræ partes violeantur, ne præ dolore anima admodum deficiente homo agerrimè reficiatur. Ad articulum autem, si fieri potest, præcidi membrum voluit ad celeritatem spectans: nam quæ, ubi mediū præcidatur, multum temporis absumitur, quum ossa secantur, sed iuxta articulum affecta membrum pars intacto ossè absconditur.

Septima Classis.

○○○○○○○

ijj

Accipienda

37 *Accipienda prorsus eiusmodi sanationes sunt, magis enim terrent, dum accipiuntur, quam dum adhibentur: atq; hæc omnia lenem medicinam requirunt, ipsa enim per se ipsa soluantur. Est autem victus expeditissimus ille, qui febrim aduersatur.*

Hippocrates consilium dirigit, non solum ad ægrotantes, sed etiam ad medicos, ut apud ægrotantes à culpa semper vacui sint, & laudem plerumque inueniant, quam obrem mala, quæ grauia videntur, monstrat, discernitq; ab ijs, quæ verè talia sunt, in ijs enim, quæ verè grauia sunt, non tamen talia se ostendunt, monet, ut medicus se subducatur: illis manum iniiciat, quæ grauia videntur, quemadmodum & hæc, quæ nunc proponuntur. Vbi enim pars aliqua ex toto emortua sit, non amplius grauius afficit, quæ vicina sunt. hanc si præcidas, cauens ne, dum manus curatio adhibetur, animæ defectio sequatur, malum aliud non afferes vllum.

38 *Ad hæc in isto habitu figurare corpus oportet. Iustus habitus est, ubi nihil suspensum est; nihil deorsum spectat, sed sursum magis, præcipue donec ex toto resolutum fuerit, periculum enim est, ne interim sanguis erumpat. Quam obrem vulnera inclinari in inferiorem partem non debent, sed superiora haberi.*

Ostendimus iam saxe iustum / apud Hippocratem vocari id, quod potentia æquale est: hoc autem illud est, quod vnicuique conuenit, quandoquidem & iustitiam huiusmodi quid esse manifestum est. Quod quidem ad musculos attinet, ille iustus habitus est, sub quo tam qui membrum flectunt, quam qui extendunt, in neutram partem trahuntur: quod verò ad collocandum membrum in inferiorem, vel superiorem partem spectat, iustus habitus videri poterit, qui medijs erit inter eum, qui sursum, & eum, qui deorsum spectat, hoc est qui ad rectam lineam prorsus extensus est. hic autem, vbi nullum periculum sit, ne sanguis erumpat, & facillimè ab ægrotante seratur, eligendus est. de quo etiam paulo supra tractauimus, vbi ossa cute excedentia persequuti sumus. At nunc in ossibus abscindendis, sicut dum manus adhibetur, vnum periculum est, ne præ dolore intolerabili anima deficiat, ita postquam adhibita est, vnum aliud circumstat, ne videlicet sanguis erumpat, id quod euenire solet, vbi putrescentes corporis partes resoluuntur. Constat autem habitum, sub quo membrum dependet, eruptioni sanguinis esse opportunissimum. Quantum ergo spectat ad sanguinis eruptionis periculum penitus tutoq; euitandum, præcisum membrum superius omnino habendum esset, sed quia status hic dolori est, idcirco moderatè in superiorem partem conuertitur. Manifestum item est, quum in iisdem verbis augere vellet, quod proponitur, adiecit vocabulum / præcipue / quod *πρῶτον* dixit, quasi ita scripserit, Vbi nihil suspensum est, nihil deorsum spectat, sed sursum magis, potissimum, vbi putria ex toto resoluta fuerint, periculum est, ne interim sanguis erumpat.

39 *Namque, ubi tempus procefferit, & ulcera iam pura sint, non amplius accommodatur huiusmodi status: sed ille, qui rectus est, & interdum ille, qui versus inferiorem partem inclinatur: tempore enim non nullis ossa abscedunt, & illa fasciæ necessariae sunt, quæ primæ iniunguntur.*

Non secus, atq; vbi sanguinis eruptionem cauebat, rectum membri statum, quamuis medijs & iustus esset, catenus in eum, qui sursum spectaret, conuertebat, quatenus membrum sine dolore excitabatur, nunc quoq; præcipit, ut membrum moderatè in inferiorem partem inclinetur, ut sanies effluat, quandoquidem, vbi nullum periculum est, ne vel sanguis erumpat, vel propter consortium aliqua pars afficiatur, vel inflammatio superueniat, atq; ulcera iam pura tantum modo ad cicatricem perducenda sunt, danda in primis opera est, ut nec pus, nec sanies aliqua tenuis tunc sublidat, sed omnia exitum habeant. At si qua ibi pars sinuetur, hoc enim accidit sub sanie, quæ illas partes erodit, dum nos cauentes ne sanguis erumperet, membrum sublime habuimus, ad fascias veniendum erit, quæ primæ iniunguntur, quibus sinus coerceatur. Vinciendi autem ratio in eo casu contra Heria est illis omnibus, quæ supra dictæ sunt, in quibus fasciæ ab inferiori parte orfæ in superiori terminantur: sed in propositis affectibus, vbi ad consilium tendit, ut pus excernatur, à superiori parte incipiunt, & deorsum versus intendentes paulo supra os ipsius sinus finiuntur, ut quicquid in imo sinu relidet, sub hac vincendi ratione exprimat, & ore aperto protinus euadat.

40 *In his autem procedente tempore expectanda sunt deiectiones cruenta, cum pleriq; & ex nigritie, & ex sanguine ab ulceribus suso, cruenta deiectiones superueniant. Fiunt autem plerumq; vbi nigrities, & sanguinis eruptiones solute sunt.*

Cruentam deiectionem Hippocrates *δυσεντερίαν* vocauit: quo nomine vsus videtur, non ut excoriationem intestinorum, quemadmodum pleriq; medici, sed ut cruentas intestinorum deiectiones significaret, sic, ut vbi propter iocinoris imbecillitatem cruentum descendat, id quoque vitium *δυσεντερίαν* appelletur, quod à medicis vsurpari ac dici nouimus, sæpiusq; homines ita affectos medentium inscitia perisse nos non latet: interdum enim, quum propter deiectiones acres, principio quidem pinguedo, processu temporis quædam strigmenta, quæ ab intestinis deraduntur, vna excernantur,

A excernantur, pferiq; medici neglectio iocinore, vlceri duntaxat intestinorum medentur, atq; idcirco ægrotantes præcipitant. Est ergo morbus & iocinoris imbecillitas, & vlceris intestinorum: cruenta vero aluus communiter superuenit non propriè causis propositis, quum intestinorum vena præ sanguinis copia ad apertis, cruentum deiciatur, sic, ut similis affectus sit, atq; vbi ora venarum non in ano, sed in intestinorum anfractibus, aut ad initium recti intestini longè ab ano aperiantur. Per multos autem videmus experiri hoc malum, quibus membrum excisum fuerit: qui uere repente vehementes exercitationes omiserint, quibus autè assueuerant, quum non nulli certarent, alij foderent, vel quid huiusmodi laboriosum vitæ genus sequerentur. nam, nisi, quemadmodum exercitationi, ita aliquid demperint, cibi aut potitionis abundantia, qua utebantur, dum exercerentur, non nullos celeriter inuadunt ea mala, quæ à multitudine fiunt: alij, qui minus aduersa fortuna vtuntur, alius cruenta deiecit, quam rem Hippocrates proposuit, *δυσεντερίαν* vocabulum vsurpans, quo (vt retulit) euentam deiectionem significat. Quosdam ego iam vidi, quos sanguinis per nares eruptio liberavit: alios, quos tentauit cholera: his autem omnibus æquali serè temporis circuitu sanguis effunditur, languentes enim repente exhausti, refrigeratiq;, in posterum victus ratione curiosa non vtuntur, sed rursus inordinatè viuunt, rursus multitudinem colligunt priori æqualem & æquali tempore. Horum ergo affectuum communem causam in multitudinem referimus, quæ ad apertis venis, vel in naribus, vel in ano, aut intestinis eicitur, colligitur autem multitudo in illis, qui liberaliter, vt soliti erant, cibum sumunt, sed sanguinem, quem ex assumpto alimento contraxerunt, minime absumunt. Ad communem horum affectuum rationem spectat, quod ab Hippocrate proponitur: quibus enim aliquod membrum abscisum fuerit, alimentum, quod antè transferrè ad ipsum solebat, in venis coit, & sanguinis multitudinem producit. Hos itaq; omnes monere oportet, ut minus cibi capiant, quam ante, isq; inferior sit: subinde aluum ducant, & quantum possunt, exerceantur: multam frictiorem adhibeant: à cibo non lauentur, sed antè sæpius: rectè autem consulent, si digerente aqua vtantur, vbi eius copia fuerit. Hæc præter propositam rem adieci, quum tamen ab re non sint. Cur autem non nullis, quibus copiose sanguis effunditur, aliquo interpolito tempore cruenta deiectio superueniat, adijcere sermone oportet. Fit ergo in his, vt ob vehementem sanguinis profusionem corpus refrigeretur, atq; idcirco minus quam antè per cutem exhauriatur, quod verò non exinanitur in corpore subsistens sanguinis multitudinem auget: quæ (vt supra ostensum est) efficit, vt, vel cholera superueniat, vel sanguis per nares erumpat, vel *αἱματώδης δυσεντερία* sequatur (ita enim appello clarioris doctrinæ gratia) hoc est, cruentum deiciatur. Proliciscitur autem huiusmodi deiectio ex multitudine sanguinis, quem natura tentat magis ob virtutis robur, quam ob infirmitatem, expellere: quæ res contrario modo se habet, quam in iocinoris affectibus, in quibus sanguis per intestina ob visceris imbecillitatem descendit. Quod si per ora venarum, quæ ad anum, intestina, aut nares pertinent, natura, quod superat exinaniret, bene ageretur cum eo, cui hac viâ multitudo detraheretur: vbi multitudo non recipitur his locis, sed ad thoracem vel pulmonem confluit, malum iam graue est: alterutrum enim, vel pulmonis inflammationem; & lateris dolorem, vel sanguinis spursum, superuenire necesse est.

41 *Magno autem impetu concitantur, sed nec diuturna sunt, nec mortifera: nam neq; homo valde propter cibi fastidium abstinet, neque alioquin exhauriendus est.*

Adiungit hæc Hippocrates, non vt historiam conscribat eorum, quæ sic affectis eueniunt, quemadmodum Thucydides, vbi pestilentiam illam recenset, sed vt cruentas has deiectiones distinguat à torminibus, quæ alijs de causis accidunt. Quare hæc, quamuis ad propositum opus propriè non pertineant, exponere tamen alienum non fuerit, quum medici complures morbos, sub quibus sanguis deicitur, discernere non possint: non nulli enim existimant vbiq; cruentam deiectionem ex intestinorum vlcere provenire, quos magnopere animus fallit. Sanguis itaque, quum ab ore venarum, quæ in ano sunt, funditur, neque laborantes ipsos latet: sed vbi cruenta deiectio à superiori parte ad anum feratur, quædam protinus à principio descendit, quædam præcedente aliquo tali. Quod si repente cruor multus deiciatur, scire conuenit, ad apertum esse os venæ natura id, quod pondere molestum est, depellente, cuius generis est, quam nunc Hippocrates proponit, cruenta deiectio, quæ magno impetu concitatur, & cito quiescit, præterquam quod homo ob cibi fastidium non admodum abstinet, sicut quando ob iocinoris imbecillitatem aluus cruenta est. quanquam raro initio, quum secur afficitur, huiusmodi aluus se ostendit: plerumque enim à principio tenuis sanies cruenta deicitur aquæ similis, in qua lota caro sit: interdum tamen incipit iocinoris affectus cum subita sanguinis deiectione, vbi videlicet visceris imbecillitati sanguinis multitudo accesserit: post principium verò vitruis modo res accesserit, & æger maximè cibum fastidit, & sanguis modo purus & non multus, modo flauæ bilis immixtus simul, cum derasa intestinorum pinguedine deicitur, postea quasi fæx sanguinis descendit, vbi secur iam pessimè habet. Sub huiusmodi ergo deiectionibus, præsertim vbi aliquid bilis admixtum fuerit, quædam ipsius Septima Classis. ○○○○○○ iijj intestini

intestini partes excernuntur, quæ, quum deradantur, *ξυοματα* vocant. nam, quæ per intestina de-
scendunt, eo quod acria sint, sum am ipsorum partem eradunt. in quo casu quanta maxime po-
test, abstinentia imperanda est: sed ijs, qui superantem sanguinem deiciunt, conuenienti modo ci-
bus dari debet, quum iecur valeat, & possit ipsum conficere.

QVA RATIONE FEMUR IN COXA

CAVVM REPONATUR

42 *Vbi femur à coxa elabatur, si in interiorem partem venerit, hac via restituendum est.*


Reprehendunt Hippocratem, quod ponere tentet femur à coxa prolapsum, quum iterum proli-
nus elabatur, primo quidem Ctesias Gnidius eius cognatus, nam ipse quoque ex familia fuit Asele-
piadarum: post Ctesiam verò alij non nulli. Sed, quum in hac omnia duplici via iudicentur, altera,
cum ipsi oculis comprehenditur, quod requiritur: altera, cum non expectato longo vsu aliquid de-
monstramus, iudicio ex ipsius natura sumpto: nos quoque vtraque via iudicabimus. Natura igitur
rei sic habet. In hac ipsa commissura ligamentum rotundum validissimum inclusum est, quo sum-
mum femoris caput altissimis atque intimis caui partibus innectitur, ita, vt quis, licet ligamentum
ipsum non viderit, possit ex hac narratione intelligere id breue esse. nam, cum femur semper cõuer-
tatur, quod Poeta retulit, cum ait, in coxa conuertitur: nec vnquam caui oris excedat: necesse est liga-
mentum breuissimum esse. Hoc ipsum igitur, dum naturaliter habet, excidere femur non patitur.
Potest autem non abrumpi solum, sed & ob humoris copiam in cauo collectam præter naturam
ad eò extendi, vt sinat femur sua sede moueri: quod vbi accidat, quamuis statim positum fuerit, non
poterit suo loco manere: nam, quum cauum de uexum sit, onus verò totius cruris, quod appenditur
grauè, leui momento rursus suo loco excedet, si quis in ingressu tentet paulo celerius moueri, vel ali-
quid transgredi, quod ob pedes sit, ita, vt si quis æquali solo paulum moueatur, hoc modo fortasse
tueri naturalem positum assidue poterit. sed videtur id fieri minime posse, nam si non ad alium
vsu, certè quum lauatur, cogetur homo pedem magis attollere, vt ingredi in labrum possit. Hoc
igitur pacto rei natura monemur, vbi ligamentum abrumpatur, femur repositum in sua sede conti-
neri non posse. Sed & illud verè adijceretur, quod commissura genu ab exteriori parte nervosis
quibusdam ligamentis continetur: femur verò hoc vno, neque vllum aliud habet tale, quo commis-
sura ab exteriori parte illigetur, sed nec musculos etiam, qui non parum quoque conferunt ad con-
tinendos articulos, ne procidant, præsertim vbi boni habitus fuerint ac validi. Quamobrem athle-
tis, quamuis in palæstra vehementiores ictus patiantur, cadant, distendantur, contorqueanturque ad
articulos, nihilo minus membra non luxantur, eo quod validis & grandioribus musculis vndique
circundentur. Scripsit etiam Hippocrates in inter initia huius libri, bobus potissimum coxæ articu-
lum luxari, vbi scens sunt, & graciles. Femur igitur abrupto ligamento, quo continebatur, etiam, si
in suam sedem collocetur, manere non potest, ijs præsertim, qui graciliores fuerint. Spectemus de-
inceps, si ligamentum humoris copia relaxatum excidere femur sinat, idque reponatur, quid futu-
rum esse credibile sit. mihi quidem, & in hoc casu res manifestissima videtur. namque, vbi idem hu-
mor maneat, similiter crumpet, sed, si inarescat, ad naturalem firmitatem reducetur, femur verò ob
humorem excidere, & ipse Hippocrates docet, qui in sententijs illis, quæ Aphorismi inscribun-
tur, sic inquit. || Quoscumque coxæ dolor exercet, his si coxæ articulus excidat, & rursus reconda-
tur, mucis superueniunt. mucis autem in commissura collectis, hoc est, glutinoso humore, mada-
fit ligamentum ac relaxatur. Nihil autem interest, seu ligamentum, seu neruus illigans vocetur: H
quæcumque enim ligamenta neruorum exemplo rotunda sunt, ab ijs, qui in incidendis corporibus
versantur, vocari solent nerui illigantes. Sed & nos quoque femur hac de causa luxatum bis iam
restituimus, neque amplius postea procidit. diu autem oportet siccantibus medicamentis com-
missuram circundare, dum neruus illigans abunde siccetur, ne amplius ita extendatur, vt fe-
mur oris caui possit excidere, sed intus in naturali situ ipsum contineat. Manere autem inter-
dum femur, vbi repositum fuerit, idoneus testis est Heraclides Tarentinus, homo, qui nec, vt
seciam comprobet, mentitur, sicut soliti sunt rationalium plerique, nec medicinae vsus est expers,
sed optime, vt quiuis alius in medendo exercitatus. Audiamus ergo, quæ ab ipso traduntur in quar-
to libro de ratione curandi ea, quæ sunt extrinsecus, sic autem ad verbum habent: Errant, qui cen-
sent femur repositum non manere, quod abruptus sit neruus, qui ad coxam ipsum alligabat, cum
in vnuersum rem negent, neque enim Hippocrates, Diocles, Philotimus; Euenor, Nileus, Mol-
pis, Nymphodorus, & alij non nulli de restituendi ratione tractassent, Sed & nos quoque id con-
sequuti sumus, vt duos pueros sanaremus, quibus sæpius, & magis quàm in ijs, qui ætate iam robusta
sunt, excidere articulus solet. Rem igitur ratione iudicare non oportet: sed, quum interdum
maneat,

Se. i. l. 27. 256. f

6. Aph. 59. Ex. ord. 53. f

43 *A maneat, existimare non semper neruum abrumpi, sed relaxari, & iterum contrahi: quoniam expedit hoc requirere, quam non omnino commune est.* Adiecit hoc Tarentinus in fine orationis, vt quæ profitebatur Empiricorum sectam tueretur, quorum ea sententia est, vt in ijs, quæ ita manifestè appa-
rent, vt inde proferre vtilitatē ad artem iam possimus, inutile sit causam querere. Sed & post He-
raclidē multi alij ex iunioribus restitutum à se femur perpetuò seruatum esse in sua sede testantur.

43 *Hec quidem restituendi ratio bona, iusta, & secundum naturam est, per quam subito ferè ad finem peruenitur, si quis ostentationi studeat. Homo per pedes ab eo ligno grandiori, quod transuersum ab vno pariete domus ad alterum peruenit, vinculo suspendatur, firmo, molli, latoq. : pedes autem habeat quatuor digitos, aut minus etiam inter se distantes: vinciatu item super genia loro lato ac molli, quod ad propositum lignum adducatur.*



44

Qui cum ostentatione aliquid efficiunt, ab
atticis *κομψεύειν*, dicuntur, quemadmodum
nunc ab Hippocrate, qui ostentationē expri-
mere volens vsus est verbo *κομψεύειν*, nam
& antea, vbi hominem super scalā resupina-
uit, ad id præsidium eos venire dixit, qui vulgo
videri volunt magnū aliquid moliri, id tamen
scripsit, quia viderat multos sui seculi medi-
cos, qui eo minus rectè vterentur. ita etiā nunc
ostendere voluit, qua via crure per scalā opti-
mè extento femur reponatur, qua vt fortasse
non erit ab re, vbi non sit scamnū, de quo post-
ea tractabit. Præcipit igitur, vt scala, super qua
homo loris alligatus fuerit, suspendatur à li-
gno grandiori, quod transuersum ab vno pa-
riete domus ad alterum pertinet, *μεσθδ μιν* vo-
cat. id videre licet in magnis dinerforijs: vbi iu-
menta habentur, & ruri similiter in edibus ru-
sticorum. Vult ergo pedes ad tignum sursum
spectare, caput verò deorsum versus non mul-
tum recedere à terra, ita, vt ille, qui articulum
reponit, stans ad reponendum, suis vt mani-
bus possit, quomodo in sequentibus docebit.

Se. 3. l. 27. 271. a

Sed affectum cruris duobus digitis magis quàm alterum extendatur, caput verò recedat duos cubitos à terra, vel paulo plus, aut minus: brachia deligata sint ad latera molli aliqua re: quæ omnia paranda sunt homine resupinato, vt quam minimo tempore suspensus maneat.

Partibus, quas commemorauit, quomodo iuuicienda vincula sint, aperte exposuit. Illa igitur,
quibus affectum cruris appenditur, robustiora esse voluit & mollia, idque non iniuria, cum tota men-
tio ad ipsius curationem adhibeatur, ea ratione, qua communiter requiritur in luxatis omnibus re-
ponendis. Igitur femoris caput, quum cauo excidens in interiorem partem eruperit, à musculis, qui
ibi sunt, attractum primò in inferiorem partem atrahendum est, vna scilicet cum femore: deinde
in exteriorem impellendum: cum que è regione sui caui collocatum fuerit, tunc vel solis musculis
committendum est, vel simul etiam adurgendum. Sæpius autem diximus, musculos naturale vim
habere, qua ad sua principia contrahuntur. Attrahunt igitur simul & femur, quod attractum suo
capite in cauum coxæ consicietur.

45 *Homine iam suspensio peritus aliquis, & non imbecillus trahere manum debet inter femora eius, quæ curatur, collocareq. brachium inter caput femoris luxati, & eam regionem, quæ inter anum & natura-
le media est: tum trahere manum altera prehendere, & rectus assistens repente corpori suspensio ap-
pendi, ita, vt sublimis maxime aequaliter suspendatur. In hac reponendi ratione omnia secundum na-
turam sunt: nam corpus ipsum suspensum suo pondere deorsum versus extenditur: is, qui appenditur in
inferiorem partem extendit, & femoris caput excitari cogit è regione sui caui, simulq. ossè brachij ip-
sum urget, truditq. sic, vt in pristinam sedem reuertatur. Necesse autem est aptissime vincula inyce-
re, ea animaduersione, vt is, qui appenditur, validissimus sit.*

Solet Hippocrates eam regionem, quæ est inter inguen vtriusque cruris nuncupare *πληγέδων*
cuius

cuius medium *ἐν μέσῳ* vocat, quæ ab initio naturalis ad anum pertinet, quæ cernix vesicæ sita est. **E** Inter hanc itaque regionem, quam *πληγάδα* nominat, in mediò eius in longitudinem, & caput femoris, iacet, ut, qui trahit femoris caput, manum demittat, cum qua alteram coniungat, sicut ipse aperit declaravit, atque ita suspendatur, quo fiet, ut femoris caput, non solum trahatur, sed in exteriori commissuræ partem impellatur, ut è regione caui, quod in coxa est, collocetur.

46 *At (quemadmodum supra narrauimus) homines plurimum natura inter se differunt, quantum ad articulos attinet facile vel vix restituendos. Quamobrem plurimum differant, diximus, quæ de humeri capite: nam femur quibusdam absque ulla preparatione reuertitur, siquidem leui adhibita intentione, & ex quo motu, manibus in suam sedem compellitur.*

Ἀντικλίσμων masculino genere dixit, nunc fœminino *κλίσμων*, quod vocabulum *διακλίσμων*, id est exiguum motum significat: quoniam verbum *διακλίσμων* mutatur ad id significandum, quod leuiter dimouetur, cuius meminit, cum tradidit qua ratione luxata maxilla reponeretur.

47 *Compluribus etiam, quum crus ad commissuram hanc flecterent, circumactum iam articulus reuersus est: sed plerumque non parit cuius preparationi: quamobrem, quæ ad singula efficacissima sunt, in vna- F quaque arte scire conuenit, & ea ubique adhibere, quæ accommodata videbuntur. Suprà extendendi modos diximus, ut quilibet eo utatur, cuius copia sit: oportet enim præstanter ab vna parte crus extendere, ab altera corpus: nam, si bene extendamus, femoris caput è regione sui caui excitabitur, quod, ubi sic excitatum fuerit, non facile prohiberi poterit, quo minus in suam sedem reuertatur, ita, ut iam quoque modo impellere ac dirigere abunde sit. Sed minus extendunt, quam par sit, idcirco maiori negotio reponunt.*

Vbi crus ad inguen curuatur, femur vniuersum suspenditur: in qua actione prolapsum femoris caput dimouetur, circumactumque restitui non nunquam solet. Quid sit circumagere, quod accidit, ubi prolapsus articulus, vel qui in latum scapularum os inferitur, vel qui in coxam restituitur, ipse in superioribus declaravit, ubi docuit non posse articulum in his commissuris suo loco paululum excedere, ut ad cubitum, ad manum, ad genu, ad talos, nam, cum & femoris caput rotundum sit, & oræ caui in quo recipitur in orbem, nullo pacto fieri potest, ut caput partim in cauo sit, partim extrâ, vel oræ caui hæreat, quoniam ubi primum voluetur, vel intrò reuertetur, vel excidet. Igitur quia paruo momento in vitramis partem caput compellitur, hoc quod sit circumagendo fieri asserit. **G**

48 *Non solum autem pedibus iniicienda vincula sunt, sed etiam supra genu, ne hoc magis quam coxa articulus vinculo intendatur: sic itaque extendere à pedibus conuenit. Verum, ubi altera parte vis adhibetur, non solum circa pectus & alam iniecto laqueo in contrariam partem attrahere debemus, sed lorum longum, duplex, validum, molle, inter anum & naturale demittere, à posteriori parte ad spinam, à priori iuxta ingulum adducere, & religare, atque ita in diuersa contendere, alijs ab vna parte, alijs ab altera ducentibus. Animaduertendum autem, ne lorum, quod inter anum & naturale demittitur, super femoris caput extendatur, sed inter femoris caput, & eam regionem, quæ inter anum & naturale media est. Dum intentio adhibetur, femoris caput in exteriorem partem propellendum, pugno ipsi inhaerente: ubi, qui extendit, suspenditur, vna manu traiecit, & alteri iuncta, simul & extendere debet, & in exteriorem partem urgere: sed alius ad genu femur in interiori partem leuiter dirigat.*

Vbi homo per pedes appendatur, capite deorsum spectante, omnes articuli extenduntur. At propositum est eum solum extendere, qui ad inguen est. Iure igitur super genu vinculum iniicit, quod femur sursum extendat, nam, si permittamus attrahi crus solum à vinculis, quæ infra genu sunt, fiet ut genu, non minus, imò magis quam coxæ articulus extendatur, quum propius sit vin. Hiculis sub se extendentibus.

49 *Suprà etiam diximus expeditissimū esse iis, qui in frequenti ciuitate morantur, lignū habere quadratum, sex cubitorum, aut paulo longius, latum cubitos duos: cuius crassitudo, si doctantē impleat, abudè est.*

In opere de fracturis huius machinamenti meminit, ita, ut huic quoque testimonio innitatur, qui atunt compositum fuisse principio ab Hippocrate librum vnum, inscriptumque / de officina medici / deinde in duos diuisum ob magnitudinem, eius que priorem partem inscriptam / de fracturis / alteram verò / de articulis / Quale autem strui velit machinamentum hoc, manifestum est ijs, qui id viderint, quod scamnum Hippocratis nuncupatur, sic enim ex multo iam tempore à medicis appellari consuevit. Plerique autem formulas paruas habent, ad eius exemplum fabricatas. Sæpiissime verò adhibetur, articulis que restituendis per se abundè est: si quis autem velit alijs quoque vti, est *πολύκωνος*, ita appellatum, quod multis orbicularum circuitibus, facilitatem præstet, quod iterum facientibus maximè idoneum est. refertur autem ad Archimedem auctorem. In vrbibus verò non alienum est Fabri vel Andreæ organum, ubi erectio opus

Sec. 2. t. 49. 7.
238. b

Aopus est: ubi plano, scamnum hoc Hippocratis præcipue aptatur, quod à non nullis ex recentioribus medicis variè iam struitur, sicut machinatio spathæ, quæ in summo capitulum habet rotundum ac leniter cauum. Deinceps igitur ad organi structuram, quæ ab ipso traditur, animum aduertite, ea, quæ Hippocrates scribit, ijs, quæ in scæno in specillis accommodantes: hæc enim, sicut antea quoque dictum est, sola monstracione aperiuntur. Equidè ijs, qui apud melibrū legunt, rem facile demōstrō, organo iuxta collocato, sæpe ipso magno, sæpe paruo aliquo, ad magni exemplum fabricato, cuiusmodi ad hunc tantum vsum paramus, ut ostendere legentibus possimus, quum per tales formulas nequeant articuli in suâ sedem virgeri, nunc autè monstrari hæc minimè pollunt: sed exponere licet, si quid ex verbis Hippocratis obscurum sit: quod & in superioribus feci, & nunc etiam faciam.

50 *Excavetur præterea hinc atque hinc in longitudinem, ne machinamentum in isto sublimius sit.*

Hinc atque hinc / dixit *ἐν δεξιῇ καὶ ἐν ἀριστερῇ*, quod accipit pro à dextra parte, & sinistra, id vel eo patet, quod ad hinc / in longitudinem / quod idem significat, atque longum, nam, si excavari voluisset supra à capite, vel infra à pedibus, transuersum potius dixisset, non in longitudinem. Mens autem totius orationis huiusmodi est, quam non ab re est perspicuitatis causa non longe à verbis recedentem exponere. Excavetur præterea hinc atque hinc in longitudinem ligni: idque cauum eam altitudinem habeat, quæ ad impellendum accommodatur, ne machinatio iusto sublimior sit. Verbum / iusto / ipse scribit *τὸ κατὰ*, græci enim ita dicunt, & interdum etiam *τὸ προσήκουστος*, quod / debito / significat. Ergo altitudo caui tanta esse debet, ut vectis, qui ad impellendum aptatur, illis inhaerere, atque obijci possit.

51 *Postes item ab vtraque parte adijciantur, breues, robusti, qui axes contineant.*

Nominat axes *ὀνίκες*: postes verò, quæ sunt ligna, quibus axis sustinetur, *φλάγες*, hæc magno ligno adijci voluit, ab vtraque parte, à superiori scilicet & inferiori. Religantur autem ad axes extremitates laqueorum, qui quo tempore conuenit in diuersa diducere, laborant inijciuntur.


52 *Satis autem est, in dimidio ligno, nihil etiam prohibet in toto, paruas quasi fossas quinque aut sex excavare, quæ palmum inter se distent, & trium digitorum latitudinem atque altitudinem sequent.*

Fossas dixit *καπέτους*, quod verbum non pauci ex veteribus græcis in eandem significationem acceperunt, id mutatur nunc Hippocrates translatione vsus, ad ea causa significanda, quæ in scamno ea de causa sunt, ut illis obijci vectes possint: quæ caua præcipit, ut in altera ligni parte magis, hoc est in inferiori, exculpant: nihil t̄t (inquit) prohibet, quin in superiori quoque parte sint, quoniam non necesse est, hoc siquidem machinamentum, quod nunc exponimus, non solum ad coxæ articulum pertinet, sed & ad vertebra quocunque modo luxatas, & ad humeri caput reponendū, Cōplura autem sint caua hæc oportet, quandoquidè, qui curant, ætate, magnitudine, & vniuerso corporis habitū, inter se differunt, & magna esse debeant, & quantum inter se distare, ipse euidenter exposuit.

53 *Medium in super lignum altè in quadratam figuram trium digitorum excavetur, in quod caui, ubi opus esse videatur, designatur lignum, quod cauo conueniat, & superius teres sit. Figatur autem, quum ad rem pertinere videbitur, medium inter femoris caput & eam regionem, quæ inter anum & naturale media est: quod lignum extans corpus sequi non permittit, quum a pedibus trahitur: interdum enim hoc sufficit, absque intentione, quæ, ut membrum in diuersa diducatur, à superiori quoque parte adhibetur.*

- A Lignum sex cubitos longum, latum duos, crassitudinis nouem digitorum.
- B Quatuor ligna, pedem longa, extremis partibus rotunda.
- C Axes habentes in medio clauos, & in extantibus capitibus manubriola ductaria.
- D Fossæ, quarum altitudo tres digitos æquat.
- E Priapiscus superius teres, demissus in medium lignum altè in quadratam figuram excavatum.
- F Duo postes.
- G Transuersum lignum in speciem gradus.

Scamnum Hippocratis.



Interdum autè, ubi crus ab vtraque parte extè datur, lignū hoc versus hanc uel illam partē laxum demittitur, ut femoris caput in exteriorē partē impellat: hac enim de causa & caua exculpta sūt, ut cuneus, uel uectis ligneus, in quod expeditius sit demissus, aut iuxta articulorū capita, aut ipsis prorsus inhaerens, eodē momento impellat, quo intentio adhibetur, seu in exteriorē partem, seu in interiorē impellere opus sit.

Excidi

Excidi voluit in scamno quoddam cauum, quo recipi id lignum possit, quod erectum collocandum est, inter prolapsi femoris caput, & eam regionem, quæ est inter anum & naturale. Cur autem lignum hoc, dum extendimus, adhibendum sit, sicut cætera omnia, quæ deinceps subdit, ipse aperte indicauit: ob eos tamen, qui hebetioris sunt ingenij, verba hæc aperire aliquantulum non grauabor. Hoc igitur lignum, quod erectum collocatur inter caput femoris prolapsi, & eam regionem, quæ media est inter anum, & naturale, renixus causa obijciatur, quum ab inferiori parte erus extenditur, sapius enim ostendimus, ubi membrum extenditur, nisi à contraria parte tendatur, sequente a gro intentionem resolui. Tenditur autem & per laqueos superioribus partibus infectos, sed firmitatis causa lignum hoc adhibet, quo non nunquam minus firmiter hærente ad impellendum vitur.

54 *Ac seu teres vectis esse debeat, seu latus, alius enim alij articulo conuenit, huiusmodi impulsus, si intentio quoque accedat, ad omnes crurum articulos reponendos efficacissimus est: proposito autem articulo vectis teres accommodatur. Quod si per hoc machinamentum vis adhibeatur, fieri non posse existimo, ut aliquis sit articulus, qui non reponatur. Reperiet quis & alios reponendi huius articuli modos.*

Ipse deinceps ostendet tereti vecte tunc vtendum esse, quum femur in interiorē partem impellitur, quod nunc instituit, quum femoris caput in interiorē partem prolapsum reponat: nam, si in exteriorē luxatum sit, latum vectem admoueri iubet. Nunc quidem præcipit, ut medium inter caput femoris prolapsi, & eam regionem, quæ est inter anum & naturale, inseramus, conemur que sublimius paulo, quam femoris caput demittere: sed, quum in exteriorē regionem articulus veniet, ubi satis spacij est, latus vectis firmitus obijciatur, quod ipse paulo infra ostendet, ubi ager de ipso separatim.

55 *Nam, si magnum hoc lignum medium duos postes habeat pedales, eius altitudinis, quæ idonea videatur, ab utroque latere unum: tum super hos duos postes transversum lignum in speciem gradus statuatur: deinde integrum crus inter postes traiciatur: quod lesum est, super gradum commode collocatur, superque aptatur, quæ articulus excessit. Gradum verò in isto sublimiorem stabilire oportet: ut multiplicem vectem, prout conuenire videbitur, corpori subijcere.*

Postes nominari ab Hippocrate, non ea ligna tantum, quibus axis sustinetur, aperte ex hac oratione colligitur, in media enim regione longitudinis totius scamni situm est lignum transversum, quasi gradus, quod à dextra parte ad sinistram pertinet, super quod crus, quod luxatum est, extenditur, non simpliciter, sed cum altero ligno alligato, quod in longitudinem à superiori parte cruris ad inferiorē porrigitur, ita, ut super gradum crus cum eo ligno cogatur. Cõstat autem integrum hominis crus super gradum habendum esse inter *πλατεις*, sic enim vocauit postes, ligna intelligens, quæ gradum sustinent, quorum vtrinque unum struit in ipso scamno. Hippocratem verò vsu translatione à portarum postibus ita nominare ligna, quæ in scamno sunt, perspicuum est.

56 *Post hæc lignum, quod conuenientem latitudinem habeat, & longitudine usque ad talum perueniat, cruri subijciendum, sic, ut ultra caput femoris, quantum potest, feratur: crurumque alligandum, quot locis opus esse videbitur.*

Lignum alligandum esse ad totum crus, supra etiam ostendimus, sed nunc superiorem ligni extremitatem, superiorem capite femoris collocandam existimat, adijciens orationi, quantum potest / siquidem, quod nunc fieri iubet, difficillimum est, nisi ea pars longi huius ligni, quæ inguini hæret, humilior struatur: quæ spectat in exteriorē partem, sublimior: nam, si æquale sit, paremque altitudinem habeat, difficile admodum fuerit ipsius summitatem simul in inguine stabilire, & superiorem femoris capite demittere.

57 *Quo facto, dum crurum intenditur, vel per lignum, quale pistillum est, vel per aliud ex ijs, quæ idonea ad extendendum sunt, simul oportet crus cum alligato ligno super gradum deorsum compellere, et ad coxam ab aliquo hominem contineri: hæc enim via femoris caput intentionis vi è regione sui caui superius collocabitur, & simul ob impulsus in suam sedem trahetur. Quæ cogendi rationes valide sunt: & si rectè admonentur, vniuum superant: sed (quemadmodum antè dictum est) articulus hic, imbecilliori vi, & plerumque quavis præparatione in suum locum reuertitur.*

Femore super gradum extento prolapsus articulus humilior redditur: quæ res ad restituendum aptissima est, nam sic ora caui humilior femoris capite continetur. Sed, quum elapsus articulus, nisi caui ora superior sit, reponi nequeat, ubi sublimior fuerit, optimè erit humilior collocare, atque ita extendere. Cæterum laquei, quibus crus extenditur, religandi sunt, vel ad lignum, quale pistillum est, cuius ima pars firmiter in pavimento oppositæ moræ obijciatur: vel si huiusmodi ligno vti ad intendendum non sit, lori capita ad axem, qui in scamno à pedibus est, vincienda. Id enim libi voluit, quum ait, vel per aliud ex ijs, quæ idonea ad extendendum sunt, ex ijs, intelligens, quæ proposita sunt diversa à ligno, quale pistillum est. Quæ subijcit in hac oratione manifesta sunt.

At ubi

58A *At ubi in exteriorē partem femoris caput exciderit, ab utraque parte, quomodo antè diximus, extendendum est: sed impellendum per latum vectem, simulque, dum intentio adhibetur, ab exteriori parte in interiorē urgendum, vecte ad clunem ac paulo supra accommodato, & ne corpus cedat, aliquo integra partis clunem repellente, vel manibus, vel alio huiusmodi vecte super imposito, qui cauo illi, quod magis in rem erit, obijciatur: femoris item luxati, quod ad genu est, ab interiori parte leniter in exteriorē cogendum. Suspendere tamen, ubi articulus in hanc partem erumpat, alienum est, quoadquidem cubitus illius, qui appenditur, articulum à suo cauo reduceret: impulsus autem per subiectum lignum videbitur alicui ad hoc genus luxati pertinere: in quo casu ab exteriori parte accommodandum est. Quæd pluram? si commo de rectè, extendamus, rectè item impellamus, quis articulus ita luxatus non reuertetur?*

Si crus valenter extendatur, non necesse erit per lignum impellere: manibus enim prehendentes femoris caput totum iuxta clunem cogere ab exteriori parte in interiorē poterimus, donec è regione sui caui collocetur. Patet autem teretè vectem ad huiusmodi impulsus inuilem esse, quum & latus etiam non sufficiat, nisi, quæ clunem attingit, talis struatur, quale strui voluit capitulum rotundum ac leniter cauum super eam spatiam, quæ ad reponendum humeri caput aptatur, *αυβη* dicitur. Ipse autem ad verbum scriptur / urgendum vecte ad clunem ac paulo supra accommodato: restitutum autem hunc esse necesse est, quæ clunem complectitur, non ex toto rectum. Quæ sequuntur in hac oratione omnia clara sunt.

59 *At si in posteriorē partem femur exciderit, extendere oportet, & in diuersa diducere, eo modo, quo diximus: imponereque, super lignum, vectem multiplicem, ut molle admodum sit, & hominè pro modo extendere. Eodem autè memento, quo extenditur, per asserem cogendum, non secus atque, ubi spina gibba est, ita, ut asser è regione clunis, seu supra seu infra coxam magis collocetur. Cauum in pariete è regione asseris non sit, sed magis deorsum spectet ad pedes. Hæc reponendi ratio articulo in posteriorē partem luxato maxime secundum naturam est, ac simul etiam valentissima. Satis fortasse fuerit aliquem pro asserè invidere, vel manibus urgere, vel pedibus repente consistere attollere, quo tempore intentio adhibetur. Nulla autem alia restituendi ratio femori ita luxato secundum naturam est.*

Hæc etiam, quæ de femore sic luxato tradit, iis, qui eorum, quæ proposita sunt, meminerint, in aperto omnia sunt, edicit enim, ne hos vt priores relupinemus, sed in ventrem conuertamus, hic siquidem est habitus pronus. Valenti ergo intentione adhibita à posteriori parte in priorem compellere articulum oportet, nam, cum homo ita facit, vt præcepit, posterior pars sublimior collocatur, prior subijciatur, quocirca necesse est, vt qui restituit, femoris caput deorsum compellat, quod commodissime præstat impulsus, qui per asserem adhibetur, idem efficeret, qui quæ prominat femoris caput insolidens, magna vi cogeret: sed, nisi clunis eminentia luxato capiti hæreat, nihil hominem iuuabit. Hæc igitur curatio virtutis summæ diligentia ac prudentia postulat.

60 *Si in priorem partem venerit, idem conuenit extendendi modus: sed aliquis manu admodum strenua, & maxime peritus, sublimiori vnus palma parte inguen adurgeat, eandemque manum altera comprehendat, simulque, quod excessit, in inferiorē partem trahat, & versus priorem genu subigat. Hic extendendi modus, ubi femur sic luxatur, maxime nature conuenit: sed & ille, qui hominem suspendit, prope etiam natura aptatur, in quo necesse est, ut is, qui appenditur, non ignarus sit, ne brachio articulum impellat: sed inter partes naturales & anum, iuxta os, quod sacrum dicitur, appendatur.*


Ad quartum genus luxati femoris aggressus est: de quo euidentissime omnia prædixit, iis præsertim, qui in memoria habeant, quæ antea dicta sunt: quare nihil est quod nugæ hic agamus.

61 *Inuenias etiam tandem, si sine vi articuli hunc restituas: sed quosdam noui, qui eum præ inscitia, & ubi in exteriorē et ubi in posteriorē partem eruperit, reponere per virem tentarent, neque intelligerent hæc via expelli magis, quæ in suam sedem restitui: primum verò auctorem constat virem adhibuisse, ubi articulus in interiorē partem elaberetur, scire tamen licet alia multa ex usu magis esse, quæ virem. Datur ergo inter femora vter non inflatus, sic, ut quantum maxime potest, sublimis inter anum & naturale collocetur: unum femora inter se vincuntur habena, quæ à patella ordiatur, & vsque ad dimidiam femorum partem intendat: post hæc inflatur vter, distenditurque, admissa enea fistula in vnum ex pedibus, qui solutus sit, & ager in latus cubat vitiatum crure sursum spectante. Præparatio igitur huiusmodi est, sed plerique, hæc adhibent deteriorē, quæ ego discripi, cum non alligent bonam femoris partem (vt proposui) sed genua duntaxat: adde quæ intentionem, quæ maxime necessaria est, omittunt. Non nulli tamen luxati iam restituerunt, ut qui rem faciem nacti fuerint, sed huiusmodi impulsus non magnopere tolerabilis est: siquidem inflatus vter, quæ maxime timet, eam regionem non attingit, in qua prolapsum femoris caput iacet, quæ potissimum impellendum est, sed infra illud, ut qui in medio femorum vel interius etiam continetur: ad hæc femora naturaliter sunt curua, à superiori enim parte carnosæ sunt, & prope inter se iunguntur, ab inferiori tenuantur: quare & femorum natura virem expellit ab ea parte, quæ præcipue ad mouendum esset, ita, ut si paruus vter inseratur, cum vim exiguam habeat, nullo modo urgere articulum possit. Oportet ergo, si utendum vire sit, femora ad magnam partem inter se deuincire, & virem inflare, eodem momento, quo corpus extenditur, crurumque extrema parte inter se colligare, ubi hac ratione articulus reponitur.*

Docet

A Homo in latum cubans.
B Vter inter femora iniectus.
C Alter aenea situla vitrem instant.

62



Docet, qua ratione E quis vitatur modo restituendi per vitem, quamuis eum non p. bet. cuncta autem plane explicat.


In tota arte medicinali id in primis dare operam oportet, ut quod male habet, ad sanitatem perducatur: quod, ubi contingere possit pluribus modis, ille eligendus est, qui omnium in nimo negotio comparatur: hoc siquidem magis officium est probi vi-

ri, & plus habet artificij, nisi quis in popularem auram incumbat. Sed, quod ad hunc locum attinet, quidam modi extendendi corporis per ea, quae domi habentur, parari possunt, sic, ut ex iis, quae praesentia sunt, inuenire liceat, per quae prompte curatio adhibeatur.

Oratio haec postrema est, in qua iubet, ut in iis exerceamur, quae prompte ad curationem accommodantur, ita, ut quamuis nec scammii copia sit, neque alterius, ex iis, quae proposita sunt, excogitare per te aliquid simile possis. sed de his euentissimè in sequentibus tractauit, ut neque breuissima expositione opus sit. omnia enim perspicua sunt iis, qui meminerint quae proposita sunt: explicabo tamen, si quid mihi obscurius esse videatur.

63 Quod si vincula ex loris non sint molliibus, & quae facile tractentur, sed tantum vel catena, vel rudentes, vel funes, necesse est ante fascijs vel panniculis e lana eam partem inuolueri, quae potissimum iniuncti vinculum debet, & vltiorem quoque, postea deuincire.

A Homo scalg defossè insidens.
B Calathus lapidibus plenus vitiatu cruri appensus.



64


Nauium rudentes graeci vocant $\delta\pi\lambda\omega$, quod Poeta indicat in eo carmine, $\kappa\epsilon\iota\tau\omicron\ \delta\ \upsilon\omega\ \alpha\rho\theta\epsilon\sigma\eta\ \delta\pi\lambda\omega\ \nu\epsilon\delta\varsigma\ \alpha\mu\phi\iota\lambda\alpha\sigma\tau\epsilon\varsigma$. Constat etiam Hippocratem, quum rudentes $\delta\pi\lambda\omega$ dixit, eos funes intellexisse, qui in nauibus habentur: nam eos, qui in vrbibus, & qui in agro, communi funium vocabulo appellauit $\sigma\pi\omega\iota\upsilon$.

Ad haec super lectum, qui ex iis, quorum copia est, firmissimus sit, & maximus, rectè homo extendatur: lecti autem pedes, vel qui à capite vel qui à pedibus sunt, vel ab exteriori vel ab interiori parte fulciantur, ita, ut fulcra limini firmiter haereant: sed ad alios pedes collocetur lignum quadratum transversum, quod perueniat ab vno pede ad alterum: ac si tenue sit, ad pedes lecti deligetur: si crassum, sine vinculo relinquatur: post haec vinculorum capita tam eorum, quae versus caput procedunt, quam eorum, quae versus pedes, utraque ad pistrillum vel ad aliud tale lignum vinciantur: vincula autem vel recta iuxta corpus porrigantur, vel paulo etiam superiora, conuenienterq; a pistrillis intendantur, quae erecta sint, sic, ut vnum limini obiciatur, alterum ligno, quod adiectum est. Sic igitur per pistrilla ad se attracta adhibere vim oportet: si autem esset loco liminis & ligni appositum scala, quae gradus firmos haberet, lecto subiecta, ut pistrillis hinc & inde admotis, vincula excèdere pntur.

Reponitur

A Reponitur item hoc modo femoris articulus, siue in anteriorem, siue in posteriorem partem eruperit. Scala defoditur, cui homo insidet integro crure, leniter extento, & quae commodè poterit alligato: vitiatu cruri vas fictile appenditur aqua plenum, vel calathus in quem coniecti lapides fuerint. Est & alter reponendi modus ad eos, quibus femoris caput in anteriorem partem luxatur. Transuersum lignum inter duas columnas deuincitur, quantum res postulat sublime, & ab vna parte extra columnam cubitum porrigitur: deinde homo vestimentis pectore obuoluto super eam partem transversum ligni, quae extat, collocatur, ac pectus per latam habenam ad columnam deuincitur: integrum cruris ab aliquo tenetur, ne subuertatur: sed affecto appenditur res aliqua, quae granitatem habeat conuenientem, ut supra quoque dictum est. Ante omnia igitur scire licet omnium usum commissuras plerumq; sinu & capite contineri: & in alijs sinuum cartilagine esse & oblongum, in alijs parum desidentem. Semper autem restituere conuenit omnes articulos, qui exciderunt, protinus, quum adhuc calidi sunt, vel certè quam celerime: nam, qui reponit, facilius & citius reponit: & eger minorem molestia sentit, ubi priusquam locus intumuerit, articulus restituitur. Perpetuo item, ubi reponendus articulus est, emolliri ante debet, & dimoueri, sic enim promptius reuerti conuenit. Vbi igitur reponitur, imperanda abstinentia est maxima, ubi maximus fuerit, & difficillimus ad reponendum: minima, ubi exiguus, & facile recondatur.

A Canterius inter duas columnas deligatus.
B Homo canterio insidens pectore ad columnam alligato.
C Alter cruris fanum detinens.
D Vas teltaceum aqua plenum cruri ligo appensum.



DE DIGITIS LUXATIS
Quod si digiti articulus excidat, seu primus, qui ad manum pertinet, seu secundus, seu tertius, eadem est & equalis reponendi ratio. maximi quidem articuli semper agrius restituntur. Excidunt autem in quatuor partes, vel sursum, vel deorsum, vel vtrinq; ad latera, sed maxime in superiorem partem, minime in latera, quod accidit, ubi vehementer moueantur. Quod si à latere prorumpant, ab ea parte, in qua veniunt, quasi capitulum rotundum conspicitur, & leniter cauum: si in superiorem vel inferiorem partem prolabantur, quum hic locus lenior sit, quam qui à lateribus, simulq; procidentium articularum excessus paruus, facilius reconduntur. Reponendi ratio sic habet. Summus digitus fascia vel aliqua tali re inuoluitur, sic, ne dum intenditur, extrema parte prehensus elabatur: quò inuoluto vnus eam regionem, quae super primam palmae partem est, alius inuolutam partem, ad se vterq; valenter attrahat, simulq; excedens articulus in suam sedem compellatur. Si à latere excedat, ratio extendendi eadem est: namque, ubi vi debetur loco excessisse, simul dum intentio adhibetur, protinus in suam sedem cogendus est: sed interim alius ab altera parte debet digitum repellere, cauens, ne in eam rursus prolabatur. Commodè quoque restituntur per digitorum tegmenta ex palmis intexta, quae à lacertis $\sigma\alpha\upsilon\pi\alpha$ graece nuncupantur. ubi in diuersa digitorum extenderis, prehendens altera manu primam palmae partem, altera tegmentum, posito articulo, debes quam citissime deuincire fascia tenuissima, Dinuncta cerato, quod nec nimis molle sit, nec nimis durum, sed moderatè: cum quod durum est, à digito recedat, quod liquidum & molle, digiti calore tabescat & resoluatur. Soluendus autem est digiti articulus tertio aut quarto quoque die, atq; in vnuersum, si inflammatio locum occupauerit, frequenter soluedus est, si minus, rarius: quod communiter de omnibus articulis intelligi volo. Confirmatur autem digiti articulus decimoquarto die. Eadem verò curatio est digitorum manus ac pedis. Quicumque articulus recondatur, debet homo inedia ac tenui victu usque ad septimum diem vti: ac, si inflammatio sit, frequenter resoluatur, alioquin rarius. Semper autem quiescere vitiatum articulum conuenit, & quam optime figurari.

DE GENU LUXATO

Facilius restituitur articulus genu, quam cubiti, propter instam & facilem naturam, quamobrem facilius quoque excidit. Excidit autem plerumque in anteriorem partem, quanguam & in posteriorem, & in posteriorem. Reponitur verò vel flectendo, vel calcitrando vehementer, vel ubi fascia in globum conuoluta & ad popliteum admodum repente cruris curuetur. Sed si in posteriorem partem prolabatur, potest per distentionem in suam sedem collocari, quemadmodum articulus cubiti. Si in latera excidat, flectendo & calcitrando restituitur, quanguam mediocris distentio cõter pertinet ad quoduis reponendum. Quod si genu in suam

Sec. 2. t. 1. 7.
205. d

officina medici // faciendi rationem agens, ubi narravit quid vincula requirant dum injiciuntur, E quid postquam injecta sunt, subdit / quod injectum est, ut recte, ut decore / recte intelligit injectum, quod confert: decore, quod elegans est, ut autem exponat quid sibi velit decore, addit / decore quidem, ut simpliciter, ut distincte / adiungit autem verbum simpliciter, non quo ex toto declaret decore, sed ex parte, quasi dicat vinculum simplex sit & distinctum, quod evidentius colligitur ex ijs, quae subiecit: Aut similibus & aequalibus, aequaliter & similiter, aut inaequalibus & dissimilibus, inaequaliter & dissimiliter. Species autem simplex orbicularis, fascia, lima, oculus, rhombus, dimidiatus, aptetur vero species speciei, ac morbo illius, qui devincitur. Ergo vinculi speciem, quae simplex est, orbicularem esse necesse est, sed fascia omnino serra est, atque ita quod prorsus aequale est, erit sibi simile, quod inaequale dissimile. Num igitur deterrantur iam de sententia, qui varia vincula repudiari ab Hippocrate voluerunt, fatentes fasciam, oculum, rhombum, dimidiatum, varijs assignari: an praeter haec, illis commemorem eundem Hippocratem in libro de articulis, ad fractum iugulum, vinculum admouere, quod a gravis similitudine γαρπίδα nominavit, id quae varium esse: Sciunt autem quibusdam partibus, cuiusmodi femur est, ubi repositum est, atque humerus & cubitus aliaque plura, nullum aptari vinculum posse nisi varium. Haecenus de his pergamus iam ad fasciarum vincendi rationem: scrutemur quae in primis, ut fasciae inter se distent, materia, habitu, longitudine, latitudine, structura. Materia igitur inter se distent, quoniam non nullae lineae sunt, non nullae ex lana, aliae ex membranulis: quarum usus, cum neque unus sit, neque similis, sed dispar, ubi opus erit, eas accipere conabimur, quae morbo maxime congruant, quae cumque ergo adstringenda erunt, linteis alligabimus: at ubi adstringere non oporteat, propterea quod hoc inflammationi sit inimicum, sed abunde sit continere vel tegere, ex lana: ex membrana vero secuti Hippocratem, // ubi nasus vel maxilla comminuitur, extremitatem membranulae parti quae vinculum postulat, agglutinantes: Habitu, cum aliae glomeratae, aliae scissae sunt, affatae aliae: glomeratae sunt, quae ex habena in longitudinem fiunt, quibus nihil affuitur, tales sunt quibus perfracta membra vincuntur: scissae, quae ex vno linteio extremis partibus vel alibi scisso conficiuntur, quales sunt, quae ad capitis vulnera dantur (canceri dicuntur) siue in quatuor partes scindantur, siue in sex, siue in octo affatae ex pluribus habenis varia figura inter se iunctis componuntur, quales sunt, quae suspendunt, quae cingunt, quae mammas devinciunt, quae mammis & loco praeterea, qui iuxta anum est, accommodantur: Longitudine, cum quaedam breviores, quaedam longiores sint: Latitudinis eadem ratio est, si quidem tam haec, quam illa, debet vincendis partibus respondere: Structura, nam aliae texuntur, aliae constant ex materia per se coacta, vel certo ordine implicata, quae simplici textura fiunt, non nullae hac de causa texuntur, non nullae conficiuntur ex telata, quae ad alium usum texta scinditur in fascias: his plerumque vulnera obligamus, illis utuntur venatores ad crura defendenda: eadem primae palmae parti circumdantur, quae ex implicata materia fiunt, ab auribus ad latera continentia adhibentur. Est autem perpetuum, ut qui vincunt fascijs abunde: & quas habent, sciant quam optime adhibere: atque ubi deligandi locus est, tales accipiant, quales docuit Hippocrates // quum inquit, iam vero fascia parentur, leues, tenues, molles, mundae, latae, sine suturis, sine eminentijs, ita valentes, ne extantae rumpantur. & paulo amplius, Muadas quidem esse convenit, quoniam sordidae praeter quam quod indecorae sunt, liquore aliquo resperse, non madescunt, deteriusque id reddunt, quo perfunduntur: esse item sui coloris debent, ne si purpura inficiantur, vel alia huiusmodi re, eandem noxam afferant, aut coloris similitudine currentem sanguinem representent: tenues in super, ne ambitus in tumorem nimium assurgant: molles, ne obduritatem urgeant: leues, ne onere infellent: sint praeterea sine suturis inaequalibus, ob quas futurum esset, ut comprimerent: tum sine eminentijs, hoc est non sint orae a lateribus ipsa textura confectae, vel alioquin, veris atque confutae, nec quaedam extantia, quali fibrae: cum quae eminent, vinculum reddant inaequale, quae extant, non patiantur fasciam facile circumire. Quod si fasciae ex inciso linteio fiant, incidatur non per transversum, sed in longitudinem, sicut intextum est, sectione ad stamen directa, sic enim lintea facile scinduntur, quod secus habet, si qua subtegmen procedit, hoc tenetur, adde, quod quae in longitudinem scinduntur fasciae, quod vincuntur est, firmiter continent. At vincendi ratio quaedam (ut superius dixi) simplex est, & quaedam varia: atque haec modo nomen invenit a sede, cui adhibetur, modo ab eventis, non nunquam translato vocabulo a similitudine animalium, a sede, quae vincitur, nomen trahit, oculus, nasus, inguen, caeteraque huius generis: ab animalibus, cancer, accipiter, aries, lepus, testudo: sed ab eventis, vallum seu coniunctum, seu distinctum, opereculum, habena, & quae his similia sunt. Praeterea ex huiusmodi vinculis quaedam sunt vincula tantum, ut tholus, regium, scapha, discrimen: quaedam vincula simul & laquei, cuiusmodi est lepus auritus, pastoralis, caeteraque consimiles. Vinculum in super aliud ab altero fasciarum capite incipit: aliud a medijs fascijs aliud utroque modo. Quoddam item certis sedibus idoneum est, reliquis alienum cum sit: quoddam alijs quoque aptatur. Super haec aliud a priori parte conficitur, quod priorem hominis partem dumtaxat alligatam ostendat: aliud a posteriori: aliud ab utraque similiter & priorem & posteriorem partem aequae vinciam demonstrans, atque haec nunc consimili, nunc dispari ratione veniunt in conspectum, quae omnia plana fient, cum ad singula ventum erit. Sed considerandum

In lib. de Artic. sect. 2. t. 27. & 26. 7. 265. d & 267. d

In lib. de Osi. med. sect. 2. t. 26. 7. 211. f

A dum est, inquirendumque an quomodolibet ordiri fascias oporteat: maiores enim omnes statuerunt certas corporis sedes, a quibus fasciae ordiri deberent. Exempli causa in capite, ob quancunque causam vinciantur, fasciae caput in occipitio collocant, inde ipsam circumagentes, iuncturam conficiunt: nec quidquam intuentur, quod agunt, morbo ne, cuius causa vinculum adhibent, secundum sit, an aduersum: in alijs item partibus incitiam vel ignoratione (ut credibile est) decepti, locos praefici praesertim, necesse enim est recte vincientem auctore Hippocrate eo incumbere, ut non solum deliganda partem, sed affectum quoque vinculum conveniat. Nos igitur non vndeunque, sed qua maxime expedit, ordimur, extremamque fasciam imponimus, quae docuit Hippocrates, // cum inquit, Quae mouentur, ut articuli, quae curvantur, minimis, & maxime collectis, veluti poples: quae extenduntur, simplicibus & latis, veluti patella, obuolui debent, quae autem adiacentur ad continentium quidem, quae circa haec sunt: ad suspendendum vero fasciam omnem, quae corpus quiescit, & qua maxime cauum est, super imponenda, ut supra vel infra genu. Consentit autem cum capite humeri fascia ad alteram alam demissa: cum inguine, ad alterum ilium: cum crure, super partem huius posteriorem, quae carnosam prominet, quibus autem sursum labitur, ab inferiori parte suspendenda est: quibus deorsum, a superiori, ubi nihil tale est, quemadmodum in capite, qua maxime aequale est, contineri fascia debet, & duci quam minime obliqua, ut postremo obuoluta, qua valentissime haereat, vagos circuitus contineat. Oportet praeterea deligantem ad ea respicere, quae in vinculo requiruntur, cuius Hippocrates // duas esse species testatur, vnam eius, quod injicitur, alteram eius, quod injectum est, utrobique autem summa cura curandum est, dum vinculum injicitur, ut celeriter, iocunde, prompte, eleganter, celeriter quidem, ut opus expeditur: iocunde, ut facile praestetur: prompte, ut ubique sit in promptu: eleganter, ut oculos deleat, cum injectum est, ut recte, ut decore habeat, nihilque ablit ex ijs, quae supra opus esse retulimus. De usu autem vinculorum scire licet quaedam ea de causa adhiberi, ut continendo curantibus praesidijs subseruiant: alia non propter hoc, sed ut ipsa per se agant, quibus curatio committitur. in his maxime attendendum a qua parte fascia ordiatur, qua circumeat, qua delinat: quae singula exquisitis conscribi non possunt, docere tamen viam licet per quam medicus facile iudicare de singularibus poterit, naturam singularium partium perspicere, quam facile alligentur, suspendantur, collocentur: atque insuper quid vinculum valeat: efficit enim, ut quae abscesserunt propellantur, hiantia coniungantur, peruersa dirigantur, atque omnium contraria praestentur. Oportet autem, si quid abscessit, ita devincire, ut quae sublimia sunt, sedem contingant, hoc est locum, vnde recesserunt, at non premant: incipientium vero a parte sana, & qua vlcus est, liniendum, ut quod subest ellundatur, & aliud ultra non coeat. Sed quae abscedere volunt, contrario modo penitus alliganda sunt, atque ubi in vnum adducere convenit, verum ubi quae hiant, hoc est, quae in exteriorem partem conuersa sunt, longe initio accepto coniungenda sunt: in caeteris eodem modo vincendum, tantum ab vterioribus aliquid adducendum erit, pau latimque comprimendum, primo minimum, deinde magis, maximae compressionis terminus sit, ubi se contingunt, aptanturque, sed non vrgent, verum in diducendis, quae contracta sunt, si inflammatio est, super sedendum est: si ea non est, preparatione eadem utendum, sed vinculo contrario, digerere item ubi peruersa oporteat, caetera fieri eadem debent: tum quae recesserunt adducenda sunt, contraria autem contra. Haec omnia medicum quasi leges tenentem observantemque expedit id eligere, quod singulis vitijs idoneum est, minimisque ad certos locos consilium dirigere. Nos quamquam in vnoquoque casu, qua primum ordiri vinculum oporteat, perfecte explicare difficile est: dum tamen fasciarum rationem indicabimus, ut res euidetior sit, locos statuemus, a quibus ordiri potissimum conveniat: medicus vero in agendo ubique illum eliget, qui maxime in rem erit.

In lib. de iis q. i med. f. sect. 2. t. 14. 7. 208. h


In lib. de iis q. i med. f. sect. 2. t. 1. 7. 205. a

D

Linteum scissum ad summum caput, & ei proximam regionem.

1.

Linteum iustae magnitudinis scinditur in partes sex, & medium, qua verticem complectitur, integrum relinquitur: ex partibus vero pendentibus mediae findantur e regione aurium, ac sub mentum demissa: nodo inter se vinciantur. quo facto altera fasciola angusta media occipitio injicitur, extremaque ad frontem adducuntur, & a latere capitis nodum accipiunt: quatuor vero partium, quas pendere sinebanus, haec ratio est, posteriores prope nodum angustioris fasciolae, priores supra occipitium inter se colligantur. licet item absque nodo, alijs subiectis, alijs superdatis, postremae fibulam imponere.



Septima Classis.

PPPPPP ij

Linteum

*Linteum scissum ad frontem, & partes
qua iuxta sunt. 11.*

In quatuor partes scindere linteum oportet, medio intacto qua fronti circumdatur: priores que partes super posteriores, qua dependeat, ad occipitium dare, ibi que inter se devincire: post haec reliquas duas conuersas, in summo capite colligare, qua sub mentum etiamnum demitti possunt, & ibi nodum accipere. Hoc vinculo ad occipitium quoque utitur partibus a latere capitis nodo inter se deligatis.

Linteum scissum ad totum caput. 111.





Linteum scissum in partes octo, ita, ut medium integrum sit, donec tegere caput possit, toti capiti obuoluatur: tum ex pendentibus partibus, duae iuxta aures fissae sub mento inter se deligentur: e reliquis vero, binis a priori parte, quaternis a posteriori, duae a posteriori extremae super alias ducantur ad frontem, altera alteri subiecta, ut a superiori contineantur: deinde priores duae ferantur ad occipitium, sic, ut eque alteri altera inlidat, his comprehenduntur que prius fuerant circumdatae: reliquae duae posteriores ad frontem attrahantur, altera similiter alteri subiecta, extremaeque a latere fibula iniiciuntur. Haec vincendi ratio efficit, ut caput sine nodis inuolutum defendatur a taedio, quod hic comprimendo afferre plurimum solent.

Cancer, siue Vinculum capitis siue Operculum scissum in partes octo, ad caput. 1111.

Medium amplecti debet vniuersum caput, sic, ut quatuor partes a fronte recte dependeat, ab occipitio totidem: ex illis exteriores, ad occipitium porrectae inter se alligentur: ex his exteriores similiter fronti circumdatae, a latere deligentur: tum ex reliquis, que in fronte scissae partes sunt, ad occipitium, qua in occipitio, ad frontem attrahantur.

Operculum ex fascia lata trium capitum (σνεπείρα dicitur) et ex altera: que hanc continet (κρότος vocatur) & tertia, qua prohibet, ne totum vinculum diducatur, καθολικός nominatur. V.

Pertinet ad obuoluendum vniuersum caput, dicitur autem παρασνεπείρα, est quidem κρότος fascia longior, qua in orbem faciei & capiti circumdatur, ut operculum comprehendat: sed καθολικός ex fascia fit oblonga, adhibeturque eo nomine, ut diduci vinculum non sinat, quarum haec ratio est. Linteum adhibetur sic latum, ut caput vniuersum completatur, longius quam ut duplicatum, hoc efficiat, cuius alterum caput occipitio datur, alterum a fronte dependet: tum angustior fascia sub mentum media iniicitur, & in vtranque partem




per

Aper malas attrahitur inter frontem & verticem, inde sub mentum rursus demittitur: post haec alterius angustioris fasciae medium fronti iniicitur, capitaque in orbem ad occipitium porrecta, ibi & inter se, & cum alterius angustioris fasciae capitibus alligantur: at quod a facie pendeat in longitudinem, usque dum ad supercilia ventum fuerit, diuiditur in duas partes, qua in fronte altera super alteram inlidente ad similitudinem literae X in orbem ad occipitium ducuntur, atque ibi deligantur. Post test autem vna fascia dumtaxat longior, & operculum continere, et prohibere, ne tota iunctura diducatur, ad hunc modum, si media inter frontem & verticem ordiat, capita vero recta per malas sub mentum demissa, ibique altero super alterum excedente in similitudinem literae X, sub imas aures ad occipitium ducuntur, ubi rursus in specie literae X inter se aduersa ad frontem ducuntur, & nodo a latere deligentur.

Haec tenus de simplicibus vinculis. Sequitur, ut de varijs dicamus, si id antea ostenderimus, quod fasciae circuituum alius dicitur rectus, alius transversus, obliquus alius: quid autem hi sibi velint, nomina declarant: tum alius σφαιναίος, μεταωπιαίος alius, παραίος alius, alius γενεαίος: praeter haec aliud vinculum orbiculare, aliud in orbem serpens nuncupatur, aliud postremo fascia. Est autem σφαιναίος, qui coronarum modo inter frontem et verticem tendit: μεταωπιαίος, qui frontem ambit: γενεαίος, qui sub mento circumagitur: παραίος similiter a malis per quas ducitur, nomen habet: illa demum vocatur B fascia, qua lunata figura ab vna parte lima est, ab altera gibba. Circuituum igitur istec nomina sunt.

Rhombus alter simplex, alter Hippocratis, de quo nunc. V I.

Aptissimum est vinculum hoc (ut quidam senserunt) ad futuras, ubi dehiscunt: vel (ut alijs placet) ad partium, quas vulnus diduxit, glutinationem, atque ad emittendum humorem, eo, quod comprimendi vulneris vim habeat. sic autem circuire debet. Fascia a latere capitis orsa, obliqua ducenda est ad verticem atque alterum tempus: deinde malis vtrinque circumdanda, & obliqua parti prius obuoluta aduersa in modum literae X ad occipitium demittenda: inde obliqua, sic, ut a priori circuitu distet, per malas porrigenda est ad alteras malas: ac rursus obliqua sursum danda, ut bis X literam representet, quodque in medio est rhombi figuram accipiat. quo facto ad occipitium ferenda est, & fronti in orbem iniicienda, eatenus autem circumagenda, ut qua nuda sunt, includantur.



Semirhombus vel Lepus sine auribus. V 11.


Huius, & illi, cui nomen est Tholus, in omnibus eadem vis est, ratio adhibendi huiusmodi est. Fascia caput occipitio iniicimus, eamque sub infimam auriculam obliqua inter frontem & verticem ad occipitium ducimus: tum inter frontem & verticem priori parti aduersam, ac sub infimam auriculam ad occipitium attrahimus. post haec fronti circumagimus sic, ut quod medium est, semirhombi effigie referat. extrema vero fascia, non modo in hoc, sed in alijs quoque capitis vinculis, fibula a latere vincienda est. Postsumus etiam, si ex usu sit, fasciam circumducere, non ab inferiori parte sursum, sed contra.

Vinculum ad caluariam, vel Scapha, vel Tholus, seu Dioclis, seu Glancij. V 111.

Maxime idoneum est, ubi summum caput, & quod inter ipsum & frontem est, vincere conuenit. hoc autem modo ipsum iniicies. Orsus ab occipitio fasciam recte per verticem ducens ad frontem: ibique sinistra manus digito indice continebis, & iuxta priorem partem rursus ad occipitium demittes: ab eoque tertio ad frontem porriges iuxta partem priorem, ubi ipsam obuolues per eum linum, qui a digito tenebatur: postremo fronti circumages.


Thais Perigenis, quam alij ad Molpi eam auctorem referunt. 1X.

Adhibetur eadem causa, qua Tholus, sed quandam praeter usum elegantiam habet. Vbi Tholus vinculum superdatum fuerit, angustioris fasciolae caput, sub eius ambitum indatur, eaque porrigatur obliqua ad summum caput, & inter ipsum & frontem, tum in fronte sub prioris fasciae linum agatur, inde obliqua ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontem est, ducatur, post haec ad occipitium: dein sub infima auricula dextra inter frontem & verticem, sub infima auricula sinistra rursus ad occipitium reuertatur. Nos vero, ut fidelius contineatur, alium quoque ambitum per frontem adijcimus.



Thais alia sine auctore. X.

Tholo obuoluto, fasciola, quæ digiti latitudinem æquet, vel etiamnum angustior sit, orsa ab occipitio recta ad summum caput, & ad frontem, per id, quod inter ipsam & verticem est, adduci debet: ibiq; duplicata rursus ad occipitium porrecta conuertit: atque inde per dextram capitis partem ad verticem, & inter ipsum & frontem procedere: deinde ad sinistrum tempus demitti, quæ duplicanda est, & per partem prius obuolutam, ad dextram capitis attrahenda: inde similiter duplicata ad tempus: quod tertio fiat, vt tres linus duplicatæ fasciæ cincinnorum imaginem referant: sed postquam tertio ad dextram occipitij partem ventum fuerit, fasciola ad sinistram partem conuertenda, vt æque in altero tempore conspiciatur: postremo, vt bene priores ambitus teneat, fronti circumagenda.




X XI

Discrimen. XI.

Ad eosdem pertinet ad quos Glaucij Tholus, iniiciturq; hoc modo. Fasciæ quod satis est, à facie dependeat, & reliqua eius pars ad summum caput, per id quod inter ipsum & frontem est, feratur: inde ad occipitium, ibiq; tradatur ministro continenda: post hæc conuersa circa frontem detur: quo facto caput à facie pendens, per partem primo iniectam, recte ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontem est, procedat: inde ad occipitium, ibiq; finiatur.

Scapha, seu Tholus Dioclenis. XII.

Recte datur, vbicumq; coniungere diducta necesse est, vel quod ob diutinum materiæ cursum ad oculos incisa cutis fuerit, vel q; frons alloquin vulnus acceperit, obuoluitur autem hoc modo. Fasciam ab occipitio orsam trahimus sub infima auricula dextra, vel sinistra, prout ab hac vel illa prius ducendam aestimabimus: inde ad tempus adiunctum, ab eo que transuersam inter frontem & verticem, porrigimus ad alterum tempus: inde sub infima auricula ad occipitium, quæ caput prius superiniectum adstringimus: dein super aurem fronti circumdamus, sic, vt ambitus hic illi subiiciatur, qui inter frontem & verticem procedit, ac vterq; è regione alterius, ab interiori parte sit relinimus, tum quoties opus est, eodem modo circumagimus. Iniicitur & aliter per duos fasciæ ambitus, circa eam suturam, quæ ad aures per verticem tendit, sic, vt alter ambitus super suturam sit, alter infra, & vterq; ab interiori parte sit relinimus: inferior autem sursum procedere debet, superior verò deorsum.




XII XII

Thais sub incerto auctore. XIII.

Illis idonea est, quibus quod inter frontem & verticem est ac proximas partes, conuenit deuincire, eam sic admouero. Vbi semihombum inieceris, sic tamen, vt fasciæ frontem non complectatur, ipsam ab occipitio obliquam, ad verticem & frontem porrigito: ibiq; conuertito, facitoq; vt circa frontem Lunæ figuram imitetur, & cornua sursum spectent, ima parte sita inter supercilia: post hæc ab altera parte verticis ad occipitium ducito, sicq; circa frontem attrahito. huiusmodi vinculum præter eam, quam semihombus affert utilitatem, est etiam aliquo modo speciosius.

Glaucij vinculum superimpositum, vel additum. XIII.

Ad eosdem confert, ad quos vinculum ad caluariam, sed huic magis fidendum. Igitur, vbi vinculum ad caluariam adhibetur, aliud superiniicitur, cui nomen est Lepus sine auribus, ne longum faciam.



XIII XIII

B

Regium. XV.

XV.

Idem efficit, quod Thais sub incerto auctore, nimirum, quod inter frontem & verticem est, ac proximas partes deuincit, cuius hæc ratio est. Fasciæ quantum satis est dependere à facie sinimus, quodq; ex ea restat, inter frontem & verticem recta ad occipitium trahimus: inde conuersam sub ima aure inter frontem & verticem obliq; ad occipitium: ab hoc obliq; item ad id contrariæ partis, quod inter verticem & frontem est: tum per tempus, ac sub ima aure ad occipitium ducimus: deinde caput, quod à facie pendeat, ad frontem attrahimus, terq; ibi replicamus, sic, vt linus ad similitudinem graduum se excedant: quos postremo comprehendimus fasciæ circa frontem obuoluta.

Capistrum, quod dimidiatum, vel ad alteram partem, dicitur. XVI.

Expediitissimum est, vbi maxillam seu vulneratam, seu prolapsam, seu ob distentionem oris alium ue morbum oportet ab altera parte vinciri. Fasciæ ab occipitio orsa, obliqua per verticem, & inter ipsum & frontem per tempus ferri debet ad malas: inde sub mento & ima aure alterius partis ad occipitium: deinde sub imis auribus ac mento attracta eodem reuertit, atq; ad eandem rationem, quoties opus est, circuire. Tunc verò commodum ista circumdatur, cum à superiori parte deorsum deligandum est. Sin ab inferiori parte sursum, fasciæ ab occipitio incipiat, & sub infimam auriculam, mentumq; procedat: tum per malas ducatur: & obliqua inter frontem & verticem ad occipitium, dein sub mentum circumagatur: postremo frontem ambiat.

Capistrum ad utramque partem. XVII.

Ad eos pertinet, quibus maxilla vel vtrinque suo loco mota est, vel alio quopiam tenetur, ex ijs, quæ dicta sunt in capistro ad alteram partem. Fasciæ occipitio primum iniecta, oblique per verticem & inter ipsum & frontem ad malas porrigitur, demissaq; sub mentum maxillam & malas ab altera parte amplectitur: inde inter frontem & summum caput per partem prius iniectam in speciem literæ X ad occipitium reuertitur: & sub imis auribus ac mento rursus ad occipitium data, nouissime frontem complectitur.


Idem ab inferiori parte sursum. XIII.

Ab occipitio ordiatur, & sub infimam auriculam ac sub mentum detur ad malas: inde oblique per summum caput ad occipitium tendat, ab eodq; sub infima auricula alterius partis, & sub mento demittatur: tum ad malas: post hæc oblique inter frontem & verticem ad occipitium ducatur, & frontis postea circumdetur.


Idem in utramque partem ductum à superiori parte deorsum. XIX.

Media fasciæ complexi occipitium oportet, capitaq; eius per verticem obliqua inter ipsum & frontem porrigere, sic, vt X literam representent: deinde per malas sub mentum, & sub imas aures ad occipitium reuertit: post hæc circa frontem obuoluit, & ad occipitium adducta sub mentum demitti: postremo ad occipitium per frontem circuire.


Septima Classis.



XV XVI



XVI XVII



XVIII XIX

PPPPPP iij Idem

Idem aliter. X X.

Media fascia super frontem detur, capitaq; eius ducantur ad occipitium, ibiq; figuram accipiant litera X: post hæc sub imas aures ac mentum ad malas, inde inter frontem & verticem obliqua ad occipitium demittantur, tum sub mētū, nouissime per frontē circumentur.

Aliter. X X I.

Fascia media ab occipitio orsa, capita sub imas aures mentum que attrahenda sunt: tum per malas, quod superest eodem modo obuoluentum, quemadmodum in ea, quæ proxime posita est.

Capistrum obliquum ad alteram partem, quo vincuntur quæ iuxta aurem sunt & maxilla processum. X X I I.

Ab occipitio initium sumat, & sub infimā auriculam ad tempus, atque inter frontem & verticem oblique ad occipitium, & circa frontem procedat, sæpiusq; ad eandem rationem circumeat: quo modo procedere debet, cum ab inferiori parte sursum attrahitur. Sin expectitius sit à superiori parte deorsum, ita porrigatur: Incipiat ab occipitio, & obliq; per verticem, & inter ipsum & frontem ad tempus procedat, ab eoq; sub imam aurem ad occipitium reuertatur, deinde frontem ambiat.

Quod alij Leporem sine auribus, alij Semirhombum vel Nauticam dicunt, ad vtranq; partem commodissime ad frontem, & ex parte etiam ad id quod inter ipsam & verticem est, adhibetur. X X I I I.

Occipitio primum fasciam injicimus, ab eoq; sub infimam auriculam ad tempus, & inter frontem & verticem adducimus, & obliquam ad occipitium demittimus: inde circa frontem iuxta angulum oculi tempore propiore, & inter frontem & verticem oblique ad occipitium: inde oblique inter verticem & frontem, parti prius infectæ aduersam sic, vt ibi X literam representet: post hæc sub infimam auriculam ad occipitium, postremo circa frontem.


Idem in vtranque partem ductum à superiori parte deorsum. X X I I I I.

Media fascia occipitium amplectitur, capitaq; eius per verticem inter ipsum & frontem adducito, sic, vt ibi X literam representent: inde sub imas aures ad occipitium, post hæc circa frontem attrahito.


Idem ab inferiori parte sursum. X X V.

Fascia media ab occipitio orsa sub infimis auriculis in vtranq; partem ducitur ad angulos oculorum temporibus propiores, ab his inter frontem & verticem ad occipitium reuertitur, deinde frontem comprehendit. Quibusdam placet hanc sub mentū quoq; circumagi.

Vinculum



XX XX I



XXII XXIII



XXV

A Vinculum à superiori parte iunctum. X X V I.

Capistrum rectum ad vtranq; partem adhibemus, fasciamq; non amplius sub mentū, sicut in illo, sed per medium nasum agimus ad occipitium, & super eam futuram attrahimus, quæ ad aures per verticem tendit.

Vinculum Glaucij valde iunctum. X X V I I.

Eadem ratione obuoluitur, atque id, quod à superiori parte iunctum inscribitur, nisi quod d fertu etiam sub mentum.

Perigenis Galea gladiatoria. X X V I I I.

Aptissima est, vbi caput ac malas pluribus locis vulnus acceperunt. Capistrū obliquum ad vtranq; partem injicitur: dein Glaucij scapha, post hæc rursum capistrum ad vtranque partem, non nulli vt vinculum hoc elegantius reddant, id capitis ornamentum, quod κεφαλον appellant, parantes assuunt. Adhibetur item & alio modo sine obliquo capistrum, & fascia per malas minime porrecta.

Galea aliter ad eosdem. X X V I X.

Fasciæ quod satis est à fronte dependeat, reliqua ad occipitium recta ducatur, & catenus obuoluitur, vt rectum capistrum efficiens totas genas & caput complectatur. quo facto caput quod à fronte pendet, sursum conuertendum est, & recta per verticem ad occipitium attrahendum: ac, si placeat, sub imas quoque aures adducendum.

C Lepus auritus. X X X.

Sic appellant semirhombum, vbi laqueus ille accedit, quem auriculas nuncupant, qui vel gladiatoribus decoris causa datur, vel vt caput contineat, vbi propter aliquem faciei affectum pertractare id oporteat. Si decoris causa, auriculae breues sint, & in medio frontis, nam sic animalis imaginem referunt: sin vt contineant, in medio similiter, & magna, vt digitus in earum sinus coniecti, continere caput queant.

Alius ad tempora. X X X I.

Hac ratione obuoluitur, ex altera parte fasciæ laqueus sit pastoralis, vel qui duos habes sinus nominatur (quos sæpius in libro de laqueis breuiter declarauimus) & fronti injicitur: super quem deinde semirhombus, vel nauticula circumligatur.


Simplex Oculus, vel Tenue vinculum ocularium. X X X I I.

Fasciam ab occipitio orsam ducimus per verticem inter ipsum & frontem, inter supercilia ad oculum, sic, vt ipsum contegat: inde sub infimam auriculam ad occipitium, postremo circa frontem.

Idem ab inferiori parte sursum. X X X I I I.

Ab occipitio initium sumit, & per summū caput inter ipsum & frontem, inter supercilia ad oculum: tum sub infimam auriculam ad oculum, inter frontem & verticem agit: post hæc ad occipitium, & circa frontem.


Duplex




XXVI XXVII



XXVIII XXIX



XXX XXXI



XXXII XXXIII

Duplex Oculus à superiori parte ductus, XXXIIII.

Orditur ab occipitio, & per summum caput, atque id, quod inter ipsum & frontem est inter supercilia fertur ad oculum: tum sub infimam auriculam alterius partis, ad alterum oculum, inter supercilia inter frontem & verticem ad occipitium: postea circa frontem.

Potest etiam, si ad rem magis pertineat, initio conuerti, & ab inferiori parte sursum circundari.

Duplex in vtranque partem ductus à superiori parte deorsum, XX XV.

Media fascia ab occipitio orsa, ducere capita oportet inter frontem & verticem, atque inter supercilia, sic, ut ibi X litera figuram accipiant: tum ad oculos, atque inde sub imas aures ad occipitium & circa frontem.

Aliter, XX XVI.

Media fascia ordiatur à fronte, capita ad occipitium datur: inde ad modum literæ X similiter, atque in superiori vinculo, pcedat.

Oculus rectus ad alteram partem, XXXVII.

Orsi ab occipitio, fasciam per summum caput, & inter ipsum & frontem directam ad oculum ducimus: inde per eam partem, qua maxilla cum malis committitur, sub mentum, & sub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.

Duplex ex eodem ductus, XXXVIII.





Priusquam frontem comprehendat, ab occipitio ad alterum oculum trahi debet: tum recta, qua maxilla cum malis committitur, sub mentum, ab eoque sub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.

Idem ab inferiori parte, XXXIX.

Fasciam ab occipitio orsam ducito sub infimam auriculam: ab eaque sub mentum, & qua maxilla cum malis committitur, ad oculum: inde inter frontem & verticem ad occipitium: post hæc sub infimam auriculam, sub mentum, qua maxilla cum malis ex altera parte committitur, ad oculum attrahito: tum inter supercilia super partem prius iniectam, ad modum literæ X inter frontem & verticem ad occipitium porrigito: & circa frontem nouissime circundato.

Idem in vtranque partem ductus, XL.

Fascia media non secus ac in ea, quæ obliqua oculum vinciebat, occipitio iniectat, capita quoque à superiori



E

F


G

H

À superiori parte, vel inferiori attrahantur, potest etiamnum media fascia sub mento inclpere.


Lintum scissum ad nasum, XLI.

Fascia eatenus lata esse debet, ut nasum complectatur: longa verò, ut duplicata à naribus ad occipitium perueniat. Orsam igitur ab occipitio rectam, per verticem & inter ipsum & frontem ad medium nasum adducimus, & quod ex ipsa superest à facie sinimus dependere: quod rectum in duas partes scindimus, vsque dum vtrum sit ad superius labrum. quo facto alteram fasciolam mediã, ab imo naso orsam super eam, qua scissa pendet à facie, in vtranque partem, sub imas aures ad occipitium ducimus, super partem primo iniectam, sic, ut ibi X literam repræsentet, ministro que tradimus: deinde partes scissas à facie conuertimus ab vtraque parte nali inter supercilia, ut ibi litera X similitudinem accipiant, ac per summum caput obliquas ad occipitium porrigimus, & cum priori capite iungimus: super quas deinde capita ministro contenta circa frontem attrahimus, sic, ut à latere nodo vel fibula inter se vinciantur.




Funda ad nasum ex quatuor capitibus, XLII.

Scindendum lintum est in partes quatuor, medium que integrum relinquendum, quæ vincire debet inum nasum. ex capitibus verò, quæ superiora sunt, pendere deorsum oportet: inferiora per genas primum ad angulos oculorum temporibus propiores procedere, inde inter frontem & verticem ad similitudinem X literæ inter se commissa à ministro contineri: reliqua duo sub imas aures ad occipitium demitti, ibi que litera X similitudine accepta, circa frontem agi, & à latere inter se deligari, tum quæ à ministro tenebatur, in occipitio declinare.



Eadem ex tribus fasciis, XLIII.

Vna media iniicitur sub imo naso, capita que eius per oculorum angulos temporibus propiores inter frontem & verticem ducuntur, ibi que aduersa ad imaginem literæ X à ministro continentur: altera media datur super inum nasum, & in vtranque partem ducitur ad occipitium, ibi que accipit nodum cum capitibus à ministro contentis: tertia orditur à fronte, & capiti circundata à latere deligatur.



Eadem ex duabus, XLIIII.


Vna sub imo naso dari media debet, capita que eius per angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem porrigi, atque inter se aduersa in speciem literæ X ministro similiter tradi: altera media iniecti super inum nasum, & capita eius ferri sub imas aures ad occipitium, & ibi X literæ similitudine accepta per frontem circumagi, & à latere devinciri.

Nasus



Nasus ex binis fasciis. XLV.

Vna super nasum in longitudinē detur, dimidiatq; pars à fronte dependeat, reliqua per verticem recta ad occipitiū porrigat: sed alterius medium dādum est sub imum nasū, capita verò sub infimas auriculas ad occipitiū ferenda, vbi debent literæ X similitudinem accipere. post hæc prioris fasciæ quod à fronte pendet, sursum conuertedum, & super partem primo volutam recta per verticem ad occipitiū demittendū, quo factio, capita que ibi literæ X figuram acceperant, id complexa, postquam fronti circumdata fuerint, finienda sunt.




Accipiter ad nasum ex tribus fasciis. XLVI.

Vna sub imo naso media incipit, cuius capita vtrinque iuxta nares inter supercilia ducuntur ad imaginem literæ X, inde ad summum caput atque occipitiū dantur, ibi q; continentur: altera media super imum nasum obuoluitur, capitaq; eius sub infimas auriculas ad occipitiū demittuntur, & ibi inter se, & cum capitibus, quæ continentur, vincuntur: tertia media à fronte orditur, & in vtramque partem circumacta à latere capitis finitur.


Idem ex binis fasciis. XLVII.

Prior fasciæ perinde atque altera circumagenda est, sed capita huius in occipitiū ad literæ X similitudinem inter se aduersa vbi frontem complexa sunt, finiuntur: illius verò sub his comprehenduntur, vel ipsa quoque in occipitiū in speciem literæ X inter se aduersa sub mentum adducuntur, ibiq; inter se alligantur.



Fasciæ glomerata ad idem. XLVIII.

Fasciæ pendere statim à facie finito, quā tum à naribus possit ad occipitiū peruenire, reliquam eius partē recta per nasum, inter supercilia ad frontem & verticem trahito: inde per medium caput ad occipitiū demittito, ibi q; conuersam sub infima auricula ad imum nasum attrahito super partem pendētem: inde sub infima auricula alterius partis ad occipitiū ducito, ibi que contineto. post hæc caput quod à facie pendebat, recta super partem priorem volutā, ac occipitiū dato, sic, vt à reliqua fasciā comprehendatur: quam postremo circa frontem adducito, & ad occipitiū reuersam à latere capitis deuincto.



Funda. XLIX.

Orsa ab occipitiū obliqua per verticem & inter ipsum & frontem tēdit ad angulum oculi temporis propiorem, inde per genam ad imum nasum, ab eo q; ad genam similiter alterius partis, oculi angulum temporis propiorem, inter frontem & verticem, ad summum caput fertur priori parti aduersa, post hæc ad occipitiū demittitur, & sub infimis auriculis porrecta ad occipitiū reuertitur, nouissime que fronti obuoluitur.


Eadem aliter. L.

Fasciā occipitiū primum iniicimus, deinde obliquam per verticem ad tempus atq; angulum oculi

A oculi temporis propiorem adducimus, ab eo que sub imum nasum, atque infimam auriculam sursum ad occipitiū demittimus, ibiq; conuertimus, & priori parti aduersam obliquam ducimus ad tempus, ac sub imum nasum ad infimam auriculam contrariæ partis, post hæc ad occipitiū, deinde sub infimam auriculā, sub imum nasum, ac sub imam auriculam alterius partis ad occipitiū, postremo circa frontem obuoluimus.

Aminta Vallum. LI.

Orsi ab occipitiū, fasciā oblique per verticem ducimus, atq; inter ipsum & frontem inter supercilia: inde à latere iuxta angulum oculi, naribus propiorem, recta ad proximam nares: inde quæ maxilla cum malis cōmittitur, attrahimus: tum sub mentum demittimus, & sub infimam auriculā ad occipitiū damus: ab eo que per verticem oblique inter ipsum & frontem, atque inter supercilia porrigitur, priori parti aduersam in speciem literæ X: post hæc à latere nasi, ex contraria parte, & quæ maxilla cum malis cōmittitur, sub mentum atque infimam auriculam alterius partis ad occipitiū: inde fronti circumdamus: post hæc sub infimam auriculam, per medium nasum, ad alteram infimam auriculam atq; occipitiū. præter hæc non nulli quoque mentum complectuntur. Adhibetur autem commodissime, vbi vel inter supercilia, vel medium nasum deligare opus est.




Phaleræ seu Vallum. LII.

Ab occipitiū inchoatur, & oblique per summum caput atque inter ipsum & frontem procedit inter supercilia: inde iuxta angulum oculi naso propiorem per genam sub imam aurem ad occipitiū: ab eoq; per contrariam partem, sic, vt inter supercilia literæ X figuram accipiat: tum oblique inter frontem & verticem, per verticem ipsum ad occipitiū demittitur: deinde sub infimam auriculam, per medium nasum atque alterā infimam auriculam, item ad occipitiū reuertitur: post hæc circa frontem agitur. Quidam, vt speciosius vinculum efficerent, per eam quoque futuram, quæ ad aures per verticem tendit, circuire voluerunt. Potest etiam, si res postulat, fasciā duci in vtramque partem. Huic & superiori eadem vis est.

Meneceatis Accipiter. LIII.

Fasciā primum occipitiū detur, & recta per verticem inter supercilia tendat iuxta angulum oculi naso propiorem: & ab altera nare super imum nasum feratur iuxta alterum angulum naso propiorem, & inter supercilia, vt ibi similitudo literæ X fiat: post hæc recta iuxta partem prius volutam ad occipitiū reuertatur: ibi que conuersa sub infimam auriculam, & super imum nasum, ac sub infimam auriculam alterius partis, itidem ad occipitiū adducatur, & fronti nouissime circumdetur: quam agere etiam licet super eam futuram, quæ ad aures per verticem tendit. Non nulli, vt elegantius vinculum reddant, adijciunt semirhombum, cuius rationem supra indicauimus.



Aminta Vallum ad nasum in alteram partem declinatum. LIIII.

Fasciā ab occipitiū orsam recta ad summum caput adducito: deinde inter ipsum & frontem, atque inter supercilia ab altera nare sub imum nasum attrahito: inde sub imam auriculam alterius partis, & super imum nasum, ab eo que sub imam aurem ad occipitiū obuoluito: inde circa frontem.

Hippocratis

Hippocratis vinculum adducens. LV.

Idem praestat, quod proximè positum. sic autem obuoluitur. membranula palmæ longior accipitur, cuius vnum caput glutine vel gummi illitum naso agglutinatur ab ea parte, in qua iacet: alterum sub imam aurem ad occipitium adducitur, ab eo que ad frontem, quâ similiter agglutinatur.

Ad aures linteam scissam in quatuor partes. LVI.

Medium auriculam complectatur: ex partibus verò scissis, quæ super auriculam sunt, ubi X literæ figurâ acceperint, vna per frontem, altera per summum caput, ad occipitium porrigantur: tum quæ per frontem procedebat, quâ X literæ similitudo est, atrahatur; quæ per verticem ad frontem ducatur, & à latere capitis ambæ inter se vinciantur: sed partes subiectæ aduersæ inter se procedant, & altera per posteriorem partem, altera sub mentum detur ad occipitium, ibi q; nodum accipiant.

Auris ex fascia glomerata. LVII.

Fascia postquam aurem prope occipitium orsa, per ipsam ferri debet, vt ex parte eandem includat: inde inter frontem & verticem atrahi non longe à fronte: tum per priorem partem prope alteram aurem ac sub mentum ad aurem affectam, deinde inter verticem & frontem ad posteriorem G partem integræ auris, & sub mentum, atque infimam auriculam ad occipitium, inde circa frontem, ac rursus ad occipitium.

Aliter. LVIII.


Occipitio primum iniicitur, & sub infimam aurem sanam inter frontem & verticem ad priorem partem affectæ auris porrigitur, atq; inde sub mentum & sub infimam aurem ad occipitium, deinde oblique super aurem, post hæc circa frontem.

Linteam scissam in partes sex ad regionem iuxta aurem. LIX.

Medium super locum vincendum iniicitur: ex partibus verò alijs à ceruicæ dependentibus, alijs super caput collocatis, eas, quæ à priori parte sunt, inter frontem & verticem nodo inter se deuincimus: medias verò in summo capite & inter se, & cum prioribus alligamus: posteriores ad occipitium adductas, vt X literam referant, circa frontem agimus sic, vt à latere capitis finiantur.


Iunctura ad malas ex tribus fasciis. LX.

Vna media inter frontem & verticem iniicitur, capita que eius per malas sub mentum demittant, ab eo q; per malas iuxta priores partes inter frontem & verticem procedant, ibi que inter se colligentur: quod si ocu-




LV

LVI




LVI

LVII



LVIII

LIX



LIX

LX

E

F

H

Mos quoque deuincire volueris, ducantur non iuxta priorem partem, sed per oculos, tum inter frontem & verticem data in speciem literæ X ad occipitium adducantur: altera fascia media inter frontem & verticem orsa in vtranque partem atrahatur iuxta oculorum angulos temporibus propiores, ad mentum, atque ibi nodum accipiat: tertia media medium nasum amplectatur, capita que eius sub infimis auriculis ad occipitium adducantur, ibi q; X literæ similitudine accepta per frontem circumteant, & nodo à latere capitis vincantur.

Longa ad frontem & regionem, quæ inter supercilia est ex fascia glomerata. LXI.

Dari primo super occipitium debet, post hæc rectâ duci ad frontem & inter supercilia, deinde ad occipitium reuerri, & postremo per frontem circumagi.

Funda ad labrum inferius scissa in partes quatuor. LXII.

Medium, quod integrum est, iniicito super labrum inferius: superiores verò partes ad mentum adducito, atq; inde ad occipitium, ibi q; in speciem literæ X altera super alteram, excedente, ad summum caput, & inter ipsum & frontem atrahito, ministroq; tradito. reliquas verò binas partes sub infimis auriculis ad occipitium porrigito, atq; ad formam literæ X ad frontem atrahito, & has, & quæ à ministro continentur, inter se deuincito.

Eadem ad labrum superius. LXIII.

Media superius labrum complectitur: inferiores partes iuxta angulos oculorum & temporibus propiores adducito inter frontem & verticem, vt ibi X literæ figurâ accipiat, inde ad occipitium demittito: reliquas duas partes sub infimas auriculas ad occipitium atrahito, ibi q; inter se aduersas circa frontem agito, & inter se deuincito.

Fascia glomerata ad labrum inferius. LXIII.

Orditur ab occipitio, & sub infima auricula fertur ad labrum inferius, ac sub infima auricula reuertitur ad occipitium.

Eadem in vtramque partem ducta. LXV.

Media labrum complectitur, capita q; eius sub imas aures ad occipitium atrahuntur, & frontem circumdantur.


Alia. LXVI.

Incipimus ab occipitio, & sub infimam auriculam ad labrum fasciam ducimus, ab eoq; sub infimam auriculam ex altera parte ad occipitium, inde per verticem obliquam, & inter ipsum & frontem ad tempus porrigimus, ab eo q; per malas sub mentum ad malas ex altera parte, deinde inter frontem & verticem in speciem literæ X, inde ad occipitium, postremo circa frontem.

Ad labrum superius. LXVII.


Ab occipitio orditur, & obliqua detur inter verticem & frontem iuxta oculi angulum temporibus propiores ad labrum superius, ab eo que ad alterum tempus, atque oculi angulum ipsi propiores, tum inter frontem & verticem super partem prius infectam ad imaginem literæ X, inde ad occipitium & circa frontem.

Eadem



LXII

LXIII



LXVI

LXVII

Eadem à mediocrsa. LXVIII.

Media superius labrum complectere, capitaq; iuxta tempora oculorum que angulos temporibus propiores porrigere, inde inter frontem & verticem, vt ibi X literam referant, tum ad occipitiū, post hæc per frontem, rursus ad occipitiū.

Funda scissa in partes quatuor ad occipitiū. LXX.

Media occipitiū comprehendit: ex partibus verò, quæ subiectæ sunt, per malas atque angulos oculorū temporibus propiores inter frontem & verticem feruntur, ibi que inter se deligantur; reliquæ sub infimas auriculas ad occipitiū ducuntur, vbi ad modum literæ X altera super alteram excedit. quòd si breuiores fuerint, in occipitiū cum prioribus aptantur, si longiores, ad frontem adducuntur. *

Cùm de vinculis tam simplicibus, quam compositis, quæ faciei & capiti conueniunt, abunde dixerimus, proximum est, vt ad reliqua pergamus.

Iunctura ad mentum. EX SORANO. LXX.

Fasciam ab utroque capite scindentes, sic, vt medium, quo mentum comprehenditur, intactum relinquatur, inferiores quidem partes, recta per malas inter frontem & verticem porrigimus: superiores per mentum transversas ad occipitiū atrahimus, nodo q; inter se alligamus: prodest autem quibus de uincere mentum conuenit.

Spica Glaucij. Nunc GALENVS LXXI.]

Nomen inuenit à spica, quam suo ambitu imitatur, maxime autem proficit, vbi iugulum fractum est, aut humerus excidit. eius ratio est: Hæc sus lanae mollis ab ea parte, quæ vincienda est, alæ subijcitur, donec id cauum compleat: post hæc fascia glomerata, quæ longitudinem & latitudinem habeat pro portione eius, quod alligatur, ab altera ala incipiens obliqua per dorsum rēdit, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur: inde sub ala affecti humeri ad eam partem reuertitur, quæ iugulum cū lato scapularum osse committitur, ita, vt ibi X literam repræsentet: deinceps obliqua per pectus procedit ad alam integræ partis: inde per dorsum obliqua ad iugulum, ita, vt parti prius obuolutæ aliquantulum insidat: ab eo que sub ala iterum datur ad iugulum; sic, vt secundo similitudo X literæ fiat: postremo ad alam integræ partis, atque ad eandem rationem, circumagitur.

Eadem media primum iniecta. LXXII.


Adhibita spica brachium figurandum est ad angulum rectum, atque altera fascia media inuoluendum, cuius capita recta ducenda sunt, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, atque ibi in speciem literæ X aduersa inter se ad alam integræ partis atrahenda: post hæc per latera atque affectum humerum circumdanda eatenus, vt omnia includantur, & sub ala sanæ partis finienda.

Eadem




LXVIII

LXX



LXX




LXXI

LXXII

A Eadem in utramque partem ducta. LXXIII.

Media alam affecti humeri complectitur, & in utramque partem ducta, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, X literæ figuram accipit: inde oblique pars vna per dorsum, altera per pectus procedit ad alteram alam, atque ad hunc modum, quoties opus fuerit voluta, finitur.



LXXIII


LXXIII

Geranis (ita enim appellatur à gruis similitudine) Hippocratis, sine (vt alijs placet) Perigenis. LXXIIII.

B Hisdem conuenit, quibus spica, in hunc autem modum obuoluitur. Vbi spicam iniicerimus, semel circa humerū dari fasciā debet: inde ad iugulum procedere: tum oblique ad alteram alam, atque ibi desinere.

Funda humerum complectens, quæ idem præstat, atque Geranis. LXXV.

Spicam adhiberi prius conuenit: tum ab ea parte quæ iugulum cū lato scapularum osse committitur, fasciam semel recta ferri ad brachium, quod ad angulum rectum figuratum sit: atq; inde rursus ad eā partem, qua iugulū cum lato scapularum osse committitur, deinde ad alam integræ partis: post hæc humero & lateribus circumdari, & sub ala nodum accipere.



LXXV


LXXVI

Eadem aliter. LXXVI.

Media vitiatum humeri caput amplectatur, capitaq; eius recta ducantur ad brachium in vicinia cubiti: & rursus iuxta partes prius iniectas, quæ iugulum cum lato scapularum osse coniungitur: inde ad alam integræ partis, post hæc in orbem.

Aliter. LXXVII.

Media circumdanda est alæ integræ partis, capitaq; eius in orbem ad latera atq; humerum attrahenda: tum sub ala integræ partis iterum demittēda: inde obliqua ducēda sunt ad eum vitiatæ partis locum, vbi iugulum cum lato scapularum osse committitur: deinceps recta per humerum ad cubitum: ab eoq; rursus ad eā partem, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur: inde ad alam integræ partis, postremo in orbem circa humerum.



LXXVII

LXXVIII

Spica duplex, quam alij Quadrigam dicunt. LXXVIII.

Commodissime iniicitur, cum vtrumque humeri caput male habet. eius ratio hæc est. Vbi spica simplex data fuerit, fasciam sub alam vincti humeri demittentes obliquam ducimus ad alterum humerum, atq; ad eam partem, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, lic, vt ibi X literam referat: deinceps ad alteram alam, atque ad eandem rationem circumagimus.


Septima Classis,

QQQQQQ

Cata-

Cataphracta. LXXIX.

Nomen habuit à similitudine thoracis Romani, quem cataphractam dicunt. Prodest autem quibus deligare iuxta iugulum conuenit latum os scapularum, pectus, dorsum, aut latera. quod vinculi aliqua ex parte duplicem spicam representat, sic autem obuoluitur. Ala primo circumdatur, tum oblique per pectus ducitur prope illam regionem, vbi iugulum cum osse pectoris committitur: inde per ceruices ad latum scapularum os humeri contrarij atq; ad alam subiectam, ab eaq; ad ceruices super partem prius iniectam, ita, vt prope ceruices similitudo X literæ fiat: post hæc obliqua datur ad latum scapularum os ex altera parte, atque ad alam: ab ala ad ceruices, vt in vertebra colli X literæ figuram accipiat: deinceps sub ala & oblique prope eam regionem, vbi iugulum cum osse pectoris committitur, sic, vt hic quoque similitudo X literæ fiat, & iuxta ceruices, & super latum scapularum os, & sub ala, vt quater X literam representet, nimirum semel à priore parte, semel à posteriori, bis prope iugulum. Ad eandem autem rationem quoties opus est, circuit: deinde in orbem attrahitur circa pectus & latera sic, vt tota iunctura thoracem referat.




LXXIX LXXX

Eadem in utramque partem ducta. LXXX.

Sub ala dari mediam fasciam oportet, & in utramq; partem ferri ad proximum iugulum, sic, vt prope ceruices X literam referat: deinde oblique porrigi ad contrariam alam, ab eaq; ad proximum iugulum, vt ibi prope ceruices fiat similitudo literæ X: inde ad alteram alam oblique, postremo in orbem circa pectus.

Sofrati Vinculum rectum ad alam & pectus. LXXXI.

Maxime conuenit, vbi medium pectus, vel dorsum, aut latera, seu thoracem volumus deuincire. Duas igitur fasciolas iuxta longitudinis humerorum capitibus iniicimus, earumq; capita recta sinimus dependere: deinceps fascia glomerata thoracem totum obuoluimus & latera, vt contegantur, extremamq; fasciam nodo al ligamus: capita verò, quæ & à priori & à posteriori parte pendebant, fasciæ circuitibus assuimus, ac, si longiora fuerint, sursum conuersa, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, inter se colligamus.



LXXXI LXXXII

Vinculum in speciem literæ X ad alam & pectus. LXXXII.


Quas proxime posui fasciolas, non rectæ, sed obliquæ dependeant, ita, vt tam à pectore, quam à dorso similitudo X literæ fiat. cætera eadem fieri debent, quæ, vbi rectæ adhibentur.

Amintha thorax. LXXXIII.

Huic & vinculo, quod ad alam posui, eadē vis est. sic autem fasciatur. Imposita cataphracta ad utraq; partem ducta, vbi fascia eatenus circuitur, vt vsq; ad vmbilicum cōplexa omnia fuerit, capita inter se vinciri debent, sic, vt lupus laqueus fiat: quodq; ex his vltra laqueum relinquitur, ad illa utrinq; adductū prioribus circuitibus inferitur, sic, vt extremū pendeat, quod quatuor digitorū longitudinem æquet: quo fit, vt thoracis fimbrias representet.

Thorax ad idem X literam representans. LXXXIII.

Fasciam ilibus primum à dextra parte iniicito, & oblique per latus & medium pectus trahito ad humeri caput: ab eo que ad alam atque iterum ad humeri caput super partem priorem ad effigiem X literæ: post oblique per dorsum ad illa super caput primo iniectum, deinceps per ventrem ad illa sinistra partis in orbem circumducito:



LXXXIII LXXXIII


Acircunducito: deinde per dorsum priori parti aduersam, sic, vt ibi eiusdem literæ similitudinem habeat, ad caput humeri dextrum: post hæc sub alam demittito, & rursus ad caput humeri circumagito, sic, vt ibi similitudo X literæ fiat: post hæc per medium pectus ac latus oblique ad illa sinistra partis, nouissime in orbem circumdato, atque ad eandem rationem voluito, dum quæ liganda sunt, omnia includantur.

Stella. LXXXV.

Adhibito vinculo, cui nomen est thorax X literam representans, debet angustior fasciola dari in orbem semel aut iterum circa pectus & dorsum, & extremo capite fibula deuinciri.

Geranis in speciem scelle. LXXXVI.

Idem potest, quod cataphracta. eius autem ratio est. A dorso incipit, & oblique per scapulas ad eam partem procedit, vbi iugulum cum lato scapularum osse committitur: inde sub ala demissa eodem reuertitur, vt similitudinem X literæ super eandem commissuram accipiat: post hæc obliqua per mammam ad vmbilicum, ibiq; cōuersa oblique trahitur ad alteram mammam, atq; ad eam partem, vbi iugulum cum lato scapularum osse committitur, vt ibi literæ X figuram accipiat: deinde per dorsum demittitur, & in orbem datur circa latera, atque ad eandem rationem circuit.




LXXXVI LXXXVII

Stella à posteriori parte se ostendens. LXXXVII.

Vtiliter adhibetur, quibus deuincire dorsum oportet, sic autem circumdatur. Ab ilibus orsa putat sinistra partis, per dorsum tendat ad caput humeri dextrum: inde ad alam, ab eaq; per latum scapularum os sinistra partis ad alam atq; humeri caput: dehinc oblique per dorsum feratur priori parti aduersa: post hæc semel aut iterum in orbem circa illa detur, eoq; ambitu extrema pars continetur. Eandem quoque sic circumagere licet, vt à priori parte oculis exponatur: id quod fit, vbi non à priori parte, sed à posteriori æque circumeat.

Vinculum, quod à fulmine Κεραυνιος appellatur. LXXXVIII.


Idem efficit, atq; illud, quod proxime positum est. Fasciam iuxta longitudinis atque latitudinis mediam in longitudinem scindimus, dum recipere caput possit: ex capitibus verò vnum à ventre, alterum à dorso, patimur dependere: post hæc imponimus id vinculi, cui nomen est Thorax X literam representans, imaq; capita prioris fasciæ scilla in plures partes pendere sinimus.



LXXXVIII

Simplex vinculum ad ceruicem. LXXXIX.

Commodissimum est, vbi respicit alteram ceruicem partem alligari. Incipit autem à medio latere, & per dorsum fertur ad ceruicem & pectus, & post hæc ad latus super caput primo iniectum, deinde per thoracem in orbem.




LXXXIX XC

Duplex. XC.

Fascia primum alæ circumdari debet, tum oblique per dorsum ad ceruicem procedere: inde ad pectus, & alam, atq; alteram alam: post hæc oblique per pectus ad ceruicem ita, vt ibi X literam representet: deinde oblique per dorsum ad alam: ac postremo in orbem circumagi, atq; ad eandem rationem circuire.


Cuspis, sive Hamus. XC I.

Binæ fasciola, quæ & longitudinem conuenientem habeant, & duorum digitorum latitudinem non excedant, mediæ humerorum capita complexæ dependent, & tam à dorso, quàm ab umbilico X literæ figuram accipiunt: post hæc fibula inter se iunguntur: quo factò obvoluitur geranis in speciem fiscellæ.



Rhombus simplex. XC II.

Iisdem prodest, quibus proxime adscripta. conficitur autem ex duplici vinculo ad ceruices, & ex geranide, ante dictis.



Rhombus duplex ad idem. XC III.

Fascia ab ilibus orsa obliqua per iugulum fertur ad latum scapularum os: inde ad alam, ab eaq; ad iugulum, ita, ut quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, referat similitudinem literæ X: post hæc transuersa per collum ad alterum iugulum: tum sub ala demittitur, atque ad idem iugulum reuertitur, ut ibi quoque similitudo X literæ fiat: inde obliqua per mammam porrigitur ad ilia contrariæ partis, sic, ut in pectore eandem literam referat: postea in orbem circa ilia fertur, & obliqua per dorsum tendit, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur: inde ad alam demissa eodem reuertitur: tum transuersa per priorem partem, quæ iugulum cum osse pectoris, & quæ cum lato scapularum osse committitur, & obliqua per dorsum ad ilia, postremo in orbem. Cum hoc etiam imponitur, vel duplex geranis, vel simplex vinculum ad ceruicem, vel etiam duplex.

Softrati Kepaúviov. XC IIII.

Proficit vbi medium pectus & dorsum deligandum est. sic autem obuoluitur. Duo iniici vincula oportet, & quocumq; cuspis, & quod stella nuncupatur: tantummodo capita, quæ in stella per fibulam inter se iungebantur, ad ilia adducta dependent.

Apollonij iunioris H'µνεραύviov. XC V.

Fasciolas, quas in cuspidè adhibuimus, ad humerorum capita damus, tum duplex vinculum ad ceruices iniicimus, deinde geranida in speciem fiscellæ.

Softrati parua Ara. XC VI.

Speciosa est, siquidem obuoluta parua aræ angulos representat. Primum deligetur vinculum ad ceruices, deinde geranis in speciem fiscellæ, quo factò adijcitur vinculum Softrati ad pectus, cum fasciolis suspendentibus.

Eiusdem paruum Templum. XC VII.

Hoc etiam & decorum est, & idem proficit. Recto vinculo Softrati imposto illud iniiciendum est, quod quadriga nominatur.

Apollonij Tbirij paruum Templum. XC VIII.

Binæ fasciola super dorsum dantur, quemadmodum in vinculo recto Softrati ad pectus, postea simplex rhombus circumagitur.


Geranis in speciem fiscellæ in priori parte se ostendens. XC IX.

A latere orsa obliqua per pectus eò ducenda est, vbi iugulum cum lato scapularum osse committitur,

Amittitur: inde sub alam: ab hac eodem reuerfa per collum transuersa ducenda est ad commissuram iuguli alterius partis cum lato scapularum osse: deinde sub ala à priori parte versus posteriorem ad eandem commissuram porrigitur: inde obliqua per pectus, & postremo in orbem circa ilia. Idem quoque vinculum à posteriori parte se ostendet, si circuitus, qui à priori parte fuerant, in posteriori collocemus, & eos qui à posteriori, in priori.

Auriga. C.

Valeat ad latera deliganda, atq; ad hunc modum iniicitur. Media fascia collum comprehendimus, capita que obliqua per pectus attrahimus: ibi que inter se implicata sub alas adducimus ad dorsum, vbi rursus implicamus: atque ita, donec totum thoracem deligauerint, modo à posteriori, modo à priori parte implicamus, extrema que inter se deincimus, quo vinculo vtuntur aurigæ ad latera continenda.




Expositis fascijs, quæ thoraci accommodantur, proximum est, ut ad reliquas pergamus.

EX HELIODORO

Assuta fascia ad mammam. C I.

C Fasciam cuius longitudo ac latitudo sit proportione hominis, duplicamus: tum initio factò à medio eius partis, quæ duplicatur, sumimus deorsum oblique tendentes: deinceps omne id, quod super futuram est, excidimus, ut pilei modo sinus fiat, qui mammam, & quod superiniecsum est, capiat. vtrumque huius fasciæ caput in duos scindimus: deinde ab altera parte sinus, quæ contra futuram est, & veluti labrum lintei, fasciolam latam circiter digitos duos à latere sumimus sic, ut alterum caput longius sit, breuius alterum: quæ fasciola cingulus dicitur. vincendi ratio est. Sinus datur ad mammam, ut ipsam comprehendat: longius verò cinguli caput per dorsum attrahitur ad integram mammam, & cum breuiori nodu accipit. ex capitibus scillis priora duo sursum feruntur ad ceruices, ita, ut dexteriori sinistrum, sinisteriori dextrum procedat, pendereq; sinatur, quibus cum reliqua duo capita colligantur.



D

Glomerata fascia ad mammam. C II.

Longioris fasciæ, quæ tantum latitudinis habeat, quantum vsus requirit, caput in duas partes scissum detur iuxta integram mammam: fascia verò per dorsum oblique ad vitiatam mammam procedat, ab eaq; ad alteram, post hæc super dorsum: inde ad affectam mammam à superiori parte deorsum porrigitur, ut inter vtranque mammam X literæ figuram accipiat: sæpiusq; ad eandem rationem circumeat, dum quæ nuda sunt, omnia contegantur. extrema verò fascia scindatur, tum scissæ partes inter se vinciantur altero nodo sub integra mamma, altero supra collocato.

EX SORANO

Duplex in vtranque partem ducta, à superiori parte deorsum. C III.

Media fascia, quæ pectori transuersa circumdetur, altera assuitur, donec vtranque mammillam pertranierit: hæc capitibus suis recta ad collum datis ex eo suspenditur, illa per dorsum procedit: vtriusque capita inter se vincuntur, ut deligandis mammis accommodentur.

Septima Classis. QQQQQQ ij Vinculum

Vinculum Suspendens sex habens capita.
CIIII.

Suspendenti vinculo quatuor capitum circa mediam futuram, alia fascia transversa affuitur, cuius capita, vbi (vt dictum est) deligauerimus, in dorso inter se vincuntur, ne aut resoluti vinculum possit, aut rugosum fieri. Habet autem eundem usum, quem proxime traditum.

Nunc GALENVS

Iunctura Ad alterum Inguen. CV.

Expediitissima est, vbi alligare inguen oportet. inijcitur autem hoc modo. Fascia ab ilibus orsa oblique per clunes ferri debet a parte inguinis vitiatu inter anum & naturale, post hanc sursum procedere ad inguen: tum in orbem per coxam ad ilia super partem prius iniectam, & ab inferiori parte sursum adduci.

Ad Vtrumque Inguen. CVI.

Abdomini fascie caput inijcitur, eamque oblique per coxam inter anum & naturale attrahito ad inguen ab inferiori parte sursum: deinde iuxta caput primo iniectum ad coxam, atque inter anum & naturale ad alterum inguen ab inferiori parte sursum: post hanc infra vmbilicum: sicque circumagitur, dum inguen vtrumque includatur.

Eadem in vtranque partem ducta. CVII.

Media fascia incipit ab inguine, capita que eius ad coxam data litera X figuram accipiunt, & vnum ad inguen, alterum ab exteriori parte procedit: deinde ambo in vnum adducuntur, atque ad eandem rationem circumueiunt.

Aliter ad Alterum Inguen. CVIII.


Vnum fascie caput, quod breuius sit, nec duorum vel trium cubitorum longitudinem excedat, ab inguine dependeat: alterum vero glomeratum, per ilia ad coxam detur atque abdomen: inde oblique ad coxam & inguen circumagatur ab inferiori parte sursum, tum ad ilia & coxam, ac per ilia contrariae partis ad abdomen: tuncque caput dependens ad inguen sursum conuertat sic, vt ibi sinus fiat, qui altero capite, quod glomeratum est, comprehendatur, post hanc rursus quod glomeratum est, per inguen & coxam ducatur ad abdomen: rursusque primum caput duplicetur a superiori parte deorsum, & eo, quod glomeratum est, comprehendatur: ac dum fascia desinat, alterum quidem dupliciter, alterum superdetur: nouissime fibula imponatur.

Aliter ad Vtrumque. CIX.

Fasciola media lumbos complectimur, capitaque eius ab inguine non secus quam in iunctura ad alterum inguen sinimus dependere: tum alteram fasciam a ventre orsam, quemadmodum in iunctura ad vtrumque inguen circumdamus, capita vero, quae pendebant, quemadmodum in simplici dictum est, duplicamus.

Peeten, seu Vinculum Suspendens ad Colem. CX.

Fasciola media lumbis iniicienda est, capita que eius super ventrem adducta nodo inter se vincenda: tum alterius fascie glomeratae caput zonae inserendum: reliqua pars ad colem data in zonam



A nam rursus a superiori parte deorsum conijcienda, post hac sub colem & ad zonam: postremo testiculos complexa, in zonam demittenda est.

Aliter. CXI.

Iniecta zona fascie caput super colem imponatur, eaque circa ipsum in orbem detur, donec totum includat: deinceps ad zonam ferat, ab eaque ad colem, atque inde rursus ad zonam: nouissime testiculos amplexa, in zonam demittat.

Idem ex fascia scissa ac zona. CXII.

Linteu iusta magnitudinis scindito in partes quatuor sic, vt medium integrum relinquatur, quo colem excipito: tum ab altero capite scissas partes in vicinia colis findito in quae scissa conijcitur partes alterius capitis, cinguloque inferito, & nodo alligato.

B Ex HELIODORO

Vinculum ad alterum inguen, quod non nulli dixerunt Cavrum pro inguine. CXIII.

Fascia ab ilibus contrariae partis incipiens obliqua fertur ad lumbos, deinde ad inguen, quod vinciri debet, ab eoque ad summam coxam porrigitur. post hanc ad idem inguen reuerfa datur ad regionem, quae sub vmbilico est, vt X litera figuram accipiat, ab eaque ad ilia alterius partis: sicque circumagitur, donec, quae nuda fuit, omnia complectat: tuncque vtiliter semel in orbem ambit circa lumbos, & infra vmbilicum. Prodest autem, quibus deinceps inguen oportet.

Ad vtrumque inguen. CXIII.


Vbi vinculum adhibuerimus ad alterum inguen, omisso circuitu in orbem, in vinculo ad vtrumque inguen, fasciam a lumbis attrahimus ad alterum inguen: deinceps ad summam coxam, ab eaque ad idem inguen, vt in altero similitudo X literae fiat: deinde ad lumbos adducimus: post hanc eatenus hac ratione obuoluius, vt quae nuda sunt, includamus. Valeret ad vtraque inguina deliganda, neque ab re est vltra propositos circuitus, in orbem quoque fasciam circumagere.

Iunctura ad inguen tuendum. CXV.

Fascia glomerata, a capite duodecim interpositis digitis fasciolam alluere duorum cubitorum oportet, eoque capite supra ilia contrariae partis iniecto, fasciolam rectam a posteriori parte per lumbos & clunes demittere inter anum & naturale, obuolutamque inguini vitiatu sursum porrigere: deinde glomeratam fasciam bis, tertio circumagere, per quem ambitum fasciola attrahitur quasi per nodum, vbi vero huiusmodi circuitibus in orbem inguen adstrictum est, fasciola ad summam coxam porrigitur, ab eaque ad idem inguen, & ad eam regionem, quae sub vmbilico est, quo facto ex fascia glomerata vinculum fit ad alterum inguen, nodumque accipit sub vmbilico. Pertinet autem hoc vinculum ad eos, quibus propter varices, qui inguen implet, manus curatio admouetur.

Assuta iunctura ad anum. CXVI.

Fascia sumi debet eatenus longa, ac lata, vt huic iuncturae sufficiat: cui ab vno capite altera valentior fascia, lata circiter digitos tres, transversa affluenda est, hac zonae nomen intuenit: tum eadem



fasciæ intervallo puta novem digitorum alia fasciæ transuersa, perinde lata vt zona similiter affuen-
da est, cuius partes vtrinque adiuncta crura nuncupantur: alterum verò caput rectæ fasciæ, quod
contra futuram est, scindendum in duo crura. Homo igitur explicata zona cingatur, recta verò fa-
sciæ per lumbos procedat ad anum atq; inter ipsum & naturale, eiusq; crura ad inguina ducta zo-
næ inferantur: post hæc adiuncta crura arcuata in zonam demittantur atque ibi cum cruribus allig-
gentur. Quod vinculum sine adiunctis cruribus non nulli ad calculosos, vbi calculus euulsus esset,
adhibuere: id nos ob nodorum inæqualitatem rejicimus, ne pars vmbilico subiecta vrgeatur, vesi-
ca, n. inæqualiter compressa inflammationi obnoxia est. Deligamus aut, quibus calculus euulsus
est, parua fasciæ, quam proxime ad inguen ppositimus: sed nūc breuiorem rectam fasciolam assui-
mus, extremamq; scindimus in duas partes. hæc aut iunctura illis longe commodior est, q̄ quæ an-
causa iniicitur, siquidem glomerata fasciæ in orbem voluta lumbos & omne id, quod sub vmbilico
est, tegit, extremaq; sub vmbilico prioribus circuitibus assuitur, ex recta verò fasciæ quod integrū
est, ad anum & inter ipsum & naturale demittitur, partes verò scissæ ad ingu in attractæ in priores
circuitus immittuntur: quæ vincendi ratio, calculosis, vbi secti sunt, aptissima est.

Scissum vinculum ad scrotum. CXVII.

Linteum pro hac ipsa iunctura longum la-
tum ue, ab vtroq; capite in quatuor parteis diui-
ditur, sic, vt ab vno breuiores sint, ab altero lon-
giores: deinde à medio versus breuiores excidi-
tur, donec, vbi vsus requiritur, coles eo cauo ex-
cipiatur. zonam ergo iniicere primum homini
oportet, tuncq; ex breuioribus partibus linte-
medias duas in zonam demissas, inter se deuin-
cire, & reliquas duas in eandem zonam conie-
ctas pati dependere, quo facto coles per id cauit
excipi debet, scrotumq; totum comprehēdi inte-
gro linteo: ex cuius partibus longioribus, duæ
exteriores scroto inioluendæ sunt, ita, vt dextra
sinisteriori, dexteriori sinistra, pcedat: deinceps
in zonam demissæ eo modo, quo priores pmit-
tendæ sunt pendere. reliquæ duæ mediæ scroto
similiter iniectæ, vt dextra sinisteriori, dextero-
ri sinistra procedat, per summas coxas in eandē
zonam demittendæ, & cum prioribus partibus
pendentibus alligandæ.

EX SORANO.

Iunctura ad scrotum ex tribus capitibus.
CXVIII.

Vni extremæ fasciæ assuatur altera mediæ ad
imaginem literæ T. harum, quæ transuersa est,
hominem cingat: quæ recta, feratur ad scrotum,
ibiq; eatenus incidatur, quatenus coles suo cauo
recipiatur, extremaq; ad zonam alligetur, vt scro-
ti vitijs accommodetur.

EX HELIODORO.




Fasciæ glomerata ad cubitum. CXIX.

Incipit ab imo humero in vicinia cubiti, atq; in orbem circumagitur: post hæc obliqua ducitur
ad priorē cubiti partem, qua secari venæ solent: tum brachio in orbem obuoluta obliqua ad hume-
rum reuertitur, sic, vt priorē partē cubiti X literam representet: sic autem circuit, donec tegantur,
quæ nuda sunt, & vbiq; à latere nodum accipiat. Illud aut cōe est humeri brachij, alterius ue mem-
bri vincendi, q̄ fasciæ in orbem ferri debent, cū eo vt interdum ēt obliquæ procedat, quo vinculi
firmius hæreat. Huius verò fasciæ extremitas vel inferioribus assuenda est, vel angustiori fasciola
vincienda est: aut in duo capita scindenda, quæ ab altera membri parte nodo inter se alligentur.

Iunctura in orbem: quidam adiciunt, sub auctore Hippocrate. CXX.


Huius vinculi ratio est, vt fasciæ super aliquod mēbrum pluribus circuitibus in orbem ambiat,
recte autem iniicitur, vt membrum contineat, quod in suum locum restituitur: magis verò pertinet
ad corporum, quæ abscesserunt, glutinationem, his seruatis, quæ ad artificiosam fasciandi rationem
pertinent. Abscedentium enim ore in inferiori parte sito fasciæ à superiori parte deorsum pcedit,
vt humores excernantur, & eorum, quæ abscesserunt alterum alteri insidat, vt glutinentur: sed si
vltus superius sit, vt materia ab inferiori parte sursum sub vinculo excernatur. vbi verò absceden-
tia corpora transuersa sint, fasciæ ab ipsis circundetur versus os, vt humor emittatur.

Atenecrii




A *Atenecrii vinculum ad partes ex-
tremas. CXXI.*

Ab extremo brachio prope manum
orsi, vbi fasciam semel in orbem duxe-
rimus, obliquam attrahimus per primā
palmæ partem: deinde per palmam ip-
sam circumagimus priori parti aduer-
sam, ita, vt ad primam palmæ partem re-
uertatur, prope ipsam prius X literæ si-
militudine accepta: atque ad eandem ra-
tionem obuoluimus, dum quæ nuda
sunt, contegantur. Adhibentur autem
vtilissime, vbi & primam palmæ partē,
& palmam alligari necesse sit.



Cancer. CXXII.

Angustioris fasciolæ, cuius latitudo
exempli causa digitum æquet, capite su-
per primam palmæ partem imposito,
ipsa per palmam attrahenda est, & ab
interiori parte versus exteriorē obli-
que ad pollicem adducenda: tum circa
ipsum ab exteriori parte oblique porri-
genda ad primam palmæ partem aduer-
sa parti prius iniectæ, sic, vt super exte-
riora pollicis X literam referat: atque
ad eandem rationem eatenus volutēda,
vt omnia complectatur: nouissime que
circa primam palmæ partem data, fi-
nienda est. Commodissime autem obu-
oluitur ad vincendum pollicem, quæ
αυτιχρησος vocant.



EX SORANO.

Iunctura ad primam palmæ partem.

CXXIII.

Orsa à prima parte palmæ obliqua versus palmam ducatur, deinde per palmam ipsam transuer-
sa, postremo in orbem circa primam palmæ partem, vt quibus hanc ipsam vincire volumus, ac-
commodetur.

D *Vinculum oppositum.*

CXXIII.

A prima palmæ parte incipiens, post ipsam oblique circa pollicem obuoluitur: tum oblique à
priori parte manus ad primam palmæ partem porrigitur, ibi que in orbem attrahitur, vt vincien-
do pollicis aptetur.

Vinculum, vt in palestra ductum.

CXXV.

Adhibito vinculo opposito fasciam insuper oblique prope primam palmæ partem versus digi-
tos circundamus, deinde in orbem circa indicem: post hæc oblique aduersam parti prius iniectæ,
prope primam palmæ partem attrahimus: idem q; facimus circa reliquos digitos, vt illis idoneum
sit, quibus tam quod prope primam palmæ partem versus digitos est, quam quod post digitorum
articulos, vinciri debet.

Rhombus ad medium membrum.

CXXVI.

Fasciæ caput membro iniicimus, eamq; super id obliquam ducimus, post hæc in orbem, dein-
de aduersam parti prius obuolutæ, atque ab altera parte in orbem, vt ad eas fracturas conferat, qui-
bus carnis quoque vulnus accessit.

Rhombus

Rhombus multiplex ad unicum membrum CXXVII.

Super extremā vnus membri partē fascia imponit, & per ipsum aquis interuallis quali in cochlea serpit vsque ad alterā extremitatē: quā in orbē cōplexa, oblique circuit, & in orbē dat aduersa parti prius iniectā, certa seruas interualla, vt ijs, quae cōprehēdit, accōmodet.

Palma habena. CXXVIIII.

Orsa à summo membro, obliqua per mediū ad ināna feratur, & in orbem circa ipsum datur: post partē prius iniectā aduersa ad summū reuertatur, & iuxta eodē circuitus ambiat, vt eas partes fideliter contineat, quae recentī callo glutinatae sunt.

EX HELIODORO

Rhombus equalium crurum. CXXXIX.

Tradita fūctura hāc est ad femur, vbi id aliqua parte vulneratum sit, & adiunctae partes abscedant. cuius ratio est. Ab inferiori parte vlcis fascia in orbē circuit, inde obliqua ducitur à latere vlcis: & rursus in orbē à superiori parte vlcis attrahitur: tum obliqua ad ināginē litera X deorsum demittitur: deinceps conuenienti interuallo bis iuxta vlcis obliqua porrigitur, semel ab inferiori parte sursum, semel à superiori deorsum, ita, vt bis litera X representetur, & in medio rhōbus super vlcis collocetur, quo per mediū interuallum nudatum humores excernantur. Circuit autem ad eandē rationem, donec quae nuda sunt excipiat, eo quē fit, vt quae abscesserunt, sub vinculo, quasi sponte sua ad glutinationem veniant, nudato quē vlcere, quidquid humoris collectum est, effundatur.

Rhombus in equalium crurum. CXXX.

Vbi proximum vinculum inieceris, requirit quod nunc proponitur, vt fascia per vulnus feratur, etiā obliqua. Eo vli sunt, quibus operiendi quoque vulneris consilium fuit.

Ascia. CXXXI.



Scribunt, qui huiusmodi iuncturā adhibent, ipsam vultiter injici, quibus vulnerato femore proximae partes diducunt. sic autē injici debet. Volueda sub vulnere fascia, est in speciem asciae sic, vt pars gibba deorsum, lima sursum spectet: deinde super vlcis iterū in speciem asciae priori aduersa circūgēda est, atq; ad eandem rationem attrahēda, dum quae nuda sunt contegat, ab inferiori parte sursum, & à superiori deorsum procedens, interdum etiā per vlcis, vt ipsum operiat.

Vinculum à latere X literam representans. CXXXII.

Fascia in o femori in orbem, ppe genu eiretū agimus: tum oblique ducimus, & rursus partē prius iniectā aduersam attrahimus sic, vt à latere genu litera X similitudinem referat, eodem q; modo circūducimus. Potissimum autem pertinet ad eos, quibus genu in alteram partem lapsū reconditum est. representanda verò X litera est ab ea parte, in quā excidit.

Ascia. CXXXIII.

Super genu faciam tēdere in orbem oportet.



Atet: inde obliquam à superiori parte deorsum per patellam demitti ad poplitem: ibiq; sub genu in orbem iterum circumagi, & partē prius iniectā aduersam super patellam, procedere in speciem litera X. post hāc per poplitem & patellam in orbem circuire, atque ad eandem rationē obuolui. Conuenit autem patellae, quomodo cuique sua sede proruperit.

Ad Calcem. CXXXIIII.

Circumagēda fascia est circa talos in orbem, inde à posteriori parte ex vno latere nerui lati oblique ducenda ad alterū latūs: tum circa calcem voluēda, ab eo q; porrigēda, atq; ad eandem rationem circūducenda. Valet autem ad calcem alligandum.

Ad Talos. CXXXV.

Fascia super talos datur, inde obliqua ad superiora pedis porrigitur: post hāc sub plantam demittitur sic, vt ad anteriorem partem reuertā, X litera similitudinem referat: alligata verò planta circūducitur in orbem. Valet, vbi vinciri talos oportet.

Spica ad Plantam. CXXXVI.

Fasciam in orbem, magnum digitum complectatur, ab eo q; per plantam procedat circa talos: inde obliqua reuertatur ad plantam sic, vt non longe à minimo digito similitudo litera X fiat: post hāc ad anteriorem partem pedis intendat, & ad eandem rationem circūeat. Maiores vinculum hoc ad magnum digitum deligandum memoriae prodiderunt: nobis verò superuacaneum videtur digitum alligare ad plantam atque ad talos: abunde enim existimamus, si cum digito & planta pars pedis superior vinciatur; quemadmodum propositum est in digitis manus.

EX SORANO.

Calcus. CXXXVII.

Fasciam primo talis injicimus, tum per ipsos obliquam ducimus ad plantam: ab ea q; ad alteram partem talorum obliquam attrahimus: postremo circa crus in orbem porrigimus, vt illis accommodetur, quibus deuincire talos conuenit.

Ad Calcem. CXXXVIII.

Fasciae caput sub talis injicito, eam q; circa ipsos oblique ad plantam demittito: tum oblique circa calcem, & in orbem iuxta talos adducito, vt illis aptetur, quibus obligare calcem volumus.

Finis Galeni de Fasciis.

ORIBASIVS






ORIBASIVS DE LAQUEIS
EX HERACLE

Vido Vido Florentino interprete.

VIDIVS LECTORI

Laudatur liber de Laqueis à Galeno in libro de Fascijs, quavis alibi quoque mentionem faciat laqueorum, qui hoc opere continentur: referitur tamen hic liber in greco exemplo ad Oribasium auctorem. Quicquid est, opus vtilissimum est, sine quo multa sunt, que in medicinali arte nec comprehenduntur, nec præitari possunt: pertinent enim laquei non modo ad fasciandum, sed etiam ad extendendum ossa fracta, vel suo loco mota, seu æqualiter, seu inæqualiter adhibere vim oportet: tum ad curanda atque alliganda membra, dum manus adhibentur.

Quæratio sit Laquei Attollentis.





Attollentem habena adhibetur duplicata, cuius vtrumque caput sinistra manu continetur, sinus verò dextra prenditur, & capitibus superinijcitur, sic, ut capita sita sint in medio sinu. quo fit, ut ex vna parte, laquei nexus feratur, capita ex altera. Habet autem hic laqueus facultatem extendendi æqualiter, pertinet que non modo ad extendendum membra, sed etiam ad continendum, cum in suam sedem compelluntur: & ad figurandum corpora, vbi quid manu fieri oportet. Recte quidem eas partes intendit, quæ binis ossibus continentur, quandoque enim alterum vitiosum sit, sinus super ipsum, capita super integrum imponuntur: nam sinus corpori inhaerentes affectam partem vehementer distendunt: at capita, cum recedant à corpore, eam partem, quæ bene valet, vel nihil omnino intendunt, vel certe quàm minimum.

Membris quoque cum reponuntur, apertissimus est, sicuti cubito, cum in aliquam trium partium excidit, in quas vbi prolapsus est, brachium curvum est, neque extenditur, id est in posteriorem, anteriorem, atque exteriorem. in quo casu laqueus ossibus brachij iuxta primam palmæ partem inijcitur, capita que eius sublimiora feruntur, & ut retinacula sint, ad aliquid immobile deligantur. Ad figuranda insuper corpora, vbi manu medemur, adhibetur commodissime, in ijs enim, quæ iuxta anum vitia infestant, vbi tractantur, brachia poplitibus subijciuntur, & huiusmodi habena attollentes ad brachia dantur in vicinia manus, eorum que capita ad ceruices hominis adducta, inter se vinciuntur: quoniam attollens laqueus non solum inijcitur, implicatus, sed super membrum quoque circumponitur: suspensa enim fascia sinus membro subijcitur, capitaque eius per medium sinum traiciuntur, eaque ratione circumpositus conficitur.

Quo modo laqueus Nauticus debeat adhiberi. 11.

Ex medio sinu duplicatæ habena duos item sinus facere oportet, eos que inter se permutatos ita



Ita collocare, ut interior extrinsecus, exterior ab interiori parte situs sit. hac enim via nexus laquei ab vna parte, capita ab altera procedunt. Est autem idoneus ijs, quæ extendi inæqualiter debent. valet item ad continendas ferulas, quæ fracturis accommodantur. Iunctura namque adhibita vnum habena caput sinistra manu teneatur, alterum verò per affectam partem voluatur, sic, ut vnus & alter sinus fiat, per quos reliquum habena caput traiciatur, ut ab ea parte, quæ in nos spectat, versus contrariam porrectum sinistra rursus contineatur. quo iniecto ferula in sinus demissa ad vitiosum membrum dentur, capita que attrahantur, & inter se alligentur, ut ferulas teneant. Valet item ad cubitum sustinendum, non secus atque ad intentionem, aut ad ferulas continendas: imponitur enim, implicatur que ad cubitum suspendendum, vbi lata fascia non est. in quo casu sinus ita inter se diducendi sunt, ut alter prope cubitum sit, iuxta manum alter: capita verò ad ceruicem adducenda sunt, ibique nodo inter se deliganda.


Laqueus χιασδός quo modo implicetur. 111.

B

Ad χιασδόν habena duplicanda est, cuius vtrumque caput sinistra manu continendum: sinus verò dextra prehensus conuertendus est, sic, ut capita ad similitudinem literæ X aduersa inter se sint, inde enim nomen habuit χιασδός. quo factio sinus capitibus X literam referentibus superinijciendus, quodque ex his subiectum est, per medium sinum attrahendum. Eo que fit, ut medius laquei nexus appareat: à lateribus verò, hinc sinus vnus, inde duo capita se ostendant. Valet autem, vbi oportet inæqualiter distendere.

Pastoralis laqueus, qui & Sandalius dicitur, quo modo inijciatur. 1111.

Pastoralis, dicitur à quibusdam Sandalius, cum eo implicatur, quem χιασδόν nominauimus, hic siquidem primo est adhibendus, ut Sandalius fiat: quo iniecto sinus eius dependens attrahi debet ab inferiori parte sursum, per medium eius sinus, qui contra capita litus est: sic enim ab vna parte laquei nexus, ab altera capita collocantur, in nexu verò terni sinus, duo scilicet à lateribus, tertius in medio conspiciuntur. Adhibet autem commodissime ad talum prope sum, vbi reponit, vnus enim sinus à posteriori parte tali super latum neruum datur, à priori alter ad partem pedis superiorem, medius, hoc est tertius, plantæ subijcitur. quo factio capita ad id vinciuntur, quo extendendi causa vrimur. Neque talo duntaxat conuenit, sed maxilla, quæ excidit, vbi in suam sedem compellitur. vnus enim sinus ad frõtem hominis, alter ad occipitum datur, medius per os procedit vtrinque sub malis: capita verò per tempora ad ægri caput feruntur, ac siue ut retinacula sint, siue ut à superiori parte extendant, ibi inter se vinciuntur.



Draco

Draco laqueus, qua via injiciatur. V.

Ad laqueum draconē media habena à posteriori parte tali, incipiat iuxta latum neruum: capita verò versus priorem ferantur ad superiorem partem pedis, vbi X litera similitudine accepta, ad plantam porrigantur, & rursus inter se aduersa eandem literam representent: post hæc circa talū, vel ab inferiori parte sursum, vel à superiori deorsum circumdantur: tū deligentur ad id, cuius opera ad extendendum vtimur. Facit autem hic laqueus ad talū suo loco motum, vbi reconditur.

Qua ratione is laqueus adhibeatur, quem Simplem nodum dixerunt. VI.

Laqueus cui nomen est simplex nodus, à quibusdam Perineos appellatur. Quomocunque aut vocetur, eius ratio est. Habena simplicem nodum accipiat, cuiusdemq; sinus attrahatur, capita verò dependant: deinde membrū, quod reponere opus est, inter superiores sinus collocādū: tum alter sinus in alterum inlitus, ad capita ducendus, communi q; nodo cum capitibus ad id vinciendus, quod ad intendēdum adhibemus. Habet autem inaequalem extendendi facultatem.

Lupus laqueus quo modo nectatur. VII.

Duae habena iustae longitudinis duplicentur sic, vt capita ab eadē parte collocentur: sinus inter se aduersi sint: tū capita, quae ab inferiori parte, sursum, quae à superiori, deorsum vellant, sic, vt medius laquei nexus, vtrinque verò bina capita se ostendant. Habet autē vim extendēdi aequaliter, pertinet q; non modo ad ossū, quae restituntur: intentionē, sed in hernie curatione ad membranā abdominis adstringendam: item ad vincienda venarū capita sanguinē fundentia. Nos autem in sinus conijcere linca simplicia consueuimus, quae cōi medicorum vocabulo, q; relaxent, *σχασπία* dicuntur. neq; hæc ipsa temere adijciuntur, sed vt, vbi quae arēlata sunt, remittere volumus, per linca id præstemus, & non per capita.

Nodi Herculei ratio. VIII.


Ad nodum Herculeū, habenā adhibere oportet, quae duos nodos accipiat inter se distantes, quo fit, vt Hercules nodus vtrinque se ostēdat, hinc autē sinus, inde verò sint capita duo. Valet, vbi aequaliter intendere consilium est. Quod si sinus, qui contra capita est, medius incidatur, à supolaqueo non differet.

Simplex Charchesius qua via implicetur. IX.

Ad simplicem charchesiū, qui vim habet extendēdi aequaliter, duplicari habena debet, capitāq; eius sinistra manu contineri: sinus verò dextra sursum cōuersus superimponi capitibus, quae media opus est aduersa inter se collocare in speciem X litera: eo facto sinus capitibus iniectus à superiori parte deorsum attrahatur, per medium eius partis, quae X litera fuit accepta similitudo: sic enim laquei nexus medius apparet, ab vno latere sinus vnus, ab altero duo capita.

Duplex Charchesius quo modo implicetur. X.

Duplex charchesius aequaliter distēdit, ac simplici longe est efficacior. eius autē ratio est. Habenam præhēdimus duplicatam, capitāq; leua cōtinentes, sinū patimur dependere, tum ex capitibus, quae contra sinū sunt, alterū duplicamus, sic, vt paruus sinus fiat, quē in sinistra manu ponimus, alterum



Aterum per sinum trañimus: deinde nexum per sinus conuertimus, & in sinistra collocamus. quo facto, ex capite, quod contra sinum est, rursus alterum sinum efficiamus, quem nexui adiungimus. postremo pendentem sinum per medium nexum trahimus, ab inferiori parte sursum. quo fit, vt ab vno latere sint duo capita, ab altero vnus sinus, quibus laquei nexus medius interijciatur.

Duplex Charchesius, quo ex simplici fiat. XI.

Cum duplex charchesius varie consueuerit simplicari, siquidem per se interdū, interdum fit ex simplici, non nunquā conficitur circūponendo, supra demonstratū est, quo modo per se injiciatur: nunc qua ratione ex simplici fiat, exponemus. Adhibere igitur primo simplicem charchesium oportet, sinus quae alterum ab altero diducere: deinde eum, qui subiectus est, in superiorem conijcere, & similiter vtrinque diducere, ac per spacium, quod ipsis medium interijciatur, sinum qui cōtra capita est, ab inferiori parte sursum attrahere. sic enim rursus laquei nexus medius se se ostendit, hinc vnus sinus, inde bina capita conspiciuntur.

Duplex Charchesius, quo modo implicetur circumponendo. XII.


Quoniā vehementi validorū corporū intentione, laquei capita, ex vna parte saepius rūpūtur, ante perfectā intentionē, ne cogantur intēdentis adhuc laquei capita relaxare, charchesiū circumponimus. Tenentes igitur sinistra manu caput, circa membrum restituendū tres sinus efficiamus inter se distantes ita, vt ex his quod satis est, dependeat: post hæc primū sinum in postremū demittimus, & semel aut iterum eos conuertimus, per quos medium sinum rursus attrahimus. quo fit, vt circa membrum laquei nexus, ab vno latere vnus sinus, ab altero duo capita se ostendant.

Plinthij, quod alioquin Quadruplex circulus dicitur, qua ratio sit. XIII.

Ad Plinthiū laqueū, adhibet habena circuli representans. i. sine capitibus. Hæc ab interiori parte manus, pollicis minimisq; digitis circumdatur, nec nō vtriq; indici, vt sinus in vtraq; manu terni sint, vnus circa minimum digitum, circa indicē alter, tertius sup pollicē. post hæc sinus, in quos inliti pollices sunt, ad proximos minimis trāserunt, tū ad indices, qui minimis iniecti fuerunt, deinde sinus, in quos indices demissi postremo erant: medij à pollice à superiori parte deorsum vellunt, sicq; ab vno latere duo sinus, totidē ab altero, medij inter hos laquei nexus ad rhombi similitudinem conspectui subijciunt. Habet autē aequalē intendēdi facultatē, & nō solum ad intentionem, sed vī ad mentū quoq; fracti cōpositionē pertinere. nam mentū ipsum sub fractura aliqñ peruersum, in laquei complexū, rhombum referentē inseritur ab exteriori parte: sinus verò p malas, parteisq; superiores, ad summum caput feruntur, atque ibi inter se deligantur.

Laqueus Epangylosus (ita enim appellatur, quoniam sinus super sinum injicitur) qua via inferi possit. XIV.

Ad Epangylosum, vnū habenæ caput, inter sinistra manus pollicem & indicem collocamus, eamq; extrinsecus vltra primā palmæ partē adducimus: inde per palmā ipsam, datā inter pollicem



& indicem

& indicem vtriusque manus attrahimus, post hac inter minimū & proximum digitum demitti E mus. eo factō habent caput dextra manu sursum vellimus, extrēmam q̄ partem inter minimum ac proximum digitum tenemus. quo fit, vt duo sinus efficiantur, inter quos attractus nodus apparet. Facit autem ad corpora figuranda, vbi manu curatio adhibetur: inter sinus enim vtraque manu ho minis coniecta, reliquis habent partibus totum corpus firmiter continetur.

Ratio eius laquei, quem Auriculas nun cupant. XV.

Ad auriculas, epangy lotus primo inijciendus. danda autem opera est, vt alter sinus amplior sit, quem implicare oportet ad modum laquei chiasii, sic, vt duo sinus oculis exponantur: inter quos, quod ex habena dependet, duplicatum se ostēdat. Recte autem adhibetur, vbi prolapsa maxilla reponitur, tñ ad processus capitis recōdendos. Sinus enim dantur ad tempora agrotantis, quod q̄ inter eos duplicatum conspicitur, ad frontem: deinde vinculū illud inijcitur, quod leporem auritum appellant: postremo auriculæ, vel vt contineant, vel vt à superiori parte extendant, super caput offēsi porriguntur.

Laqueus duos habens sinus (quē non nulli minus proprie Strangulantem dixerunt) quo modo inijciatur. XVI.

Laqueus, quem duos sinus habentē appellant, ex binis constat chiasii, quorum alter ab altero diducitur. Est autem apertissimus ad corpora figuranda, vbi vitia iuxta anum curantur: siquidē brachia subiecta poplitibus, eiusmodi laqueis adstringuntur: at pars, quæ mediā inter sinus duplicata depēdet, ad ceruicem hominis fertur, atque hac viā corpus figuratur.

Ratio laquei, quem Strangulantem proprie nuncupant. XVII.




Laqueus, qui proprie strangulans nūcupatur, ex simplici fit charchesio, hic enim primo inijcitur sic, vt alter sinus ab altero distet. Conferat autē ad quos proxime expositus. Brachia nanque rursus cōiecta in sinus coarctantur, & ea pars habent, quæ duplicata est, mediā similiter collocatur, in eam q̄ ceruices inseruntur.

Quomodo adhibeatur laqueus Ὑπερβatus, id enim nomen traxit ex eo quod superafferatur. XVIII.

Hyperbatus fit ex laqueo Nautico, siquidē in hunc primo implicitum brachia inseri debent, sinusq̄ inter se diduci, & capita ad ceruices deligari.

Laquei igitur, quorum expeditissima comprehensio est, huiusmodi sunt.

Finis Oribasi de Laqueis.



ORIBASIVS EX HELIODORO DE MACHINAMENTIS


Vido Vido Florentino interprete.

VIDIVS LECTORI

Machinamentis non solum vtrantur architecti, sed medici et, cum his robustiora membra vtiliter, & quantum fieri potest, sine dolore extēdant, vbi luxatis vel fractis medentur. Hæc ab Oribasio collecta sunt ex Hippocrate, Galeno, atq̄ alijs auctoribus, vt patet, vbi singulorum vsus & structura exponitur: sed præter vtilitatem, quā in curatione exhibent, multos aperunt in medicina locos, qui sine his omnino sunt incomprehensibiles. Quamquam in hoc libro machinamenta aliqua desunt, quæ auctor inter initia cōmemorauit, vbi vniuersam machinamentorū rationem recenseret: sed optime nobiscum agitur, quando non omnia interierunt.

Quibus modis Luxata restituantur.

I.



Luxata in suam sedem tribus generalibus modis collocantur, quibus alij ferē omnes continentur. Vnus vocatur Palæstricus, ad quem ferē solas manus admoemus: atq̄ hic, vt pote imbecillis, aptatur ad mollia corpora, muliebria nimirum & puerilia, tum ad mascula, quæ illis robustiora sunt, modō recens vitium fuerit. Alter Methodicus dicitur, ad quem instrumenta adhibemus, quorum vsus in communi vita est: hic omnibus idoneus est, pueris, foeminis, masculis iā robustioribus, & corpori iuuenili, atq̄ ijs luxatis, quæ iam vetusta sunt. Tertius reponendi modus, qui per organa est, maius momentum habet: valet enim ad prolapsa, vbi malum diutius trahitur: valet ad corpora athletarum: præterea quæcunque prolapsa curationem recipiunt, & sub methodico curari nequeunt, omnia organorum opera reponuntur.

De Organorum Differentijs,

II.

Organorum medicinalium differentia in vniuersum, & quasi generales, summum (vt alij sentiunt) ternæ habentur, alia enim tractoria sunt, alia machinamenta, alia quæ erecta collocantur: nobis autem placet non nulla tractoria esse, non nulla machinamenta, non nulla quæ erecta, non nulla quæ plana collocantur. Tractoria sunt, quæ, cum parua breuiq̄ sint structura, extendendi duntaxat facultatem habent, hæc vt suo munere fungantur, aduentitia quadam postulant, vt scammum, lectum, scalam, eo quod per se vsui esse minime possint: quocirca & alligata, & in plano sita nuncupantur. nam, vbi in agro, aut solitudine quapiam, quæ suo loco mota sunt, reponimus, ac neq̄ scammum, neq̄ lectum, neq̄ scalam copia est, aliquid in solum deligimus, ad quod tractorium organum alligemus. Machinamenta sunt organa tractorijs ampliora, minora tamen alijs, quæ non modo intentionem, sed impulsum quoq̄ pollicentur: ac præcipue quorundam membrorum gratia comparantur. Erecta organa sublimiorem structuram habent, & non solum ad extendendum valent, sed etiam ad impellendum. Porro autem plana organa sunt, quorum humilis structura est, ex his constant, quæ & extendendi & impellendi vim habent, ita, vt homine illis insidente, recondi, quod clapsum est, possit. reperiuntur etiam in his quædam propria structuræ discrimina.

Ex qua Materia struantur Organa.

III.

Basis, crura, latera, transversaria, cubiti, testudines, adiuncta crura, hæc omnia, quæ in organis ampliora expediuntur, ex robustiori materia conficienda sunt, vt puta ilignea, vel fraxinea, quæ secundas obtinet. Oportet autem ea de causa validissimam esse organorum materiam, vt vim queant in condendis articulis sustinere, quod in ijs potissimum organis requiritur, quæ erecta collocantur. Vertebrae, radices, clauis, vnci, catenulae, vestes, omnia quæcunq̄ exigua sunt, quæ que plus efficiunt, aerea vel ferrea comparentur, vt, quod structuræ exiguitas detrahatur, materiam firmitas restituat. Aliquando autem quaesitum est, ferrea ne, an aenea sumi debeant, inquit, qui

Septima Classis. RRRRRR ferro

ferro es preferunt, hoc leuius esse & facilius tractari, minusq; rubiginem trahere quam ferrum: contra, qui aeri ferrum anteponunt, validiorem huius materiam laudant, aere enim efficacius robustius que ferrum est. atqui de ferro conuenit firmitus esse, sed superuacuum est eximium robur, ubi eius nullus est usus, cum liceat haec ex aere fabricare, quod mollius est, & satis roboris habet. licet tamen & ex ferro. Quod si ex aere fiant, sumatur id, quod ducitur, nam, quod conflatur, facilius rumpitur, comminuiturq; ita, ut praestet ex ferro haec parare, quam ex fuso aere. Sed quoniam ferrum cito rubigine obducitur, idcirco aliquot interpositis diebus subinde pingui aliquo inungendum: ac, ne rubiginem sentiat, manu perfricandum. At dicit quis, si ferrum neglectum rubigine corrumpatur, id culpa domini ipsius organi fieri.

Ex quibus Partibus Organa consistunt, & quis sit earum usus.

1111.

Continetur omne organum non omnibus, sed quibusdam ex ijs, quae numerabo, nempe basi, cruribus, transuersarijs, cubitis, axibus, regulis, testudinibus, cochleis, tympanis, clauis, manubriolis ductarijs, vectibus, baculis versantibus, obicibus, cuneis, item lunatis lignis, orbiculis, trochleis, fossis, operculis, vertebris, fibulis, radicibus, vncis catenis, forficibus, sedilibus, priapicis, ad haec cochlea foemina, quae graece περιόχλιον appellatur, cuneolis, chiniscis, columbarijs, ergata, haec ferè sunt, quibus organa componuntur, quorum usus sigillatim iam nunc exponendus nobis est. Basis ad id potissimum struitur, ut super eam erecta organa statuuntur. Crura in organis & latera dicuntur, in ijs, quae erecta collocantur, proprie crura, minus proprie latera: sed in tractorijs proprie latera dicuntur, minus proprie crura, haec ferè in organis statuuntur, ut ipsorum machinationes contineant: proprie autem in organis erectis crura recte commode que dimensa ad illam pertinent condendi rationem, quae excitando praestatur. Transuersaria, quae διαπηγματα dicuntur, ut graecum nomen indicat, ad crurum laterumq; compaginem fiunt, ad quem usum primo praecipueq; destinantur: huc accedit, quod machinationes quoq; sustinent, ut puta trochleas, cubitos, atq; alia quaedam. Cubiti ad eum usum in organis comparantur, ut per ipsos, quae suo loco mota sunt, a superiori parte extensa reponantur, quemadmodum videre licet in organis Fabri atque Andreae: in quibus cubiti per superius transuersarium demissi in testudinem figurantur, ut hac elata, quae prolapsa sunt a superiori parte intenta recondantur, latera cubitorum summitates aë ab architectis dicuntur, ima verò partes quadratae, calces. hi ergo proprie cubiti nominantur, sed quidam vocabulo abutuntur. Spatha impellendo sunt idoneae: ea autem spatha, quae in Fabri atque Andreae machinamento est, utitur, ubi extrahendo impellimus ad femur in posteriorem partem erumpens, sunt & aliae spathae in quibusdam organis, ad alios impellendi modos fabricatae. Radices & fibulae complures usus in organis praestant: primo enim radix & fibula in organo Fabri spatham distinet ad testudinem, est quidem in testudine radix, spatha verò, quae parte quadrata est, medium habet cauum, in quod radix eadem inditur: deinde fibula continendi causa, in spatham ac radicem pertusam inseritur, proprie radices ad id fiunt, ut recipere vncos possint, & alios effectus praestare: sed fibulae item gratia est, quod machinationes immobiles seruat, ut puta axes. Catenae eò pertinent, ut fibulae ex ipsis suspendantur, quo seruentur in organis, neq; decidant. Vnci adhiuentur, ne mobiles machinationes moueantur, veluti axes: quo ue in radices coniecti quaedam organorum machinamenta sistant. Per vertebras (quas graeci σποφόμωτα dicunt) ferè id efficiunt, ut quaedam organa immobilia moueantur, sicuti crura organi Andreae, crura enim in organo transuersa secta, vertebris fibulisq; continentur, ut organo modo erecto, modo per vertebras inclinato, circumducendo impellamus, ad exemplum huius structurae organi Andreae Plinthij crura prope basim secta sunt, rursusq; vertebris continentur, ut organum modo erigatur, modo per vertebras motum, adiunctis cruribus innitatur, usumq; illius organi praestet, quod planum collocatur, hi sunt effectus vertebrarum in organis. Axes ad corporum ductionem, hoc est in intentionem spectant: quorum quidam ab vna parte ad alteram penetrant, ac per se mouentur: quidam latent, & per alias machinationes conuertuntur. penetrat axis in Plinthio Nilei, & in scamno Hippocratis: latet in Apellidis organo, quod, quia per tres funes circumuoluitur, trispaltum appellatur, & in Nymphodori glossocomo, penetrantes igitur axes per se manibus conuertuntur, latentes autem per alias quaedam machinationes, exempli causa in Nymphodori glossocomo per tympanum & cochleam ad lentis imaginem fabricatam, in trispalto per funes alligatos. Ad clauos, qui in axibus insiguntur, funes alligantur, vel habenae, atq; huiusmodi alia ad extendendum pertinentia. Manubriola ductaria, bacula versantia, & vectes, omnes haec machinationes ad axium cochlearumq; versationes statuuntur. primas occupant manubriola ductaria, secundas vectes, quibus minus efficacia sunt bacula versantia: pleraq; enim ex ipsis exigua cum sint, vna manu conuertuntur. Chiniscis, cuiusmodi sunt in lyra, excogitati sunt ad axes continendos, ubi enim fibulae non sunt, quid poterit aliud vtilius inueniri: quod enim ad vim pertinet, usum habent fibularum: decoris autem causa, in sculpta habent anserina capita lignea. Statuuntur in organis Phliae, ut ab vno latere ad alterum penetrantes axes contineant, cuiusmodi sunt in scamno Hippocratis, & in nostro. Est & alia media phlia in organo Hippocratis ad similitudinem literae Π, eo nomine fabricata, ut ad eam impellendi rationem, quae extrahendo fit, ubi femur excidit, accommodetur. Trochleae in organis collocantur, ut funes libere

A libere duci possint, veluti in organo Fabri, quod duplicem cochleam, qua testudo mouetur, in superiori transuersario continet. in nostro quoq; organo rursus trochleae sunt, quae per inditos funes, axes attollunt. Verum trochleae ferè ad id fiunt, ut axes & habenae celeriter ducantur, simulq; ut ad intentionem, quae alio intercedente motu fit, accommodetur. Orbiculi struuntur ad trochlearum motionem, quae per se sunt immobiles: collocantur autè in medio earum, quemadmodum in Demosthenis ἀσράβη, & ad funes continendos, ut in trispalto Apellidis. Cuneus praesertim paratur ad humeri caput in alam prolapsum, ac deinceps ad alios quoq; vsus. At lunatum lignum prodest, ubi humeri caput in priorem aut posteriorem partem excidit. Est autè Polus lignum infixum superioribus crurum extremitatibus in organo Philistionis. luxato enim humeri capite brachium extenditur, polusq; obijcitur ad hominis ceruices. Epipoma verò, quod & Epipigma dicitur, est Π figura in ligno insculpta, in qua conijcitur Π inuerlum: qualis conspicitur in eo organo, quod Hermes dicitur, fit autem hoc, ne ab Hermis vultu corpora terantur, ut in organi cōpactione ostendemus. Καλθθιον verò & Ζυθθλιον cōiter parata sunt, ut epipigma ferant. Est quidè Ζυθθλιον lignum sex digitorum in medio hebes. Καλθθιον verò lignum sex digitorum rotundum, quod angustiori basi inditur, & quassillo simile est. Sunt & in organis quaedam colubaria in sculpta ad similitudinem columbarum, quae ornandi causa facta sunt, atq; ad id et, ut aliud ferant epipigma. Tympanis haec gratia est, quod quaedam organorum machinationes, quae maximè usum praestant, per ipsa paulatim mouentur, ut axes & cochleae. est autè Tympanum rotunda machinatio dentata. At Delphines dentibus inclusi, machinationes motu prohibent, quae vnci quoq; efficiunt. Testudines in organis ad id collocatae sunt, ut corpora, quae restitunt, paulatim, & minime concussa extendantur, quemadmodum enim testudines animalia lenito gradu procedunt, ita machinationes, quibus illa referunt. Porro aut ex testudinibus nonnullae transuersarijs similes sunt, aliae oblongae in quadrata columna, quae appellat Hermes: cubi referunt in rotunda columna Andreae, Fabri ue: oblongae in quadrata columna, quae appellat Hermes: cubi referunt in rotunda columna Eraclidae Ephelij. Praeterea testudinum aliae cubitos & spatham attollunt, aliae cuneatae & lunatae appendicem, quaedam nihil attollunt, sed solū sunt ad extendendum inuenta. cubitos attollit testudo, quae sursum ferè, in organo Andreae: cubitos & spatham testudo, quae est in organo Fabri: cuneata & lunata appendix ea testudine excita, quae in Hermo est: nihil attollit, sed solummodo extendendo est, ea testudo, quae in rotunda columna Eraclidae Ephelij collocatur, similiter & quae deorsum fert in organo Andreae. Alg autè & dracones fibulaeque in fixae clauorum usum praestant: proprie aut dracones, quod ad materiam pertinet, in vicem manubrioli ductarij fabricantur. Quoniam verò testudines plerumq; a cochleis mouentur, proximè est, ut cochlearum structura, atq; usum exponam, comparantur ergo cochleae in organis, ad alias machinationes impellendas, puta tympana & testudines, quo paulatim & nulla ratione concutiendo extendant. Cochlearum, quaedam quadratae sunt, quaedam ad imaginem lentis: quae si gurae nomen inuenerunt, relate ad capreolos, at non ad structuram scapi, qualibet enim cochlea rotunda est ad tornum rotundata. Differunt cochleae capreolis, quae aliae quadratae, aliae ad lentis imaginem dicuntur, quadrata cochlea est, quae capreolos habet quadratos, atq; ex ijs non solum quod prominere, sed etiam quod cauum est, cuiusmodi cochleas videmus in organo Andreae: quae in lentis speciem sunt, id capreoli, quod cauum est, alte angustum habent, latum verò in summo, cōtra quod prominere a basi latè vertice ipso tenuat. Similis autè est huiusmodi capreolus lentis, a qua figura nem diuersarum machinationum statuunt. quadrata enim testudines cōpellunt: quae sunt ad imaginem lentis primo quidem tympana, in eisdem etiam testudines in ijs, quae pericochlia nuncupantur.

Qua ratione Quadrata Cochlea testudinem moueat.

Demus testudines esse ita fabricatas, quemadmodum in organo Andreae, quarum singulae pertinet ad lentis imaginem, atq; in id cauum cochleae demittit: ab interiori aut parte caui ferrea vel aenea lamina testudine cluditur, quo fit, ut in quadam cochleae cōuersione, lamina, quae dens nuncupatur, testudini infixa, atq; in cauo capreoli contenta testudinem moueat. Praeterea ex ijs ipsis cochleis quadratis alia simplex est, alia duplex: simplex, cochlea est, quae vno duntaxat capreolo est excavata, vnamq; testudinem impellit: in duplici, bini secti sunt capreoli, haec & binas testudines mouet, qualis cochlea reperitur in magno Andreae organo, quod Plinthium nuncupatur. excavatum enim lignum est in medio ad transuersaria capreolis inter se aduersis, ita, ut quadam cochleae conuersione orsa testudines, vel a medio versus transuersaria, vel a transuersarijs versus medium impellantur. est & alia cochlea duplex in eo, quod περιόχλιον appellatur, excavata a summo principio vsq; ad extremum aduersis capreolis, quae rursus duas testudines mouet, quemadmodum in ipsa organi structura videmus. At cochlea ad imaginem lentis tympanum mouet, siquidem capreoli cochleae, tympani dentibus insiti, machinationem conuertunt: quemadmodum cochleae, quae baculo versante, vel manubriolo ductario conuertitur in tympani dentes conueniens machinationem mouet: mouet interdum eadem cochlea testudinem, sed non amplius per dentem, quemadmodum quadrata, verum in foemina cochlea contenta, quae in ipsa testudine struitur: quoniam testudinis cauum, in quod cochlea demittitur, excisos habet capreolos aduersos ijs, qui sunt in cochlea lentis formam referente, sic, ut id, quod prominere ex capreolis cochleae

Septima Classis.

RRRRRRR ij lentem

leniē referentis, in cauo capreoli scemina cochleae recipiat: quodq; cautiē in capreolis cochleae, id, E quod extat ex capreolo, cochleae scemina capreolis admittat. Accidit autē in cochleae conversione, vt testudo modo sursum moueatur, modo deorsum, cū cochlea in ipsius capreolis voluatur. Huiusmodi structurae plurimae adhibentur ad organa, quae plana collocantur: ad id enim fabricant, vt hoies, quibus luxata restitunt, inclinatis organis inlidant: organa, quae plana collocant, ita parata sunt, vt agris sup ipsa, vel sedētib; vel cubantibus, luxata reponant. Priapiscus, q & stiliscus & scalmus nuncupatur, in quolibet organo, quod planū collocetur, statuitur, fit autē ea de causa, vt ei parti, quae inter anum & naturale est, obex sit, vbi, quae prolapsa sunt, restituntur. est igitur Priapiscus lignum octo digitorū, magna ex parte rotundū, ab eo, quod superest quadratum, sic vt quadrata ipsius pars cōstitiat in cauū, ad literā Π similitudinē quadratū, in organo, qd planū collocat: reliqua verō pars, quae extat, inter anū & naturale obiciatur. Cōfigit autē in trāsuersariū Π ferreū, vt firmiter priapiscū contineat. sed in nostro organo videre licet magnū Π ferreū ad aliū vsum comparatū, nempe ad gibbam spinā per pressum impellendā. Opercula in organis parantur, vt machinationes sub ipsis occultentur, ne, si absq; operculo fuerint, idiotis pateant. Anuli adhibentur ad organa tractoria, vt alligari possint: ad alia verō, vt machinationes contineant, quē admodū in Menecriti Bucranio, vbi axis cōtinē, atq; eadē de causa in alijs organis. Forfices in organis arte trāsuersaria cū cruribus iungunt, F ad hūc enim vsum infixas forfices aeneas inuenimus. Ad iuncta crura id efficiūt, vt organa, q erecta collocantur, illis innixa inclinataq; eundē vsum p̄stent, ac si plana statuerent. Praefatus, ex quibus oia organa parant, & quorsum singulae ipsorū machinationes spectēt, declarabo in sequētibus, quae nā ex organis immota, suo munere fungant, & quae mota: tū ex ijs, quae mouent, quae nā suo loco manent, q locū mutēt, dū mouētur: rursus ex ijs, quae immobilia sunt, quae p̄petuo & vbiq; immobilia manent, quae eximi possint, ad alios quoq; vsum idonea. Haec itaq; immobilia sunt in organis, balis, crura, latera, trāsuersaria, cuneata & lunata appendix, sedile, priapisci, atq; alia cōplura. V sui sunt, cū mouentur, vertebrae, vnci, axes, tympana, cubiti, cochleae, testudines, atq; huius generis plurima. Mouentur in eodem loco manentia, vertebrae, vnci, tympana, cochleae, pleriq; axes. Locum mutant testudines, cubiti. Eorum, quae in organis immobilia sunt, quaedā semper & vbiq; immobilia sunt, quaedam & eximi, & inferi possunt: semper quidem immobilia manent, balis, crura, latera, trāsuersaria, radices, sedilia, lunata appendix: extrahi possunt in quibusdam organis, quamuis immobilia sint, tum cunei, tum priapisci, qui ad alios quoq; vsum facti extrahuntur, & immittuntur.

Ex Galeno de Machinamentis.

V I.

Articulis reponēdis Hippocratis scānū p se abūde est, si quis autē velit alijs quoq; vti, est polys. G paston, ita appellatū, qm multis orbiculorū circuituionibus facilitatē praestet: quod iter faciētib; maxime idoneū est, refertur autē ad Archimedem auctorē. In vrbibus verō nō alienū est Fabri vel Andreae organum, cum erecto opus est: vbi plano, scamnum Hippocratis praecipue aptatur.

De Glossocomo machinamento.


V II.

Non ab re quidē mihi glossocomū vī a iunioribus medicis inuētum, quod seu femur, seu crus cōminutū sit, vbi callus circumdat, cōmodissime admouēt. Habet autem ab ima parte axē, ad quē extremi laquei in diuersa extendentes deligant. Iniciant laquei extremis partibus ossis, quod curat, fiantq; ex duabus habenis, sic, vt quatuor vterq; capita habeat, bina a dextra, totidem a sinistra, ex ijs capitibus, quae inferioris laquei sunt, per foramina facta in inferiori parte glossocomi ad axem duci debent: quae superioris, primo procedere ad superiora, deinceps ipsa quoq; p latera glossocomi perforata traici, quibus foraminibus trochleae includantur. Vtrinq; ergo ab exteriori parte glossocomi, superioris laquei capita serenda sunt ad axem. his enim ita constitutis, vna axis conuer-

Capsula Machinaria.

- A Axis ad quem laqueorum capita circumiiciuntur.
- B Laqueus superior.
- C Laqueus inferior.
- D Inferior caput capsulae.
- E Trochlea.
- F Superioris laquei capita ab exteriori parte capsulae.

H



Nunci

queos extēdit deorsū versus, illū q ad inferiora fractū ossis alligat, sursum alterū sic, vt cōposita fractura in posterum liceat quotidie hāc laqueorū in diuersas partes intentionē corrigere, valentius, vel lenius extendēdo. Laqueū igit, q i inferiori parte est, directa ductioe axis extēdit: eū, q in superiori parte, intercedere alio motu, greci δία της μετα ληψιλικής τράσεως dūt.


A Nilei Plinthium. VII.

Factum est Plinthium Nilei ad eorum organorum exemplum, quae vocantur tractoria quadrata oblonga: duo enim habet latera, longa palmos quatuor, digiti crassitudine, quae extremis partibus trāsuersarijs inter se compacta sunt. Est autem trāsuersariorum crassitudo & latitudo, quanta laterum, sed longitudo palmum implet. Merito igitur, cum talis compactio sit, vt latera quatuor palmos longa sint, trāsuersaria vnum, totius organi quadrati structura oblonga confecta est. Licebit autem, si quis voluerit latera breuiora, quam dictum est, efficere, quandoquidem organum, per vnicum axem, effectum praestat.


B Media itaque latera pertusa sunt rotundis ac peruijs foraminibus, per quae axis traicitur, qui media parte clauum infixum habet: capitibus verō, quibus latera excedit, vinctes aeneos vel ferreos decem digitorum magnitudine. Sunt item in organo quatuor anuli lateribus affixi, bini ab inferiori parte, totidem a superiori. Antiqua huius organi structura auctore Nileo talis est. Herodotus quidam architectus trāsuersariorum priores partes medias excauit ad figuram literae Γ habena, quae a corporibus, quibus vis adhibetur, ad axis clauum feruntur, extantibus angulis atterantur, sed recta procedant. Haec tenus Herodotus, nos verō quam accepimus, historiam referemus. Ferunt Palicratem architectum Sidoni organum hoc vidisse, quod a statua continebatur, aliter tamen fabricatum. nam cum eadem compactio esset, conspiciebantur in eo organo ab extantibus axis capitibus, aneorum draconum complexus, quorum capita e regione ad caudas spectabant. sed quod pertinebant hi dracones: non aliō nisi vt in vicem vinctum axes conuerterent. tum in organo, quod Sidoni erat, media trāsuersaria pertusa erant rotundis foraminibus, quae clauo axis responderent, constat autem foraminum eundem esse vsum, qui in organo Herodoti, nimirum vt habenae, quibus corpora extenduntur, ad clauum rectae per ea foramina

- A Duo latera.
- B Trāsuersaria.
- C Rotunda, ac peruia foramina.
- D Axis, qui media parte clauum infixum habet.
- E Vinctes aenei.
- F Anuli.
- G Trāsuersarij priores partes excantae ad figuram literae Γ.
- H Aneorum draconum complexus.
- I Foramina rotunda.
- K Tympana aenea dentata.
- L Fibula indita.
- M Vncus.

Nilei Plinthium.



- N Scamnum quale in ludo videmus.
- O Caua quadrata.
- P Fibula.



C historiam referemus. Ferunt Palicratem architectum Sidoni organum hoc vidisse, quod a statua continebatur, aliter tamen fabricatum. nam cum eadem compactio esset, conspiciebantur in eo organo ab extantibus axis capitibus, aneorum draconum complexus, quorum capita e regione ad caudas spectabant. sed quod pertinebant hi dracones: non aliō nisi vt in vicem vinctum axes conuerterent. tum in organo, quod Sidoni erat, media trāsuersaria pertusa erant rotundis foraminibus, quae clauo axis responderent, constat autem foraminum eundem esse vsum, qui in organo Herodoti, nimirum vt habenae, quibus corpora extenduntur, ad clauum rectae per ea foramina

D porrigantur. Retulit insuper Palicrates axem inclusa habuisse in vicinia laterum tympana quatuor ex gredentata, duo ab interiori parte, totidem ab exteriori, atq; item in lateribus foramina fuisse dentium ordini respondentia, vt postq; abunde extenta corpora fuissent, fibulae inter dentes eō demissa, vbi in luxatis restitue disopus esset, axē susterēt. Sed recētiore tympanis omissis priori parte latera pertuderunt, pertuderunt itē in orbē aliquo intermisso spacio, & ipsa axium capita, quō ad vsum dictum fibulae indita: axem mobilem tuerentur. Ego autem, cum fibulae deciderent, ad eum, quem dixi vsum, vncos lateribus infixi: axis verō capita forauit sic, vt huius foramina illis conuenirent, quae erant in orbem in lateribus aliquo spacio interiecto, quō, vbi vellem in luxatis condendis axem immobilem reddere, vncum includerem in foramen, quod esset accommodatum. Communis Plinthij tractorij fabricatio huiusmodi est: verum ego aliter Plinthium struxi. Salua enim eadem laterum mensura inferiori trāsuersarium sursum trā-

Septima Classis.

RRRRRRR ij tuli,

tuli, quatuor digitis infra transversarium extrema crura relinquens, axem vero collocaui in medio B transversariorum, cui parti graece *φωρ* nomen est: & scamnum quoddam, quale in ludo videmus, ab vna extremitate excidit cauis quadratis atq; oblongis, vt propositorum crurum extrema in eiusmodi caua conuenirent: ipsa item latera extremis partibus transversaria pertudi, foraminibus ab vno latere ad aliud penetrantibus, vt fibula in foramina coniecta Plinthium contineret. Haec de organi structura, nunc ad ipsius motionem aggrediar.

De motu Organi Tractorij.


I. X.

Quoniam tractoria organa imperfecta sunt, nec prestare quidquam per se possunt, sed alterius operam requirunt, puta scalae, lecti, scamni, quae vbi non sunt, eorum vicem exhibet pavementum, terraq; ad prolapsa restituenda, mihi operapretium videtur, quali doceam in ludo, gratia eorum, quae nunc tractantur, super scalam praeparatam, organi motum enarrare.

Scala praeparata ad Humerum restituendum in alam prolapsum.

X.

Paratur scala vna ex ijs, quae in communi vsu sunt, non lata, quae oblique collocatos gradus habeat, siquidem talis luxatis reponendis est aliena, sed aequae crassa sit, quadratisq; gradibus constet, leuatis angulis, ne corpora conterant, atque in rotundam figuram redactis, huiusmodi scilicet vbi copia non sit, quo mollius corpora insidant, gradus lana inuoluantur. Ordinar autem ab humeri capite in alam excidente. Oportet igitur, vbi id restituitur, cuneum funibus suspensum collocare super gradum idoneum, cui brachium (vt ostendi) superimponatur, & per funes ad eum alligare. est autem ille gradus reponendo idoneus, quem retuli. brachio superiniectione intentioneq; adhibita suspendendus homo est sic, vt duos palmos a pavimento recedat: & cuneus ad gradum firmiter alligandus non temere, sed eo obseruato, vt ex partibus, quae cum cauo quodam capitulata est, ad humerum detur: quae gibba iuxta est, ad latus. A cuneo vero deorsum versus alterius siue tertij gradus intervallo, organum ad scalam vincendum est per eos quos habet anulos, & funes, aut habenas, aut alia quapiam traiecta. ipsa item scala in pavementum fortiter adigenda est, ne in extendendo moueatur, sed stabilis maneat, ac sine vlla inclinatione. quatuor praeterea trochleae, siue solidae, siue ex duobus lignis curiosius factae, alligentur, quarum duae a summo gradu suspensae deorsum spectent, duae ab imo sursum, qua fabricatione parata cuneus ad id, quod prolapsum est reponendum, admoueatur, tenui lana molli que obuolutus, tum vt lignum quod durum est, circumdata lana minus tactu laedat: tum vt sudor, qui proprie oriri solet ala plurimum calefacta, magis que agrotantis metu ac labore, lana cuneo impolita combibatur. Haec autem scala vel contineatur stabiliter ab assistentibus, vel extremis partibus in pavementum defigatur, cuneis que (vt propositum est) confirmetur. Illud autem in aperto est, scalam bene longam esse debere, vt, postquam demissa in terram fuerit, quod extat, vbiq; pro magnitudine eius, qui curatur, abunde longum sit. scala confirmata subsellium iuxta collocetur.



- A Cuneus funibus suspensus, ac super gradum alligatus.
- B Organum ad scalam alligatum.
- C Trochleae duae a summo gradu suspensae deorsum spectantes.
- D Trochleae duae ab imo gradu suspensae, sursum spectantes.
- E Subsellium.


De Humeri

De Humeri Capite in alam prolapsa.

X. I.

Super subsellium homo ascendens, brachium super gradum traiciat, ita, vt cuneus apte in alam demittatur: post haec duplicata habena media inter cuneum & humerum detur, capitulaq; eius extrinsecus pendeant: deinde charchelus laqueus, vel alius aequaliter extendens, humero iniiciatur, non circa medium, ne lacertum vrgeat, sed citra lacerti tumorem vel vltra: sic enim cubiti inaequalitas laqueum deorsum labi non patietur, praeterquam quod hoc modo vtilius imponetur. sequuntur enim facilius ea corpora, quae ampliori interiecto spacio adducuntur: quae exiguo difficilius. Circundato laqueo capita eius recta deorsum ducta ad clauum axis religuntur, & axis vel per vectes, vel solis manibus conuertatur, vt eius conuersio directa ductione ab inferiori parte intendat. eodem autem tempore, cum aucta iam intentio est, subsellium subtrahatur, vt homo a scala pendeat, atque ita excitando reponi luxatum possit. Suspenso homine, minister assistens a posteriori parte vtramq; manum simul iunctam ad ceruicem eius adducat, collumq; in contrariam partem cogat, idq; fiat, quo tempore intendimus, atq; excitamus, cum laquei aegro iniecti postea laxentur. Neruis abunde diductis, debet qui reponit assistens, habenae capita prehendere, cubitumq; ad scalam repellens, humeri caput per habenam extrahere, quo factio remittenda intentio est, & ipse articulus sursum compellendus, vt in regionem pristinam reuertatur. Ratio directae ductionis ita habet. Sed vt tuto reponamus, optimum fuerit prius, quam nerui extendantur, habenas & crura hominis inter se & integrum brachium ad latus deuincire, ne ob tormentum, quod in condendo articulo sentiet, vel super scalam ascendat, vel manu laquei capita contineat. Libebit etiamnum alio intercedente motu ab inferiori parte extendere: id qua ratione fiat, subiiciam. Idem omnibus factis, quae praecipimus, cum ab inferiori parte extendentes directa ductione vtebamur, laquei capita per inferiores trochleas traiciuntur ab inferiori parte extra, atq; ad axis clauum religantur: vel ducta ab exteriori parte versus interiore ad axis vectes vincuntur, vt axe versato alio intercedente motu ab inferiori parte extendamus. Nihil item prohibet, quo minus eadem fabricatione parata duplici motu contrario intercedente ab inferiori parte adducamus: quod ad quem modum fiat, indicabimus. Laquei capita ad inferiores trochleas ducta, ibi que traiecta, ad superiores referuntur, tum deorsum attracta, ad axis vectes alligantur, vt eius conuersio duplici motu contrario intercedente ab inferiori parte extendat. postquam abunde extenderimus, proximum est, vt impellamus eo, quo ostendimus, modo, vbi de directa ductione loqueremur. Hi sunt modi, quibus ab inferiori parte intendimus. Postquam reconditus articulus fuerit, subsellium ad scalam referendum est, vt ager super id statuatur, tam a scala, quam a cuneo remotus, collocato humero vt antea dixi. Verum, cum maiores nostri idem organum idoneum a superiore parte attrahendo tradiderint, sequitur, vt nos quoq; a superiori parte extendendi rationem vobis aperiamus. Ergo (sicut dixi) placuit maioribus luxati restituendi modum, & a superiori parte adducendo, & in diuersa trahendo explicare. potissimum autem a superiori parte intenderunt, vbi humerus non solum elapsus esset, sed etiam pertractus. spectemus igitur, quibus modis voluerint luxata restituere, a superiori parte intendentes. Scala igitur in ceteris eodem modo praeparata, cuneum non amplius ex funibus suspensum, ad gradum alligant, sed solum superimponunt: funium vero capita admodum longa per superiores trochleas ab interiori parte extra traiciunt: post haec deorsum demissa vectibus, qui pro clauis sint, circumligant. His ita constitutis subsellium ad scalam ponunt, super quod homo ascendens, brachium superinieciat, vt cuneus rursus in alam indatur: deinceps carchelum laqueum, vel alterum aequaliter extendentem humero iniiciunt, capitaq; eius deorsum ducta, vt contineantur, ad aliquem scalam gradum deuincunt, quibus ita contentis axis conuertitur, per quam conuersionem cunei funis alio intercedente motu attractus a superiori parte intendit. Neruis, quantum res postulat, intentis impulsus adhibetur, & per duplicem habenam extrahendo, & manibus sursum compellendo. Equidem

Septima Classis.



RRRRRRR iij Inuic

huic reponendi modo non subscribo ea de causa, quam adiungam. cuneus elatus circumagitur, qui E cum sub ala non manet, articulus ex toto non reponitur, ac potissimum, ubi quis velit suspensio homine excitando illum reponere. Ea vero extendendi ratio, quae ab inferiori parte adducit, stabilis est cuneo super gradum collocato, & per funes alligato, ut antea diximus. At quo pacto nos à superiori parte adducentes firmiter restituamus, paulo post intelligetis, ubi condendi luxati rationem recensebimus. Ratio autem, quae in diuersa diducit, sic habet: Ceteris omnibus ordinatis laquei capita non amplius ad gradum vincuntur, sed ad axis clauum dantur: per se dantur, vel alio motu intercedente, ut prius scilicet per inferiores trochleas traiciantur, tuncque ad axem deliguntur. Eadem nunc culpari possunt in hac in diuersa extendendi ratione, quae paulo ante dicta sunt in illa, quae à superiori parte extendit. ubique enim probo, cum is, cuius articulus reponitur, rectus collocatur, solam ab inferiori parte extendendi rationem adhiberi. Nunc proximum est, cum de humero in alam prolapsio dixerimus, ut de eodem quoque in priorem partem excidente pertractemus.

De Humeri Capite in priorem vel posteriorem partem excidente. XII.

AD humeri caput in priorem vel posteriorem partem elapsum scala eadem ratione modoque parata vel figurata, organoque et trochleis (ut antea dictum est) alligatis, rursus, ubi restituere volumus, subsellium iuxta ponimus, lanaque vel linteis contegimus gradum idoneum, super quem restituamus: cui (sicut ostensum est) inuoluto ala insidat: tum carchesium laqueum, vel alium aequaliter extendendi vim habentem humero (ut propositum est) circumdamus, cuius capita deorsum attracta ad organi axem religamus, quemadmodum ad humerum in alam prolapsum tradidimus, ut conuersus axis directa ductione ab inferiori parte intendat. eodem momento, quo intendimus, aliquis rursus à posteriori parte assistens, utraque manu ad ceruices hominis data, corpus in contrariam partem repellat. Licebit autem in hoc casu magis & extendere & ducere ad inferiora. Subsellio itaque subtracto, homo suspenditur, ut simul & articulus excitetur, & quae illi superiecta sunt, laxentur. ubi quantum reponendus articulus postulat, intendimus, circumducendo impellimus: si quidem in priorem partem, humeri caput exciderit, ab ea sede, in quam venit, ad eam, ubi esse naturaliter debet, prominentiori palmae parte virgemus, atque altera manu cubitum à posteriori parte in priorem adducimus, quo facto minister assistens manum apertam lato scapularum ossi opponat, atque id repellat, ne vis operae resoluatur: verum, si in posteriorem partem prorumpat, contrarium fieri debet, humeri quidem caput prominentiori parte palmae virgendum est, ut à lato scapularum osse in suam sedem reuertatur, atque altera manu cubitus ad posteriorem partem prorsus adducendus. Hac igitur ratione humeri caput restituendum ducimus, ubi in priorem vel posteriorem partem eruperit. Sed G alij in utroque casu eam reponendi rationem probarunt, quae à superiori parte extendit. hoc, quo pacto agant, videamus. Scala eodem modo parata duplicatae habentiae vel funis medium lana vel linteo inuolutum alae subiiciunt, capitaque eius per superiores trochleas traducta deorsum ad axis vectes tanquam ad clauos alligant: deinde humero carchesium laqueum, vel alium, qui aequaliter extendere valeat, circumdant, cuius capita deorsum demissa, ut contineant ad aliquod scalae gradum deuincunt, quibus ita constitutis axis conuertit, quo conuerso & continet, & à superiori parte intendit: ac postquam abunde extenderunt adducendo impellunt. At cum in diuersa contendant, capita laquei vel directa ductione vel alio intercedente motu, funis vero per alium motum interiectum, ad axis clauum alligant, ut conuerso axe in diuersa diducant: postquam satis intenderunt, adducendo impellunt. Intentiones quidem succedunt, sed impulsus fallax est, si quidem hoie excitato, & suspensione distracto, aegre articulus restituitur, atque ob hanc causam nunc placuit extendendi rationem à superiori parte, & ab utraque parte. Humeri ergo caput, in quacumque parte venerit, conuenit ab inferiori parte extendendo reponere, cum erectus homo collocat. Qua via humeri caput restituat, exposuimus. Pergamus igitur ad cubitum.

De Cubito. XIII.

AEque duo brachij ossa in quatuor partes erumpunt, in anteriorem, posteriorem, priorem, & M posteriorem: atque ubi in tres partes venerint, posteriorem scilicet, anteriorem & posteriorem, brachium curuatur, & extendi non potest. Commune est horum trium casuum, in quibus curuum brachium minime extenditur, scalam cum organo (ut dictum est) ad restituendum parare: postea hominem iuxta scalam collocare, ut super subsellium ascendens brachium super conuenientem scalae gradum iniciat: tum ea iunctura, quae palma nuncupatur, humerum continere, & laqueum inaequaliter extendentem, ut attolentem chiasmum aut nauticum, brachio in vicinia manus circumdare, eiusque capita ad vnum scalae gradum, ut retinacula sint, deuincere, ut ubi vis adhibetur, recti anguli figura fideliter conseruetur: eoque facto medium duplicatae habentiae, brachio prope cubitum iniciere, capita vero deorsum ducere ad axem, ibique vel directa ductione ad axis clauum alligare, vel alio intercedente motu, non secus ac ubi humeri caput reponitur, ut similiter axis conuersio ab inferiori parte intendat. Traditur etiam ad cubitum ille reponendi modus, qui à superiori parte extendit, cuius ratio est haec. Ceteris omnibus (ut propositum est) constitutis, humerus non amplius, ut contineatur, deuincitur, sed laqueus carchesium, aut alius ex iis, qui aequaliter extendunt, ipsi circumligatur, cuius capita ad superiores trochleas adducta ab interiori parte in posteriorem attracta deorsum feruntur, & ad axium vectes quasi ad clauum alligantur: duplicatae vero habentiae capita

A capita deorsum adducta, ut retinacula sint ad aliquid immobile dantur. conuerso igitur axe & continemus, & alio intercedente motu à superiori parte extendimus. At modus, qui in diuersa extendit, huic manifestus est: ubi enim in diuersa extendimus, laquei capita per se ad clauum axis vel alio intercedente motu ad eiusdem vectes deligantur, ut eadem conuersio in diuersa extendat. Nervis, quantum res postulat, extentis conuenienter impellere oportet, adducendo, si luxata in duas partes venerint, in anteriorem scilicet & posteriorem: extrahendo, si in posteriorem: quas impellendi rationes in opere de articulis exposui. Haec igitur fieri debent, quando cubitus in propolitas partes erumpit. Verum, si in priorem, in quo casu diximus extentum brachium non curuatur, iterum eadem scala atque organum comparatur, aeger scalae assistens brachium super commodum eius gradum imponit, humerus ad scalam per eandem iuncturam vincitur, laqueus aequaliter extendens ad brachium datur in vicinia manus, cuius capita deorsum feruntur ad organum, ut ab inferiori parte attrahatur. si quis autem velit agere hoc tum continendo, tum à superiori parte adducendo, humerum non amplius ad scalam deuinciat, sed utriusque membro laqueum iniiciat, qui aequaliter intendat, vnum scilicet humero, alterum brachio: & superioris quidem laquei capita sursum ferat ultra caput, alterius vero deorsum, ut (quemadmodum in alijs reponendi rationibus declarauimus) extendat. quod vbi abunde fecerit, nunc reponendi causa duo modi impellendi potissimum apertantur, qui premit, & qui circumducit. sed ante quidem premere conuenit, dum intentio adhuc manet, dehinc circumducere: quos impellendi modos multo ante exposui in opere de articulis. Oportet autem eo, quod luxatum est, restituere, brachium curuare atque extendere, pronumque & supinum collocare, ut ex toto restitutum esse intelligas: tum ad angulum rectum in sequentem curationem figurate. Utraque igitur brachij ossa, ubi loco suo non sunt, per superiores modos reponuntur. verum quoniam utrunque per se proprie vitatur, cum suo loco mouetur, post hac necesse est describamus, quo nam modo cubitus erumpens, radius que diductus ab inferiori parte extenti reuertantur.



- A Cuneus sub ala per funes suspensus.
- B Organum ad scalam alligatum.
- C Trochlea à summo gradu suspensa.
- D Trochlea ab imo gradu suspensa.
- E Subsellium.
- F Iunctura, quae palma nuncupatur.
- G Laqueus attollens in vicinia manus.
- H Capita laquei, ut retinacula sint, ad scalae gradum deuincta.
- I Medium duplicatae habentiae prope cubitum iniectum.
- K Capita ad axis clauum directa ductione alligata.

D

De Cubito & Radio.

XIII.

Mouetur per se cubitus interdum loco, & rursus per se radius diducitur, ijs modis, quos in opere de articulis declarauimus. Ad haec igitur ossa restituenda, scala similiter paratur, humerus que ad gradum vincitur ea iunctura, quae palma dicitur: ad ipsum vero brachium vtiliter datur laqueus aliquis ex ijs, qui inaequaliter extendunt, cuius laquei linus à parte, quae restituuntur: capita à contraria, hoc est ab integra collocentur. proprie enim laquei, qui inaequaliter extendunt, eas partes magis cogunt, quibus linus haerent: minus vero, quibus capita. si quidem constitutum est, ubi superius os excidit, ab inferiori parte attrahere: ad id, quod suo loco est, vim minime adhibere. Huius igitur laquei capita ad axis clauum dari debent, vel directa ductione, vel alio motu intercedente, ut conuersio axis ab inferiori parte extendat. sed ubi, quantum restituendum os poscit, extenderimus, idoneis impellendi modis uti conuenit, cubito quidem in posteriorem partem excidente,

excidente, radio que in exteriorē adducto, vtriusque manus digitos inter se iunctos eminentiæ E cubiti subiicimus, prominentiores que palmarum partes vtrinque ponimus, atque his summopere vrgentibus adducimus: sed, si in posteriorem partem prorumpant, cubitus præsertim, ea reponendo impellit. sin radius in priorem partem conuertatur, expedit premendo & circunducendo impellere, quemadmodum ostendimus, vbi vtrunque os in priorem partem elapsum ponebamus. exquisitos autem reponendi modos in opere de articulis exposuimus. Repositi autem ossis indicium erit, in cubito libera brachij contractio atque porrectio: in radio, in pronum vel supinum habitum conuersio. Quo modo igitur per scalam homine erecto restituere luxatum conueniat, demonstrauimus. verū quia iusta aliqua de causa, aut ob imbecillitatem, aut ob femur, seu crus simul comminutum, æger stare nequit, dum luxatum restituitur, necesse est in sequentibus aperire, quæ ratio sit restituendi, homine super planam scalam iacente.




- B Organum ad scalam alligatum.
- C Trochleæ superiores.
- D Trochleæ inferiores.
- E Subsellium.
- F Iunctura, que palma nuncupatur.
- G Laqueus inæqualiter extendens.
- H Capita laquei duplici intercedente. motu ad axem data.

Quo pacto iacente homine restituatur Humerus in alam prolapsus. XV.

Scalam collocare planam oportet, & vt à pavimento attollatur, extremitatibus lapides vel ligna ab vtraque parte subiicere, atque æquandi gradus causa linteū superimponere: huiusmodi enim lectus, quod pertinet ad ægrum iacentem, dum restituitur, scamni munus præstabit, organum verò ad scalam alligandum ab inferiori crurum extremitate, rursusq; trochleæ (quemadmodum dictum est) binæ à superiori scalæ parte, totidem ab inferiori vincienda. satis autem est ad luxata restituenda pro scala adhibere scamnum, quod ab altero extremo quadratis fossis excavatum sit, vbi organum firmiter insittat. quæ præparatio esse debeat, dictum est: modos autem, quibus humeri caput restituitur, exequemur. Prolapso igitur humeri capite collocare hominem conuenit, sic vt iaceat super scalam, organo ad pedes constituto, supinus, vbi in alam vel priorem partem excidit: in verticem, vbi in posteriorem. Igitur, vbi in alam conuertitur, funis capita super caput à priori vel posteriori parte adducenda, medium que habenæ duplicatæ dandum est ad humerum sic, vt inter ipsum & cuneum demittatur, capita que eius ab exteriori parte ferantur, atque ita pendeant: post hæc laqueus charchelus, vel alius ex ijs, qui æqualiter extendunt, humero (vt supra offensum est) iniiciendus, cuius capita deorsum ad organum adducenda. cum capita ergo ad pedes ferantur, agemus, vel continentes, & ab inferiori parte extendentes, vel in diuersa trahentes, siue directis ductionibus vtamur, siue alius motus intercedat, vt antea indicauimus. cum satis extenderimus, condere humerum debemus, idoneam impellendi rationem adhibentes: præcipue autem duplex impellendi ratio idonea est, & quæ articulum extrahit, & quæ sursum compellit. manente intentione duplicatæ habenæ capita tenentes vi humeri caput extrahimus, eodemq; momento cubitum in interiorem partem ad latus repellimus: eo enim fit, vt humeri caput facile præpreq; in exteriorē partem ducatur, moueaturq;. quo factio remissa intentione, protinus sursum compellimus: post hæc humerum prehendes attollimus, vt in suum locum collocemus. Hæc sunt quæ fieri oportet, vbi humeri caput in alam excidit.

A Cuneus

- A Cuneus alligatus ad funē, cuius capita dantur ad gradum supra caput.
- B Organum ad scalam alligatum.
- C Trochleæ à summo gradu suspensæ deorsum spectantes.
- D Trochleæ ab imo gradu.
- E Habena media demissa inter cuneū & humerū, cuius capita spectent in partem exteriorē.
- F Charchelus ad humerum datus.



B De Humeri Capite in priorem vel posteriorem partem excidente. XVI.

Sed si humeri caput in priorem vel posteriorem partem conuertatur, homine (vt dictum est) figurato, nempe supino, si in priorem partem venit, in ventrē: si in posteriorem, funis aut habenæ medium lana siue linteo obuolutum, alæ subiicitur, capita q; supra caput feruntur, nō quidem è regione vitia humeri, sed obliqua versus partem contrariā ad rem aliquā immobilem vinciuntur, qua retineantur. Ambigunt verò, quamobrem capita non recta ferantur, sed versus contrariam partem obliqua. Paterates quidem atque alij non nulli hoc ea de causa fieri aiunt, ne à medio funis humeri capite sursum attractio prohibeamur, quo minus ab inferiori parte extendamus: sed decipiuntur similitudine femoris, cum res aliter habeat, siquidem femur ad r litera similitudinem declinat, at humeri caput dimidium orbiculatum est, neq; potest femoris modo à medio fune sursum adduci, quorsum igitur id fit: ne sub medio fune, quæ sub ala sunt compressa, alæ regionem compleant, completo. n. recessu, humeri caput locum non habeat in quē recondat. Nos è nō secus atque ij, qui non multo ante nos vixerunt, ob propositam causam, habenam vel funem similiter collocamus. Construimus interdum & aliter continere, duos. n. laqueos ex ijs, qui inæqualiter extendunt, implicantes, thoraci dorsoq; sub alijs circumponimus, eorumq; capita continēdi causa ad gradum, qui cōtra litus est, alligamus: qua continēdi ratione adhibita laqueū æqualiter extendentem humero circumponimus, quemadmodū tradidimus, quæ de humeri capite in alam prolapsio: cuius deinde laquei capita ab inferiori parte ad organum demittimus, & ad axē deuincimus, vt eo cōuerso cōtineamus, & ab inferiori parte pariter extendamus. Vi, quantum res exigit, adhibita, vt articulum restituamus, premendo impellimus, prominentiori. n. vnus manus palma vi humeri caput cōprimimus, altera verò cubitū huic atq; illuc agitamus. Indicium autē repositi ossis in superioribus explana uimus. Fit etiam interdum, vt ad humeri caput luxatum, medijs quoque humeri fractura accedat, cogaturq; medicus eodem tempore vtriusq; vitio subuenire. Docēdi autem gratia sermoni insittam, qui eum casum explicet, vbi & caput humeri in alam excidit, & medius humerus comminuitur.

De humero fracto simul & prolapsio. XVII.


Valutim est à maioribus nostris, qua via hæc restituant. Paterates quidem os suo loco motum primo restituit, q; maiorem vim in restituēdo postulet, q; fractura. At si quis sub fractura laqueum iniiciens eodem momento velit tã quod fractum est, q; quod excidit, restituere, dum vis ad luxatum, quantum postulat, adhibetur, fractura plus iusto intenta partes fracturæ superiecta ultra debitum extenta, hædentur, resoluuntur nerui aut abrumpentur, & fortasse corpora tota, priusq; articulus laxetur. atque hæc de causa censuit ipse laqueum super fracturam imponendum, & ante quod luxatum, dein quod fractum est, restituendum. Voluit Ariston eodem tpe, & luxatum & fractum humerum restituere, ne si luxatum prius reponatur, dum fractura componit, præ vi positum humeri caput erumpat. Quæ dicuntur in vtroq; casu sequi detrimenta, vere sic habent, quapropter nobis placet, ante articulum reponi, pximeq; fracturam curari, ea cautione, ne dum quod fractum est, ab inferiori parte extendit, articulus elabatur. Ad luxatū igitur restituendum cuneus à funibus dependens in alam conijcitur, rursus que capita funis sursum adducuntur super caput humero super fracturam Charchelus laqueus imponitur, vel alius, qui æqualiter extendat, eiusq; capita, deorsum demissa, vt retineantur ad aliq; moram, vinciuntur, atq; à superiori parte atrahendo articulus reponitur. quo factio cuneus in ala relinquatur, vt humeri articulus maneat, laquei verò capita inferiori parte resoluuntur, & super caput adducta tanq; retinacula vinciuntur, vt vtriusque prælidio cunei scilicet & laquei, articulus suo loco seruetur. post hæc Charchelus laqueus, vel alius æqualiter extendens humero iniicitur, cuius capita deorsum demissa ad axem, vt ab inferiori parte intendant, religantur. quo fit, vt fractura ab inferiori parte intenta componatur, superiori articulo non excidente, factio de humeri capite, nunc decubito.

De Cubito

Cubito in illas tres partes conuerso, in quas ubi prociat, brachium curuum est, neque extenditur, homo resupinandus est super asserem scalae insidentem: alligatis trochleis organo que ab inferiore parte, laqueus inaequaliter extendens brachio prope manum iniiciendus, cuius capita super caput adducta ad oppositam moram alligentur: tum duplicatae habentia medium iuxta cubitum dandum, capita que eius deorsum adducenda. Dantes igitur capita, laquei quidem humero iniecti, supra caput, duplicatae vero habentia, deorsum, continebimus simul & ab inferiori parte extendemus, ut ostensum fuit in superioribus. neruis abunde intentis eo modo impellemus, quem paulo supra diximus, cum de erecta scala pertractauimus. At si in priorem partem elabatur, in quo casu brachium extenditur, resupinato iudem homine, laqueus aequaliter extendens humero iniiciatur, capitaque eius super hominis caput attrahantur: tum alter laqueus aequaliter extendens ad extremum brachium alligetur, eius que capita deorsum ducantur. intentionem vero ad pedibus adhibendam esse antea exposui. Eodem autem modo, ubi articulum restituumus, impellere oportet, premendo scilicet & circumducendo, eadem que ratione, que in opere de luxatis dicta est. verum, si alterum os praeter naturam habeat, siue cubitus excidat, siue radius diducatur, laqueo rursus aequaliter extendente ad humerum dato, capitibusque eius sursum super caput adductis, ut retinacula sint, brachio laqueus iniicitur, qui inaequaliter extendat, quemadmodum explicauimus: capitaque eius deorsum ad organum adducuntur, & isdem impellendi modi accommodantur. Absoluimus iam sermonem vniuersum de cubito atque humeri capite, restat, ut ad manum accedamus.

Manus in quatuor partes mouetur, interior, exterior, priorem, & posteriorem. Restitui autem debet, vel super scammum, vel super scalam, quae plana collocetur. Homine itaque iuxta scalam vel scammum sedente, figuret manus, supina, si in interiori partem erupit: prona, si in reliquas tres. deinceps circa sinum manus, ferramentum, quo adurimus transversum vel transversus axis datur, atque ad ipsam palmam vinciatur: tum extremitatibus, propositi, veris seu ferramenti, sinus laquei inaequaliter intendunt vel mediae habentia iniiciantur, capitaque a priori parte ad organum ferantur. Brachio autem in vicinia manus circumligetur laqueus aequaliter extendens, cuius capita ferantur a posteriori parte: rursusque intentio adhibeatur, quae paulo ante exposita est: vel continendo, & seu ab inferiori seu superiori parte extendendo, vel in diuersa adducendo, postquam abinde intederimus, impellere debemus, quemadmodum in libro de luxatis exposuimus: praemodo, ubi in interiori vel exteriori partem venit, ubi in priori & posteriori adducendo. Sed venio ad spinam.

- A Organum ad scalam alligatum.
- B Trochlea.
- C Ferramentum dati ad sinum manus.
- D Sinus laquei dati ad ferramenti extremitate.
- E Laqueus equaliter extendens brachio iniectus in vicinia manus.



Spina gibba ex recenti ictu restituitur. Oportet in restituendo hominem prouum collocare, vel super scalam, cuius gradibus asser iniectus sit, vel super scammum, trochleasque (ut dictum est) adhibere: post haec ad spinam dare binos laqueos equaliter extendentes, vnum a superiori parte gibbi, alterum ab inferiori: vel quaternos ex ijs, qui inaequaliter extendunt, inter se oppositos, binos a superiori parte, totidem ab inferiori: & superiorum quidem capita sursum, inferiorum vero deorsum adducere, siue ut retinacula sint, & vel ab inferiori vel a superiori parte intendant, siue ut in diuersa diducant, verum, ubi in diuersa diducimus, trochleis vnum alio intercedente motu agentes. Postquam ab unde intederimus, eo modo impellemus, quem in libro de articulis enarrauimus. Sequitur autem, ut de modis reponendi femoris pertractemus.


Femur in quatuor partes prorupit, interior, exterior, prior, & posteriorem: atque ubi in tres partes conuertitur, crus extentum est, & curuari minime potest: quod si in posteriorem partem prolatur,

Alabatur, curuatur, sed non extenditur. Igitur, si in illas tres partes venit, ubi extentum crus minime implicatur, resupinandus homo est super scalam vel scammum, & duplicatae habentia vel funis medium lana seu linteum circumdatum inter anum & naturale iniiciendum, capitaque eius super caput adducenda. Sin in anteriorem quidem & priorem partem femur eruperit, media habentia variè quacunque parte inter anum & naturale dari potest: sed, si in interiori partem exciderit, inter femur integrum adhibenda est, & articulum, qui restitui debet, ne si femoris capiti subiecta fuerit, membrum ab inferiori parte attrahi non sinat. quo facto Charchelius laqueus vel alius aequaliter extendens femori extremo circumponendus est, capitaque deorsum ad organum ferenda, & ad axis clauum alliganda, ut adhibitis retinaculis conuerso axe contineamus, & ab inferiori parte extendamus. Nihilitem prohibet, quo minus a superiori intendamus, quemadmodum dictum est, quod de humeri capite. Neruis, quantum satis est, diductis, isdem vtendum est impellendi modis, quos in opere de articulis indicaui. At, si femur in posteriorem partem prolatur, ubi complicari crus diximus, sed nullo modo extendi, organo ab inferiori parte alligato ager sedeat: magis tamen in supinum habitum conuersus, in alteram coxam inclinatur. post haec continetur, sicut in opere de articulis ostendimus. tunc Charchelius laqueus, vel alius aequaliter extendens, femori circumdatur, eius que capita deorsum demissa, ut ab inferiori parte extendant, ad axem religuntur. neruis, quantum res postulat, intentis, oportet eadem ratione in restituendo impellere, quae in opere de articulis exposita est, spatha premendo idonea extrahere, & femoris caput in posteriorem partem adurgere: sicque crure deorsum extento, atque homine resupinato articulus reponitur. Crus autem restitutum testatur eius flexus, atque porrectio: in quamcunque enim partem venerit, ubi restitutum est, liberam eius actionem spectamus, flexum scilicet & porrectionem.

Genu in tres partes erumpit, interior, exterior, & posteriorem: ubique autem crus extensum est. Si in interiori & exteriori partem veniat, hominem resupinare conuenit: si in posteriorem, prouum collocare, tuncque laqueos aequaliter extendentes membris iniicere, vnum quidem femori prope genu, alterum cruri super eam regionem, quae carnosae a posteriori parte prominet: rursusque organo ad inferiora deligato, eisdem adhibere intendendi rationes, quae in alijs luxatis sunt ostensa, impulsuque in opere de articulis declaratum.

Talus modo in interiori, modo in exteriori partem prolabitur, non nunquam etiam in posteriorem. Rursus itaque oportet hominem sedere, extentoque cruri laqueum imponere, vel draconem laqueum dare, capitaque a priori parte ad axem adducere, continendoque ab inferiori parte extendere, & isdem uti modis impellendi, quos in opere de luxatis explicauimus. Restituendi ratione praeterimus, quonia de hac praecipue agimus, ubi organorum, quae plana collocantur, praesertimque nostri machinamenti motum declaramus.

- A Laqueus iniectus cruri equaliter extendens.
- B Sadales laqueus ad talum datus.




Glossocomum Nymphodori tractorium, organum est quadratum. hinc autem duo latera, quae extremis partibus per duo transversaria inter se iungunt. laterum vero & transversariorum eadem est magnitudo, sunt enim longa lataque duos palmos, crassa digitos totidem. quare, quum aequalis sit eorum modus, iure glossocomum ex eorum numero est, quod proprie quadrata appellant. Media igitur latera exculpta, cauatque sunt cauis non nimis alte penetrantibus, quibus includit axis hinc in medio tympanum, cui ab utraque parte ferrei vinci sunt, duo in vniuersum, vel foramina, in quae possint conijci funes, quorum haec ratio est. Funes duo vncis medijs circumligantur, & ab utraque parte prope foramina nodum accipiunt: quorum capita, quum quatuor sint, duo traiciunt per transversaria prius, ab inferiori parte extra: reliqua duo per id, quod posterius

posterius est. Secundum tympanum cochlea speciem lentis referens recta collocatur, hæc compo- E
 sito vocabulo græce *κοχλιόξων* dicitur. eius extremitas demittitur in cauum non penetrans prio-
 ris transversarii: pars verò, quæ cochleæ modo striata est, iuxta tympanum collocat: quod superest
 ex eius longitudine per foramen transit, extremaq; parte baculum versans habet, quo torquetur,
 vt cochlea per id versata tympanum moueat, conuerso hoc axis versetur, quo moto funium capita,
 quæ extra procedunt, ad intendendum ducuntur. Sunt item in glossocomo opercula, vt quæ in eo
 sunt machinationes occultentur: tum quatuor anulî ad latera fixi, bini ab inferiori parte, totidem
 à superiori, ea de causa, vt alligari organum possit. Huius fabricationis auctor est Aristion filius
 Pasicratis, siquidem aliter structum fuit à Nymphodoro. in vetusta. n. structura exiat cochlea non
 per transversarium, sed, quæ opercula sita sunt, traiecta. duas enim forfices ferreas ad latera affixas
 habet ad medium pertusas, quarum vna axi subiicitur, altera superponitur, vtraque à latere tympa-
 ni collocatur, inferior angustius foramen habet, superior latius. Cochlea igitur ab ea parte, qua
 opercula sita sunt, traiecta, atque à forficibus contenta, alterum operculû sine impedimento clau-
 ditur: alterum claudî non patitur pars cochleæ, quam penetrare diximus, cuiq; baculum versans
 affigitur. hoc itaque operculum medium transversum in duas partes secatur, quarum altera manet
 immobilis, altera clauditur: atque hæc media in longitudinem lunata figura exciditur, vt, quum F
 operculum clauditur, lunatum eius cauum propositam cochleæ partem excipiat. Hanc Nympho-
 dori structuram non accepit Aristion, sed adiecit organo axem habentem tympana foramina que,
 vt axis, qui in medio est, motus, vbi velis, consistat, & vi minime voluatur: transiit item anulos
 iuxta prius transversarium, ne organum à parte operculi, sed à parte prioris transversarii alligetur.
 traiecit præterea funium capita per opercula, hæc quidem à superiori parte, illa verò ab inferiori.
 quod quidem pertinet ad anulorum situm, vna nobiscum sentit: sed axem, quem adiunxit, tan-
 quam superuacaneum reijcimus, siquidem vnus axis ex robusta materia preparatus, quod opus
 est, abunde efficit. Sed cum glossocomi fabricationem absoluerimus, sequitur, vt ad eius motum
 veniamus.


- A Latera.
- B Transversarium prius.
- C Transversarium posterius.
- D Cauum non penetrans.
- E Axis habens tympanum in medio.
- F Foramina in quæ funes conijci possint.
- G Funes duo.
- H Capita funium traiecta per prius transversarium.

Nymphodori Glossocomum clausum.



- I Capita funium per posterius transversarium traiecta.
- K Cochlea speciem lentis referens.
- L Manubriolum.
- M Quatuor anulî in transversarijs.
- N Ferrea forfex.
- O Pars operculi, quæ manet immobilis.
- P Pars operculi in lunatam figuram excisa.
- Q Axis habens tympana foraminaque.

Nymphodori Glossocomum apertum.



De

A De motu Organi.

XXV.

Vbi humeri caput suo loco mouetur, præcipueq; si in alam veniat, ad scalam eodem modo pa-
 ratam, quo in Nilei Plinthio explicauimus, nunc pro Plinthio Glossocomum alligetur, non
 ab operculis, ne sub cochlea habena abrûpantur, sed à priori transversario, anulîs prope ipsum affi-
 xis. Aperiuntur item opercula, capitaq; funium ad axem alligata excipiantur, hæc quidem à supe-
 riori parte, illa verò ab inferiori: ac deinceps, vbi restituere volumus, subsellium prope scalam po-
 nat, super quod homo ascendens brachium sic traiciat, vt indatur cuneus in alâ: circûligetur in-
 super humero Charchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens, eiusq; capita ducantur ad supe-
 riora funium capita, vt machinationum motu aut directis ductionibus ab inferiori parte inten-
 damus, aut alio intercedente motu, aut per duos contrarios motus interiectos, hoc modo: Laquei
 capita per inferiores trochleas traiciantur, & cum funium capitibus colligentur, quo rursus fit, vt
 machinationes motæ, alio intercedente motu ab inferiori parte extendant: verum, si per superio-
 res laquei capita traiciantur, deinceps per inferiores demissa ad funium capita vinciantur, rursus
 machinationum motus per duos contrarios motus interiectos ab inferiori parte extendit. Impul-
 sus verò, quos deinde res postulat, sunt, quemadmodum dictum est, vbi humerus in alam prolabi-
 tur, & per duplicem habenâ extrahendo, & intentione remissa per manus sursum compellendo.
 Retulerunt alij organum hoc, vbi à superiori parte extendere volumus, idoneum esse: transferunt
 enim ipsum ad superiorem partem supra caput, cunctumq; ad gradum adhaerentem, solum tñ, in
 alam conijciunt: deinde capita funium cunei, ad inferiora capita funium organi religant, & Char-
 chesium laqueum humero iniiciunt, cuius capita deorsum adducta ad inum scalg gradû immobi-
 lem deuinciunt, vt per hæc retinaculis adhibitis directis ductionibus à superiori parte intendant.
 Licet etiam organo ab inferiori parte alligato à superiori extendere alio intercedente motu: alliga-
 tis enim laquei capitibus vt (quemadmodum dictum est) retinacula sint, cunei funium capita per tro-
 chleas traiecta cum superioribus capitibus funium organi vinciunt, vt machinationibus motis alio
 intercedente motu à superiori parte extendant: aut laquei capitibus non amplius retinaculi vicem
 exhibentibus, sed ad funium organi capita alligatis, vel ad superiora directis ductionibus, vel alio
 intercedente motu ad inferiora idem præsent: cumq; abunde extenderunt, eosdem adhibent im-
 pulsus, quos paulo ante proposuimus. Quæ relata sunt, adscripsimus. probamus autem & in hoc,
 quod de Nilei Plinthio diximus, vbi scala erecta collocetur, intentionem ab inferiori parte adhibe-
 ri, cuneo ad scalam alligato: eam verò, quæ vel à superiori parte trahit, vel in diuersa deducit, ex to-
 Cto prætermitti, eiusmodi siquidem imbecilles sunt. Quod si homo faciat, sic interdum censui luxa-
 tum reponi: contentus sum propositis reponendi rationibus exempli causa propter organi motû
 huc allatis: omnia enim luxata per hoc quoque instrumentum reponi possunt, nõ secus ac per Ni-
 lei Plinthium. Vtriusque machinationes sunt diuersæ, sed reponendi rationes eadem, sic, vt liceat
 ex superioribus vniuersum huius organi motum intelligere.


Triaspalum Apellidis, seu Archimedis.

XXVI.

Illud in primis scire conuenit, quod neque Apellides, neque Archimedes medici fuerunt, sed
 Architecti, qui machinamentum hoc excogitarunt (quemadmodum nos accepimus de histo-
 ria) ad naues deducendas funibus non per manus, sed per ergatam attractis: illius autem seculi
 medici eius structuræ modum minuens triaspalum organum medicinale ad luxata fracta que
 restituenda fabricarunt in hunc modum. Totum organum ex eorum genere est, quæ oblonga
 quadrata nuncupantur. est autem hoc modo compactum. Duo latera longa palmos quatuor di-
 giti crassitudine inter se coagmentantur per transversaria longa palmos duos, crassa digitum. la-
 titudo potissimum posterioris transversarii sex digitos æquat: prioris propter opercula palmos
 duos. Vt retulit autem Pasicrates, media latera excauata sunt, cauis non nimis alte penetranti-
 bus, quibus duo axes includuntur rotas habentes in vicinia laterum. vtriusque axis rotæ perfo-
 Drata sunt peruijs foraminibus, quæ non alia de causa facta sunt, nisi vt in ea funes immittantur,
 quorum ratio hæc est. Funes duo extrema parte nodum accipientes, coniecti in prioris axis fora-
 mina attrahuntur ita, vt nodi super foramina collocentur: tum funes circa suas vterque rotas in-
 uoluuntur: & per posterioris axis foramina traiecti nodum accipiunt. Posterior axis medius in-
 ter rotas foramen habet, in quod rursus funis conijci debet. sumitur funis longus, qui ab vtraque
 extremitate nodum acceperit: deinceps per propositum foramen traicitur sic, vt nodus foramini
 iungatur: post hæc circa medium axem inuoluitur: quo factò altera eius extremitas per posterius
 transversarium, quod medium perforatum sit, traicitur, at quid nunc sit fune traiecto: manu tra-
 ctus euolutus que posteriorem axem conuertit, quo conuerso alia capita funium, qui extra pro-
 cedunt, ducuntur. Adhibentur autem funes quatuor, duo, & item duo, atque ad hunc modum
 immittuntur. Sumuntur funes duo, qui extrema parte nodum acceperint, & per duo foramina
 prioris axis, quæ inter rotas sunt, traiciuntur attrahuntq; sic, vt nodi foramina contingant.
 tuncq; funium capita per prius transversarium perforatum ab inferiori parte versus exteriorem
 traiciuntur. autprehenditur funis vnus duplex, cuius capita coniecta in prioris axis forami-
 na attrahuntur, vt medius funis inter foramina statuatur: postea eiusdem funis capita traiciun-

tur per foramina tranſuerſarij prioris . Duo item alij funes ſumuntur nodo extrema parte deuin- **E**
 ſi : hi per foramina inter rotas poſterioris axis facta, & à medio foramine recedentia, attrahuntur :
 qui deinde, vbi eorum nodi ad foramina peruenerint, tunc ducuntur, traſciunturq; per poſterius
 tranſuerſarium perforatum, ſic, vt quinque nunc ſint funium, quæ extra feruntur, capita, duo per
 prius tranſuerſarium, tria per poſterius, his poſterioribus manu attractis, incluſisq; funibus (vt di-
 ctum eſt) inuolutis atque euolutis, capita eorum, qui exterius ferebantur, ducuntur, extenduntq;
 capita habenarum, quibus diſtenditur corpus. Huiusmodi organi ſtructuram Palicrates exponēs
 reprehendit tanquam minime efficacem . vniuerſum enim organi opus conſiſtit in ductione fun-
 nis poſterioris, qui manu attrahitur, at nequit manus in reſtituendis luxatis vim tantam ſuſtinere,
 præſertim, vbi magni articuli ſunt, & corpora robuſta . quamobrem organi ſtructuram immuta-
 uit, duos que axes, qui incluſi erant, ita ſtruxit, vt penetrarent, & priorem minorem exiguis ca-
 pitibus extantem, poſterioſiorem maiorem & longiora capita habentem, & ad prioris quidem axis
 extantia capita clauos conſixit: poſteriori verò veſtes adiecit . demiffis axibus duobus digitis ma-
 chinamentum in reſtituendo ſic mouit . Habenæ extendendis corporibus iniectas ad extantia
 prioris axis capita deligauit, vt poſteriori axe conuerſo prior moueretur, & euolutis inuolutis que
 funibus nerui extenderentur . Sed Ariſtione Palicratis filius patri aduerſatur, vt vetuſtam organi **F**
 ſtructuram ignoranti. In vetuſta enim (inquit) organi ſtructuram, axes non mouebantur in laterum
 cauſis, ſed circa ferreos chodaces affixos lateribus in capreoli formam excauatis: quod videre licet
 in organis ad aquam hauriendam comparatis, quæ ob fabricationis rationem facile conuertuntur, **„**
 neque tamen rotæ in ſe continent armillas, ſed chodacem . quoniam igitur axes per armillas mo- **„**
 uentur circa chodaces, & rotæ per chodaces circa armillas, axes promptè admodum verfabuntur, **„**
 atque idcirco ſine impedimento erunt, etiam ſi funis manu ducatur . Ob id autem ipſum triſpa- **„**
 ſtum organum appellatum eſt, quoniam tres funes agunt, vnus quidem extra ductus, duo inclu- **„**
 ſi. Hactenus ipſe probabiliter ſcripſit, ſed vera ſunt, quæ à Palicrate adducuntur, non enim poteſt **„**
 manus funem ducens bene reſtituere, ſed forſiſſe monſtrationis cauſa in ludo organum mouere, **„**
 vis autem, quæ in reſtituendo requiritur, per manum minime poterit adhiberi, atque ea de cauſa **„**
 iſſdem omnibus factis, quæ in vetuſta ſcriptura ſunt oſtenſa, tertium axem organo adijciendum **„**
 iudicauimus, cuius capita traiecta per latera eſſent, vt poſterior axis nunc medius fiat, medius au- **„**
 tem perforetur: in extantibus capitibus veſtes demittantur, vel manubriola, aut bacula ductaria: **„**
 medius verò funis poſterior, vbi circa axem eſt inuolutus, traſciuntur per foramen axis penetrantis, **„**
 ſuo que ibi capite alligatur . His ita conſtitutis conuerſus poſterior axis, ille inquam cuius capita **G**
 extant, funem circa ſe inuoluit: quo fit, vt me-
 dius axis moueatur, quo moto prior quoque
 axis mouetur. Tribus axibus conuerſis, funiū,
 qui extra ducuntur, capita tenduntur, cū qui-
 bus vincuntur habenæ, quæ corpora exten-
 dunt. Habet item organum opercula, veluti
 gloſſocomum, ne machinationes oculis expo-
 nantur: atq; item anulos ad latera affixos, qui-
 bus alligetur. Hæc eſt vniuerſi triſpaſti fabri-
 catio. Reſtituendi autem modi aptantur iſdē,
 quos poſuimus in gloſſocomo, diſtat enim ſo-
 lum, quibus mouetur, machinationibus: præ-
 terea funium eadē eſt ductio, habenis ad eos
 alligatis. Sed iam triſpaſti fabricationem ex-
 plicatam habemus .

- A Duo latera .
- B Prius tranſuerſarium .
- C Poſterius tranſuerſarium .
- D Duo axes habentes rotas in viciniâ laterum .
- E Funes circa rotas inuoluti .
- F Funis coniectus in foramen medium inter ro-
tas poſterioris axis .
- G Funis duplex, cuius capita traiecta per forami-
na prioris axis, per prioris tranſuerſarii fo-
ramina traſciuntur .
- H Tertius axis, cuius capita traiecta ſunt per la-
tera .
- I Veſtes in extantibus capitibus demiffi .
- K Anuli ad latera affixi .



Fabri

A

Fabri Organum.

XXV.


Fabri organum ad hunc modum fit. Super baſim, quæ *u p n e d s* nominatur, pro organo dimen-
 ſam ſtatuntur crura duo, quorum longitudo duos cubitos & ſemiſſem æquat, aut etiam exce-
 dit: latitudo implet digitos quatuor: craſſitudo tres. crura hæc per duo tranſuerſaria inter ſe coagmen-
 tantur, altero ab inferiori parte, quod quinque palmos à baſi recedat, altero à ſuperiori, qua crura ſi-
 niuntur. inferiori tranſuerſario ſubijcitur aſſer tranſuerſus, qui & cum lateribus organi, & cum tranſ-
 uerſaria committitur. hunc aſſerem ſedile conſueverunt omnes appellare, cuius medium ad tranſuerſa-
 rium exciditur ad effigiem **U** inuerſi, qua parte tranſuerſario traſciuntur anem **U**. Accommoda-
 tur tam cauum, quam **U** demittendo præiſco octo digitos longo. Inter tranſuerſaria ab inferiori
 parte crurum canaliculi excauantur, in quibus, dum luxata reponuntur, moueatur quadrata teſtu-
 do, ſpatham & cubitos mouens. quandoquidem prior pars teſtudinis (frontem dicunt) per uio for-
 mine pertunditur, in quod radix conijcitur, cuius extremum, quæ extenuatur, ad poſterioſiorem teſtu-
 dinis partem per craſſitudinem traſciuntur. Propoſita pars radices per uio foramine pertunditur, per
 quod fibula demittitur, ne radix euellatur, ſed manens in foramine torqueatur. Fibula autem in ex-
 tremo radice ſcutulo ſuper poſito includitur. Radix eò pertinet, vt ſpatham in organo ſuſtineat, ha-
 bet enim organum ſpatham capitulo leniter cauo allurgentem, ita longam, vt à teſtudine ad ſupe-
 rius tranſuerſarium, quod caput nominatur, pertineat, & cuneati axis modo excedat. Huius ſpathæ
 extremitas, quæ contra capitulum eſt, media in quadratam figuram exciditur, atque in id cauum
 includitur radices extremitas lata, quæ perforatur. perforatur item ſpatha ab vno latere ad alterum,
 in quod foramen fibula demittitur, vt ſpatham detineat ad radicem. Ipſa verò teſtudo iuxta me-
 dium pertunditur foraminibus quatuor, vel ordine diſpoſitis, vel duobus à priori parte, totidem à
 poſteriori conſtitutis: quæ non alia de cauſa ſunt, niſi vt funes in ea indantur, vt in ſequentibus
 oſtendam. Medium caput, hoc eſt ſuperius tranſuerſarium in quadratam figuram excavitur: in
 quod cauum duplex trochlea inditur, quæ circa axiculum verſatur. habet item ſuperius tranſuerſa-
 rium duo alia caua quadrata per uia, nempe ab vtroque trochleæ latere vnus, in quæ conijciuntur
 quadrata cubitorum partes: duo enim cubiti per ſuperius tranſuerſarium demittuntur deorſum,
 & teſtudini inherere, quæ quadrata caua in ſummo habet. Imas cubitorum partes quadratas tenues
 que architecchi calces nuncupantur: ſuperiores latas ac rotundas dixerunt alas. In alas ergo cubito-
 rum, quæ ſuperius tranſuerſarium excedunt, & per uis foraminibus pertuſa ſunt, axis conijcitur:
 cuius capita vtrinque excedunt, medium cuneatum eſt, in extremis capitibus veſtes ſunt, vel ma-
 nubriola ductaria, quibus conuertatur. Alarum partes priores iuxta foramina & axis capita ruſus
 forantur, vt, ſi quando opus ſit, in foramina fibule demiffæ ſeruent axem immobilem. Organo præ-
 terea iuxta crurum extremitates alia duo ſunt adiuncta crura, vt, ſi quando ſedis vicem exhibeat,
 ſuper baſim atque adiuncta crura iaceat. Verum, quia teſtudo per funem elata, & cubitos & ſpa-
 tham attollit, in ſequentibus qua ratione funis indatur, adijciam. Sumitur funis duplex, cuius capi-
 ta per duo foramina, quæ vel iuxta cubitos ſunt, vel à priori parte, vel à poſteriori, vel in medio, traſ-
 ciuntur, vel ab inferiori parte ſurſum adducuntur ſic, vt medius funis inter foramina colloca-
 tur: de-
 inde capita ſurſum feruntur, & circa duplicem trochleam prioris tranſuerſarij inuoluntur, atque
 (vt dictum eſt) permutata deorſum procedunt, & ad clauos penetrantis axis reſigantur: continetur
 enim organo Fabri alius axis coniectus in crura, quæ ſuper tranſuerſarium inferius digitis quinque
 interpolis perforata ſunt. In axis medio duo clauſi ſunt infixi, in extantibus capitibus veſtes vel
 manubriola ductaria, quibus conuertitur axis, cuius conuerſio per funes teſtudinem attollit: atque
 vnâ cum ſpatha ſimul cubiti & axis, qui alis continetur, ſurſum feruntur ad luxata, quæ à ſuperiori
 parte extenta in ſuam ſedem collocantur. Huiusmodi eſt antiqua ſtructuram organi, quod ad Fa-
 brum refertur auctorem.

Septima Classis,


SSSSSS

ABasis

FABRI ORGANVM



FABRI ORGANVM




- A Bass.
- B Crura duo.
- C Transversarium superius.
- D Transversarium inferius.
- E Aster transversus subiectus inferiori transversario.
- F Medium asteris excisi ad formam II inuersi.
- G Priapiscus.
- H Canaliculi excauati ab interiori parte crurum.
- I Quadrata testudo.
- K Spata.
- L Cubiti.
- M Prior pars testudinis per uio foramine percusa.
- N Radix
- O Fibula demissa per radicem.
- P Capitulum spathę cuneati axis modo.
- Q Exuemitas spathę in quadratam figuram perforata.
- R Foramina quatuor testudinis.
- S Duplex trochlea indita in cauum superioris transversarii.
- T Cava duo quadrata superioris transversarii, in quę demeruntur cubiti.
- V Imę partes cubitorum quadratę.
- X Superiores cubitorum partes rotundę, quę alas dicuntur.
- Y Axis in alas cubitorum demissus.
- Z Fibuę demissę in alas perforatas, quę axem immobilem seruent.
- a Alia duo crura adiuncta.
- b Funis duplex.
- c Alius axis, qui in cruribus continetur.
- d Vectes, quibus conuertitur axis.
- e Binę trochleę ad basim.
- f Binę trochleę ad summa crura.
- g Cuneus.

De Motu

De Motu Organi.

XXVIII.

A Cvm erecta organa comparentur ad reponendum humeri caput excitando, & alijs quoq; modis idonea sint, de humeri capite restituendo tractare constitui. ordiar autē ab eo casu, sub quo in alam prolabitur. Verum, vt organi motum perfectum habeamus, quaternę trochleę organo adijciuntur, binę ab inferiori parte, qua basis sursum spectat, totidem a superiori ad summa crura. Vbi ergo luxatum restituere volumus, cuneata pars axis primū lana vel linteo circumdetur, subselliumq; iuxta organum ponatur, super quod homo ascendat: deinceps vinciantur crura quidem habena inter se, sed integrum brachium extensum, ad latus: in foramina autem alarum indantur fibulae, vt axis seruetur immobilis, vsq; dum eo moto opus erit. His ita constitutis brachium super axem imponatur: atque vbi cuneata pars axis in alam coniecta sit, laqueus Charchelius, vel alius aequaliter extendens, humero iniiciatur, cuiusq; capita deorsum adducta, ad clauum eius axis, qui cruribus annexitur, alligentur: fune non amplius indito, quemadmodum in organi fabricatione retulimus, axis conuersio directa ductione ab inferiori parte extendet, id quod etiam, alio intercedente motu, ad hunc modum fit. Laquei capita primo per inferiores trochleas traducuntur: inde sursum data ad clauos axis alligantur, vt hic versatus propositam intentionem moliantur. Idem quoque efficitur duplici **B** contrario motu interiecto, laquei enim capita per inferiores trochleas traiecta ad superiores feruntur: inde ad axis clauos vinciuntur, vt duplici contrario motu interiecto ab inferiori parte extendant. Tales sunt modi, quibus ab inferiori parte intendimus. Si quis autem a superiori intendere voluerit, fune in testudinem coniecto, veluti in organi structura posuimus, laquei capita deorsum adducat, & tanquam retinacula ad aliquid immobile deuinciat: post hæc axem conuertat, quo conuerso testudo alio motu intercedente, per funem elata, a superiori parte intendet. Ex his quoque ille modus comprehenditur, qui in diversa extendit, hic non amplius requirit, vt capita retinacula sint, sed ab interiori parte ad axis clauos vinciantur, vel per se vel alio motu intercedente, vt per vnum machinationis motum, propositus extendendi modus adhibeatur. Seruetur autem in intendendo axis immobilis, quemadmodum declarauimus. Postquam abunde intenderit, fibulae, quę moueri illum non patiebantur, recipiendę sunt, atq; ipse per vectes vel manubriola ductaria conuertendus, vt cuneo aliqua ex parte inclinato, extrahendo impellamus, sicut in alijs organis ostendimus: post hæc dum restituimus humero deorsum intento, minister a posteriori parte assistens manus det ad ceruices hominis, vt corpus versus pedum regionem cogat in contrariam partem. Verum, vbi restituimus, ministro id prestante, quod ostendimus, subsellium pedibus hominis subiectum subtrahatur, vt ipse suspendatur ab organo: tum (vt alibi dictum est) eodem momento, quo ab inferiori parte extendimus, atq; excitamus, per cuneum extrahendo impellemus: deinde intentione remissa **D** sursum cogemus, vtraq; manu membro comprehenso, & vt in suum locum recondatur, elato. Hac igitur ratione humeri caput in alam prolapsum restituatur.



Verum si in priorem partem aut posteriorem veniat, vertere sic axem oportet, vt quod ex eo cuneatum est, deorsum spectet: sursum, quod equum est: hoc si quidem nunc aptatur ad reponendum humeri caput, quod in propositas partes eruperit. Eo facto homo super subsellium, quod iuxta sit, ascendens brachium superponat, sic, vt axi insidat: deinde humero iniiciatur laqueus aequaliter extendens, cuius capita deorsum ad axem alligentur: eademq; intendendi rationes adhibeantur, quę traditę sunt, vbi in alam excidit. Neruis abunde ductis impulsus conuenit, quem in aliorum organorum motione monstrauimus.

Sed si neq; cubiti sint, neq; axis in alas coniectus, humeri caput in alam prolapsum ita restituatur. Agitur spatha sic, vt capitulum eius, perinde atq; cuneata pars axis superius transversarium excedat: tū duplex habena media inter spathā & transversarium datur, cuius capita ab exteriori parte pendent. In restituendo aut, ager ad organū assistens, brachium super transversarium imponit sic, vt spatha in alam indatur: post hæc Charchelius laqueus, vel alius aequaliter extendens, humero iniicitur, cuius capita

Septima Classis. SSSSSSS ij deorsum

deorsum demissa ad transversarium ut retinacula deligantur: fune ad testudinem dato axis conuer- E-
sus testudinem, cumq; ea spatham attollens, a superiori parte extendit. Aptatur item ille extenden-
di modus, qui in diuersa ducit, laquei capita mutata ad axem alligantur, tunc siquidem conuersus
axis in diuersa diducet. postquam satis extenderimus, duplicis habenae capita continenda sunt, &
per hanc ipsa spatha, ut per spatham extrahendo impellamus, quo facto intentio remittenda est,
membrumq; sursum adducendum, ut quam celerrime in suum locum articulus collocetur. At si
organum non spatham habeat, non cubitos, non axem illis contentum, humeri caput in alam veni-
ens per cuneum sic reponi debet, cuneus, in quem funes coniecti sint, superiori transversario insi-
dat, & per funes ad ipsum vinciatur: deinceps eger brachium superimponat, cuneusq; in alam conij-
ciatur: quo coniecto laqueus Charchelii humero circumligetur, eiusq; capita deorsum demissa
dentur ad axem, qui cruribus continetur, ut axis versatio ab inferiori parte extendat, at vbi satis in-
tenderit, impellere oportet, velut in alijs organis demonstrauimus, aut extrahendo, aut sursum com-
pellendo: qui modi, cum ab inferiori parte extendimus, potissimum ad rem pertinent. Placuit alijs
per testudinem ita reponere, funem primo resoluunt, ipsumq; duplicant: cuius duplicati capita per
duo testudinis foramina traiciunt, a superiori parte deorsum, & ad inferioris axis clauos alligant.
At tollunt itaq; testudinem prope superius transversarium, tuncq; restituendum brachium superius F
ciunt, cuneumq; in alam demittunt: post haec brachium per palmam iuncturam ad testudinem vin-
ciunt, his ita constitutis inferior axis conuertitur, testudoq; a subiecto fune deorsum versus attracta
ab inferiori parte ducit: quo pacto intentio quidem ab inferiori parte adhibetur, sed humero ad tes-
tudinem alligato prohibetur conueniens impulsus.

Cubito in illas tres partes elapso vbi brachium curuatur, interiorem inquam, exteriorem, & pos-
tteriorem, iuxta organum ab omni parte praeparatum stare aeger super subsellium debet, atq; axis
conuertitur, ut pars eius, quae cuneata est, deorsum spectet: sursum, quae aequa: dehinc brachium da-
re super axem, quo facto humerus ad axem per palmam iuncturam deligandus est: brachio vero in
vicinia manus iniiciendus est laqueus inaequaliter extendens, eiusq; capita sursum adducenda, & ad
alam, vel ad extans caput axis e regione alliganda, brachio sic ad rectum angulum figurato habenae
vel latae fasciae medium ad eam regionem detur, quae proxime sub cubito est, cuius capita deorsum
ad axem porrigantur. Quod ad extendendum pertinet, ijdem modi conueniunt, quos, vbi humeri
caput restituitur, ostendimus, nunc siquidem licebit vel continendo, & a superiori parte extenden-
do, vel in diuersa ducendo vim adhibere: quae abunde adhibita eadem impellendi ratio accommoda-
tur, quae tradita est, vbi de aliorum organorum motu pertractauimus. At si cubitus in priorem par-
tem moueatur, in quo casu brachium extenditur, membro superimposito humerus ad axem delige-
tur: tunc Charchelii laqueus, vel alius aequaliter extendens brachio iniiciatur, eiusq; capita deorsum
ferantur, eadem intendendi ratio adhibetur: post idem impellendi modus expeditissimus, quae
in tractandis organis demonstrauimus. Proprie autem spatha plurimum videtur ad cubitum resti-
tuendum pertinere. Videamus autem, quo modo, vbi neq; cubiti in organo sint, neq; axis in alijs co-
tineatur, opus hoc efficiendum sit. Funes igitur resoluuntur, duplicanturq; & eius capita per duo fora-
mina testudinis a superiori parte deorsum traiecia, ad axis clauos alligantur, testudo autem cum spa-
tha prope superius transversarium attollitur: dein spatha torquetur, & brachium super transversa-
rium, cui lana est cunctata sit, imponitur, humerusq; ad transversarium per palmam iuncturam alli-
gatur, brachium vero ad spatham toto membro curuato, conuertitur igitur axis cruribus contentus,
testudoq; deorsum versus a fune coacta spatham similiter deorsum adducit, sicq; ab inferiori parte
intendimus. At vbi satis extenderimus, aptatur impulsus, quem paulo supra posuimus: si in exte-
riorem vel interiorem partem cubitus elabatur, adducendo: si in posteriorem, extrahendo. Porro
ab inferiori parte extendere possumus, impulsus autem, eo quod brachium deuinctum sit ad spatham
extrinsecus, prohibemur, nisi, cum radix culli ex foramine possit, extrahendo impellamus. Magis
autem accommodatur spatha, vbi cubitus in priorem erupit, quem si restituere velimus, funem de-
mittere similiter oportet, si neq; ut spatha dependeat: deinde membro superiniecto, humerum ad
transversarium deuincire, brachium vero ad spatham: post haec ab inferiori parte extendere, vi,
quantum res postulat, adhibita impellere, ante quidem premendo, tum circunducendo, spatha cum
brachio torta curuataq; premendi causa. Haec tenus de cubito luxato.

Ex Ruffo Scamnum Hippocratis.

XXXI.


Lib. d. Art. sec.
4. r. 49. 7. 289.
h. Et. d. Fract.
sec. 2. r. 49. 7.
219. b. Lib. de
Art. sec. 4. r. 51.
& 51. 7. 290.
b. c. f.

Hippocrates maxime admiratione dignus multis in locis suum organum || ξύλον appellauit, in
quibusdam et οξείαν: recentiores id οξείαν, id est scamnum, dixerunt, eoq; affixis cruribus &
pro organo & pro scamno vsi sunt. struitur autem sic. Paratur lignum sex cubitos longum, latum
duos, nouem digitorum crassitudine, resupinaturq; & quatuor alia ligna pedē longa extremis par-
tibus rotunda, duo scilicet & duo cum eius extremis iunguntur. huiusmodi ligna, quae φλαγ ab Hip-
pocrate vocantur, in latitudine peruis foraminibus pertunduntur, quibus continentur penetrantes
axes in medio clauos habentes, & in extantibus capitibus manubriola ductaria ad conuertendum.
totum lignum in medio vsque ad alteram partem quatuor digitorum spatia iniecio caua habet,
quorum alitudo pariter & latitudo treis digitos aequat, caua haec Hippocrates κρηττοῦς nuncu-
pauit.

A pauit. Medium prae-
rea lignum alte in qua-
dratam figuram exca-
uatur, quo scamnum de-
mittitur, qui priapi-
ficus vocatur. Alias
item habet φλαγ, in
medio ad similitudi-
nem literae Π, non inu-
tiliter adiectas. Stru-
ctura igitur Palicrate au-
ctore huiusmodi est,
cui deinceps subdam,
qua ratione moueatur
scamnum Hippocra-
tis: quod vbi vetustam
structuram habeat, ho-
mine iacente, ad luxa-
ta omnia restituenda
idoneum est, ut dum singula exequar, declarabo.

Scamnum Hippocratis.

- A Lignum quadrangulum sex cubitorum, latitudi-
ne bicubitali, crassitudine dodrantali.
- B Postes breues axes habentes.
- C Fossula.
- D Lignum teres in medio cauo infixum.
- E Postes pedales lignum transversum tanquam sca-
lae gradum continentes.




De Maxilla restituenda. XXX.

Maxilla excidente, siue ab altera parte, siue ab vtraque, homo resupinatur sic, ut caput iuxta
inter se, & omnibus ad scamnum organum deuinctis, tum capiti ea iunctura imponitur, quae le-
pus auritus dicitur, eiusq; sinus ad ea ligna, quae proximum axem sustinent, ut retinacula sint, de-
ligantur: media habena in os inditur, quan-
tum potest intima, iuxta eam regionem, qua
maxilla cum malis committitur, inter dentes
maxillares, eiusque capita deorsum demissa
ad axem, qui a pedibus est, alligantur: aliaq;
habena media mentum complectitur, & in
vtranq; partem vltra caput adducta ad axē,
qui super ipsum est, diducendi causa deuin-
citur. his ita constitutis, inferior axis torque-
tur, ut continendo, & ab inferiori parte extē-
dendo, vis adhibetur. Postquam intende-
ris, quantum res postulat, ad eos impellen-
di modos venies, quos in opere de articulis
exposuimus. Si maxilla quidem ab vna par-
te exciderit, tria efficies, adduces, premes,
& sursum compelles: sin ab vtraq;, extrema
mota fuerint, premere conueniet, & sursum
compellere. Haec de maxilla, nunc venio ad
humeri caput.

D

- A Iunctura lepus auritus.
- B Sinus leporis deligati ad ea ligna, quae
sustinent axem proximum, ut reti-
nacula sint.
- C Habena, quae media in os inditur.
- D Capita habenae alligata ad axem, qui
a pedibus est.
- E Alia habena, quae media mentum
complectitur.
- F Habena alterius capita diducendi
causa ad axem deuincta.




De Humeri Capite in alam prolapsio. XXXI.

Vbiunque humeri caput restituitur, si in alam vel in priorem partem venerit, resupinare
hominem debemus: si in posteriorem, pronum collocare. Vbi ergo in alam prolapsum re-
stituitur, cuneus eo immittendus est, sic, ut qua capitulum assurgit rotundum ac leniter cauum,
Septima Classis, SSSSSSS ij in

In priorem partem spectet: quæ æquus est, in posteriorem. expedit autem cuneum ut mollior sit, si n. E teo vel lana involuere: omne enim lignum (auctore Hippocrate) durum est & tactu lædit, atq; hæc de causa potissimum lana circumdatur. adde, quod hæc sudorem absorbet, qui in ala oritur & ob curationis metum, & ob calorem eius partis naturalem, qui ad diducendum confert: & quod cuneum sibi non patitur. Deinde funium capita, hæc quidem à priori parte, illa vero à posteriori super caput ad axem adducenda: media item habena sub ala inter cuneum & humerum danda est, vel (vt alijs placuit) inter cuneum & latera, eiusq; capita ab exteriori parte attrahenda. Ipsi autem humero Charchelius laqueus, vel alius æqualiter extendens, inijciendus non quæ laceratus est, ne cum nervosus sit, si adstringatur, doleat, sed supra vel infra. pleriq; superiorem regionem anteponunt tanquam magis idoneam, quod proxime ad articulum accedat, sed locus hic ad curationem minus accommodatur, prohibet enim rectum impulsus, Sub mustylo igitur deligandum censemus, & ob hanc causam, & propterea quod locus, qui iuxta adstringitur, ægre laxatur, quæ verò mediocri interiecto spacio attrahuntur, facile sequuntur. Expedit autem, vt laqueus mollior inlida, humerum lana obuoluere, deinde laqueum inijcere: tubercula enim cubito subiecta prohibent, quo minus laqueus sub extendentium vi deorsum labatur. His ita constitutis laquei capita deorsum demissa è regione ad axis clauum alliganda sunt, vel circa ipsum obuoluta, vel nodo inter se deuincta. magis F. autem ad rem pertinent, vbi inter se alligata clauo circumponuntur, tunc siquidem opus situm firmius præstant, necesse autem est, vel continere, & seu ab inferiori seu à superiori parte extendere, vel per organæ axes in diuersa contendere. Abunde vi adhibita, primum conuenit impellere, per duplicem habenam extrahendo: & eodem, quo extrahimus, momento cubitum altera manu ab exteriori parte in interiorem agere, intentione adhuc manente: tum hæc remissa laxataq; manibus sursum compellere. At si caput humeri in priorem partem moueatur, hominem supinum collocamus: pronum, si in posteriorem. cuneoq; omisso, medium duplicata habena lana inuolutum sub alam demittimus, capita que eius supra caput adducimus, non è regione humeri vitati, sed versus contrariam partem, homine resupinato, si in priorem partem articulus exciderit. Quæ sita autem causa est, quam obrem id fiat, Palicrates quidem id propterea fieri dixit, ne humerus detineatur habena è regione sursum versus attracta: recentiores non ea de causa, capita oblique ducenda esse dixerunt, sed, ne corpora, quibus ala continetur, compressa lati scapularum ossis sinum implent: nobis vero cum omnibus conuenit, capita oblique danda esse ad contrariam partis ligna, quibus axis continetur. Rursus autem humero Charchelius laqueus inijciatur, vel alius, qui æqualiter extendat, eiusq; capita deorsum ad axem, qui à pedibus est, demittantur, vt vel retinaculis adhibitis ab inferiori parte intendamus, vel (si placeat) in diuersa contendamus. Conuenit autem impulsus, quemadmodum supra declarauimus manibus præcipue adducendo, comprimendoq;. Similiter autem vbi humeri caput in posteriorem partem moueatur, homine prono eadem moliri conuenit, quæ, vbi in priorem venit, tradita sunt. At vbi satis extenderimus, manibus premere, & adducere, & sursum compellere necessarium est.

- A Cuneus.
- B Franium capita ad axem supra caput adducta.
- C Habena media inter cuneum & humerum data.
- D Charchelius laqueus humero iniectus.
- E Laquei capita ad axem, qui à pedibus est, alligata.



H

De Humero

De Humero luxato comminutoq;.

XXXII.

Non nunquam accidit, vt prolapsio humero fractura quoque adijciatur membro medio comminuto, in quo casu recondere articulum oportet, & fracturam componere. Quod ad reponendum pertinet, retinaculo vt expedit, & à superiori parte extendere: quod ad fracturam, similiter vt retinaculo, & ab inferiori parte attrahere. sed ante restituere, quod prolapsus est, oportet: deinde, quod fractum. Ergo, vbi volumus, quod prolapsus est condere, cuneum in alam indimus, capitaq; funium super caput attrahimus, ac mediam habenam inter cuneum & humerum demittimus, cuius capita ab exteriori parte procedant. tum infra cuneum ac super fracturam Charchelium laqueum inijcimus: eiusq; capita deorsum ad ligna, quæ axem sustinent, ad retinendum, alligamus: sed funium capita ad axem, qui super caput est, vincimus, vt eo conuerso & conuincamus, & à superiori parte extendamus. Nervis abunde intentis per conuenientem impulsus articulum restituimus. quo facto laquei capita super caput data, retinacula fiunt: & aliter laqueus æqualiter extendens, cuiusmodi Charchelius est, humero inijcitur, cuius capita demissa ad axem, qui à pedibus est, vinciuntur, vt & retinendo, & à superiori parte extendendo vis adhibeatur, neque nunc est, quod timeamus, ne fractura ab inferiori parte attracta repositus articulus excidat, siquidem, cum à superiori parte tam à cuneo, quam à superiori laqueo retineatur. Vi satis adhibita fracturam manibus componimus, quemadmodum sæpius indicauimus. Quod si humeri caput in priorem vel posteriorem partem venerit, vbi restituitur, easdem animaduersiones desiderat. Hactenus de humeri capite.

De Cubito.


XXXIII.

Cubito in illas tres partes elapso, in quas vbi venit, brachium curuum est, neque extenditur, interiorem, exteriorem & posteriorem, homo super organum resupinetur: quo commodè figurato Charchelius laqueus, vel alius æqualiter intendens, humero circumdetur, cuius capita, vt retinacula sint, sursum super caput vinciantur: brachio autem in uicinia manus laqueus inijciatur, qui inæqualiter extendat, puta Attollens, Chialtus, aut Nauticus, cuius capita sursum adducta ad ligna, quibus axis continetur, religuntur, vtrunque scilicet ad id, ad quod spectat è regione, sic, vt cubitus cum humero ad rectum angulum figuretur. tum duplicata habena, seu lata fasciæ medium ad brachium detur iuxta cubiti iuncturam, cuius capita ad axem, qui à pedibus est, vinciantur. Datis igitur capitibus, laquei ad superiora, duplicata habena ad inferiora, binis que axibus vno super caput, altero iuxta pedes collocato, vim adhibebimus vel continendo, & à superiori vel inferiori parte attrahendo, vel in diuersa ducendo: ea que ratione impellemus, quæ reponendo articulo idonea sit. vbi in interiorem vel exteriorem partem conuertatur, adducemus: vbi in posteriorem, extrahemus. Quod si in priorem partem articulus elabatur, in quo casu curuari extantum brachium nequit, homo supinus iaceat in vitiatam partem inclinatus: brachio super scammum extento Charchelius laqueus humero inijciatur, cuius capita super caput procedant: extremo item brachio in uicinia manus alius detur laqueus, qui æqualiter extendat, cuius capita deorsum attrahantur: item eadem vis adhibeatur, nempe retinaculis, & intentione à parte inferiori. Equidè satius duco in diuersa contendere, nam hoc ad articulum reponendum efficacius est, q; si ab inferiori parte solummodo extendamus, oportet aut, cum abunde extenderimus, ad commodè impellendū transire, premendo nimirum & circūducendo, premendo quidem intentione adhuc manente, circūducendo, postquam remissa fuerit. Condito articulo, vt eius restituti certa indicia habeantur, experiri oportet naturales brachij actiones, flexum inquam & porrectionem, præterea situm in pronum habitum ac supinum, quoniam, vbi huiusmodi actiones libere sint, perfecte restituti articuli fidem faciunt, possumus & conferentes cum altero cubito, num ex toto luxatum restituerimus, colligere, quo perfecte restituito brachium commodè ad rectum angulum curuetur, contineatur que in sequentem curationem. Duo igitur brachij ossa, vbi suo loco mota sunt, his modis reuertuntur, sed potest seorsum vtrunq; etiam offendi, cum cubitus erumpat, radius diducatur, quod nunc quoque explicabo. Læditur per se cubitus ratio inuoluto: dehinc seorsum radius, cubito in sua sede manente, vtrumlibet horum ossium lædatur, vbi per hoc organum restituitur, humerus iniecto laqueo ad ligna, quæ axem super caput continent, alligatur, extremoq; brachio rursus laqueus circumdatur, qui inæqualiter extendat, sicut Attollens, aut Nauticus, cuius capita deorsum demissa intendendi causa ad axis clauos vinciuntur. In circumdando laqueo, qui inæqualiter extendit, id obseruatur, vt sinus super eam partem, quæ reponitur, capita super contrariam collocentur: siquidem laquei inæqualiter extendentes proprie illas partes magis cogunt, quibus eorum capita insident, minus vero contrarias. Ergo, cum brachium duobus ossibus contineatur, vbi alterum suo loco motum reponitur, cogere id potissimum expedit: & alterum, si fieri potest, non virgere. Intentione abunde adhibita, illi conueniunt impellendi modi, quos luxati genus postulat: siquidem cubitus in interiorem partem venerit, vtriusque manus digitus inter se iuncti ab exteriori parte radij eminentiam cubiti complectuntur, prominentioresq; palmarum partes à latere dantur, vt his impellitibus quali adducendo, os in suam sedem collocetur. At si cubitus ad posteriora radij proruperit, brachio aliquantulum per curuato, eodè momento, quo ab inferiori parte extendimus, prominentiori pal-

mae

mae parte premere debemus, ut os in suam sedem reponatur. hæc enim premendi ratio ad restituendum proprie aptatur. At ubi radius in priorem partem recedat, extento brachio perinde agere convenit, quasi vtrumque in eandem partem excefferit. adhibenda itaque vis est & continendo, & ab inferiori parte extendendo. quo abunde factio duplex impulsus accommodatur, & qui premit, & qui circumducit: qui premit, intentione manente: hac remissa, qui circumducit, ut ostensum iam est. Commune est vtriusque, ubi restituta fuerint, spectare, an brachium suo munere sine impedimento fungatur, curvetur nimirum, & extendatur, & supinum pronumque figuretur: quæ actiones, si liberæ sint, ex toto restitutum esse testantur. quo factio brachium, in sequentem curationem ad rectum angulum collocetur.

- A Carchesium laqueus humero injectus, cuius capita sursum, ut retinacula sint, adducuntur.
- B Attollens laqueus in vicinia manus, cuius capita ad ligna, quibus continetur axis, religantur.
- C Medium duplicatæ habent ad brachium datæ.
- D Capita duplicatæ habentæ religata ad axem, qui a pedibus est.



De Manu.

XXXIII.

Manus in quatuor partes prolabitur, in anteriorem, posteriorem, internam, & externam. G
Oportet, si in anteriorem partem veniat, supinam collocare, super scamnum hominis similiter resupinato, pronam, si in reliquis tres partes elabatur: deinde Carchesium laqueum vel alium æqualiter extendentem brachio iniicere, & super linum manus dare vectem transversum: vel ferramentum, quo adurimus, ad palmam ipsam deligare eo vinculo, quod, ad extremas partes, inseritur: tum vectis vel ferramenti extremitatibus iniicere vel medias habenas duplicatas, vel laqueorum inæqualiter extendentium linus, deorsumque demittere: atque alterum laqueum æqualiter extendentem brachio circumponere, eiusque capita super caput adducta, ut retinacula sint, deinceps: quæ vero deorsum ferebantur capita extendendi causa ad axem, qui a pedibus est, religare, ut eius conuersione & contineamus, & ab inferiori parte extendamus. quam rem ubi satis præstitimus, conuenienter impellimus. Nunc autem maxime ad manum restituendam pertinet adhibito retinaculo, ab inferiori parte extendere: licebit præterea & sursum adducere, & in diuersa contendere. nervis abunde diductis impulsus necessarii sunt, qui eam compellere in suum locum possint. Quod si in anteriorem vel posteriorem partem exciderit, prominentiori parte palmæ, aut etiam calce superdato pressa ossa coguntur, deinceps manus iuxta digitos huc atque illuc agitur: sin in anteriorem vel posteriorem partem eruperit, vtiliter adducendo impellimus.


De Spina luxata.

XXXV.

Hippocratis organum luxatis omnibus restituendis accommodatur, sed præcipue spinæ: quæ, ubi gibba facta est, tunc maxime curari posse censetur, cum recens exitu vitium est. Collocatur igitur homo pronus super scamnum, ut laquei capita e regione ad axem ferantur: circumdantur spinæ laquei duo æqualiter extendentes, vnus supra gibbum locum, alter infra: aut quaterni ex his, qui inæqualiter extendunt, bini a superiori parte, totidem ab inferiori, inter se aduersi iniiciuntur, ut in opere de luxatis explicauimus. Vis nervis adhibetur potissimum in diuersa deducendo, interdum tamen continendo, & vel ab inferiori, vel a superiori parte extendendo. Intentione abunde adhibita, ille impulsus, quo premimus, accommodatur. Hippocrates varios tradidit impellendi modos, & per prominentiorem palmæ partem, & per spatham premendo idoneam. Impulsus per huiusmodi spatham illis restituendi modis annumeratur, qui facile comparantur: extremitas enim spathæ in fossam aliquam demittitur, vel in lignum excavatum. Nos, ut spathæ obex opponeretur, Hippocratis scamno Π ferreum adiecit, quod & extrahi & infigi posset, & spathæ responderet, pertusumque pluribus foraminibus esset, & in foramina crurum organi demitteretur,

VI

Aut Π pro gibbi magnitudine accommodatur, spathaque extrema in Π coniecta, eius partem premendo accommodatam super gibbum dantes premendo impulimus. Alij duplicatæ habenæ medium organo subiicientes eandem spatham super locum iniectam premunt. Premendi modum in opere de articulis exquisitius indicauimus.



- A Laqueus æqualiter extendens supra gibbum, cuius capita recta ad axem feruntur.
- B Laqueus æqualiter extendens infra gibbum, cuius capita recta ad axem feruntur.
- C Spatha.
- D Π ferreum.

De Femore in anteriorem partem prolapsa.

XXXVI.

Femur in quatuor partes promouetur, in anteriorem, posteriorem, internam, & externam. Si in tres partes prolapsum est, anteriorem, posteriorem & internam, crus extensum est, implicarique non potest: si in posteriorem, curuum est, neque extenditur. Ergo, si in illas tres partes erumpat, in quas ubi venit, crus extensum est, resupinato homine medium duplicatæ habenæ lana inuolutum inter anum & naturale demittendum est, capitaque eius super caput adducenda. Vbi in alias partes venerit, nullo interposito discrimine inter anum & naturale dari habena debet, sed ea animaduersione, si in anteriorem partem exciderit, ut ad integrum femur magis spectet, ne femoris caput, cum extenditur, habena media detineatur: cuius capita vel ad axem alligantur, ubi in diuersa contendimus, vel ad ligna, quibus axis, qui a capite est, continetur: ubi & retinemus, & ab inferiori parte extendimus. Extremo autem femori prope genu Carchesium laqueus iniicitur, eiusque capita deorsum demissa ad axis clauum vinciantur, ut eo conuerso & contineamus, & ab inferiori parte adducamus. Nervis, quantum res exigit, intentis veniendum est ad impulsum.

De Femore.


XXXVII.

Proprie autem ad femur in anteriorem partem prolapsum excogitata sunt ligna ad similitudinem Π a lignis, quibus axis continetur, non abhorrentia. Vbi ergo femur in anteriorem partem erumpens restituitur, æger in integrum latus versus iaceat, euulso que priapisco integrum crus propositio ligno subiiciatur, alligeturque ad scamnum ita, ut immobile perseveret, eadem que ratione & brachia & reliquum corpus: crus autem vitiatum detur super transversarium lignorum, quæ Π literam repræsentant, ita, ut transversarium inter anum & naturale collocetur: sed extremo femori iuxta genu iniicitur laqueus, vel Carchesium, vel alius, qui æqualiter extendat, eiusque capita ad posteriorem axem demittantur: super ipsum vero lignum Π literam repræsentans sub crure, quod restituitur, detur spatha, quæ premendo aptatur, vel lignum habens in summo capitulum rotundum ac leniter cauum, ab inferiori parte a summo crure ad anum pertinens. Quo factio, ubi restituere volumus, axis conuertitur, cuius conuersio ab inferiori parte extendit.

Postquam

ORIBASIVS

postquam nervi abunde extenti fuerint spatha vel eo ligno, quod in summo capitulum habet, super id lignum, quod I literam refert, cum crure magna vi deorsum adducto, impulsus extrahendo adhibetur: post quē alius idoneus est, qui sursum versus cōpellit, quemadmodum diximus de humero in alam prolapsō.



A Polles I literam representantes.
B Transversarium.
C Carchesium laqueus.
D Lignum à superiori parte cruris ad unum pertinens.

De Femore in posteriorem partem prolapsō.

XXXVIII.

Verūm, si femur in posteriorem partem elabatur, neque pronum neque supinum hominem collocamus, sed sedentem, magis autem in integram coxam inclinatum. Homine ita figurato, duas prehendere habenas oportet, earumq; vnā simplicem extendere, atque alteram duplicem demittere in mediā simplicem: & simplici quidem hominem cingere, duplicem à superiori parte deorsum demittere, ab ea regione, quæ umbilico proxime subicitur, ad eam, quæ inter anū & naturale est, & per anum sursum adducere, vt quatuor habenæ capita à posteriori parte ad retinendum vinciantur. Retinaculis datis lata pars spathæ, quæ premendo accommodatur, coxæ supponatur, imoq; femori iuxta genu laqueus iniciatur, qui æqualiter extendat, cuius capita ad inferiorem axem demittantur, vt eo conuerso & contineamus, & ab inferiori parte intendamus. Intentione satis adhibita, dum adhuc intendimus, caput femoris per spatham in exteriora propellatur, apertaq; manu ager resupinetur, per hanc enim vim femur in suum locum compelletur. Repositi autem indicium erit, comparatio cum altero crure, & libera ipsius actiones: nam, si citra impedimentum complicari & extendi potest, ex toto intus esse coniciendum est.

De Genu.

XXXIX.


Genu in tres partes prolabitur, interiorem, exteriorem, & posteriorem. In omnibus his calibus, crus extensum est, & minime complicatur. Oportet, si in exteriorem partem prociderit, hominem extento crure super scamnum collocare: tum duos laqueos æqualiter extendentes, cruri iniicere, alterum à superiori parte super femur, alterum infra genu: dein capita superioris super caput adducere, inferioris ad axem: nervosq; intendere, quemadmodum in reliquis articulis dictum est, siue retinaculis vsi ab inferiori vel superiori parte intendamus, siue in diuersa diducamus. Nervis abunde diductis, si in latus ab inferiori vel exteriore parte motum fuerit, ille impellendi modus conuenit, qui adducit: si in posteriorem, & ille qui premit, & ille qui circumducit, qui impellendi modi, cum similes illis sint, qui ad cubitum traduntur, commode in hunc locum transferuntur.

De Talo.

XL.

Alio modo in interiorem partem procidit, interdum in posteriorem quoque conuertitur, in quas partes vbi venerit, æque resupinare hominem conuenit crure extento: ac cruri Carchesium

Achesium laqueum æqualiter extendentem circumponere, eius que capita à posteriori parte ad axem, qui supra caput est, adducere: talo autem draconem vel sandalium laqueum iniicere, eius que capita ad inferiorem axem alligare, tunc que membrum vel in diuersa diducere, vel continere, & ab inferiori parte extendere: Nervis, quantum res postulat, diductis conuenienter impellere, vbi in interiorem vel exteriorem partem eruperit, reuo cogēdo: vbi in posteriorem, extrahendo, nunc liquidem ob eum habitum impulsus extrahendo aptatur. De modis autem impellendi diligentius tractabimus in opere de luxatis.



A Carchesium laqueus.
B Sandalium laqueus.

SEPTIMÆ CLASSIS

FINIS

aaaaaa bbbbbb cccccc dddddd eeeeee fffffff gggggg
hhhhhh iiiiii kkkkkk llllll mmmmmm nnnnnn
oooooooo pppppp qqqqqq rrrrrr ssssss tttttt
vvvvvvv xxxxxxxx yyyyyy zzzzzz
AAAAAAA BBBBBB CCCCCC DDDDDD EEEEEEE
FFFFFFF GGGGGG HHHHHH IIIIII KKKKKK
LLLLLL MMMMMM NNNNNN OOOOOO
PPPPPP QQQQQQ RRRRRR SSSSSS
Omnes sunt quaterniones, præter yyyyyy zzzzzz quinterniones, et
AAAAAAA BBBBBB SSSSSS terniones.



VENETIIS APVD IVNTAS.